Universidad de Deusto
Biblioteca

Valuacia Rebuf. t. v.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

PETRI

NAVARRA TOLETANI THEOLOGI DE ABLATORVM RESTITUTIONE, in foro conscientiæ.

Libri quatuor in duos Tomos diuisi: Quorum prior de damnis illatis redintegrandis: posterior de rebus ablatis restituendis disputat.

Hac secunda editione ab infinitis mendis, summa cura & diligentia repurgati. Duobusque copiosissimis Indicibus, summarijs, atque glosis à doctissimis viris additi. Quibus omnia opere hoc contenta, breuissimè intelligi possunt.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

BIBLIOTECA SOCIETATIS IESV

CVM PRIVILEGIO,

Toleti, Ex officina Thomæ Guzmanj typographi.

M. D. X C VII.

de la Casa de la Compañía de Jesús de Loyola

Universidad de Deusto
Biblioteca

Suma del Priuilegio.

COncedio el Rey nuestro señor a doña Catalina de Ecija Henestrosa, muger de Bernardino de Nauarra, difunto, como tutora de sus hijos, y del dicho Bernardino de Nauarra, prorrogacion del priuilegio que estaua concedido a el Licenciado Pedro de Nauarra (cuyo heredero fue el dicho Bernardino de Nauarra) de vn libro intitulado, *De ablatorum restitutione in foro conscientiæ*, para que le pueda imprimir, por otros quatro años mas, que se cuenten desde el vltimo dia del primer priuilegio: so pena que el que lo imprimiere, o vendiere sin su licencia, incurra en las penas en el dicho priuilegio contenidas, cuya fecha es a veynte y cinco dias de Iunio, de mil y quinientos y nouenta y quatro años, firmada del Rey nuestro señor, y despachado por Gonçalo de la Vega su secretario de la camara de su Magestad.

TASSA.

YO *Gonçalo de la Vega secretario del Consejo Real de su Magestad*, doy fee que auiendose visto por los señores del dicho Consejo, el libro intitulado *De ablatorum restitutione in foro conscientiæ*, compuesto por el Licenciado Pedro Nauarra, tassaron el pliego de cada cuerpo del libro suso dicho, a tres marauedis y medio en papel: y al dicho respecto dieron licencia para le poder vender, conforme a la licencia y priuilegio que para ello tiene. Fecha en Madrid a siete dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y ochenta y seys años.

Gonçalo de la Vega.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATAS.

PAgina 11.linea 23.in possessionem.13.2.iniustam.14.2.res.38.1.vtiliũ quitate.43.22.c.1.dic.1.p.46.31.ille.50.19.lib.dic.lege.53.10 at.56.4.regulas,57.4 homicidio 57.diligentiæ quũ 63.22.prouidere.65.11.irregularitatem 106.22 thesauri 115.11.variari.120.16.eueniant.125.15.Eusebius.139.7 cæteri 159.20, litterati.162.2.examinatores.182.3.quartam.184.15.facie 185.1 suppositis præsentibus consttutionibus.199.16.præsens.221.24.sunt 222.27 quos.230.36.eidem.238.13.maiores.243.31.parte 248.15.altare.256.15.eum.258.15. numerato rum 258.34.pro missis.277.38.re cognita.285.7.quod.289.21.cum dans.290.32. vilit tem.291.18.decet.293.29.pro re.298.32.prauitatis.305.26.aliquid.328.7. meritorium.337.24.se sinere.343.3.dele,numerũ.343.8.sibi 356.32.oclusus.357. 13.multum.380.32.esset.400.31.contra.405.10.ordinario.413.29.conformare. 435.33.tolle,in.440.18.sit.451.9 in quo.454.4 tenetur obedire.460.25.i licitum 489.19.licitum.493.7.agressiones.519.8.illæ.526.27.qua.539.10. corrũpit.549. non habenti.559.25 merita.563.32.vitaret.566.5.admouendus.601.32.dehonestare.602.16.scandalizati.644.16.tolle,.657.11.præceptum.660.vera.678.concubinatus.701.11.eorum originem.702.1.viuentes.710.14.hominũ genus.716. 5.esse.728.32.reuelare.730.21.honor.754.24 qui.764.13.aris.766 33.ũ.770.9.mẽtionem.775.34.vulnera.778.5.sit vt in fama nihil perdat. & 6 infamator.784 11. peccati.

Glosarum errat.e.

PAgina.33.glosa.2 contra Durandum,119.2 tolle,naturalis.169.5.electio positiua.177,1.decisionem.185.1.amittant 201,1.canens.206.1.tolle,tres vltimas lineas.291.4,pro temporali.295.1.tale.366.2.tolle,priuata auctoritate. 378.2.tolle.matri.393.1.admittendum.421.1.priuatẽ.421.2.priuata.445.1.adde secũdum Adrianum.601.1.& non.601.2.tolle.licet,& dic,peccat & tenetur,&c. 611.3.vere metu tormentorum.616.1 inquisitio specialis,634,1,infantia,736,2, domum,776,dicit,contra,dic.iuxta,779,2,affirmet,780,1.afirmet,783,2,pœnitẽtiam eadem in fine pœnitentia,799,1,ob plures rationes.
Easdem glosas corrige in summarijs.

El licenciado Orduña.

Si aliquæ mẽdatia præter assignata (quæ pauca aut nulla erunt) curiosus lector, in glosis inuenerit, ea in summarijs correcta reperiet, & econtra.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, ET REVERENDISSIMO Præsuli Domino D. Gaspari à Quiroga, S. R. Ecclesiæ Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primati, Castellę Cancellario maximo, Generali Inquisitori, &c.

Suus in Christo seruus, Petrus à Nauarra perpetuam felicitatem.

COmposueram, li. et fragili, ac imbecilli valetudine, opus hoc de Restitutione, Princeps Illustriss.ime, ac Reuerendissime Præsul. Tum ne omnino inutilis, atq; otiosus viderer: tũ vt Christianis nostris prodessem Ecclesiaq; inseruirẽ. tum demum vt multorum grauium ac religiosorum hominum petitioni, hortatuiq; obtemperarem. Considerãs vere sapius ipse mecum, quo plus operæ, & study (quæ non parua fuerunt) in eo laborando contulissem: eo minus authoritate, & opinione honestatum videri (non enim erat illa Præsul, tanta quãta pro maximis meis in literas laboribus esse deberet) in animum induxi meum, vt tuæ illustrissimæ Celsitudini dicare, & offerre auderem. Hoc consilio plura me consecutum putabã. Primum (quod caput est) te hoc pacto singulari quadã subdi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti, & capellani significatione Prælatum, ac Dominum meum profitebar, quem antea communi dumtaxat ciuis, & subditi officio coluissem, & obseruassem. Deinde opus tibi quasi debitum nuncupabam, cui, vt omnes probe agnoscunt, nihil est antiquius, quam & fauere bonis literis, & eorum animos erigere, qui in eam laudandam, & honestissimam exercitationē operam dedissent, cunctantes atque diffidentes excuare. Prodit igitur, & ad te proficiscitur mea hæc Theologica scriptio, Princeps Illustrissime à quo maiorem in modum supplex peto, eam velit suscipere sub vmbra, & protectione sui Reuerendissimi nominis: sic enim spero fore, vt si cum esset mea obscura esset, & exigua, sit, postquam erit tua, grandis atque illustris: sic ab omnibus placide excipietur obstructo ore iniqua loquentis: sic confessarijs, bonorumque pœnitētium cōscientijs proderit, in quorum gratiam opus scriptum est. Denique seruietur Ecclesiæ, glorificaturque Deus Opt. & Max. a quo etiam atque etiam peto, & quæso, quo nobis Illustrissimam & Reuerendissimam Celsitudinem tuam in columen per multa tempora cōseruet, ad maiorem, & suæ Ecclesiæ vtilitatem, & augmentum tuæ dignitatis.

IN-

INDEX LIBRORVM, CAPITVM, ET QVAESTIONVM, quæ in hoc primo tomo continentur.

Numerus paginam indicat.

LIB. PRIMVS,
De necessitate, & natura restitutionis. 1

CAP. PRIMVM,
De necessitate restituendi. 2

PRIMA Dubitatio. Vtrum restitutio sit medium ad salutem necessarium? 2

2. Vtrum restituendi necessitas, nō modo, à diuino, naturalique præcepto trahat originē, verumetiam ita sit necessaria, vt sit medium ad salutē simpliciter necessariū? 5

3. Vbi sit traditum istud de restitutione præceptū, in Decalogo? 11

CAP. SECVNDVM.
De nomine, & ratione restitutionis? 16

PRIMA Dubitatio. Quid & quotuplex restitutio? 17

2. Vtrum restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ, aut distributiuæ? 21

3. Vtrum restitutio sit pars satisfactionis? 27

LIB. SECVNDVS.
De iis qui tenentur ad restitutionem. 29

CAP. PRIMVM,
De damnificantibus in communi. eadem.

PRIMA Dubitatio. De de iis qui tenentur ad restitutionem? 31

2. Vtrum illa propositio S. Thomæ (si iustè aliquid ablatum est inæqualitas erit si restituatur) sit vera? 34

3. Vtrum extransgressione alicuius virtutis iustitiæ incurratur obligatio restituendi? 35

4. De

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. De damnum dante in communi negatiuè. 41
5. Cum quis damnum intulit, culpa, seu peccato veniali, an teneatur ad restitutionem, an verò semper requiratur peccatum mortale, vt quis ex iniusta acceptione restituere teneatur? 50
6. Quando teneatur aliquis ex damno proximi, sua negligẽtia & culpa dato? 56
7. Vtrum qui ignorantia concomitante aliquem occidit, teneatur ad restitutionẽ? 66
8. Vtrum ebrius, & dormiens aliquem occidẽtes, teneãtur ad restitutionem? eadem
9. Vtrum teneatur ad restitutionem faciẽs homicidium, vel aliquod damnum, si alteri imputandum fore intelligat? 68

CAP. SECVNDVM.

Prima pars de lædente in spiritualibus bonis 71

PRIMA Dubitatio. Vtrum lædens aliquem in bonis animæ, teneatur ad restitutionem? 73

2. de damnis datis ab Astrologis. 88
3. De euentibus causalibus. 98
4. Vtrum aliquem esse fortunatum, possit aprehendi ex signo natiuitatis? 99
5. De interrogationibus furtorum, & huiusmodi. 109
6. Vtrum cœlum possit esse signum eius, quod non est causa? 112
7 Vtrũ Astrologus possit cognoscere actus cogitatiuæ, & appetitus sensitiui. 119

Secunda pars huius capitis, de lædente in bonis spiritualibus annexis. 140

PRIMA Dubitatio. Vtrum damnificans teneatur restituere in bonis spiritualibus annexis? 145

2. Vtrũ clerici nõ recitãtes horas, restituere teneantur? 175
3. Vtrum ad lucrandos fructus teneantur clerici recitare horas, priuatim: vel in Ecclesia canere? 188
4. Vtrum qui recitat, vel canit horas sine attentione, teneatur ad restitutionem? 201
Alia. Vtrum excommunicatus vel

vel suspensus a iure, vel ab homine, sit priuatus ipso facto, fructibus, & distributionibus? 205
5. Vtrum sacerdos qui pro vna missa plures accepit eleemosynas, teneatur ad restitutionem? 210
6. Vtrum sacrificiũ missæ pro multis oblatum, valeat vnicuique tantumdem, ac si pro eo solo fieret? 220
7. Vtrum sacerdos plures admittens ad vnũ sacrificium, & eo fine plures eleemosynas accipiens, teneatur ad restitutionem? 247
8. De fructu sacrificij missæ ex opere operato. 261
9. De argmente gratiæ per sacrificium missæ. 269
Alia. Vtrum sacerdos anticipãs vel postponens sacrificium missæ, ad restitutionem teneatur stipendij? 271
10. Vtrum sacerdos defraudãs in vna vel duabus missis, teneatur restituere sub mortali? 277
11. Vtrum simoniacè accepta sint restituenda? 281
12. Vtrum acceptaper simoniam conuentionalem, sint restituenda? 292
13. Qui nam simoniaci incurrant pœnã ipso facto? 298

CAP. TERTIVM,
De lædente in bonis corporis. 307

Prima pars de lædente in vita propia, ideſt de homicida. 307

PRIMA Dubitatio, de intelligentia illius præcepti, non occides. 309
2. De occidente se ipsum. 314
3. De voluntariè se morti offerente? 327
4. De iis se priuant aliquo necessario, ad vitam conseruandam. 340
5. De afligente corpus ieiuniis & asperitatibus, quæ saluti nocent. 349
6. Vtrũ liceat se mutilare? 354
6. Vtrum pro vitanda fornicatione, licitum sit permittere se occidi? 358
8. De mortem pro Christo, & fide, subuenientibus. 360

Secunda pars capitis tertij, de occidente aliũ publica authoritate 365

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRima Dubitatio. Vtrum liceat alium occidere? 366
2. Vtrum liceat alium indirectè occidere? 375
3. Vtrum licitum sit occidere innocẽtem, si aliter agressor occidi non potest? 380
4. Vtrum liceat innocentem condemnare, nocẽtem probatum? 385
5. Vtrum iudex propter scientiam priuatam criminis, possit condemnare nocentem, cuius delictum non probatur? 397
6. De restitutione cõdemnantis priuata scientia. 410
7. Vtrum licitum sit, aliquando desiderare mortem innocentis? 412
8. Vtrum licitum sit publicis magistratibus, aut regi, facere facultatem occidendi certum malefactorem? 416
9. Vtrum licitum sit iudici aliquem occidere, sine cõfessione, & eucharistia? 419
10. Quomodo homicidium publica authoritate factum, sit licitum? 425
11. De alijs publica authoritate occidẽtibus, vt executore, tabellionae, & fisco, &c. 432
12. Vtrum bellum sit licitum? 439.
13. Vtrum duellum licitum sit? 460.
14. Vtrum licita sit pugna cũ tauris? 469
15. Vtrum licitũ sit regem tyrannum occidere? 474

Tertia pars capitis tertij, de homicidio alterius, priuata authoritate facto. 482

PRima Dubitatio. Vtrum liceat priuata authoritate proximum occidere? 484
2. Vtrum pro vita propria defendenda, liceat inuasorem occidere? 485
3. Vtrum licitum sit se defendẽdo occidere, ante vel post iniuriam irrogatam? 492
4. Vtrũ liceat occidere inuasorem, quando in vasus dedit causam? 498
5. Vtrũ liceat propulsare agressorem honoris? 503
6. Vtrum pro defensione castitatis, liceat in vasorem occidere? 513
7. Vtrum pro defensione rerũ suarum, liceat in vasorem occidere? 515

Quarta pars capitis tertij, de lædente in cæteris corporalibus bonis. 531

PRima Dubitatio. De stupro. 533
2. Ad quid teneatur qui virginem violauit? 534
3. Vtrum qui accessit ad eam quæ vt virgo habebatur, sed re vera non erat, ad restitutionem teneatur? 540
4. Vtrum stuprator iniustus, teneatur ad restitutionẽ, si virgo nupsit æque beneq;, ac si non esset defforata? 541
5. De cæteris corporalibus iniurijs. 546
6. & vltima. Vtrum licita sit tortura? 553.

CAP. QVARTVM.
De lædente in bonis quæ sunt honoris: & famæ. 555

Prima pars, de honore. 560

PRima Dubitatio. Vtrũ peccent mortaliter, qui propter honorem vitam periculo exponunt? 560
2. Vtrum sit licitũ honores appetere in ecclesia, & in rep. 565.
3. Vtrum appetere cætera ecclesiastica beneficia, sit licitum? 576
4. Vtrum opus aliquod bonũ, ob inanem gloriam factum, meritorium sit? 528
5. Qui sit inuitus læsor honoris, & vtrum restituere teneatur? 585
6. Quid & quomodo pro talibus iniurijs, sit restituẽdum? 589.
7. Vtrum qui alteri obijcit crimen, etiam publicum, tenea tur actione iniuriarum, & ad restitutionem? 594
8. Vtrum homo teneatur sustinere contumelias? 596

Secunda pars capitis quarti, de lædente in fama. 597

PRima Dubitatio. Vtrum infamare seipsum, sit peccatũ mortale? 602
2. Vtrum ad præceptum iudicis, teneatur reus aduersus seip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipsum testimonium dicere, quando crimen est occultum? 616
3. Vtrum de crimine omnino occulto, possit iudex inquirere, an vero sit necessariũ præcedere infamiã, siue delicti, siue personæ? 622
4. Vtrum de crimine occultò, de quo fama non præcessit, possit iudex inquirere? 624
5. Vtrum in casu quo iudex iudicice interroget, quia factũ est publicũ, teneatur testis, & ipse reus, veritatem exponere? 630
6. Vtrum postquã quis est conuictus de vno crimine, licite interrogetur, an alia commiserit, & an participantes habeat in delicto? 631
7. Hanc legendam authoribus remittit author. 634
8. Vtrum licitum sit de aliquo denunciare? 636
9. Vtrum hæresis, statim ante admonitionem, denunciãda sit? 645
10. Vtrum quãdo superior præcipit sub excõmunicatione, aut iuramento, vt author alicuius criminis reueletur, teneantur scientes manifestare? 657
11. Vtrum licitum sit clericis, denunciationẽ facere? 664
12. Vtrum licitum sit ante correctionem peccatũ, in damnum ipsius tantum peccãtis vegens, denunciare? 665
13. Vtrum accusator ante denunciationem, próximũ admonere teneatur, vt satisfaciat? 675
14. Vtrum denunciationem, debeat præcedere testiũ inductio? 678

Tertia pars capitis quarti, de lædente famam alterius, vt priuata persona. 683

PRima Dubitatio. Vtrum reuelans cõfessori peccatũm alterius, non potens aliter suum peccatum manifestare, peccet mortaliter? 685
2. Vtrum propter vtilitatẽ personæ cuius peccatũ detegitur, licitum sit illud in confessione detegere? 691
Alia principalis. Vtrum dicens peccatum notorium, siue iure, siue facto, peccet mortaliter? 695
3. Vtrum

3. Vtrum veritatem olim notoriam, licitum sit modo diuulgare? 700
4. Vtrum ad incurrendum peccatum detractionis, sub obligatione famam restituendi, sit necessarium, vt id quod reuelatur sit peccatũ, & an debeat esse mortale, an satis sit quod sit veniale? 706
5. An dicens peccatum veniale proximi, possit peccare mortaliter, an vero detractio mortalis, sit semper ex prolatione peccati mortalis? 708
6. Vtrum generalia verba turpia in aliquem proferẽs, quæ possunt peccatum mortale, & veniale sonare, mortaliter peccet? 713
7. Vtrum detegere quodcunque peccatum mortale proximi, vel falsum imponere, sit peccatum mortale detractionis? 714
8. Vtrum qui de aliquo homine infamato, in graviori peccato, reuelat eius minus graue peccatum, detrahat mortaliter? 717
9. Vtrum qui recitat se audiui se crimen alterius, nihil tamen asserens, peccet mortaliter? 719
10. Vtrum reuelare peccatum alterius vni, vel duobus viris grauibus, quibus dicere, est ac si nulli diceretur, sit detractio mortalis? 721
11. Vtrum audiens detractorẽ, peccet mortaliter? 724
12. Vtrum qui falsò, & mendatio, bonam famam adeptus est in repub. possit infamari? 726.
13. Vtrum qui non detegit virtutes alicuius, sit detractor? 728.
14. Vtrum qui iniuriam sibi ab aliquo illatam refert alicui, peccet? 729
15. Vtrum negans crimẽ quod vere commisit, vel aliud occultum, sed sibi publice obiectum, peccet? ead.
Alia. Vtrum detrahere de fama mortui, sit peccatũ mortale? 733
16. Vtrum infamans congregationem, vel aliquem ex illa, scilicet ex collegio, vel religione, teneatur ad restitutionem? 735
18. Vtrum qui audiẽs alicuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

notabilem defectũ, siue culpæ, siue generis, procurat cognoscere: peccet mortaliter. 738.

Quarta pars capitis quarti, de restitutione & modo restituendi famam. 739.

PRima Dubitatio. Vtrum aliquis teneatur sibi famam restituere? 742

2. Vtrum qui aliquem infamauit si illius famam in altera materia auxerit, teneatur restituere? 745

3. Vtrum quãdo infamatus ab aliquo, suis optimis factis ab infamia se liberauit, teneatur infamator restituere. 746

4. Vtrum damna temporalia, quæ incurrit infamatus, teneatur restituere detractor? 747.

5. Vtrum qui aliquem falso infamauit, teneatur dicere se esse mentitum, & si verè infamauit: an possit dicere se esse mentitum? 747

6. Vtrum qui verè infamat aliquem, teneatur facere tantam restitutionem, quantam qui falsò? 752

7. Vtrum restitutio famæ, condonari possit ab iniuriato? eadem.

8. Vtrum qui se mutuo infamauerunt, per compensationẽ, liberẽtur à restitutione? 759

9. Vtrum cum periculo vitæ, fama sit restituenda? 763

10. Vtrum cum fama restitui non potest, iusta de causa, teneatur restitutor, pecunia compensare? 770

11. Vtrum excuset à restitutione famæ, quod præcedens infamatio sit iam antiquata? 774.

12. Vtrum hæres teneatur, pro fama à defuncto ablata recompensare, saltem in pecunia? 776

13. Vtrum accusatus, & denunciatus, malè negans delictum obiectum, teneatur ad restitutionem infamiæ illatæ accusatori? 779

14. Vtrum præter supradictas, sint aliæ causæ à restitutione famæ excusantes? 781

15. Vtrum qui alicuius peccatum publicauit, satisfaciat se retractãdo, coram ijs, quibus dixit, an requiratur quod coram omnibus, quibus illi dixerunt se retractet? 786

Quinta pars capitis quarti, de iudicijs temerarijs. 788.

PRima Dubitatio. Vtrum iudicium temerarium admittens, sit detractor, & restituere teneatur? 789

2. Vtrum sit iudicium temerarium de defectu naturali? 792

3. Vtrũ suspẽdere iudicium de defectu alicuius, sit mortale peccatum? 794

4. Vtrum condẽnans ad mortẽ si sit ipse in eodem peccato, peccet mortaliter? 795

5. Vtrum ob iudicium temerariũ exigatur restitutio? ead.

Sexta & Vltima pars capitis quarti, de secreto seruando. 796.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE ABLATORVM RESTITVTIONE LIBRI TRES.

PETRO A NAVARRA Toletano Presbytero Theologo Authore.

LIBER PRIMVS DE NECESSITATE & natura restitutionis.

VONIAM intentionis nostrę est Christianorum hominum conscientiis in hoc, quod suscipimus opere subuenire, non putauimus cōuenire orationis vbertatem consectari, sed nudam, synceramque veritatē declarare, eandemq; semper firma ratione cōprobare, quātum Deo adiutore fieri potuerit. Ita fiet, vt & minus docti sacerdotes, sine vllo negotio, quę dicuntur intelligant, & rerum confusionem, obscuritatemque vitemus: quamquidam minus considerate de re morali tractantes, non sine discentium incōmodo introduxerunt. Exigit enim certa quædam vocabula, propriosque terminos diciplina omnis, multoque magis moralis hæc doctrina, quæ de moribus institutisque vitæ, de rebus domesticis, ac familiaribus disputat: ac propterea sermo, vt rebus cōsonet, sic accomodari debet, vt non diuinare doctoris mentem, ac sensum, lector debeat, sed potius, vt doctor

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſe lectoris, diſcipuliq́ue caſus, & queſtiones, quaſi diuinan opeius animam, & conſcientiam facilitare, ac reſolutione extritare, pacatam & tranquilam reddere poſsit. Vtemur igitur nos, non certé (id enim ſemper fugimus) humili, & ſordido ſtylo, neq; veró cõtra ſublimi atq; elato, ſed plano, proprio, ac reſolutionis, & breuitatis pleno vti nobiles Theologi, ac Iuriſperiti fecerunt. Quod ſi, vt cupimus non aſſequemur, ſequemur certé, & vt aliquando ſaltem aſſequamur elaborauimus. Quoniam verò per 2
queſtiones, & dubitationes effici ſolet, & illuſtrior, & delectabilior oratio, & quoniam priſcorũ noſtrorum docto rum exemplum ita nos admonet: neceſſaria viſſa res eſt, vt eorum veſtigiis inhærendo, interrogãdo, & reſponden do procedamus.

De neceſsitate reſtituendi Cap. I.

SVMMARIVM

REſtitutio ſimpliciter & abſolute, non eſt neceſſaria ſicut fides, num. 9

Vnde dignoſcatur, an præceptum ſit affirmatiuũ. vel negatiuum, num. 19

Præceptum reſtitutionis, pertinet ad ſeptimum præceptum decalogi, num. 20. & 24

Tã peccat qui res alienas retinet, quam qui furatur, num. 22

Ille, qui cum poſſet non reſtituit, reus eſt furti, numero. 24

Prima dubitatio.

PRIMA igitur dubitatio ſit, vtrum reſtitutio ſit medium ad ſalutem neceſſarium? Sané fuit error Grę corum aſſerentium reſtitutionem non modó non eſſe neceſſariam, vt medium, ſed nec etiam vt præceptum

tum, quaſi integrum ſit cuique ære alieno oppreſſo, abſque conſcientiæ periculo illud retinere & omnino non reſtituere. Ita profecto refert Alfonſus à Caſtro libr. 18. de Hęreſibus, verbo *reſtitutio*, & Guido narrat Carmelita referente eodem Caſtro, idem refert Dominicus Soto 4. lib. de Iuſt. queſt. 6. articul. 2. Vnde pro furto, vſura, & rapina non iniungunt ſatisfactionem, aut reſtitutionem, ſed oleo vngunt raptorem & furem quem aſtringunt, vt aliquam pecuniæ portionem ſacer doti tribuat. In hoc autem errore Eraſmus aliquando fuiſſe videtur: nã ſuper illud verbum Chriſti, Luc. 11. *quod ſupereſt date eleemoſynam*, ſic ait: *illud annotandum cũ modo fecerit mentionem rapinæ, in remedio non feciſſe mentionem reſtitutionis. Tantum pollicetur, eleemoſynæ data omnia fore munda*, hæc ille, qui in meliorem tamen mentem muratus in quinta editione adiecit iſto modo: *Sed qui iubetur dare ijs quibus nihil debet, multo magis iubetur reddere ſi quid cui debet.* 3

Hic error plane conuincitur. Primum, omnium gentium communi conſenſu: quę enim eſt tam inculta, & barbara natio, quæ non cenſeat iniuſtè parta retinere non poſſe, ac proinde eſſe domino reſtituenda, quod & illa naturalis lex, (quę eſt veluti dignitas, ac primum principium in moribus lumine naturali cuique inditum) locet, qua dicitur, *quod tibi fieri non vis alteri ne feceris*. Quam Chriſtus redemptor noſter confirmãs apud Matth. 7. ſic ait: *Quodcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*, & ipſum reperies apud Tob. cap. 4. At quis eſt qui ſpoliari velit? vnde Apoſt. *nolumus ſpoliari*. Quis non velit ſibi ablata reſtitui. Vnde Cicero 1. lib. de Natura deorum. *Ablata iuſtitia, excellentiſsimæ virtute, ſumma ſequatur neceſſe eſt perturbatio atque confuſio.* Vnde ad Roman. 8. *omnibus reddite debitum, cui tributum*, &c. *Nemini quidquam debeatis*, &c. Hanc iuſtitię equalitatem ſeruandam eſſe ſuum vniquique reddendo aperti ſsimè Chriſtus prędcepit dum dixit: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, &c. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterea, quis ignorat depositum esse suis dominis reddendum, pignus, commodatum, &c. Multo ergo magis necesse erit reddere alienum malè partum, & retentum, cum maior in eo iniuria, & damnum proximo inferatur. Præterea mutua hominum societas, & dilectio est de iure naturali, sicut & iustitia: in eo enim cognoscit Christus eos, qui sunt eius, si inuicem se dilexerint. Quę autem charitas & dilectio esse potest in eo, qui proximi bona rapit, furatur, &c. Quamobrem Tob. 2. cũ balantem hædum audiuisset: *Videte* (inquit) *ne furtiuus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis edere ex furto aliquid aut contingere.* Hac certé conditione ac lege peccatorum à Deo promissa venia est, vide quanti referat acceptum restituere. *Si impius egerit pœnitentiam* (ait Dominus apud Ezech. 33.) *feceritque iustitiam, pignus restituerit, rapinam reddiderit*, &c. Vide quàm Dominus socias esse voluerit has duas, pœnitentiam, nempe & iustitiam: vt illis placatus veniam concedat, & gratiam: sine illis autem implacatus condemnet. Cuius rei testis esse potest totus ille à Deo sermo contextus in capite 22. Exod. præceptorum de restitutione & iustitia plenus, vnde inter alia: *Si fur non habeat quid pro furto reddat, ipse venundabitur.* Et infrà, *si læserit quispiam agrũ, vel vineam*, &c. *damni æstimationem restituet.* Consulat lector Augu. epist. 54. ad Macedonium, vbi habetur celebratissimum illud ab eo vsq; adhuc Doctoribus, axioma. *Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum*, quod refertur à Grat. 14. q. 6. c. si res, & in c. peccatum de Reg. iur. in 6. Vnde Alex. 3. in c. sicut dignum, de Homicid. sic ait: *Quæ acceperunt tenentur in integrum restituere, si in facultatibus habeant, vnde possint reddere.*

Neque verò in hanc sententiam plura cõferre oportet, cùm res non modò in Ecclesia nostra, sed apud Barbaros ipsos certissima semper sit habita. Satis siquidem esse debebat expressum illud de Calogi præceptum, non solum diuinum, sed naturale etiam existens, quo dicitur: *Non furtum facies.* Qui enim alienum non esse accipien-

accipiendum præcipit quomodo retineri domino inuito pateretur: cũ non aliter acceptio iniusta sit, quàm ratione retentionis: quia proximus à rei suæ possessione impeditur iniustè, ob idque sapientes in eo præcepto de non furando, restitutionis præceptum inclusum esse censuerunt, vt in 3. huius c. dubitatione latius dicemus. 6.

Secunda, maiorq; dubitatio est. An restituendi necessitas non modò à diuino naturaliq; præcepto trahat originem, verùm etiam ita sit necessaria, vt sit medium ad salutem simpliciter necessarium. Non enim desunt qui doceant restitutionem ita esse necessariam, ac medium ad salutem simpliciter necessariã, sicut Fides, Gratia, baptismus, Pœnitentia, &c. Ita docuit Gab. in 4. d. 15. q. 2. con. 1. & Mere. trac. de Restit. c. 1. eam sententiam sios in eorum gratiam, vna aut altera ratione confirmabimus. Primò quoniã, vt patet ex illo loco Ezec. 33. eisdem prorsus verbis restitutionis & pœnitentiæ necessitas declarata est, dum dicit: *Si impius egerit pœnitentiam fecerit q, iustitiam, pignus restituerit*, &c. At pœnitentia medium est ad salutem necessarium lapsis post baptismum: est enim secunda post naufragiũ tabula, vt patres aptè docuerant. Igitur restitutio lapsis, contra iustitiam, id est, iis qui contra iustitiam deliquerunt, erit simpliciter necessaria. 7.

Deinde, quoniam restitutio videtur pars satisfactionis sacramentique pœnitentię. At autem sacramentũ pœnitentię est medium ad salutẽ necessariũ, igitur, &c. Tandem: quia cur baptismus, & pœnitentia sunt media necessaria ad salutem, nisi quia ita legimus, *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non poterit introire in regnum Dei*, Ioannis tertio, & alibi, *nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis*, Luc. 13. Si igitur ex iis verbis Theologi colligunt hæc sacramenta esse necessaria, vt media, cur non idẽ de restitutione colligere debebimus. Cùm vera sit illa sententia, *non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum.* Deniq; quoniam D. Tho. 2. 2. q. 62. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

artic. 2. Mercd. & Gab. citati, & cęteri ex eo fatentur absolutè restitutionẽ esse de necessitate salutis. Nõ enim id solum ratione præcepti venit accipiendum, cum reuera de nullius alterius virtutis actu id docuerit, nusquam enim docuit D. Thom. vel ieiunare, vel festa colere, vel eleemosynam facere, non adulterare, aut pejerare, esse de necessitate salutis. Dum ergó specialiter de restitutione id docuit, videtur existimasse aliam necessitatem quàm præcepti, sicut cùm non de omni sacramento, sed de baptismo & pœnitentia, imo de Eucharistia id specialiter docuerit, cùm tamen certum sit sacramẽtum confirmationis & extremę vnctionis esse necessaria ratione præcepti. Vnde ipse planè fatetur 3. p. q. 65 ar. 4. confirmationem non esse de necessitate salutis. Si igitur, vbi res vel actus est in præcepto diuino, non agnoscit D. Tho. necessitatem finis, id est, nõ confitetur, sed negat potius esse de necessitate salutis, consequens est, quod vbi id planè fatetur: vt de restitutione docuit, etiam senserit esse necessariam, vt medium ad salutem simpliciter necessarium.

Cęterum ego huic sententię minime aquiesco, fieret enim ex ea, vt si quis per ignorantiã inculpabilem, aut obliuionem decederet sine restitutione, vt nostris temporibus plures, qui, vel sine testamento moriuntur, vel memorię non occurrit restitutio, non saluarentur. Sine medio enim simpliciter necessario ad salutem nemo potest saluari, etiam inuincibiliter ignorans. Sine baptismo enim, aut pœnitentia, aut fide nemo saluus fieret quamquam inculpabili ignorantia laboraret, licet non peccaret illam non habendo. Sic igitur esset dicendum: quod licet non peccaret non restituens inuincibili subiectus ignorantiæ, non saluaretur, quod paradoxicum videtur assertum. Deinde omnium sententia, vt lib. 3. videbimus, is, qui impotens est ad restituendum, non est extra statum salutis, esset autem iuxta hanc sententiã, sicut ille qui ob impotentiam non est baptizatus re, aut voto, vt paruulus, vel adultus freneticus, vel aliter mente

9 *Restitutio simpliciter & absolute, non est necessaria sicut fides.*

mente priuatus, qui etiam voti Baptismi impotentes sunt.

Postremó, cur non ęquè diceretur dare eleemosynã, charos venerari parentes esse de necessitate salutis? nã nisi quis proximo extremè laboranti subuenerit, aut nisi parentes honoret non consequetur gratiam & gloriam: atque ita omnium præceptorum impletio diceretur ad salutem, medium necessarium: quod est magna impropriętate loqui, & nullam agnoscere differentiam inter necessitatem medij, & præcepti, quam certè sapientes semper agnouerunt. Cùm merito admonent, id quod necessarium est, vt medium tale esse, vt sine illo si ue ignores, siue non ignores, siue assequi possis, siue nequeas, non consequaris finem. Est enim in medio finis sicut in virtute, & causa efficienti. Quo fit, vt non cõsequaris sanitatem, nisi cũ effectu potionem ęceperis. Neque verò, quia vel ignores, medicum, vel non possis habere, proficiet tibi ad sanitatem quidquam: attamẽ id, quod ex præcepto tantum est necessarium, si legitima aliqua causa non perfeceris, non ob id, sine carebis. Cũ igitur post lapsum primi parentis sola Dei per Christũ gratia, sit medium consequendi finis nostri, qui est gloria, quæ sicut in radice, causa, ac medio necessario est in gratia gratum faciente. Idcirco ea dumtaxat, quæ hanc nobis gratiam pariunt, qualis est fides dilectrix, Baptismus, Pœnitentia, post lapsum baptismalis gratię, sunt media ad salutem necessaria.

10

11

Ac proinde, vt alibi ostendimus (quidquid doctissimi hoc tempore viri opinentur è quibus videtur Dominicus Sot. in 4. d. 8. quęst. vlt. art. 3. Eucharistia non est medium ita de necessitate salutis, vt sit medium ad salutem simpliciter necessarium: quia licet gratiam efficiat, at non primam ex natura suæ institutionis, sed gratiæ augmentum. Itaque præsupponit hominem gratum, & medium ad salutem iam prehabentem, ob id que dicitur commestio & nutritio, quæ operationes, actus vitales sunt, & vitam presupponunt, quod inter

Eucharistia nõ est necessaria vt medium ad salutem, sed ratione præcepti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuristas video sensisse Gloss. in c. quod in te, de Pœnit. & remiss. in verbo *concedimus*, de quo aliàs.

Sic igitur restitutio, & cuiuscunque alterius præcepti impletio etiam in voto, non est medium, sine quo gratia Christi esse non possit, nisi remotè, & quodammodo in 12. directè ratione pœnitentiæ & contritionis, quę est, & fuit omni tempore medium ad salutem consequendam necessarium: ad quam pœnitentiam disponit restitutio saltem in voto seu proposito, & cuiusq; præcepti impletio, sed hac generali ratione etiam voluntas ieiunandi, & sacrum audiendi esset medium necessarium. Constat enim veram pœnitentiã esse non posse, nisi vel impleas vel implere velis ista præcepta. Et fortasse in hoc sensu Gab. Merc. & alij Doctor. sunt elocuti. Et ita patet solutio 1. arg. ex Ezech. coniungente simul pœnitentiã & restitutionem.

Ad secundum respondeo, quod vt omnes fatentur doctores, & infrà edocebimus, restitutio non est pars satisfactionis sacramentalis. Hæc enim est in potestate sacerdotis quoad quotam, imo pœnitentis simpliciter, vt quibusdam videtur acceptare volentis, non autem restitutio. Sæpe etiam restitutio requiritur ante confessionem, vt lib. 3. dicemus, sicut aliam peccandi occasionem vitare, at satisfactio nunquam.

Ad illud de particula *(nisi)* Respondeo non esse efficacem argumentationem quod vbi illa apponitur colligatur medij necessitas. De quouis enim præcepto verè 13. dicere possumus, nisi obseruetur, hominem fore damnã dum, cũ tamen, non singulorum præceptorum obseruatio sit necessaria necessitate finis. Vnde de Eucharistia ait veritas. *Nisi manducaueritis*, &c. Cùm tamen, vt dictũ est: solum sit necessaria ex vi præcepti, non ratione finis: sicut etiam dici potest, quod nisi diues det eleemosynã extremè indigenti nõ introibit in regnũ Dei. At nõ est consequens talem actum esse medium ad salutem necessarium.

Nõ dimittam autem in calce huius difficultatis, singularem

larem quẽdam atque acutum dicendi modum, quo doctorum sententia defendi posset animaduertendo, præcepta quædam esse iuris naturalis qualia sunt, Deum colere, credere, & amare, pœnitere, extremè laborãtisub uenire, non fornicari, &c. Quædam vero esse positiui iuris et diuini, vt ieiunare, festum aliquod obseruare, Sacramẽta suscipere, &c. Omnes igitur ii actus qui præcepto legis naturali s proponuntur esse media ad salutẽ simpliciter necessaria, & non solum præcepti necessitate seruanda: ea vero quę positiua lege sunt constituta, etsi a Deo lata lex sit immediatè solum esse vi præcepti non medij necessitate instituta. 14. *Præcepta duplicia.*

Discriminis autem ea ratio perhibetur, quoniam ea quæ iuris naturalis sunt, non sunt necessaria quia præcepta, sed contra, præcepta, quia necessaria, ac perconsequens prius natura sunt ad finem consequendum necessaria: quam sint præcepta, ac perinde omnia sunt media, tanquam sine quibus finis esse non potest, & omnia præcepta, sed prius media, quam præcepta. At cæteri actus ideo sunt necessarij, quia præcepta, & ideo prius sunt præcepta, & ratione præcepti sunt necessarij: quæ tamen aliàs ad finem necessarij non essent, sed absque illis, præcepto secluso finis posset obtineri, & hinc est quod Baptismus, & Pœnitentia vt sacramenta sunt, media sunt ad salutem assequendã necessaria, quia licet nõ ex natura rei, at ex institutione Christi, qui sanctæ legis naturę italegis Euãgelicę, author est prius, sũt instituta, vt esset id quo gratia daretur, & ita præcepta ratione prius sunt necessaria, quam præcepta, & per cõ 15. sequens non sunt solum in præcepto, sed vi medij omnino necessaria, cum igitur restitutio eorum sit, quę iure ipso naturali indicta sunt consequens est, vt sit medium ex natura rei ad salutem necessarium, & non tantum in præcepto.

Verum etsi acuta sit, ista disputandi, ac cogitandi ratio, nescio tamen, an omnino vera sit, non enim expẽdit veram rationem medij, medium enim, non solum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est id sine quo finis haberi non potest, sed oportet vt sit tale quod habeat proportionem, habitudinem quę ad finem ex natura sua, & proprio conceptu: quasi finis quodammodo sit in medio, in virtute autem saltem in quadam proportione. v.g. ad hoc vt quis sanitatem consequatur, necesse est viuere itaq; vita est id sine quo salus consequēda non erit, & tamē non est me diū ad sanitatem: quia re vera non est ordinata vita ex natura rei ad sanitatē, imo potius contra. Sic igitur licet nō fornicari. v.g. aut eleemosynā dare sit ex se necessa riū ita vt sine illo gratia haberi nō possit, tamē non po test dici mediū ad gratiā assequendū, cum ex propria natura & conceptu non sit ordinatum ad gratiam, nec habeat proportionē, aut causalitatem rei ad illam, nisi quia præcepta sunt à Deo gratię datore. Ob idq; dici solet, quod finis est cuius gratia aliud est, quasi medium ex sua ratione sit, quod est ad finē natura ordinatū, aut saltē ex institutione Dei quæ est altera natura: nō igi tur omnia quęcūque sunt de iure naturali dicenda sunt media ad gratiā & gloriam, sed ea dum taxat quæ natu ra sua, aut ex Dei institutione sunt ad finē illum conse quendū conducentia & ordinata: & hinc est q̄ fides & charitas ante peccatū sunt media ex natura rei necessa ria. Ex natura enim rei vt sis amicus, id est, vt gratiā ha beas Dei, necessariū est omnino credere, & amare eū, & si qui sunt alij actus huiusmodi qui ex sua ratione, & na tura ad eū finē conducāt, post peccatū verò pœnitētia, vt ex se patet, per locū enim intrinsecū ad amicitiā per ditā recōciliādā pœnitētia requiritur, eleemosyna. n. aut nō fornicari, aut nō furari indirectè, & nō ex intrinseca ha bitudine ad finē requiritur, Baptismus verò & Pœnitē tia nō ex rei natura, sed ex Dei institutione, quia re ve ra cū gratia habēt proportionē & causalitatē ex institu tione Dei, vt cōstat. Gū igitur restituere ex proprio cō ceptu, & ex se nō sit ad amicitiā necessariū, sicut nec alia præcepta etiā naturalis iuris implere, cōsequēs est vt nō propriè dicēda sint media ad gratiā vel salutē sim pliciter.

Obseruatio præceptorum licet sit necessaria ad gratiam, nō tamen dicitur medium ad illam consequendam.

19.

TER-

TERTIA dubitatio sit, vbi sit traditum istud de restitutione præceptum in decalogo. Dixi singulariter in decalogo, nam vt suprà dubio primo aduersus Hęreticos dicebam, passim in diuinis foliis restitutionis præceptum est traditum. Ratio verò huius difficultatis, est, quoniam cùm illud præceptum de calogi, *non furtum facies*, sit negatiuum, restitutionis autem sit affirmatiuum, non videtur in eo esse inclusum. Quidam existimauit præceptum restitutionis non esse idem ac. de non furando, sed esse potius duo distincta præcepta ob rationem factam: quia dicunt, alterum est affirmatiuum, alterum negatiuum, alterum obligat ad semper, alterum non nisi certo tempore, loco, & personis. Sic profectò visum est Dominico Soto. 4. lib. de Iust. & iur. q. 6. art. 1. & 2. in fine, & q. 7. art. 4. Vbi aliam reddit rationē, quia alterum est prohibitio mali, alterum iussio boni, ac proinde ex obiecto differunt.

Tertia dubitatio.

17

Alij verò existimant præceptū quidem principaliter esse positiuum, includere tamen negationem, veluti secundariò, scilicet non retinere alienum. Ita videtur sentire Caiet. in summ. verb. *restitutio*. Nau. in sum. c. 17. nu. 54. & potest probari hæc sententia. Quoniam restitutio est traditio rei impossionem veri domini, seu solutio damni illati, & licet pendeat ex non retinendo, tamen non retinere, non est formaliter restituere, sed implicatur indirectè. Igitur principaliter est positiuū præceptum, & hinc est, quod non obligat pro semper, sed certo tempore, & loco.

Mihi verò aliter semper est visum, hoc præceptum restituendi esse principaliter negatium, secundario autem immo non necessario posituum. Qua in sentia D. Thom. esse censeo. 2. 2. q. 62. artic. 8. ad primum, Silu. resti. 5. in principio. Cænum relect. de pœnit. 4. par. §. itaque. Scot. in 4. d. 15. q. 2. §. de 4. & affert exēplum sicut retinere (inquit) alienā mulierem est cōtra præceptū negatiuū. Palud. dist. 15. q. 2. art. 6. qui id probat ex illo Leuit. 16. *Non remanebit apud te opus mercenarij.*

Præceptum restitutionis est principaliter negatiuum, secundario autē positiuum.

18

Gab.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gab. in 4. dist. 15. q. 2. con. 2. & videtur Merc. sententia trac. de restit. c. 1. dicentis esse eiusdem speciei præceptum non furandi, & restituendi. Mihi igitur certè videtur, vt dicebam (docentque præfati doctores nostræ opinionis) non esse distincta præcepta, sed tantùm esse distinctionem secundum voces. Verbum enim *restituere* nomine affirmatiuum, re tamen est negatiuum, scilicet, non retinendi alienum, quod ex eo planè perspicitur, vt simul generalem regulam demus præcepta affirmatiua, aut negatiua cognoscendi.

19. *Vnde agnoscatur an præceptum sit affirmatiuum, vel negatiuum.*

Quando enim id quod concipimus, aut significamus per nomen, est aliqua actio realis à parte rei, tunc præceptum quo illa prohibetur est negatiuum, & quo intimatur affirmatiuum, etiam si conuersis nominibus vocibusque significetur. v. g. præceptum audiendi sacrũ affirmatiuum est, etiamsi hac verborum forma tradatur: nullus absit sacro, nullus omittat sacrũ. Licet enim voce videatur negatiuum, quia tamen in re nulla realis actio negatur, sed potius negatur absentia, seu omissio, & per consequens negatur negatio, ideo præceptum re vera est affirmatiuum, nam negatio negationis affirmatio est, vt Philosophi docent. Vnde negatio tenebrarum lux est, & negatio cęcitatis visus est, & peccati negatio seu carẽtia, gratia ipsa præsens est. Tũc ergo, &c. Accipere alienum actio realis est, & ita præceptum, quo interdicitur acceptio negatiuũ est, licet affirmatiua voce poneretur. Nempe omnes tuentur, & conseruent res proximi sui, quia præceptum talis conseruationis est re ipsa non acceptionis, id est, non habendi actionem illam, qua res aliena auferatur à proximo, & ita præceptum non furandi est negatiuum. Sic igitur de præcepto restitutionis putamus esse dicendum: vsurpare siquidẽ rem alienam, & illam retinere atque ea frui positiuum quid est in re. Est enim quedam possessio, & fruitio illius, & ita præceptum restitutionis licet expressè positiuum appareat: tamen verè, & re ipsa negatiuum est, & ipsummet de non accipiendo alienum. Detentio enim

20.

Præceptum restitutionis pertinet ad septimum præceptũ decalogi.

nihil

nihil aliud est quàm prima acceptio continuata, atque ita præceptum non continuandi iustitiam acceptionem (quod est restituendi) est negatiuum.

Restitutionis nomẽ licet per affirmationem exprimatur re tamen est negatiuum.

Hoc enim egregiè docent illa verba D. Thom. in illa Sol. ad primum, dum ita scribit: *licet præceptum restitutionis secundum formam sit affirmatiuum, tamen includit negatiuum, & ita adstatim obligat, sicut omnia negatiua præcepta*, &c. Cuius sensus planus est, quod licet forma vocis, qua traditur affirmatiuum videatur, tamen reuera quod inclusum est in ea forma, negatiuum est, & hoc existimo significare voluisse Inn. in c. sępe, de Rest. spol. dum dicit: *Non multum interest, quo ad forum animæ, iniustè detinere & inuadere alienum.* Vbi Gloss. *pro eodẽ* (inquit) *reputãt iura auferre & detinere iniustè*, vt habetur in d. c. sæpe. & 16 q. 1. c. decimæ, qui enim decimas dare negligunt dicuntur res alienas inuadere, & id c. sicut. 47. d. & §. 1. 42. d. & in c. indignè. 12. q. 2. Iis enim iuribus declaratur tantum peccare eum, qui rem alienam retinet, quã, qui furatur, quasi agat contra eandem legem, ac præceptũ. Vnde eo ipso, quòd à possessione, fruitione, denique ab actione qua illam rem continuè contrectat, & vsurpat cessare cœperit, statim nõ tenetur vllo præcepto cõtra iustitiã, quãuis per accidẽs importetur quędã realis actio qua rem det, & tradat proximo, sed, vt dixi, id per accidens est, quia restitutio seu dãni reparatio sine illa actione fieri nõ potest, siue quia dominus abest, siue alia causa, imo neque illa actio semper interuenit. Fieri namq; potest sine illa restitutio, vel quia res non distat loco à domino, & ira dumtaxat non retinendo dominus rem recuperat, quod etiam in debiti recompensatione videre licet, vel quia res est animata, vt seruus furto sublatus, vel animal, vt canis, vel columba, quę sublato impedimento pergunt ad dominum, in quibus & similibus constat, quod eo ipso quod fur cessat ab iniusta actione & retentione dicitur verè restituisse. Et idem est de iudice iniustè aliquem in carcere detinente, nam eo solo quòd cessat à detentione dicitur Ecclesię illum restituere

21

Tan peccat qui res alienas detinet, quam qui furatur.

22

23

Universidad de Deusto
Biblioteca

euere, vel suis, atque idem est si tres sit immobilis. Si enim iura aliqua, si possessionem, si castellum & huiusmodi iniustè retineas, eo ipso quòd derelinquis atque ab iniusta retentione cessas, veré restituere diceris, sine vlla prorsus reali ac corporali traditione.

Haber & possidere rem in arca, aut tuto loco etiam physicè nihil agatur actio est in genere moris.

Dices retinere non est agere, quid enim faciet fur pecuniam in arca retinendo? Respondeo primùm moraliter esse actionem, licet non esset physica. Habere enim ac possidere rem in arca, aut tuto loco etiã si physicè nihil agatur, actio est in genere moris. Tum quia, quo ad mores attinet ita est vtile ac si ageres, ita est laude, vel vituperatione dignum ac si denuo ageres, & acciperes. Tum quia est damnificatio quædam proximi, vt patet. Tum denique quia est volitio continua habẽdi. Deinde etiam si non esset actio tamẽ exterius quiddam positiuum est pertinens ad prędicamentum reale Habitus. (Nã habere possessiones, seruos, diuitias, &c. Vnum est ex 10. prędicamentis ab Arist. numeratis) & illis carere est priuatio.

Adde prędictis, quòd ex omnium sententia restitutio præcepta est in illo præcepto decalogi, *non furtum facies*, igitur negatiuum prędceptum est. Fieri enim non potest (nisi vt suprà dicebam per accidens) vt affirmatiuum præceptum sub negatiuo constituatur, cùm siue sit idem præceptum, siue vnum sub altero, debeat esse aliqua similitudo. Asserere enim esse duo condistincta, & vnum sub altero non contineri, vt Sotus docet, dici non potest. Omnium enim confessio est eum, qui cũ possit non restituit, furtum committere, & illo præcepto, *non furtum facies*, teneri ad restitutionem faciendam. Et ita sensit Med. C. de rest. q. 2. dicens idem esse præceptum: *Nec refert* (ait) *præcepto negatiuo actum positiuum inhærere, cũ ad obseruantiam negatiui est necessarius. Sicut præcepto non occidendi, quòd negatiuum est præcipimur proximum periclitantem defendere, vel panem ei porrigere.* Cum igitur finis præcepti de non furando sit, ne proximus re sua priuetur: ideo restitutio eodem prędcepto indicitur,

24

Ille qui cũ possit nõ restituit reus est furti.

Ad

Ad primam igitur Soti rationem respondeo. Id enim quod est principale in hoc præcepto, est non retinere alienum inuito Domino, quod statim, & semper obligat. Illa enim datio & redditio, quæ inde resultat extrinsecé importatur, & minus principaliter ad finem non retenendi iniustè: vt diximus, sæpeque non est necessaria. 25

Secundum autem argumentum q. illa 7. artic. 4. fri uolum est, alioqui colligeret præceptum ieiunandi, & non bis comedendi esse duo prędcepta, quoniam alterum est prohibitio mali, alterum iussio boni. Respondetur ergo, esse secundum voces differentiam. Restitutio enim voce bonum iubet, sicut ieiunare: sed re ipsa malum prohibet, nempe retentionem iniquam, sicut non comedere bis in die. Ac proinde, vt alio loco latiùs prouabi, ieiunij præceptum negatiuũ est, licet secundum formam affirmatiuum videatur: Non enim iubet aliquam actionem realem (aliàs nisi semel comederes non ieiunares, quod dicẽdum non est) sed potius abstinentiam, & negationem secundę comestionis.

Ad rationem Caie. & Nauar. respondeo, fateri eos, & nos, esse vnicum præceptum, sed actionem illam reddendi ablatum putant ipsi esse principale in restitutione. Nos verò putamus non retinere, esse principale, ex quo illa cõsequitur. Imo, quandoque, vt dicebam non interuenit. Ex iis constat, præceptum de restitutione esse iuris naturalis & diuini, tam ratione iustitiæ, cuius est actus elicitus, quàm charitatis à qua imperatur: contra quam vtrumque virtutem agere, constat esse de iure naturali, & diuino prohibitum, quod certè probatione non eget, ac proinde relinquitur, non restituere, genere suo peccatum esse mortale. 26

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De nomine, & ratione restitutionis. Cap. II.

SVMMARIVM.

Quæ restituantur homini a mortuis resurgenti, num. 3.
Sacramenta imprimentia characterem non restituũtur resurgenti a mortuis, num. 3
Perpetuitas, quæ durat omni tempore vitæ, nõ potest separari a religionis voto, num. 4
Pontifex, vel Episcopus, licet a mortuis resurgat, non restituetur in Pontificatum, num. 5
Religiosus professus, si a mortuis resurgat non erit obligatus ad religionem, neque vxor ad matrimonium, num. 5
Si quis a mortuis resurgat, habet actionem recuperare bona, num. 6
Distributor, qui non seruat debitum ordinem iustitiæ distributiuæ, tenetur ad restitutionem, num. 10
Omne vitium destruitur per actus virtutis sibi immediate oppositæ, num. 10
Quando id quod redditur proportionatur rei ablatæ, illius damni reparatio, dicitur commutatio, num. 16
Deo nihil possumus restituere, at satisfacere pro iniuria sibi illata, bene possumus, num. 20
Anima defuncti non detinetur in purgatorio per dilationem restitutionis, sine culpa factam, bene tamen per dilatationem satisfactionis, quæ fit per sacrificia, aut eleemosynas, num. 21
Satisfactio pœnitentialis, subest arbitrio confessarij, non autem restitutio, num. 21

Explicat

EXplicata à nobis est restituendi necessitas, siue vt medij siue vt præcepti quę ex iure diuino & naturali ducit originem, iam oportet, vt restitutionis naturam diligentius expendamus. Restituere dictũ videtur quasi aliquidin pristinum statum statuere, sic sanè Cicer. Roma eiectus se reipublicę restitutum dicebat, vnde in l. restituere. ff. de Verborum significatione restitutio dicitur: *in pristinum statum repositio.*

Ex quo colligitur definitio quid rei, est enim restitutio, *actus iustitiæ quo damnum proximo datum reficitur*, siue enim nihil reale à proximo accipiendo eum lęseris, vt si fata vel domum igne succendas: siue quidpiam abstuleris reale, vt in rapina & furto contingit, damnum infers, quod damnum, dum remoues, siue iniuriam recompensando, siue acceptum reddendo restitutionis actum exerces. Nec opus est in explicanda definitione multa conferre, vt à multis fieri solèt, sigillatim particulas explicantibus, cũ definitionem aliquam tradũt quod superuacaneum putamus, cũ illa omnia in peculiaribus dubitationibus explicanda & probanda sint, atque inutiliter repetenda. Illud modò satis fuerit eam definitionem tanquam bonum esse accipiendam, cũ tradita sit à doctissimis viris. Sic enim definit D. Thom. secunda secundę. q. 62. art. 1. Nauarrus cap. 17. nu. 6. Medina C. de restitutione in principio, & quotquot ego legerim, licet differre nonnulli videantur verborũ diuersitate & multitudine. Tum etiam ipsa nominis ratio demonstrat. 1 *Restitutionis definitio.*

Quamuis autem restitutio multipliciter distingui soleat: potissimum tamen duobus modis diuidi consueuit. Quædam enim dici solet restitutio in integrũ, qua omnia, quæ in pristino statu erant, redduntur, putà possessio rei, fructus, ius pristinum, &c. Perquam solet subueniri minoribus vel Ecclesiis, vt habetur in l. 1. C. de sen. pas. & C. de rep. l. vnica. & l. postulata. C. de in 2 *Restitutio duplex.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

integ. rest. & ff. de Minor. l. quòd si minor. §. rest. & c. 1. & c. auditis, de in integ. rest. Et ita docuit Syl. verbo rest. 1. q. 1. & glos. in d. c. auditis, in verb. *contra reli*

3 *quam.* Alia verò est restitutio, qua non primus status revocatur in totum, sed in aliquo particulari, vt de re ablata, de dãno illato, de interesse, & huiusmodi de qua præcipuè hîc agimus. Prior enim ad ius exterius magis quàm ad conscientiam pertinet. Id tamen est animaduertendum, quòd omnis restitutio etiam non in integrum semper debet esse æqualis damno illato: ob id enim dicitur actus iustitiæ, quæ in æqualitate fundatur, & quàmuis nostræ intentionis non sit de prima restitutione disputare, spectat enim ad Iuristas, magis quã ad Theologos, placet tamen de illa vnum verbum effari.

Docent igitur plerique iuris peritorum per hanc restitutionem subueniri homini à mortuis resurgenti, sicut subuenitur minoribus, & Ecclesiis, vt ex dictis iuribus constat. Quod nos ita, indistinctè non omnino probamus. Primũ quoad ea, quæ characterem imprimunt, nõ restituitur cũ non amiserit. Vnde non rebaptizabitur, nec reordinabitur, &c. Item nec vxor post mortẽ ei restituetur, cum sit per mortem dissolutum matrimoniũ, quidquid aliqui Iuristarum dicant. Neque etiam religioni restituetur. Quamuis contra doceant Ioan. And. & alij in c. fraternitatis de Erig. & malef. Quam sententiam secutus est Syl. verb. *resuscitatus.* Melius siquidem censet Panor. in d. c. fraternitatis, non esse restituendum. Quoniam illa obligatio est restricta ad tempus vitę. Nec refert in quibusdam formulis religionum ita dici: *Voueo castitatem, paupertatem, & obedientiam perpetuam in hac religione.* quo casu sententia Syl. & Ioan. And. posset aliquo modo defendi. Imo docet Syl. quòd etiam si non dicat perpetuò, sed simpliciter. *Voueo talem regulam,* modò non dicat pro, *tempore vitæ meæ,* debet restitui.

Quæ restituantur homini à mortuis resurgenti.

Sacramẽta imprimentia characterem, non restituentur resurgenti à mortuis.

4

Attamen in vtroque casu, vt dixi, non placet mihi ista sententia. Primum enim idem est dictum: *Voueo perpetuò hanc regulam,* ac dicere simpliciter, *Voueo hanc regulã.* Com-

Communi enim iure communique omniũ sensu professio perpetua intelligitur esse debere, maximè iuxta eos Theologos, quorum est communis, & magis vsitata sentia, quòd professio in religione approbata iure diuino est obligatoria, & omnino per Papã indispẽsabilis. Vnde nõ modo sine causa (hac enim ratione etiã simplicia vota obligatoria sunt) sed etiam cũ causa nõ potest perpetuitas à solẽni religionis voto separari. Idẽ est igitur si dicas simpliciter, *voueo,* aut profiteor: ac si addas *perpetuò.* Tunc vltrà idẽ est dicere, *Voueo simpliciter,* seu *perpetuò,* ac dicere, *pro tempore vitæ meæ.* Quod enim pro tota vita faciendũ assumitur perpetuũ dicere solemus. Constat enim matrimoniũ dici perpetuũ vinculum, cum tamen per mortẽ dissoluatur, & officium, vt Pontificatus Episcopatus, & huiusmodi dicitur perpetuũ, licet morte expiret. Cum igitur quis simpliciter dicit, *Voueo hanc regulam,* aut *Voueo perpetuò hanc regulam,* non plus intelligere oportet, quã pro tempore totius vitę. Atque ita nõnulli professentes dicunt *pro toto tempore vitæ meæ.* Quocumque ergo modo fiat, si resurgat, non erit obligatus ad religionem, sicut nec ad matrimonium, vt dictũ est, & docuit Panor. vbi suprà.

Perpetuitas quæ durat omni tempore vitæ, non potest separari a religionis voto.

5

Pontifex, vel Episcopus liceret a mortuis resurgat, nõ restituetur in põtificatum.

Religiosus professus si a mortuis resurgat, non erit obligatus ad religionem: neque vxor ad matrimonium.

An vero temporalia bona sint restituenda varié videntur sentire Doctores. Nam Ioan. And. putat non restitui. Quia inquit, actio semel extincta non reuiniscit. Sed non videtur loqui consequenter, cũ dixerit professum esse restituendũ. Alij autẽ docẽt, bona ei esse restituenda. Vnde & rumpere potest testamentum, & recuperare bona in integrũ. Ita sensit glos. in l. ex iis, ff. de legat. & in l. seruus. ff. de act. obl. Bart. l. 1. C. de Sacro eccle. Qua in controuersia duo mihi dicenda videntur. Primum hac quæstione nostris tẽporibus raró forté opus. Nam frequentius contingeret tempore primitiuæ Ecclesiæ, vbi tam Apostoli quàm alij sancti pares virtutes multas operabantur. Secundò, videtur in eo casu extinctum esse ius, quod habebat ad illa bona, si cut de religione & matrimonio diximus. Nõ enim manus

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius habet in ea bona, quã in corpus vxoris, cuius corpo
ris ius quod habebat per mortem amisit. Deinde, quo-
niam testamentum per mortem confirmatum est, vt ait
Apost. ad Heb. 9. Non ergo potest rumpere ac reuoca
re, sed statim quęsitum est ius hæredibus, non minus ac
si donationẽ fecisset inter viuos. Tertió videtur, quod
cum hoc stat posse sua bona recuperare. Et ita simpli-
citer bona illi esse restituenda, vt docet Glossa, & Barto
lus citati, & Archidiaconus in c. 2. 32. q. 7. Sylvest. ver
bo *resuscitatus*. Iulius Clarius lib. 3. §. testamentum. q.
86. Albert. in d.l. ex iis. num. 1. Alex. in l. fin. nu. 5.
ff. solut. matr. Licet enim per mortem sit perditũ ius
& alteri quęsitũ: tamen eo onere perditum esse censeri
debet, vt quoties dominus, non extet, alter possideat,
cui apparenti restituere teneatur. Sicut patet de rebus
inuentis & perditis. Nam domino comparente si res ex
tat in specie cessat ius possidentis, & iure postliminij id
euidentius apparet. Postliminiũ enim est ius, quo res
etiam vsucapta & prescripta propter seruitutẽ vel cap
tiuitatem veri domini amissam ei restituitur, & l. post.
li. ff. de Ca. & post reuer. Igitur res vsucapta & pre-
scripta restituenda est, cum per naturalem mortẽ est ad
quisita: sicut ob captiuitatẽ vel seruitutẽ, quæ etiã est
mors ciuilis. Secundó, quoniã in donatione causa mor-
tis manifestum est plus se quàm donatarium velle ha-
bere. Igitur in testamento ea intelligitur tacita condi-
tio, si moriatur in effectu ita vt permaneat in morte.
Et ob hanc rationem videmus posthumo postea nato
restituendam esse hæreditatem à quocunque possidea-
tur, quia ea conditione hæres ille successit, vt vero filio
si extet, restituatur, multoque magis sibi ipsi restitui de
bebit cuius magis sunt bona resurgentis, quam post-
humi postea nascentis. Ob eam ipsam rationem si quis
quis extraneum hęredem instituerat, ecque putat filiũ
emortum, si postea filius imperiatur illi erit hęreditas
restitutionis ea certe ratione, quia non aliter pater relin
quere voluit, vel velle debuit extraneo, quam si fi-
lius

Si quis a mortuis resurgat, habet actionẽ recuperãdi bona.

7

sic probari posse coniector. Sicut enim si prima vice cũ
fieret distributio, dataque fuisset quantitas secundum
exigentiam personæ, erat actus iustitiæ destributiuę,
quoniam mitrebat illum in possessionẽ eius, quod sua
dignitas merebatur, ita profecto, quando reponit, ac re
stituit eundem in eandem possessionem post iniquam
distributionem factam eiusdẽ virtutis actus esse opor
tebit, quæ inclinat ad reddendum illi, id, quod sua dig-
nitas postulabat, etiam facta diuisione. Nec refert factã
esse distributionem, & non existere dicta bona in pri-
mo cumulo, vt propterea dicamus non esse locum iusti
tiæ distributiuæ. Id enim, materiale est, & per accidens
formale siquidem est, vt id, quod datur, vel redditur, sit
proportionatum dignitati personæ. Quid enim refert
vt ego mihi acceperim, cũ diuidebam, vel alteri dederim
quando id reddo, quod tunc eram redditurus, & ob eun-
dem respectum ad personam, & non ad datum & ac-
ceptum.

16

Dicunt contra fieri potius. Quia in restitutione non
habetur, ratio personæ, sed videntur decipi hac in par-
te. Nam si quodcumque damnum, quod alicui fit perti
neret ad iniuriam commutatiuam, iam igitur iniustitia
distributiua in sua ratione non includeret damnificare
proximum, quod ipsi negant, & meritó. Nam eo ipso
quod est iniustitia, essentialiter est damnificatio, priua-
tióque boni proximi. Si ergo damnificatio fuit ab iniu-
stitia distributiua, non eo solo, quód reparat damnũ de-
bet esse iustitiæ commutatiuę. Imo est rectificare distri
butionem, & velutí de nouo facere. Igitur quemadmo-
dum esset opus iustitię distributiuæ dare Petro, quod
debetur suæ personę sine respectu dati & accepti, sic sa
né auferre grauamen & iniuriam iuxta merita personę,
id est, dando illi omne, quod merebatur à principio erit
opus eiusdem iustitię distributiuę. Et ita animaduerte-
re oportet non cuiuscunque damni reparationem esse
commutationem, sed tum demũ, cum id quod redditur
proportionatur rei ablatę. At cũ id quod redditur pro-

Quãdo idquod redditur proportionaturrei ablatæillius dãni reparatio dicitur commutatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

portionatur meritò personę, illud est rectificare primũ actum distributionis iniquę, dando, quod à principio erat dandum, ad quod inclinat iustitia distributiua, sicut ad proprium actum immediatè elicitum. Vnde essentialis ratio iustitiæ distributiuę, non tam est ex communi aliquo elicere, quã reddere vnicuique ex eo quod modo est, aut fuit cõmune debitũ secundum exigentiã personę. Semper enim est verum quod reddit debitũ ex illo communi, quamuis modò non ex communi, sed ex bursa exhauriat. Illud enim est, quod ex communi debebatur secundum quantitatem meritorum. Aliàs si cũ fiebat diuisio esset mea culpa furto ab aliquo res sublata, in quo casu tenebar restituere: vel ego mihi reseruassem intentione reddendi cõmodius, non implerem iustitię distributiuę officiũ, cũ postea ex arca mea reddo. Impertinens ergo est dari ex illo cõmuni, si datur quod ex illo cõmuni debetur, & secundũ personę exigentiam.

17

Denique si fieri posset diuina potentia (non enim est impossibile) vt quis haberet habitum iustitię distributiuę, non tamen commutatiuę quis dubitat, quin ille talis, qui semel deliquit in distribuendo, prompte ac suauiter redderet, quod dãnificato debebatur secundũ rationem meritorũ. Reddutio ergo illa ex inclinatione iustitię distributiuę procedit, quę, sicut inclinat ad dandum quod debetur iuxta dignitatem personę: ita inclinat ad reparandum quod ablatum est, ad reparandum (inquam) secundum dignitatem personę. Exemplum verò de temperantia non est ad rem. Quoniam cibus post commestionem, cum non permaneat, non potest iam in illa materia tẽperantia exerceri: at in nostro casu manet eadẽ materia. Quid? quod nolumus eundẽ actũ numero reparari. Id enim est impossibile, siue sit eadẽ materia superstes, siue secus: cũ iam transiuit: sed quod idẽ secundũ speciem actus excludat vitiũ, quo virtus ablata est. Quod in eorum exemplo contingit. Nã actu eiusdem speciei temperantię numero diuerso, reparatur intemperantia prior. Sic igitur, &c. Sed de hac quæst. satis

18

tis, quę acuta magis quã vtilis admodum videtur, iã enim dixi initio huius dubitationis, me magis vehementiusque probare communem sententiam.

19

Tertia dubitatio.

TERTIA difficultas, vtrũ restitutio sit pars satisfactionis? Omnes fatentur non esse partẽ satisfactionis. Licet enim satisfactio ad iustitiã pertineat (vt pluribus ex Doctoribus placet) commutatiuam, sicut & restitutio, vt fere omnes putant, attamen per multas esse differentias inter hos duos actus atque virtutes, omnes, vt dixi, fatẽtur. Quas latè prosequitur Dominicus Sotus in 6. lib. de iustit. q. 1. artic. 1. & Doctor. in 4. distinct. 15.

Differentia inter satisfactionem, & restitutionem.

Ea tamen mihi videtur differentia præcipua (ni fallor), quod satisfactio terminatur ad honorem lęsum, vel ablatũ. Respicit enim propriæ iniurię reparationem: at restitutio, licet supponit culpam, vt infrà in hoc secundo lib. probabimus: non dicit tamen de honorationẽ vllã, sed damnum in rebus illatum, & propterea in rapina vtrunque requiritur. Scilicet satisfactio, & restitutio, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 66. articulo 9. Merc. tractatu de restitut. c. 3. Sotus 6. de Iust. q. 6. artic. 1. Cuius ratio est. Quoniam in rapina tàm rebus, quàm personę detrimentũ infertur. Rebus quidẽ, vt patet, cũ dominus eis priuetur, vt in furti occulta ablatione. Personę quia cũ dedecore & despectu, irreuerẽtiaque aufertur. Et hæc (vt dixi) præcipua est differentia inter satisfactionẽ & restituttionem. Vnde erga Deum restitutionis actũ exercere nõ possumus. Quia nihil à Deo auferre possumus in rebus, quæ quantuncumque à nobis accipiantur semper manent in eius potestate, & dominio: at satisfactioneni possumus, & debemus ei exhibere, inquantum iniuriam ei fecimus, & offensam peccando, & diuina eius præcepta contemnendo. Plura alia differimina adferunt Doctores locis citatis, vt quod per restitutionẽ non remittitur, peccatum, neque eius pœna, sed tãtũ est cessatio peccãdi, at per satisfact. peccata, & eorũ pœna condonãtur. Vnde infra lib. 3. edocebimus

20

Deo nihil possumus restituere, at satisfacere pro iniuria sibi illatæ bene possumus.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

21 *Anima defuncti non detinetur in purgatorio per dilationem restitutionis sine culpa, factam bene, tamen per dilationem satisfactionis, quæ fit per sacrificia, aut eleemosynas. Satisfactio pœnitentialis, sub est arbitrio confessarii, non autem restitutio.*

per dilationem restitutionis sine culpa defuncti factam non detineri animam in purgatorio, detinetur tamen per dilationem satisfactionis, id est eleemosynarum, sacrificiorum, &c. Sine culpa defuncti factam. Item restituere velle, meo iudicio, esset potius pars contritionis, quã satisfactionis. Est enim propositum, non peccandi de cætero. Item sæpe est necessario præmittenda confessioni, vt infrà lib. 3 probabimus. At satisfactio non ità. Præterea in satisfactione finis est amicitia, & reconciliatio, non autem in restitutione. Denique pœnitentia, seu satisfactio arbitrio sacerdotis subest: non autem restitutio. Sed in iis non oportet multum insudare cũm ex definitionibus vtriusque facilè sit has, & plures alias differentias inuenire inter restitutionem & satisfactionem, vt est ea, quam docet inter alios Bonau. in 4. dist. 15. q. 4. art. 2. quod satisfactio non potest fieri nisi ab homine existente in gratia, at restitutio etiam si sit in peccato mortali, fieri potest. Sed de iis suo loco. Fatetur etiam, & benè D. Bona. quod restitutio cõmuniter est satisfactio, non autẽ proprie, & stricte. Per omne enim opus voluntarie assumptum, etiam si sit in præcepto, possumus satisfacere, vnde cũ restitutio fit ab homine propter Deum maximè in gratia, & satisfactoria, & meritoria est, sicut etiam per ieiunia, quæ sunt de præcepto satisfacimus, vt alibi ostensum est à nobis.

Libri primi finis.

lios non extaret obtacitam ergo illam cõditionem, &c.

Quę sane vera esse debent in foro conscientiæ ante sententiam eo temperamento (quantum ego arbitror) adhibita, vt bonorum possessor non teneatur de consumptis, sed ea quę extabunt reddẽdo satisfaciat. Cum enim fuerit bonæ fidei possessor non tenetur de fide bona consumptis, vt tom. 2. latius explicabo, vnde quandiu defunctus manet in morte successor est verus vsus fructuarius, sed anteneatur saltem in quãtum est ditior factus, vt teneri dicemus infra cum qui bona fide rẽ alienam consumpsit infra dicemus fortasse. Atque idẽ est dicendum potiori ratione, si ab intestato decedat, ipse enim sibi est omni alio coniunctior. Atque adeo si vixerit, seipsum velle hæredem facere est credendum. Deinde, quia aliàs nullus esset beneficium resurgenti factũ iuxta oppositam sententiam, sed molestum potius plures iudicarent. Cũ ex vna parte cum obligationibus & oneribus, ex alia verò nudus sine actione, & iure ad bona rediret ad vitam, vt miseram ita viuendo mortẽ age re deberet. 8

Dices igitur Episcopus & Curatus essent restituendi? Verum non est simile. Est enim quasi matrimoniũ Ecclesię ad Episcopũ, & ita sicut de carnali ita de spirituali matrimonio fateri debemus esse dissolutum per mortem, & ita docuit Syluester, verbo *diuortium*, quæst. 2. de vtroque matrimonio. Nam de carnali communis est Theologorum sensus in 4. distin. 27. ex Apost. ad Rom. 7. Et habetur in Authentica de Nuptiis. §. deinceps. Atque eadẽ est ratio de professione, in qua matrimonium spirituale celebratur & totalis quædam traditio & emancipatio Deo fit. Sed de digressione hactenus. Hac igitur restitutione omissa quæ Iuristarum magis est propria. De restitutione ablati, damnique illati sermonem facere festinemus. 9

SECVNDA difficultas sit, vtrum restitutio cũ fructus iustitię sine commutariuę an potius distributiuę? Et video communiter Doctores fateri esse actum *Secunda dubitatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

elicitum à commutatiua iustitia. Sic D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. & ibi Caietanus: Nauarr. cap. 17. num. 6. art. 10 1. Ricar. in 4. dist. 15. Grabt. eadem d. q. 2. notabili 3. Sotus 4. de Iustitia. q. 6. art. 1. Couarru. in reg. peccatum. part. 2. in principio. Syluest. rest. 3. q. 2. Cord. de detractione. q. 3. con. 1. Adrian. in 4. de rest. famæ, & Quodlibeto 11. difficultate 5. & 6. Neque vllum legi, qui contra censerit, cuius sententiæ ratio est, vt sanctus Thomas docet (Caietano explicante) quoniam in restitutione damni à proximo dati attenditur æqualitas rei ad rem, quod commutatiuæ iustitiæ est, 2. probat Nauarr. Quoniam iustitia distributiua commune inter priuatos diuidit, at is qui restituit, non diuidit commune inter priuatos. Sed priuatum & proprium damnum recompensat, commutatiuæ igitur, & non distributiuæ iustitiæ restitutio actus est.

Distributuor qui non seruat debitum ordinem iustitiæ distributiuæ tenetur ad restitutionem.

Quamuis autem hæc cõmunis sit Theologorũ sententia, merito à quibusdam dubitatur quo pacto id verum esse possit. Nam per iniustã distributionẽ oritur restituendi obligatio, vt latius probabimus lib. 2. & ex sese constat. Quis enim nesciat quin teneatur ad restitutionẽ is distributor, qui non seruas debitum ordinem iustitiæ distributiuæ, vt si in diuisione spoliorum Duci, & aliis personis dignioribus de exercitu non plus tribuat de spoliis, quã cæteris de exercitu militibus? Ergo qui lædit iustitiam distributiuam tenetur restituere, atque adeo illa restitutio erit iustitiæ distributiuæ. Siquidẽ omne vitiũ solũ excluditur per actus virtutis sibi immediatè oppositæ, vt virtus eius, destructione reparetur: quod ipsa destructa est, atque id in omni virtute videmus. Nã infidelitas per actus fidei excluditur, desperatio abijcitur per spẽ, intẽperantia per salutare ieiunij, &c. Si ergo læsio facta est per iniustam distributionẽ consequẽs est, vt reparari debeat per actum iustæ distributionis, qui est vitio directè, & immediatè oppositus.

Omne vitiũ destruitur per actus virtutis, sibi immediatè oppositæ.

11 Ad hanc rationem cõmuniter respondere solent, quod in omni iniqua distributione semper est coniuncta iniqua

qua commutatio. Et ex hac parte omnis restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ. Dicunt enim ob id fieri damnum in iniusta distributione, non quia violetur ordo distributiuæ iustitiæ, sed quia ei datur minus, qui ius habet ad magis, & quoniam lædere ius, quod quis habet ad rem ad commutatiuam iustitiam pertinet, quæ lesionem non personam læsam attendit, inde est, quod omnis restitutio sit iustitiæ commutatiuæ opus. Apparens est solutio, sed quantum ego possum iudicare non vera: nam ex eo solum, quod quis faciat contra iustitiam distributiuam, tenetur ad restitutionem, vt infrà latius probabo, & ratione ita ostendo. Nam sicut iustitia commutatiua & distributiua, cũ sint species distinctæ differre debent saltem formaliter, & ita saltem secundum rationem separari ad inuicem possunt: ita profecto in iustitia commutatiua, & distributiua sunt vitia secundum rationem saltem distincta. Stando ergo in præcisa ratione iniustitiæ distributiuæ sic disputo. Illa secundũ se est peccatũ ex omnium sententia, nam est personarum acceptio, & iniuria proximo facta: denique est in iustitia, quæ genus est ad commutatiuam & distributiuam, ergo secundum propriam rationẽ omni alio separato irrogat proximo iniuriam. Si ergo omni alio secluso ex sua intrinseca ratione & malitia damnum infert. Ergo ipsa secundum se omni alio secluso obligat ad restitutionem, non ergo id prouenit ratione iniustæ commutationis admixtæ.

12

Secundò & non minus efficaciter obiicio. Sit verbi gratia, summa mille aureorum distribuenda inter tres. Vnus est dignus, vt duo: alter vt quatuor: tertius vt sex. Volo igitur ostendere non tantum ratione, sed etiã re ipsa separari iniustitiam distributiuã à cõmutatiua. Ita vt si mala hîc distributio fiat nõ intercedat iniusta cõmutatio vlla. Quod sic ostẽdo: ius illud quod habet persona digna, vt sex, non est iustitiæ cõmutatiuæ, quando quidẽ quãtitas illius iuris, nõ nascitur ex æqualitate rei ad rem, sed meré ex dignitate personæ: cur enim vni

13

Universidad de Deusto
Biblioteca

plus, quã alteri tribui debet? sanè, quia est dignior persona. Ergo ex dignitate personę oritur quantitas iuris, ac perinde ius illud erit essentialiter ipsa iustitia distributiua. Lædere igitur illud ius est planè lędere iustitiã distributiuam, quam habet. Nullo igitur iure commutatiuæ iustitię lęso, sed tantum iure distributiuæ, restitutionis onus existit, quamobrem locum non habet illa solutio.

14

Quare aliter respondetur, vt colligitur ex Caietano, & Nauarro vbi suprà. Quod non mirum si in iustitia distributiua resarciatur per actum iustitiæ commutatiuę, cũ cętera non sint paria ante, at post restitutionem. Nã ante distributionem erat commune debitũ, atque ideo illud dare ei, cuius erat, distributio quędam fuit, at facta distributione non manet commune debitum, sed fit proprium ipsius distribuentis, & ita iam nihil est loci iustitię distributiuæ in illa materia, sed tantum commutatiuę.

Confirmant hoc aliqui exemplo ex temperantia ducto. Nam qui intemperans fuit semel in aliqua materia, nequit circa eandem materiam iam temperans esse: sic dicunt, licet ille distributor circa aliam materiam actũ rectę distributionis habere possit, sed iam circa materiã hanc non potest, sed damnum illatum alio actu reparat directè, & immediatè, nempe actu commutatiuę iustitiæ. Nam indirectè, ac remote etiam reparatur iustitia distributiua. Nam sublato damno per actum commutatiuæ iustitię quo restituit, consequenter reparatur iustitia distributiua. Atque hac ratione Caietani acuta certè saluari posse videtur id quod D. Thom. & cæteri fatentur, restitutionem esse actum commutatiuæ iustitiæ.

Nos in hac re etsi communem hanc sententiam quam maximè probamus, tamen non existimamus fore omnino reprehendendum eum, qui diceret aliquam restitu-

15

tionem esse opus distribuentis iustitię. Eam videlicet, qua resarcitur damnum per iniustitiam distributiuam illatum. Quod prętęr vrgentissimam rationem factam,

sic

LIBER SECVNDVS
DE IIS QVI TENENTVR AD RESTITVTIONEM.

De Damnificante in communi. *Cap. I.*

SVMMARIVM.

Qui ius proximi specialis iustitiæ, lædit tenetur Restituere num. 3
Si iuste aliquid ablatum est in æqualitas erit si restituatur, num. 7
Si nulla intercedat proximi damnificatio, nullum erit restituendi vinculum, num. 9
Omnes tenent in sola virtute iustitiæ, esse obligationẽ restituendi, vu. 11
Differentia inter virtutem theologicam, & virtutem religionis, num. 12
Bonitas, vel malitia moralis in actu interiori est præcipue, & in exteriori secundariò & extrinsice, uum. 12
Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, num. 13
Iustitia versatur inter datum & acceptum directè & per se, reliquæ vnitates indirectè & per accidens, num. 13

Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si ex transgressione, aliarum virtutum, præter iustitiam, etsi damnum inferatur proximo, non inducitur obligatio restitutionis, num. 14
Res debita ex charitate vel voto, non minus est restituenda, acsi deberetur ex iustitia, num. 16
Non minus ligat præceptum charitatis, vel religionis quam iustitiæ, num. 16
Qui iuramento promisit, pecuniam dare latroni, tenetur illi restituere illam, num. 17
Damnum sequutum extransgressione legis charitatis non est obnoxium restitutioni, num. 17
Regulæ duæ assignatæ a Caietano, ad explicandam radicem restitutionis in generali, num. 18
Voluntas lædendi, licet sit peccatū, nō inducit obligationē restitutionis, nisi sequatur effectus, nu. 21
Non tenetur in conciencia ad restitutionem ille qui omni adhibita diligentia ne noceret, in voluntariè tamen nocuit, num. 24
Si iudex, vel homo priuata authoritate se defendēs aliquo modo ciderit non tenetur restituere, nu. 26
Qui debitum ex contractu reddit, non tam restituere quā soluere debitum dicitur, num. 27
Vendens rem vitiosam, omni adhibita diligentia, licet putet esse sanam restituere tenetur: cum ditior factus sit, num. 28
Sicut serui vtilitas, ita damnum domini est, num. 30
Dominus occultans seruum, aut animal (quando de contigentibus omnino nihil omittens damnū ab animali est secutum) nullo modo peccat, nisi lata contra eum sententia sit, num. 31
Nec iure naturali nec positiuo brutum ob damnificationem subiectum manet, num. 34
Licet dominus in seruum, iudex in reum, personaliter puniendum ius habeant cū hoc tamē stat, eos ugere posse, vt talia vitent, num. 35
Irregularitas ex casu alicui homicidio, non incurritur ob leuissimam culpam num. 40
Restitutio si largè summatur sine peccato veniali obligat, tamen in rigore loquendo non potest esse absque mortali, num. 41
Restitutio sub mortali, peccatum mortale, sub veniali, tamen veniale requirit, num. 43

TEGIMVS in 1. cap. de necessitate, atque præcepto: in 2. de natura restitutionis: Nūc oportet, vt ad particulares eius circunstātias cōsiderādas descendamus. Et cū omniū prior esse videatur, circunstātia personę dānificātis; idcirco in hoc secundo lib. de iis qui restituere tenentur pertractabimus. Quia verō lōgior erit liber hic propter summā lædentiū varietatē, quæ rerū confusionē parit, vt distinctionē ac facilitatē, cuius semper studiosissimi fuimus, cōsectemur, placuit per plura capita diuidere, vt initio dicebamus. Quamobrē caput hoc primū de dānificante in cōmuni breuissimè disputabit. Nō enim latè idtractabimus, vt Syl. restit. 2. & alij fecerūt. Tū quia cōmunia sine particularibus in mortalibus præcipuè probé intelligi nequeunt. Tum quoniam cum de particularibus esset agendū plura (idque inutiliter) repetere oporteret, quod nos quàm maximè vitare cupimus. Tantum placet eam in genere doctrinam & regulam tradere, quā probat Nauar. cap. 17. num. 12. Scilicet omnem illum dumtaxat teneri ad restitutionem, qui vel rem alienam detinet, vel aliquid lege iustitię specialis debet. *Inquabreui doctrina* (inquit Nauar.) *continentur illæ viginti manus recitatæ ab Anton. 2. part. titul. 2. cap. 2. à §. 2. & illa omnia*

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

que Sylueſt. reſtitu. 2. Caietanus in ſumma, verbo reſtitutio, & alij plures adduxerant, & vt mihi videtur adhuc breuior regula dari poſſet: Ea n, ſcilicet teneri ad reſtitutionē, qui ius ſpecialis iuſtitię proximi lęſit. Nulla enim alia ratione melius intelligitur, quis reſtitutioni ſit obnoxius, quàm ſi ei definitio reſtitutionis conueniat. Eſt autem reſtitutio (vt ſuprà diximus) *actus iuſtitiæ, quo dãnum proximo datum reparatur*. Quis autem reparare tenetur, niſi is qui intulit? Is igitur omnis dumtaxat reſtituere tenetur, qui ius proximi ſpecialis iuſtitię læſit. Et ita ſiue dānūfecerit nihil accipiendo, vt ſi domū cōbuſit: ſiue rem proximi detineat, quod fieri ſolet in damnifica
3 tione lucroſa, vt ſi pecuniam furatus eſt: ſiue non rem, ſed ius vel auferas, vel impedias, ſemper damnū infers, aut ius lędis. Omnis igitur ac ſolus, qui ius proximi ſpecialis iuſtitię lędit, tenetur reſtituere. Immo ſi adhuc breuiorem, & magis compendioſam regulam cupis, ſic accipe. *Omnis ac ſolus ille qui contra ſpecialem iuſtitiam delinquit, tenetur ad reſtitutionem.*

Qui ius proximi ſpecialis iuſtitiæ ladit, tenetur reſtituere.

Cuius vtriuſque doctrinæ, ac regulę ratio plana eſt. Nam quicumque contra iuſtitiam ſpecialem delinquit, aut (quod idem eſt) ius proximi lædit, facit contra Dei prȩceptum, & contra proximi charitatem: at reſtitutione malum proximo illatum reparatur. Ergo dum certum eſt vnumquemque teneri ad diligendum proximū manifeſtum eſt eum omnem & ſolum quī illum lędit, teneri reſtituendo damnū lęſionemque illatam recompenſare.

Hanc ergo regulam veriſsimam & veluti fundamentum huius materię ſemper toto hoc opere in animo atque in ore habere debemus: vt ea quę in particulari dicenda ſunt facilius intelligamus, quam doctrinam, & rationem video docuiſſe Couarru. in reg. peccatum. 2. part. num. 1. *reſtitutio* (inquit) *lęſioni opponitur*. Nam & ea
4 illud reddit, quod lęſio abſtulit, ſicut acceptio rei alienę actus eſt iniuſtitię circa commutationem, ita & reſtitutio quę ei oppponitur erit actus iuſtitiæ commutatiuæ.

Nam

Nam per intelligentiam vnius contrariorum alterū intelligitur. Hic enim eſt ſenſus illius axiomatis traditi ab Ariſt. 1. Top. & 4. Ethi. cap. 1. *Contrariorum eadē eſt diſciplina*, id eſt, eadem eſt vis & ratio cognoſcendi: per negationem, ſcilicet alterius. Legat curioſior l. quod ſi minor. §. reſtitut. ff. de minori. l. 1. C. ſi aduerſ. tranſ. l. ſed ſi per prætorem. §. ſi ferię. ff. Ex quibus, & Bart. in l. qui proprio. ff. de Procura.

Dices, quod is qui iuſtè retinet, vt qui mutuò accepit vel commodatum tenetur reſtituere, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. commodior ergo eſt regula Nauarri, & Caiet. artic. 2. Soti. 4. de iuſtitia. q. 6. artic. 1. in prima differentia, quod tenetur, non ſolum qui dānum fecit, ſed etiam qui rem proximi detinet. Nos verò dicimus, eum ſolum teneri qui contra iuſtitiam deliquit. Reſpondeo hanc me nunquam vocare ſolitum reſtitutionem, ſed ſolutionem. Aliud enim eſt, quod teneris ſoluere, vt debitor & iuſto contractu: aliud quod teneris reſtituere. Soluere enim mutuum, depoſitum, cōmodatum, aut emptum, dicimus, non reſtituere: at vero reſtituere reſpicit illicitum actum, ſeu acceptionem, & ita ſupponit peccatum, & iniuſtitiam, & ita docuit apertè Mercado de reſtitutione cap. 2. & Gabr. in 4. diſt. 15. q. 2. not. 3. & idem Sotus de Iuſt. q. 6. artic. 2. Vnde nunquam probaui quorundam Confeſſariorū morem qui, eum, cuius confeſsionem audierunt, poſt mortem (& quod peius eſt ante mortem) dicunt omnia rectè geſsiſſe, multas feciſſe reſtitutiones, aut ſe habere pro illo pecuniam reſtituendam: ij enim videntur quodammodo reuelare confeſsionem, ſi abſque licentia pœnitentis faciunt, vt probat Nauar. cap. 17. num. 23. imo exiſtimat Maior in 4 diſt. 21. q. 3. col. 4. etiam de licentia pœnitentis non poſſe confeſſorem dicere hæredibus, vt reſtituant aliquid pro defuncto cuius ipſe confeſsionē audiuit, etiā ſi pœnitens id mandauerit. Putat enim Maior etiam de licentia pœnitentis confeſsionem reuelari non poſſe. In quo ei non aquieſcimus.

5

6

C Sed

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed obiicies contra prędicta, quòd multi tenentur restituere ratione rei acceptę, secluſa omni iniuſta acceptione. Reſpondetur, quod aut in mora ſunt, & tunc iã intercedit iniuſta acceptio, ſeu retentio: Si vero nõ ſunt in mora non certè reſtitutio, ſed vel ſimplex redditio, aut ſolutio faciendа eſt, vt probat Merc. & Gab. locis indicatis. Et docet etiam Sot. 4. de iuſtitia, qu. 6. art. 2. licet art. 1. in prima differentia, & ſeqq. aliter ſenſiſſe videatur. Imo certè D. Thom. qui art. 1. citato docuit contrarium: planè art. 2. in corpore noſtram ſententiã expreſsit. Sed reſpondet Caietanus, qui priorem ſententiam eſt ſecutus: quòd D. Thom. non loquitur de reſtitutione abſolutè, ſed de reſtitutione rei ablatæ; quam fatetur ſupponere iniuſtitiam. Sed certè D. Thom. ſimpliciter loquitur. Dicit enim, *reſtituere importat reddationẽ illius rei quæ iniuſtè ablata eſt.* & expoſitio profecto non videtur conſtanter adhibita. Dicere enim, quod reſtitutio rei ablatę verſatur circa rem iniuſtè ablatam ſatis erat apertũ: ſicut reſtitutio rei iuſtè acceptę verſatur circa rẽ iuſtè acceptã, quod nihil eſt dictu, Maximè, quia ablatio iuſta eſſe poteſt, vt in mutuo, & depoſito, & cũ quis ob extremã neceſsitatẽ rem ſuſcipit. Non ergo verum eſt, quod reſtitutio rei ablatę verſatur circa rem iniuſtè ablatam.

7

Secunda dubitatio.

SECVNDA dubitatio eſſe poteſt in obſequium & gratiam D. Thom. Quo pacto vera ſit eius illa propoſitio in illo art. 2.: qua aſſerit ſi iuſtè aliquid ablatum eſt, inæqualitas erit ſi reſtituatur. Videtur enim falſum: tũ quia ſecundum priorem opinionẽ Nauar. Caiet. & aliorũ dubitatione prędecenti allatam, quam idem D. Thom. probaſſe videtur art. illo 1. mutuũ & depoſitũ eſt reſtituendũ, & tamen iuſtè ablatũ eſt. Quomodo ergo dicit eſſe inæqualitatem ſeu iniuſtitiã illud reſtituere. Tũ verò quia ſi ſecundum noſtram ſententiam loquamur, licet mutuum vel depoſitum non ſit reſtituendũ, tamen eſt ſoluendũ. Et ita non poteſt eſſe inæqualitas illud reſtituere. Aliàs iniuſtũ eſſet mutuũ reddere aut ſoluere.

Si iuſtè aliquid ablatum eſt inæqualitas erit ſi reſtituatur.

8

Cai-

Cai. art. 2. q. 62. & Sotus q. illa 6. art. 2. fatentur literam D. Tho. eſſe corruptã, quãuis teſtetur ipſe Caie. ſe hactenus Codicẽ rectũ non inueniſſe, putat ſiquidem Caie. deficere cauſam. Ex qua infertur illa propoſitio S. Thom. *Et ideo reſtituere importat reddditionem illius rei, quæ iniuſtè ablata, &c.* Sed non opus eſt iudicio noſtro mendacium literæ imputare. Nam ſatis cauſę præceſsit, cũ dixit, *reſtitutio eſt actus iuſtitiæ, &c.* Ex quo inſulit, *& ideo reſtituere importat, &c.* Quòd verò dixit inæqualitatem eſſe reſtituere iuſtè ablatum, bene explicat Sotus, locũ habere, quando ita iuſtè ablatum eſt, vt ſit accipienti debitum, vt cũ tuũ depoſitum accipis, vel mercedem laboris tibi debitã: tum enim inæqualitas erit ſi reſtituere cogaris, cũ iuſtum & debitum acceperis.

11

9

Tertia dubitatio.

TERTIA difficultas ſit, vtrum ex tranſgreſsione aliarum virtutum à iuſtitia incurratur obligatio reſtituendi? Sanè manifeſtũ eſt quod ſi non intercedat proximi damnificatio nullum eſt reſtituendi vinculum, vt patet de infidelitate, deſperatione, blaſphemia, aut forni catione, quibus non damnificatur proximus, ſed difficultas eſt, vbi ex tranſgreſsione talis virtutis proximus damnificatur, vt ſi non des eleemoſynam extremè indigenti, ſi non teſtificeris vbi charitatis lege ſolummodo obligaris, aut ſi non impedias bonorũ proximi direptionẽ, aut furtum quod alius cõmittit. Videtur enim incurri obligatio ſatisfaciendi, quia in iis, & ſimilibus caſibus proximus habet ius ad illa bona, ſeu auxiliũ licet exchartatis lege. Nã ſi ſubuenire teneris ille poteſt iuſtè poſtulare & accipere à te. Habet igitur ius licet charitatis lege ortũ: ſed omnis, qui lædit ius proximi tenetur ſiue lege iuſtitiæ, ſiue lege charitatis illud recompenſare, imo certè videtur ex lege iuſtitiæ. Igitur, &c. Nec hinc ſequitur: quod charitas obliget ad reſtitutionem. Proximè enim non charitas ſed iuſtitia eſt, quę obligat. Nam ex charitate oritur ius habito verò iure & omnino per legẽ charitatis quęſito, iã iuſtitiam tranſgreditur illud lædendo. Efficax profecto apparet ratio.

Si nulla intercedat proximi damnificatio nullum eſt reſtituendi vinculum.

10

Cz Verum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verum accipe aliam non minus efficacem, nam religiosus, qui à seculari amico, vel consanguineo, pecuniam accipit clam superiori contra eiusque voluntatem plane tenetur restituere, & omni à se acceptum abdicare, at tamen non facit contra iustitiam, sed tantum contra votum paupertatis, vt patet, nulli enim facit iniuriã

11 retinendo, non ei qui dedit volens enim sciensque dedit nec superiori ille enim ius non habet ad eam pecuniam ex iustititia, sed vel nullum, vel si aliquod illud est, ex voto & religione ortum, restitutio ergo ex aliarum virtutum transgressione incurretur. Vnde hãc opinionẽ aliqui tenuerunt, quos refert Med. C. de restit. q. 9. Angel. verb. *furtum*. q. 29. Eam secutus est Tab. rest. §. 25. prope finem. Caie. in sum. vt latius dicemus, infra cap. 5. id ipsum docet verbo rest. cap. 1. versic. *Aduerte*. licet Angel. loquatur, quando dolosè non impediuit, cum ex charitate teneretur. Vnde non meminit Caiet. 22. q. 62. art. 7. oppositum docuisse, idque ex mente D. Thom. dũ ait (*considera quando quis potest.* &c. *Et tenetur impedire furtum, rapinam fraudem, &c.* Et dicernes quando tenetur ad restitutionem & quando non, vt author dicit in littera, quod hoc solum accidit, quando alicui imbit ex officio.

Verúm contra video sentire DD. oxistimantes nullam esse restituendi obligationẽ. Ita docuit Ale. Alen. 3. p. q. 87. Altis. 4. par. Adr. in 4. de restit. q. 1. col. 6 & quodlib. 11. quos refert & sequitur Couarru. regul. peccatum. 2. part. §. 3. num. 5. Nauar. cap. 17. num. 11. & cap. 24. nu. 7. & in relectione, cap. inter verba. pag. 208. nu. 714. & in Apologia de redditibus, q. 2. monito. 2. & 7. pro quo refert etiam Sotum lib. 5. qu. 2. art. 4. & lib. 4. q. 7. art. 3. col. 4. id ipsum Med. C. de rest. qu. 9. versic. *primus modus* Ant. 2. par. tit. 1, cap. 12. §. 13. & vt idem Medin. refert. Præpositius. Cuius conclusionis rationem dicit Nauar. prædictos Doctores non reddidisse, se autem nouam reddere. Quoniam cæteræ virtutes à iustitia non versantur directè, & principaliter

Omnes tenent in sola virtute iustitiæ esse obligationem restituendi.

ter circa actus exteriores, sed circa interiores, at iustitia specialis virtus directé respicit actus externos. Et propterea ille solus, qui iniustè damnificat tenetur restituere. Nos autem contra hanc rationem obiicimus. Primum: quoniam videtur falsum assumere. Nam virtus religionis directé versatur circa actus exteriores, ex Diuo Thoma, & omnium sentẽtia, quod differt à Theologicis virtutibus, quæ cultum Deo exhibent internum, at religio externum, primó & directè: item temperantia circa actus externos versatur, vt ieiunium, &c. Quę ad temperandum corporalem appetitum, & mẽbra mortificanda pertinent, & sic de aliis.

12 *Differentia inter virtutem Theologicã, & virtutem religionis.*

Præterea falsum videtur quod iustitia principaliter versetur circa actus externos: cęterę verò circa interiores, Omnis enim virtus principaliter consistit, in actibus voluntatis interioribus. Nam bonitas, & malicia moralis præcipuè est in actu interiori: in exteriori autem secundariò, & extrinsecé. Rursus, vt principio obiiciebam quid interest, an aliquem damnifices, transgrediendo legem iustitię, an charitatis, vel alterius virtutis, quando reuera damnum infers contra rationem. Nam qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Si ergo causa damni est transgressio legis charitatis, dãnum tibi imputabitur, vt suprà arguebam. Licet enim remotè, & radicaliter restitutio prędicta reparet legem charitatis fractam: tamen proximè, & immediatè reparat damnum illatum, quod iniustitię erat. Accipe simile. Præcipit Rex suo Eleemosynario, vt tibi det pro aliqua necessitate certam quantitatem pecuniæ, licet non habeas ius ex iustitia, sed ex præcepto liberalitatis Reminister, quia actionem quam habebas, licet ex charitate & præcepto Regis à te aufert. Sic igitur Deus præcepit diuiti, vel alteri in necessitate mihi succurrere, idque suo ministro præcepit. Iam certè supposito præcepto, & actione quam adquisiui iniustitiam committit, qui non reddit: vel alia reddenda ratio est.

Bonitas, vel malitia moralis in actu interiori est præcipuè, & in exteriori secundariò, & extrinsecé.

13 *Qui causam damni dat, dãnum dedisse videtur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed posset fortasse ille melius aliter adhibere ratiocinē huius receptę, veraque conclusionis. Primū quòd iustitia per se, & directè versatur circa bona vtilia: vt sunt commutationes rerum temporaliumpretio aestimabiliū. Et ita dici solet iustitiam versari inter datum & acceptum, in quæ inclinat per se, & ad directè seruandam æqualitatem. Et propterea quicumque transgreditur hanc legem tenetur restituere, id est, tenetur bonum vtile reparare vltra pœnitentiam pro peccato, quod cō misit damnificando, at cætetæ virtutes non versantur directè in æqualitate bonorum temporalium, & vtilium seruanda: sed vel in colendo Deo, vt religio, vel diligendo, vt charitas. Et cum accessorium sequatur naturam sui principalis, ideo si ex talium virtutum transgressio ne damnum incurrat proximus, non oportet, ex talium virtutum inclinatione, vel aliarum damnum rependere: sed peccatum est mortale, sine vlla restitutionis obligatione. Et hæc videtur propinquior ratio, & à Nauarro forsan intenta. Et potest adduci exemplum cùm quis emisit votum reale dandi alicui pio loco certā quā titatem; etiam postquam acceptata est, posset Pontifex Roman. illam commutare in alium vtum. Quia principaliter illa donatio, seu promissio ortum habuit ex religione voti, non ex lege iustitię, cū non sit facta in gratiam & vtilitatem personarum illius loci. Sed principaliter in Dei cultum, obsequium, religionem, ac reuerentiam. Quare si quis sine voto illam promitteret, vel donaret, vel alio contractu Ecclesia, seu pius locus adquisiuisset, nullo modo posset auferri. Vide quo pacto aliter est iudicandum de actione orta ex charitate, vel alia virtute, ac de iure orto ex lege iustitię, licet vtrumque ius sit ad aliquid vtile: charitas enim vt charitas nō respicit bonum vtile, ex quo infertur cum qui impedit aliquem à consecutione alicuius boni, ad quod non habet ius ex iustitia siue in re, siue ad rem, si malo animo faciat, peccare contra charitatem, proximum illicitè dā nificando. Sed quia non damnificat iniustè per vim, me tum

Iustitia versatur inter datū & acceptū directè & per se, reliqua vnitates indirectè & per accidens.

14

Si extransgressione aliarum virtutum præter iustitiā etsi damnuminfertur proximo, non inducitur obligatio restitutionis.

15

tum aut dolum, non teneri ad restitutionem, vt infra in hoc 2. libr. latius dicemus. Hoc igitur modo iudicio nostro Nauarrus melius philosophatus fuisset.

16

Si tamen nostram audire cupis sententiā, placet pro maiore luce dictorum, animaduertere, in his esse distinguendum. Nam vel actus quo damnum datur, est negatiuus vel positiuus. Si positiuus est, semper est restituē di obligatio: quia semper est contra iustitiam, siue enim rem auferas, siue comburas non modo contra charitatem, sed etiam contra iustitiam ea actione delinquis, vt de se patet. Si negatiuus, tunc potest esse contra charitatem tantum, & etiam contra iustitiam. Contra iustitiam quidem si ex officio tenebaris opus facere, & non fecisti, vt custos vineę, qui nō manifestat vastatores, & tunc etiam semper est restituendi obligatio, vt infrà latius dicemus. Si verò non ex officio, vel ex contractu tenebatur, vt dare eleemosynam, testificari pro innocente, vel ex religione, vt si vouisti dare Ecclesiæ certam quantitatem nemine sciente: tunc est distinguendum: nam vel est sermo de re ex charitate vel religione debita, vel de damno ex non soluendo secuto. Si de re ipsa: non dubito quin restituere tenearis, etiā si actio non oriatur ex iustitia, quamuis non sit propriè restitutio dicenda. Moueor ex eo. Nam conscientiam tā ligat præceptum charitatis, seu religionis, quàm iustitię. Imo magis: cùm illę sint excelentiores, & habeant Deum pro obiecto; cuius & dilectio, & cultus est homini magis necessarius, magisque in præcepto, quàm proximi dilectio. Vnde religio dicitur quasi religatio. Sed quādo potest tale præceptū impleri nō minus obligat, quā præceptū iustitię. Ergo teneris, vel eleemosynā, vel auxiliū, vel pecuniam voto promissam dare, licet (vt dixi) non sit propriè restituere. Quod euidentius patet in iuramento facto latroni extorquenti pecuniam. Illi enim non ex iustitia teneris, cùm promissio secluso iuramēto sit nulla: sed ex religione, & reuerētia diuini nominis. Vnde quousq; restituas, vel vt proprius

Res debita ex charitate, vel voto, non minus est restituenda, ac si deberetur ex iustitia.

Non minus ligat præceptū charitatis, vel religionis, quā præceptum iustitia.

17

Qui iramento promisit pecuniam darela troni, tenetur illi restituere illam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquar, quousque reddas quantitatem illam non eris absoluendus, vt iura decernunt: nisi iuramentum relaxetur.

Damnum secutum ex transgressione legis charitatis, non est obnoxium restitutioni.

Vides igitur quo pacto lex charitatis vel religionis, vel alterius virtutis potest obligare ad restitutionem, seu reddition em rei vtilis, & hoc probat ratio a nobis facta initio huius difficultatis. Si verò sermo est de dãno secuto ex transgressione talis legis charitatis, vel religionis, certé non teneris vllo modo. In quo sensu sententia Doctorum est accipienda. Cuius rationem suprà assignabamus, cum Nauarri sensum declarabamus. Cui adde, quòd lege charitatis non teneor. Quia nullum est Dei præceptum obligans ad reparanda damna, quę alter incurrit ex eo, quòd non impleuerim votũ, vel aliud debitum charitatis: iustitię verò esse non potest. Quia ex iure charitatis seu religionis, quod ille tantum habet non potest oriri actio iustitiæ. Si enim causa iniusta non est effectus sequutus, iniustus esse non potest. Et hinc est vt infra cap. 3. dicemus, quòd ille, qui extremè indigenti non subuenit, transacta necessitate non tenetur restituere, neque damna secuta, nec etiã rem ipsam, quæ illi charitatis lege debebatur, vt ibi dicemus: cũ ista restitutio propriè non sit, nec iustitiæ actus, sed tantum obligatio ex charitate, quę solutio, quędã simplex est. Lex autem charitatis tantum obligat pro necessitate leuanda. Imo etiam si esset lex iustitiæ, vt de necessitate extrema nos in d. cap. 5. probàmus, nõ esset illa elapsa, aliquid restituendum. Subsidiaria enim est, & pro illo articulo iustitię obligatio, non absoluta. 18

Regulæ duæ assignatæ a Caie. ad explicandã radicem restitutionis in generali.

Duas autem regulas circa eum qui in genere tenetur restituere tradit Caie. 22. q. illa 62. art. 6. Domin. de Sot. de iustitia. lib. 4. q. 7. art. 2. Coua. in reg. peccatũ. 2. p. in prin. Prima regula est acceptio, quę, quandoq; est iusta, vt in mutuo, & deposito, &c. Quandoque autem iniusta, vt in furto, & rapina, vsura, &c. Altera radix est res accepta, vt quando quis tenetur ratione debiti iusti, vel quia rẽ habet alienam bona fide, &c. Hãc autem

tem differentiam assignat Coua. & cęteri inter has duas radices. Nã quando quis tenetur ratione acceptionis, ad huc obligatio restituendi manet, etiã si res accepta, penes accipientẽ non sit, regulariter loquendo. Vnde qui mutuò accepit, vel furto rem aliquã, reperempta manet restituendi obligatio. Quando autẽ restitutio ducitur ex re accepta ea amissa, cessat restituendi obligatio. Quia cũ teneatur ratione rei, fit, vt cessante causa obligationis cesset obligatio. Quæ sanè doctrina etsi ab iis Doctoribus diligenter tradita esse videatur, regulariterque, & non vniuersaliter sit accipienda: tamè nos in eis non multũ immorabimur, nec omnino innitemur, quousque inferius cap. 6. ista omnia in particulari ac perin de magis ad certitudinẽ accedendo simus tradituri. Interim legat, qui volet nõnulla, quæ ex dictis regulis colligit Couar. in d. reg. p. 2. num. 2. priorem modo regulã a nobis traditã inuiolabiliter obseruandã putamus. 19

Quarta dubitatio.

QVARTA difficultas de damnum dante in communi negatiuè. Primum suppono, eum quod ex omissione damnum sequitur solum teneri restituere quando speciali lege iustitię tenebatur, non ex sola lege charitatis, vt infra ostendemus: tales sunt qui ratione officij, vel stipendij, vel eminentię, &c. facere solent, vt infra latius. Secundò præsuppono hic nos non agere de participantibus negatiuè in damno secuto ex omissione actus debiti. De iis enim infrà cap. 6. dicemus. Sed generaliter de omni dante damnum ex commissione actus positiui ex quo alterius lęso sequitur non directè & ex intentione. Sicut dictum est de positiuè damnificante. v. g. occidisti aliquem venando putans feram occidere, vel ex negligentia, vel sine culpa: aut si lucerna tua domus proximi inflammata est. Itaque licet nõ des damnum immediatè, das causam tamen, ex qua damnũ accidere potuit & accidit. 20

Pro clariori noticia velim animaduertas, multipliciter posse dari damnum alicui. Primum positiuè, & scienter de quo iã satis diximus in generali & speciali dicemus 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

à cap. 2. vsque ad 7. Secundò omnino negatiuè, quia non facit id quo proximi damnum vitetur, vt si nõ pascas morientem famè, vel non defendis, &c. De quo infra cap. 3. & cap. 6. latius agemus. Tertiò quando ex facto positiuo proximus damnificatur ignoranter, aut ex negligentia, de quo hîc disputamus, vt patet in exẽplis adductis. Et sanè videtur, quòd si ex meo facto proximus damnificatur, etiam sine omni culpa, tenear restituere. Primum, quia reipsa sum efficax causa damni, nõ minus ac si voluntariè & scienter facerem. Voluntas enim licet ad peccatum requiritur, tamen ad restitutionẽ parum facere videtur; quamuis enim quis animũ habeat dãmificandi aliqua actione: si reuera exterior actio efficaciter non damnificat nulla oritur restituendi obligatio. Igitur non ex voluntate, sed ex actione exterius lædente oritur restitutionis onus. Cum igitur non minus damnum percipiat læsus actione inculpabili, quàm culpabili, cõsequens est, quòd teneatur ad restitutionẽ.

Voluntas lædi, licet sit peccatum, non inducit obligationem restitutionis, nisi sequatur effectus.

22 Secundo, quia si quis rem alienam accipit bona fide, tenetur in conscientia reddere domino cum primũ possit: igitur restituendi obligatio nascitur omni culpa secluſa ratione rei acceptæ. Cum igitur damni illatio sit virtualis acceptio rei alienæ, omnium sententia, & non iniusta sequitur, &c. Tertio, quia si animal, aut seruus sine vlla prorsus domini culpa damnum fecerit, aut fata pascendo, aut aliud animal vel hominem occidendo, tenetur dominus resarcire damnum, nisi iam volet dare noxam pro noxa, quod est restituere, vt docet Anton. Gom. to. 3. opus. c. 3, nu. 20. & c. 1. nu. 26. vers. *aduertendum*. Paiud. in 4. d. 15. q. 2. ar. 2. conf. 5. Ange. rest. 1. §. lędens proximum. Gab. in 4. dist. 15. q 14. dub. 2. & quæst. 15. dub. 2. Syluest. rest. 2. q. 16. & latius rest. 3. q. 4. Et habetur Inst. de nox. act. §. vltim. & l. 2. & l. Si seruus eod. & c. fin. de Iniu. & l. 17. tit. 3. p. 7. l. 5. tit. 5. & l. 4. tit. 13. eadem part. Quæ lex his antiquior data est à Domino Exo. 22. quę recepta est in d. tit. de iniur. Cũ ergo istæ leges sint iustæ, nec certè positiuæ,

23

tiuæ, sed iuris naturalis declaratiuę; & ita ante sententiam obligent, quarum ratio nulla alia esse potest, quã quòd vnusquisque ius habet contra illum, à quo damnũ etiam inculpabiliter accipit, vt ille ipse maneat sibi quasi obligatus, vt ex eo recompensationem accipiat, fit vt cum inferens damnum est rationale animal, magis manebit subiectus ei quem læsit, vt secundum quantitatem damni illati, refundat. Præterea, quia saltem si aliqua culpa requiritur, sufficeret venialis, cũ enim peccatũ veniale necessario futurũ sit volũtariũ: qui actione venialiter mala damnum dedit reuera voluntariè dedit, & ita iniustè & aliàs in materia graui. Tenetur ergo restituere, etiamsi actio qua læsit non sit peccatum mortale.

24

Cæterum proculdubio verum est eum, qui omni adhibita diligentia ne noceret forte tamen nocuit, ac præter suam intentionem nullam omnino restitutionem facere teneri in conscientia. Et ita docuerunt omnes, quos ego legerim, DD. Merc. tract. de Rest. cap. 5. S. Thom. quæst. 62. art. 8. & Caiet. ibi Med. C. de Rest. quæst. 7. vers. *sed obiter*. in col. 2. Couarru. in Clem. si furiosus. cap. 1. §. 4. num. 1. nec oppositum aliquem docuisse aut legi, aut vidi, & mihi certè videtur ita esse definitum in cap. si quis. de iniur. quod ex Romano pœnitentiali desumptum est, vbi sic dicitur: *Si quis damnum vel aream cuiusque incenderet voluntariè, sublata, & in censa restituat*. Vnde si voluntariè non fecit à contrario sensu non tenebitur. Sed expressè in cap. finali eius tituli sic scribit Roman. Pont. Greg. IX. *Sanè licet qui occasionem damni dat, damnũ dedisse videatur, secus est tamen in illo dicendum, qui vt non occideret deconti nentibus nihil omisit*. vbi ponderare possumus non modò non teneri ad restitutionem Gregorium docuisse, verum etiam nec damnum dedisse, quasi reuera, qui inuoluntariè omnino damnum fecit, non propriè damnificasse, sed verbo tenus videatur.

Non tenetur in conscientia ad restitutionem ille, qui omni adhibita diligentia ne noceret, inuoluntariè tamen nocuit.

Ratio etiam huic veritati suffragatur, quòd vt

suprà

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra docuimus c. 1. restitutio locũ non habet, nisi vbi iustitia læsa est iniustitia que commissa. Sicut enim pœnitentia locum non habet in eo, qui nunquam peccauit, cum suapte natura sit peccati recompensatiua, ita restitutio, quæ damni, & iniustitiæ commissæ compensatiua est, non nisi vbi iustitiæ virtus læsa est locum habet. At vbi nullum est voluntarium: & nulla culpa, nulla est iniustitia, atque iniuria commissa. Igitur nulla debetur restitutio. Adde, quod restitutio non est necessario facienda, vbi proximus de damno illato non est inuitus, aut si est, non rationabiliter. Constat autem, non rationabiliter esse inuitum de damno dato ab altero omnino inuoluntarie, aliàs vellet ad impossibile teneri illum, quod irrationabile est. Vnde pulchrè Augustinus ad Publiolam scribens epist. 154. sic ait: *Non est mortis aliena reus, qui cum sue possessioni marum circumluxerit, aliquis ex ipsorũ vsu percussus intereat. Neque enim reus est Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canes.* Et statim. *Absit, vt ea, quæ propter bonum, aut licitum facimus aut habemus, si quid per hæc præter nostram voluntatem cuique mali acciderit nobis imputetur. Aliquin, nec ferramenta domestica, aut agrestia sunt habenda, ne quis eis vel se, vel alterum interimat, nec arbor, aut restis, ne quis se inde suspendat.*

Quare ad argumenta respondeamus. Primum iuxta doctrinam Gregor. IX. in dict. cap. finali, non propriè dici posse damnum dedisse, qui nihil de contingentibus omisit, vnde in dict. tit. quasi pro eodem reputatur iniuria, & damnum datum. Et ita sicut nec iniuriam facit ita nec damnũ dedisse dicendus est. Sed esto, demus dãnum dare, non sequitur teneri ad recompensandum restitutione. Si quidem non iniustè damnum dedit. Sicut enim iudex occideas, vel homo priuata authoritate se defendens non tenetur restituere quidquã, quia iustè damnum infert: ita is qui non iniustè infert mortem, vel aliud damnum nihil restituere tenetur.

26

Si iudex, vel homo priuata authoritate se defendens aliquẽ occiderit, non tenetur restituere.

Ad

Ad secundum respondetur. Primum, quòd vt suprà dicebamus ex nostra sententia, qui rem bonã fidei possidet non restituere, sed reddere tenetur, restitutio enim semper supponit peccatum, sicut nec ille qui debitũ ex contractu reddit non tam restituere, quàm soluere debitum dicitur. & ita nihil ex eo argumento colligitur in proposito, cũ de restitutione agamus damni illati. Præterea ratio non est similis. Quia in hoc casu extat, res aliena, ad quam habet ius, imo & dominium verus dominus vbicumque sit, & ita ratione rei acceptæ tenetur, non ratione acceptionis, cũ iniusta non fuerit.

27

Qui debitum ex cõtractu reddit, non tam restituere, quam soluere debitũ dicitur.

Et sanè magis firmatur nostra sententia: nam vbi nõ est res aliqua, ratione cuius possit teneri, solũ restat obligatio ratione acceptionis, quæ cum iniusta non sit, vt supponimus, nulla reliqua est restituendi ratio. Accipe simile quo res magis eluceseat. Si is qui bona accepit bona fide, si eadem bona fide bona consumpserit, vt infrà dicemus, ex omnium sententia non tenetur de consumptis, nisi mala fide consumpserit. Quia iam damnũ fieret voluntariè, vel nisi ex ea consumptione fuerit ditior factus. Si enim est factus ditior, perinde est ac si res ipsa maneret secundum æstimationem. Hinc est quòd vendens rem vitiosam omni adhibita diligentia, putãs esse sanam, nihilominus tenetur restituere, vt dicemus. Quia æstimationem accepit pro eo, quod nihil valebat, & ita iam est ditior factus. Vides igitur quo pacto non ex læsione non iniusta, sed ex iniusta tantum, vel ex rei acceptæ aliquali existentia oritur restituendi obligatio. Cũ ergo in nostra quæstione nec rem vllam ablatã supponamus, sed omnino destructam, & id actione inuoluntaria, atque adeo non iniusta, constat nullam esse restituendi obligationem.

28

Vendens rẽ vitiosam omni adhibita diligentia, licet putet esse sanam, restituere tenetur, cum ditior factus sit.

Ad tertium, fatemur in illis casibus dominum teneri, vel totum damnum resarcire, si in culpa fuit, vel si non fuit in culpa, sed omnino casualiter datum est damnum dare animal, vt apertè decernitur in illo cap. finali, & in iuribus aliis citatis. Vnde in dicta legè, quarta parte,

dicitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur, quòd vel damnum resarciat, *O sea tenudo a desamparar los sieruos que fizieron el mal, e meterlos en poder de aquellos a quien robaron.* Quę perfectò decisio iustissima est, & vt quibusdam videtur, non modo pœnalis aut positiua sed diuina & naturalis lex, ante sententiam obligans, quòd etiam si verum sit, tamen nihil per hęc habetur contra nostram conclusionem, Non enim docent illæ leges, vt determinatè restituere teneatur, nec ad id posset inculpatum hominem obligare, nec lex naturalis ad id obligat, sed sub disiunctione, vt vel damnum restituat vel animal deserat: adeò, vt si animalis pretium, vel seruì non sufficiat ad damnum, non tenetur dominus aliquid restituere.

29

Horum ratio, quod scilicet in conscientia prædicta doctrina locũ habeat, ea est, quia animal vel seruus (inquiunt) ex quo non sunt liberi manent subiecti ei, quê damnificarunt, vt ex eis compensationem sui damni accipiat, eo modo quo illis est conueniens. Et cũ capaces non sint moralis obligationis, ideo naturaliter illi manent obnoxij secundum suam personam, vel suppositũ quæ pretio æstimabilia sunt. At homo liber nõ potest nisi moraliter obligari ratione, scilicet voluntatis iniquę, quę tamen hic nulla est. Persona enim eius æstimãda non est, cũ damnum non vt liber fecerit, sed omnino inuitus. Et ita non potest manere obligatus ad restitutionem vllam. Vnde non solũ post sententiam, vt docet Sylvest. rest. 2. in fine, sed in conscientia iure ipso naturali postulante, vt qui damnum est passus ius habeat recuperandi ab eo à quo passus est, si à libero tantum libera obligatione & læsione: si à seruo vel bruto tantũ naturali obligatione, qua illi manere debet subiectus secundum modum suę naturę pro damno illato. Addo, quod cũ animal vel seruus non sit sui iuris, sed eorum vtilitas domini est: ita etiam & damnum domini sit, & per consequens, teneatur dominus ratione dãni obeo illati illum dare ei qui damnum perpessus est.

30

Sicut seruii vtilitas, ita damnum domini est.

Tandem

Tandemque id probo, quia alias nec leges essent iustæ nec sententia, qua præciperetur dominus dare noxiam nisi iure naturali antea teneretur: si enim iustæ essent, maximè ratione pœnæ, sicut ob delictum quotidie videmus homines pœna pecuniaria condemnari. At hic nullum est delictum, vt patet, nec domini, vt supponimus, nec bruti, quod eius capax non est: nec etiamsi esset, vt seruus quia cum non sit sui iuris, sed rei domini, non iustè dominus impropriè puniendus esset, sine culpa propria! Non ergo est pœnalis lex, vel sententia, sed declaratiua iuris naturalis.

31

Non putant tamen prædicti teneri dominum, seruum vel animal, si fugerit, quærere, & in læsi potestatem mittere, sed satis est si animal, vel seruum deserat, vt ex eo læsus damni reparationẽ accipiat. Secus est si apud se retineret, tum enim peccaret mortaliter cum illum occultet & restitutionem impediat, & ita si apud se est, tenetur vel læso reddere, vel illum admonere, vt accipiat: Vnde enim dict. l. 4. part. dicitur teneri, *desamparar los sieruos, y meterlos en poder, &c.* Ego hercule non putarem dominum seruum, aut animal occultantem peccare, nec ad restitutionem teneri quando omnino de contingentibus nihil omittens damnum ab animali est secutum, nisi lata contra eum sententia: non enim video iure naturali manere rem irrationalem damnificato obligatam. Cum capax non sit talis obligationis. Finge rogo, quòd te viam transeunte lignum de domo mea ceciderit, vel ferrum, aut aliud inanimatum, pretiosum tamen, quod tibi nocuit, idque citra omnem culpam, nunquid licebit tibi lignum, aut ferrum, vel si auferre, vt tibi satisfaceres de damno, vel tenebitur dominus omninò inculpatus cum tibi tradere? non credo quemquam concedere. De casu enim fortuito dominus non tenetur: ac proinde nec res suas obligationis & culpæ incapaces tradere pro damno recepto. Igitur idẽ erit si columba, vel aliud animal dãnũ inferat. Cũ ita sint culpæ incapaces, ac si inanimata essẽt.

Dominus occultans, seruũ, aut animal quando de contingentibus omnino nihil omittens dãnum ab animali est secutum, nullo modo peccat, nisi lata cõtra eum sententia sit.

32

Res-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondeas fortasse non esse simile: quoniam animal & omne viuens mouetur à se, at inanimata non se mouent, sed vt Philosophi dictant, mouentur à generante, id est, ab eo qui dedit formam, & virtutem motricem,
33 Qui enim dat (inquiunt) formam, dat consequentia ad formam. Verũ hæc responsio minimé idonea est nostro instituto. Primum vt obiter dicam allata doctrina de motu grauium & leuium non à sese, sed à generante dubia apud me, & falsa semper fuit habita, immeritoq; Arist. attributa, negare enim non debeo, quo minus ignis suo actiuo principio concitus supera petat, terraque suapte, pondere, actiué ad ima feratur, consimiliter, & aqua frigiditatem efficiat, ignis verò calorem actiuè generet, grauitas enim & leuitas, calor & frigiditas istorũ qualitates actiuè sint, & principia vnde motus, ac proinde efficientes causę, veréque instrumenta formę substantialis eorum, non minus ac calor & aliæ qualitates viuentium vere conferunt ad motus alterationis augmentationis locique mutationis, vt formarum substantialiũ instrumenta: quòd si illorum motus generanti attribuis propterea quod grauia & leuia habent à generante formam, ac proinde habere debent ab eodem qualitates, & virtutes motrices tãquam consequentia ad formã, pari certé ratione concedere te oportet, viuentia à generante moueri, cum ab eo formã acceperint, ac proinde consequentia formam, scilicet sensus, & motus, &c.

Eam ego differentiam inter grauia & leuia ex vna parte, & viuentia ex alia, semper agnoscam. Quod viuentia ex quiete ad motum se facile transferunt sine vllo extrinseco motore: at graue & leue expedire non possunt sese ad agendum à principio sui motus, nisi extrin
34 secus adsit motor: vnde lapis v. g. ex loco in quo iacet, nũquã mouebitur, nisi extrinseco agente adiuuetur, animal verò seipso suisque instrumentis quo appetit mouetur. In eo tamen conueniunt, quod si vtrumque impedimento careat, statim motum exequetur. Et obid Arist. 8. lib. Physicorum ait graue quam primum sic

expeditum

expeditum stari operari suum motum, quid ergo est motũ operari nisi actiuè concurrere & efficere suũ motum? Vide quam longe Arist. sit ab ea sententia quæ illi tribuitur communiter.

Verùm philosophicas istas quæstiones dimittamus, concedamusque id esse verum, quòd grauia, & cætera inanimata mouentur à generante, viuentia à se, quid refert an actiuè se habeant, an merè passiuè ad damnum inferendum, quando ita naturaliter & ex necessitate vtraque operantur, & omnis abest culpa ex parte damnificantis, & ex parte domini? itaque nec iure naturali, nec vllo positiuo probari potest brutum manere subiectum ob damnificationem. Iura enim prædicta pœnalia esse possunt, & ad iudiciale forum pertinentia præbentia actionem damnificato contra illatorum damni, & sanè quando illud concederemus, quod ante sententiam in foro animæ læsus haberet actionem, vt ex animali sibi compensaret, non esset continuo verum, quod teneatur dominus bruti, aut serui illum exhibere, peccetque occultando. Vt enim ipse seruus se tradere non tenetur in manus læsi, vt ex se compensationem accipiat, sed fugere potest, & animal etiam brutum naturaliter se abscondere & conseruare, sic sane inculpatus dominus non tenetur manifestare: sed suo vtitur iure occultando. Vt enim infrà dicemus, licet dominus in seruum, iudex in reum personaliter puniendum ius habeat? cum quo stat, eos fugere posse. Vtrique enim ius habet hi se conseruandi & defendendi. Illi puniendi & retinẽdi: sic dominus ius habet occultandi seruum vel bestiã, damnificantem, quamuis læsus ius habeat capiendi si possit, ex eisque sibi retribuendi: In quibus omnibus casibus datur, vt inferius dicemus certamen vtrinque iustum. Lata verò sententia non erit integrum domino occultare seruum vel brutum: Atque huius nostræ sententiæ videtur fuisse Syluest. rest. 2. in fine: vt suprà citauimus. Vnde August. ad Publiolam, *adsit, vt ea quæ propter bonum aut licitum habemus, si quid per hæc præter nostrã*

Nec iure naturali, nec positiuo brutum ob damnificationem subiectum manet. 35

Licet dominus in seruum, iudex in reũ per sonaliter puniẽdam ius habeat cum hoc tamen stat, eos fugere posse, vt tali exeant. 36

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluntatem cuiquam mali contigerit nobis imputetur, aut ideo non debent Christiani boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canes, alioquin nec ferramenta domestica, & agrestia sunt habenda.

Vnde animaduertendum, quòd non tenetur dominus etiam lata sententia dare seruum, vel animal, sed satis est, si pretium reddat, non enim potest læsus ex eo rationabiliter queri: si tamen seruo immineret suspendium melius faceret dominus (si vtilitatem respicias) reddendo seruum, ne pretio soluto ab eo seruus postea auferatur ad mortem, quamuis si ad charitatem attendas, melius foret soluere prętium, & seruum vel abscondere, vel liberum dimittere. Sed quid si seruus se velit redimere prętio alicunde habito. An teneatur vel dominus, vel læsus prętium admittere? Quidã dicunt quod non tenentur, quia si dominus malit seruum pro noxa tradere, vel damnum passus malit seruum pro noxa habere, non sunt obligandi pretium recipere. Melius tamen mihi videtur docuisse Greg. Lop. in d. lib. 4. tit. 3 p. 3. quod tenetur prętium admittere. Licet enim ego id concederem de bruto, tamen de seruo secus, qui cùm homo, ac proximus sit, ius habet se redimendi, & lege charitatis tenetur vnusquisque illum à morte vel simili damno liberare. Cùm maximè id sine damno suo facere posset. Quartum argumentum specialem habet difficultatem, ideo dubitatione sequenti specialiter placet re soluere.

37

Quinta dubitatio.

QVINTA dubitatio sit, cũquis damnũ intulit, culpa tamẽ seu peccato veniali, an teneatur ad restitutionẽ: an vero semper sit necessariũ peccatũ mortale, vt quis teneatur ex iniusta acceptione ad restitutionẽ? Nunc enim, vt supra dixi, non loquimur cũ ratione rei acceptæ tenetur, tũ enim, nec venialis actio, nec mortalis requiritur. Et sanè argumentũ supra factũ videtur ostendere sãtis esse peccatũ veniale, Quia cũ peccatũ veniale debeat esse voluntariũ, iam ergo verè dici potest illatũ esse damnũ iniustè, sed iniustitia omnis restitutione est

38

resarcienda, ergo, &c. Secundò, quia quãdo plures viñe ã aliquã modicã accipiẽdo, deuastãt, quã primũ nouerint factũ esse notabilẽ lęsionẽ, tenetur sub mortali vnusquisq; suam partem restituere: & tamen actio, qua lęsit fuit tantum venialis.

Ex alia tamẽ parte videtur esse necessariũ peccatum mortale, vt restitutionis obligatio incurratur: restituẽdi (inquã) sub peccato mortali, sicut ad incurrendam ex cõmunicationẽ requiritur. Quod ea ratione probatur. Quia vel dãnũ, v.g. homicidij, datũ est actione volũtaria expresse, vel virtualiter, aut nõ: Si secundũ nullum erit omnino peccatũ, Si primum, ergo erit mortale. Si enim volũtariè in re graui dãnificat, quomodo tandem non erit peccatũ mortale? Qua profecto ratione quorũdã Doctorũ de pollutione nocturna, soleo refutare sententiã, qua dicũt, eã pollutionẽ nocturnã fore peccatũ mortale, quę ex causa mortali habuit ortũ: eã verò esse venialẽ, quæ ex veniali causa in vigilia data procedit, vt si ex nimio potu, aut cibo, quã inter alios docet Sot. in specie homicidij, 5. de Iust. q. 1, art. 9. circa princ. vers. *dubitatur*, asserens, tũ homicidiũ casuale esse peccatũ mortale, quãdo, causa ex qua secutũ est erat mortalis: at si venialis actio erat, ex qua est homicidiũ secutũ, vt si clericus equitãdo aliquẽ infortunio cõcaluit, tantũ erit veniale homicidiũ, hanc inquã doctrinam probare non soleo, vel ob rationẽ factã. Si enim pollutio futura, vel homicidiũ volitũ est in causa, quipe quod sciebã ex nimio potu, vel equitatione euenturum, non potest à peccato mortali excusari. Nam cũ ex parte materiæ nõ possit esse venialis, cũ pollutio, vel homicidiũ, ex se sit grauis materia, nec ex parte voluntarij cũ supponamus sciuisse futurum esse, nihil refert ea voluntate peccasse veniali peccato, gulę, vel mortali.

39

40

Idem est iudiciũ de eo, qui cũ nec necessariũ esset, nec vtile, voluit se dormitioni dare, sciens occisurum hominẽ dũ dormiret, is enim licet tantum venialem causam dederit, tamen mortaliter deliquit, nõ mortali peccato

Universidad de Deusto
Biblioteca

somnij otiosi, sicut nec ille gulæ: sed homicidij præuisi, sicut ille intemperantiæ seu luxuriæ. Sic igitur in proposito. Si ille voluntariè damnum efficax futurum aut scit, aut scire debebat, nihil refert causam esse venialē, quominus dicamus mortaliter peccasse peccato iniustitiæ & damni futuri. Et ita impossibile videtur esse obligationem restitutionis incursam sine peccato mortali.

Irregularitas ex casuali homicidio, nō incurritur obliuissimam culpam.

41 Et hanc sententiam tenet Anto. Cord. de sigillo secreti, memb. 4. de detract. quæst. 3. concl. 7. Agens de eo, qui venialiter peccando in detrahendo damnum intulit proximo in fama notabile. Pro qua sententia refert Asten. & Adrian. quodlib. 1 r. suppositione 2. Ratio verò Cord. non est à prædictis, à nobisque adductis distincta. Quia (inquit) obligatio restitutionis oritur ex iniusta læsione, modo fuerit mortaliter, coràm Deo culpabilis, modò non.

In hac re distingui posse videtur: nam vel loquimur propriè de restitutione, vt nos sæpe in hac materia aduotauimus, quæ est damni dati instauratio ac reparatio, aut largè pro quacunque debiti redditione, quæ solutio magis, quàm restitutio dicitur, vt cū quis vel ex contractu licito, vel alio iusto titulo rem alienam possidet bona fide. Si enim sermo sit de restitutione hoc secundo modo, planè ex peccato veniali, imo sine vllo peccato potest restituendi obligatio incurri, vt patet. Si verò primo modo, putarem semper requiri peccatum mortale vt talis restituendi obligatio incurratur. In hoc enim casu non ratione rei acceptæ, sed iniustæ acceptionis tenetur restituere, vt autem sæpè ostendimus, vbi iniustitia nulla commissa est, non est restitutionis obligatio: & cōtra, vbi est restitutio faciendæ, iniustitia aliqua intercedat necesse est. Tunc igitur est ratio. Restitutio omnis supponit iniustitiam esse commissam. Et ex alia parte materia grauis est, vt supponimus. Igitur ex mortali peccato contracta est talis obligatio. Iniustitia enim in graui damno inferendo venialis esse non potest. Accedit etiam ratio à me pro prima parte dubij facta. Nam implicatio

Restitutio stricte sumpta sine peccato veniali obligat, tamen in rigore loquendo, non potest esse absque mortali.

42

plicatio est, vt veniale peccatum t sit voluntariè datur in re notabili damnum, sicut de pollutione, & homicidij dixi. Vbi ergo quis certus est se non peccasse. M. in aliquo facto, certus esse posse videtur non teneri ad restitutionem sub mortali, licet ex opere suo graue subsecutum sit damnum, sicut de eo diximus, qui ex contumgentibus nihil omisit, vt patet ex d. c. fin. de Iniu. 43

Insuper quòd vt dubio sequenti dicemus, nullus tenetur alteri ex delicto de leuissima, vel leui culpa, sed tantum de dolo, & lata culpa: ad nocere proximo in re graui, dolo, vel lata culpa, est peccatum mortale: non ergo nisi ex peccato mortali obligatio restitutionis oritur: cū hæc non nisi ex delicto sit, vt sæpius diximus. Et hęc maiori cum ratione vera esse debent, vbi peccatum veniale non est ex pleno voluntario, vt mendatium, aut otiosum verbum, sed ex subreptione, vt si quis vehemēti passione motus aliquem occidisset, adeo vt esset motus, quem vocant. Secundò, primus non est sufficiēs ad peccatum mortale, tunc enim non teneretur quid quam in conscientia restituere. Tandem animaduerto prędicta esse accipienda de restitutione sub mortali. Nam restitutio sub veniali incurri potest ex solo peccato veniali, vt si quis furatus est pomum sub veniali tenetur restituere. Per quę patet solutio ad primum.

Restitutio sub mortali, requirit peccatum mortale, & restitutio sub veniali, requirit veniale.

Est enim implicatio, quod sit voluntariè datum damnum notabile expressè vel tacitē, & tantum sit veniale peccatū. Sēper ergo erit mortale licet causa in alio genere vitij sit venialis. In genere enim iniustitię necessario mortalis erit culpa, sicut de pollutione ostendi, cuius causa etsi venialis esse possit in genere gulę, tamen in ratione luxuriæ mortalis culpa intercedit.

Ad secundum respondeo Quod si sciebat qui furatus est modica alio etiam modica furatos fuisse, mortaliter peccauit accipiendo modicū, & consequenter sub mortali restituere tenetur, vt infra dicemus capite alio Si verò nesciebat, fateor tantum venialiter peccasse, 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed non tenetur sub mortali illam partem restituere in
eo casu, sed sub veniali tantum, & licet id daremus, nō
est omnino eadem ratio, quia iste rem accepit, & mala
fide cōsumpsit, & perinde est ac si extaret. Secus est de
inferente damnum nulla re ad eum perueniente, tum
45 enim ratione rei teneri non potest. Aliàs illo argumen
to probaretur, quòd si modica illa iustè sunt accepta ob
aliqualem necessitatem. (Quemadmodum in hac spe-
cie tradiderunt Ioann. Med. quæst. 3. de restitut. causa
1. versicul. *quidquid igitur* Couarr. in reg. peccatum. 2.
p. § 1. numer. 3. Rip. in l. damnum. col. 2. ff. de dam.
infect. Gandinus tit. Maleficiorum, rubrica de pœnis.
col. ante penul.. Vnde 23. cap. Deut. sic scribit Moy
ses: *Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi pla-
cuerit*, &c. De quo infra cap. 5. sermo redibit.) In hoc
ergo casu: si postea sciret eadem causa plura modica ac-
cepta esse ab alijs, quibus & sua, factum est proxi-
mo notabile damnum, in quo ille, nec consen-
sit, nec debebat consentire, tenebitur suā
partem sub mortali restituere,
quod non est di-
cendum.

De eo

De eo qui sua culpa & negligentia damnum proximo dat.

SVMMARIVM.

Dvpliciter tenetur aliquis de damno illato ad restitutionem, num. 45
Quotupliciter dicatur apud authores culpa, nu. 46
Culpa latior, num. 46
Culpa lata, num. 47
Culpa leuis, & leuissima, num. 47
Exlata culpa obligatio restituendi est num. 48
Ex leui, & leuissima culpa, tenetur quis ad restitutionem, secundum aliquorum opinionem, nu. 48
Nullus tenetur in sua actione esse prudentior, aut prudentissimus, satis enim est quod sit prudens, aut prouidus, num. 53
Non tenetur ad gratiæ augmentum, sed esse in gratia, num. 54
Non tenetur quis ad restitutionem ex leui, & leuissima culpa, num. 54
Quando est in foro conscientiæ, non tenebitur ad restitutionem ex lata culpa num 55
In foro exteriori cogetur ad restitutionem ob culpam latam, & ob leuem, num. 55
Ignorantia crassa, est idem quod culpa lata, n. 56
Qui aduertens periculum, non est diligens in adhibendo remedium, quod prudens adhiberet, peccat mortaliter, & est in culpa lata, & tenetur ad restitutionem, num. 57

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si ex culpa lata domini suum brutum inferat alicui damnũ, tenetur dominus ad restitutionẽ, n. 58

Regula illa quæ dicit, quod quoties quis obligatur exiure ciuili, aut canonico, obligatur & in conscientia, falsa est, num. 60

Ob leuissimam, aut leuem culpam, non incurritur irregularitas, num. 61

Ex ignorantia & lata culpa, quæ semper est cum peccato mortali, incurritur irregularitas, in homicidio casuali. num. 61

Vt obligatio restitutionis non incurritur ex leuissima culpa ita nec irregularitas num. 63

Ignorantiæ concomitantis definitio. num. 64

Ignorantia cõcomitãs homicidij, si sit inuincibilis excusat restitutione. num. 65

Præuisum homicidium inuigiliam inducit irregularitatẽ, etsi succedat in ebrietate, vel somno. n. 67

Qui nollens occidere Petrum, præuidet homicidium imputandum esse Ioanni innocenti & eidẽ alia damna secutura, tenetur a restitutionem, secus vero si non præuidit, num. 70

Sexta dubitatio.

SEXTA difficultas sit, quomodo teneatur aliquis ex damno proximo sua negligentia, & culpa dato, vt si putans me occidere ferã occidi hominẽ, vel lapidẽ, aut regulas ex alto proiiciẽs, transeuntẽ lęsi, nõ adhibita debita diligentia, & idẽ est de omni alio nocumento. Pro cuius difficultatis explicatione, quæ basis est, & multarũ qq. solutionis generale fundamentũ, est animaduertendũ: dupliciter posse aliquẽ de nocumento aliquo dato teneri. Primũ ex delicto: vt si occidas hominẽ putãs occidere ferã ex negligentia. Secundo, ex cõtractu, vt si depositũ apud te tua pereat negligentia. Tertiõ ex officio

Dupliciter tenetur aliquis de damno illato ad restitutionem.

ficio, vt si iudex condemnat aliquem, quem condemnare non debebat, ex negligentia examinandi ius vel factum. De duobus secundis infrà disputabitur, modoagimus de damno ex delicto dato tam in homicio, quã in honore, & bonis temporalibus proximi. 46

Quotupliciter dicatur apud authores culpa

Secundô animaduertimus id, quod Doctores, præcipuè Iuristæ adnotant sæpenumero, & ex Theologis adnotauit Nauar. in sum. cap. 17. nn. 177. Adrian. in 4. tit. de rest. q. vtrum in foro animæ, & ex Gab. q. 10. art. 3. in fine Ang. verb. culpa. à §. 1. Sylued. eodem ver. in prin. & §. 1. Estque receptum apud omnes, quôd culpa, quædam dicitur latissima alióque nomine dolus, & est omnis calliditas, fallatia seu machinatio ad circumueniendum, & fallendum adhibita. Tacendo in animo sit calliditas, vt habetur in l. 1. ff. de Act. emp. & vend. Fallatia fit mentiendo verbo. vt in l. falsus. §. si quis. ff. de furtis. Machinatio autem fit arte verborum, vt in l. Iulianus. §. idem. ff. de Act. & emp. & hęc ipsa culpa seu dolus dicitur etiam à Doctoribus latior: ita, vt si dolus & circumuentio sit aperta, ac manifesta, dicitur latissima. Si autem dolus non ita clarè exterius apparet, sed iustè præsumitur dicitur culpa latior. In vtroque in casu licet doli sint vel aperta, vel non ita aperta signa, vt docuit Nauar. fieri potest, vt interius in animo non fuerit vera fraus, seu dolus, quod enim in vno esset fraus, in alio non item. Secunda dicitur lata culpa, & est deuiatio ab ea diligentia, quam communiter illius artis, vel professionis, aut officij homines prudentes adhiberent. Tertia dicitur leuis culpa, id est, defectus eius diligentiæ quam prudentiores illius exercitij homines habere solent. Leuissima verò dicitur, omissio eius diligentiæ, homines illius artis prudentissimi in ea re efficienda ponerent. Suppositio ergo quod hic de culpa, & dãno dato ratione delicti quærimus. Dubitatio præsuppositia rogat. Quę ex prædictis culpis requiratur ac sufficiat, vt dãnum ex meo factosecutũ mihi imputaret, & restitutionis onus inducat

47

Culpa latior.

Culpa lata.

Culpa leuis.

Culpa leuissima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 Et primum suppono ex omnium sententia quôd ex dolo, imo etiã ex lata culpa incurritur restituendi obligatio. Et ita dicitur aperté in d. cap. fin. cuius verba statim referemus, & ratio est clara, quia in iis casibus voluntariè & iniustè damnum datum. De culpa ergo leui & leuissima, quæstio est, & sanè, glos. in c. consuluisti. 2. q. 5. apertâ tenet etiam de leuissima teneri quempiam non solùm in foro iudiciali, sed etiã in conscientia. Quã sententiam sequitur Adrian. quæst. citata. Ang. §. 6. verb. *culpa.* verbi gratia si venando occidisti hominem putans occidere feram, non adhibendo eam diligentiam quam prudentior, imo prudentissimus venator adhiberet, teneris totum damnum resarcire. Hæc sententia probari solet ex d. c. finali de iniur. & dan. vbi sic dicitur: *Si tua culpa datum est damnum, vel iniuria irrogata.* Ecce culpam latam. *vel sic hæc, tua negligentia & imperitia venerunt.* Ecce leuem, & leuissimam, *iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam similem posse contingere,* & addit: *Secus de illo, qui ex contingentibus nihil omisit.* Ecce vbi solũ excipit casum fortuitum, & omni culpa vacum, de quo in 5. dub. diximus.

Ex lata culpa, obligatio restituendi est.

Ex leui & leuissima culpa tenetur quis ad restitutionem, tam in foro exteriori, quam conscientiæ.

Et probari etiam potest non obscurè ex d. c. Consuluisti. vbi cum esset sermo de occidentibus infantes tenelos, ait Steph. 5. in hęc verba: *monendi sunt & protestandi parentes, ne tam tenellos secum in vno lecto collocent, ne negligentia quolibet proueniente suffocentur, vel opprimantur, vnde si homicidij rei iudicantur.* Quid apertius. Et sanè in iure ciuili id ipsum testatum videmus, ff. ad l. Aquiliã. l. sed etsi quicũque. §. 2. & l. in lege quod non est. in l. Corn. de Sica. ff. de Sicar. in l. culpa autẽ est. Ratione etiã probatur. Quia qui culpa sua damnũ dat, virtualiter dat voluntariè. At omnis irrogator iniuriæ voluntarius iniustitiam committit. Ergo ad restitutionem illati damni

49 tenebitur. Hanc sententiã secutus videtur Sylvest. verb. *incendiarius.* q. 1. & videtur eã tenuisse Couar. in Clem. si furiosus. 2. p. §. 4. num. 9. citans ad hoc prædictum cap. Consuluisti, & ibi gloss. prealleg. tam. Ait siquidẽ Couar.

Couar. irregularitatem ex homicidio incurri, quamuis secutum sit leui culpa, imo etiam leuissima in committendo. Itaque distinguit de modo culpę, si enim ex pura omissione sequatur, non incurritur de leuissima. Si autem ex commissione contingat homicidium vel aliud damnum, de leuissima tenebitur. Semper autem siue in committendo, siue in omittendo, si culpa leuis intercedat imputabitur homicidium ad irregularitatem. Imo etiam leuissima in omissione sufficiet, vt damnum secutum imputetur. Quando is, qui in ea culpa, mercede conductus erat, vt diligentiam adhiberet. Et quamuis Couarr. non loquatur in specie restitutionis, sed irregularitatis: tamen eadem est prorsus ratio, quando opus nõ erat aliàs prohibitum, quando enim quis non dat operam rei illicitę, & persona priuata est, nullo pacto homicidium ad irregularitatem imputatur, nisi ex peccato & iniustitia in homicidio secuto, vt ipsemet Couar. constituit in d. num. 9. vers. *ex his ipse in fero.* 50

Aliorum verò est communior sententia, qui dicunt neminem ex delicto teneri ad restitutionem in conscientia, nisi ex dolo, vel lata culpa, ita docuit Sylvest. verb. *culpa.* quæstio. 4. & *restitutio.* 2. dict. 12. & 17. Innocen. in c. sicut dignũ de Homicid. Ioan. Anan. & Panorm. in eodem cap. & c. 1. de Const. & cap. dilect. de Arb. & cap. si egressus. de Iniur. & cap. cum causam. de Testa. Rosell. verb. *Aduocatus.* §. 24. Ioan. Andr. in c. quoniã de Proba. Gabr. distin. 15. quæst. 14. art. 3. dub. 2. & quæst. 15. dub. 2. Anton. Gom. 3. tom. cap. 2. num. 3. & 5. & vltim. Merc. tractat. de Restitutio. c. 5. vers. *Item non restituit.* Dominic. Sotus. 4. lib. de Iustitia. quęst. 7. art. 7. post mediũ, quamuis non distinguat de lata, leui, & leuissima, Vnde Sylvest. in d. verb. *incendiarius.* q. 1. non simpliciter docuit oppositum, sed retulit se ad d. quæst. 4. in verb. *culpa.* 51

Et mihi placet hæc sententia. Quoniam vt suprà probauimus, vt restitutionis obligatio incurratur (quando non ex re accepta, imò nec ex iniusta acceptione, vt dicebamus 52

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecbamus in eo qui precium ob rem defectuosam accepit, sed tantũ ex actione iniusta, nullare vel pretio accepto) nullus tenetur restituere nisi peccatum intercedat mortale. quia tantũ tenetur, vt suprà dicebamus ratione iniurię, atq, iniustitiæ illatę, at vbi nullum est peccatum, vel vbi mortale non est, iniustitia esse nõ potest, quæ genere suo peccatũ mortale. Sed in culpa leui, & leuissima, non est mortale peccatũ, imó neque veniale esse contingere potest, quod ex eo probabis, atque intelliges, si differentiam paulò attentius attenderis, quæ est inter peccatum vt Theologi loquuntur, ac inter culpã, vt Iuristę. Nam culpa seu peccatum apud Theologos est deuiatio à ratione recta actus (inquam) cui deest rectitudo rectę rationis debitę in esse. Et ita est semper contra iustam aliquam legem naturalem, diuinam vel humanam, estque essentialiter Dei offensa. Omnis enim legis iustę & rectę rationis violatio Dei offensa est. At culpa apud Iuristas dicitur deuiatio seu defectus ab eo, quod bonum est, quod per hominis prouidentiam ac diligentiam vitari potuit. Vnde non tam dicit defectum rationis quàm diligentiæ, & curæ, ac prouidentię cuiusdam, quæ esset apponenda. Huius autem diligentiæ omissio incuria, & incautio absque peccato esse potest, saltem in leui, & leuissima. Imo, vt multi volunt à culpa lata peccatum abesse potest.

Differentia inter peccatum, vt Theologi loquũtur, & culpam sui Iuristarum loquutionem.

53

Sed saltem, quód cum leui & leuissima possit peccatum abesse ex eo probo. Quia nullus tenetur, secundũ rationem rectam & legem aliquam in omni sua actione esse prudentior, aut prudentissimus. Satis esse putare debemus si prudens sit ac prouidus, ita vt si quid agat imprudenter ac negligenter, peccatum sit, non tamen si quid egerit non prudentius, neque prudentissimè: Vnde secundum Dei legem non tenemur ex aliquo præcepto esse meliores, sed boni. Non enim tenemur ad gratię augmentum, sed vt simus in gratia. Vnde maledictus dicitur, qui opus Dei facit negligenter, quasi is, qui facit diligenter non peccet. Si ergo satis est esse bonos, &

Nullus tenetur in sua actione esse prudentior aut prudentissimus, satis. n. est quod sit prudens aut prouidus,

54

diligen-

diligentes; & non est contra rationem rectam, non esse meliores aut optimos, non esse diligentiores, aut diligẽtissimos, sequitur culpam leuem ac leuissimam sine peccato accidere posse, vel saltem sine mortali. Et ita nullus tenebitur ex leui, & leuissima culpa ad restitutionẽ. Secundò, quia sæpe homo obliuiscitur naturali quadã obliuione diligentiæ maioris, & maximæ faciendę, at tamen non est dicendum peccasse, ergo leuis, & leuissima culpa sine peccato esse potest.

Non tenetur quis ad restitutionem, ex leui & leuissima culpa.

Dices ergo, neque ex lata culpa tenebitur semper dãnum datum refundere? Solent enim aliqui eius obliuisci naturaliter, quod prudens illius artis facere consueuit. Respondeo, vt sæpè distinxi. Si enim non ratione rei acceptę, vt in depósito, vel ratione iniustę acceptionis, quæ committetur contra actum (vt dixi in vendente rem vitiosam ignoranter ex culpa lata) sed tantũ ex iniusta actione nihil ad eum perueniente, non tenebitur in foro animæ restituere, si naturali obliuione, verbi gratia, misit lapidem, quo prudens non mitteret, & ita damnum fecit. Est enim de illo iudicandum, ac si omnino fortuitò accideret, cũ ille actus sit omnino inuolũtarius, quód reuera ille nulla ratione facere voluisset, q etiã ex eo coniicio, quód si factum in proprium damnum, ac periculum vergeret suppositá naturali obliuione non minus faceret, cũ sit naturalis quædam inaduertentia. Signum ergo est omnino in voluntariè, & inculpabiliter damnum dedisse. In foro tamen exteriori cogetur, & meritò restituere ob latam culpam, imò sæpe ex leui, quando res ita erat periculosa, vt Mercado adnotauit, vt non solum diligens, sed diligentior esse deberet, & hoc est valdè notandum.

55

Quando est in foro conscientia, non tenebitur ad restitutionem ex lata culpa.

In foro exteriori cogetur ad restitutionẽ ob culpam latam & ob leuem.

Dices fortasse curiosius rogando, quonam tandem modo valebimus distinguere obliuionem naturalem ab incuria & negligentia lata, quę semper est mortale peccatũ, & ad restitutionem obligatoria? Respondeo id experiendum esse à quoque melius, quã explicandum, sed tamen sic declarari posse iudico: Si ingredienti mihi in

56

opus

Universidad de Deusto
Biblioteca

opus aliquod periculosum, propositum fuit, periculum accidere posse, si tum non feci sufficientem diligentiam planè peccatum est mortale. Quia cum aduerterem ad periculum, non aduerti ad diligentiam, quod constat esse culpabile, & peccatum. Et hæc dicitur ignorãtia crassa, & propriè lata culpa. Si autem cum cœpi opus nõ aduertebam esse periculũ naturali quadã obliuione: quod raro fiet, cum res ipsa periculosa facile sese ostendat, tum non esset vllum peccatum, sed indeliberata inaduertentia inuincibilisque ignorantia.

Ignorãtia crassa est ideò quod culpa lata.

57 Non placet tamen hoc loco quorundam distinctio, qui dicunt, quod si damnum ex meo facto sequitur immediatè, vt si quis proiiciat sagittam occidentem alique quem ex lata culpa, tunc est peccatum mortale, & restitutionis obligatio. Si verò proximus non actuè, & immediatè operetur aliquid ex quo sequitur damnum, sed tantum passiuè se habeat, & occasionaliter, vt si foueam fecerit in publica via, cui malo occurrere neglexit, tũc dicunt posse à peccato, & restitutione de obligari. Quia dicunt potuit habere propositum obuiandi damno, postea vero distractus oblitus est. Non inquam placet hæc distinctio. Nam ita damnificat quo ad mores attinet fouea sicut sagitta emissa, & sicut facta fouea potest naturaliter obliuiisci, ita iaciens sagittam, vel lapidem, aut ludens potest damni euenturi non recordari: licet frequentius cũ actio est positiua, vt omissio sagittę, soleat damnificare. Sed certè in vtroque casu si aduertens periculum (quod vix potest contingere, vt non aduertat) non est diligens in adhibendo remedium quod prudẽs quisquè adhiberet, mortaliter peccat, & in lata culpa est, & ad restitutionem tenetur. Si verò in vtroque casu sit inaduertentia inuincibilis, nulla erit obligatio iuxta prędicta.

Qui aduertẽs periculũ nõ est diligens in adhibendo remediũ quod prudens adhiberet peccat mortaliter, & est in culpa lata, & tenetur ad rest.

Ex dictis innumerabiles penè quæstiones dissoluere facile est. Vt si tuum animal damnum fecit te ignorante. Si enim v.g. ferox erat, vt leo aut pardus, &c. quæ 58 non retines domi benè ligata, vel si asinus non, vel do-

domi

domi, vel alibi securè reseruas, ne depascat segetes, &c. tunc teneris de toto damno si es in culpa lata & peccato, vt dictum est. Secus est si nullum esset peccatum: vt si feciſti propositum vitandi damnum, & oblitus es naturaliter, etiam si in leui, imo in lata culpa fuisse præsumatis, vt dictum est, & sic de multis alijs.

Si ex culpa lata domini sum brutum, inferat alicui damnũ, tenetur dominus ad restitutionem.

Ex iis patet solutio ad argum. Ad cap. illud fin. resp. ex eo tantum inferri, quod si intercedat peccatum tenetur ad restitutionem. Id enim nomine imperitię & negligentię intelligitur. Ideo enim subdit nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimilem posse contingere. Quod patet etiam de culpa lata & ignorantia crassa dictum, non de omissione prudẽtioris. vel prudentissimæ diligentię. Vnde statim subdit: *ad liberationem restitutionis non proficit si sint fera animalia, & quæ nocere consueuerunt. Si quam debueras non curasti diligentiam, adhibere.* Quid autem est *quam debueras diligentiam* nisi prudentem, prudentiorem enim vel prudentissimam nullus tenetur adhibere in omni suo opere, vt dictum est. Et ideo, cũ dicit eum tantum excusari, qui ex contingentibus nihil omisit, nihil inquam omisit eorum, quæ vt prudens procidere, & cauere debebat. 59

Ad rationem verò respondetur, quòd non potest dici voluntarium, quod ex culpa tantum leui, aut leuissima fit, quando diligentiorem cautionem, vel diligentissimam adhibere non tenetur: vbi enim quis non tenetur, omissio illi non imputatur, vt voluntaria, vt de se patet. Secus est, vt sæpe dixi, quando quis ex contractu tenetur, vel ratione rei acceptæ, vt suprà satis diximus, de eo, qui rẽ alienã existimans esse suam, vel pretiũ accepit, dissipauit, vel donauit, & de eo qui vendit rem vitiosam ignoranter, Nos enim locuti sumus, quando solũm ex delicto tenetur, vt sępius à me dictum est. De his enim, & de nocentibus ex culpa, in officio infrà disputabimus. Quibus adde nos huc vsque locutos esse in foro pœnitentiali. Nam in foro iudiciali, quandoque condemnabitur quis ob leuissimam culpam secundum 60

iura

Universidad de Deusto
Biblioteca

iura Ciuilia, imo etiam Canonica. Tum ob præsumptiones ex rei circústantijs. Tum ne detur locus fraudibus & iniurijs. Vnde illa regula Angel. vbi suprà, quôd *tenetur in conscientia quotiescunque tenetur de iure ciuili, vel canonico*, admittenda non est.

Regula illa q quotiesquisobligatur ex iure ciuili aut canonico, obligatur etiam in conscietia falsaest

61

Ex quibus colligo manus benè docuisse Gabr. in 4. dist. 15. quę. 24. dub. 2. & q. 15. dub. 2. quôd tenetur aliquis restituere cum ex suo actu damnum est proximo secutum omni adhibita diligentia, si dabat operam rei illicitę, vt si clericus emitteret sagittã in locum, quo nemo transire solet, & casu hominem occidat. Id enim omnino falsum puto, licet enim id ad irregularitatem faciat iuxta multorum sententiam, tamen ad restitutionẽ est omnino impertinens dare operam rei licitæ, sed illicitæ, si enim sufficiens adhibita est diligentia, quæ scilicet culpam latam, peccatumque mortale excludat, etiã si opus, ex quo sequitur sit illicitum damnum secutum, omnino inuoluntariũ est, ac per consequens illi non potest imputari, licet enim illicitum quid fecerit: non iniustum tamen quidquam fecit.

Colligo, secundò, quidquid Couar. doceat loco citato non incurri irregularitatem ex casuali homicidio, ob leuissimam culpam, etiã incommittendo, quam ille leui comparari sine constante ratione, vt suprà dixi, docet, moueor tamen, quia non est in æquitate & ratione positum, vt tanta, pœna (pœna enim est semper irregularitas ex homicidio priuatę personæ) ob leuissimam culpã incurratur, imô neque certé ob leuem, vt enim ex communicatio, quia grauis pœna est non nisi ob mortale peccatum, & consequenter ob ignorantiam, & latam culpam, incurri debet ita huiusmodi, quę grauis est pœna, nõ patarem sine peccato mortali incurri, vt infra capit. 3. fusius ex Soti sententia probabo, ac propterea oblatam culpam siue inomittẽdo, siue in cõmittẽdo. Si enim quis venans, v.g. eam adhibuit diligentiam, quã prudens sapiensque adhibendam censeret, nõ iustum est ei homicidium ad irregularitatẽ imputari, sicut nec ad excõmunicationem

Ob leuissimam aut leuem culpam non incurritur irregularitas.

Ex ignorantia & latæ culpæ, quæ semper est cum peccato mortali incurritur irregularitas in homicidio casuali.

62

nicationem putaretur, si occisus clericus etiam fuisse inueniretur. Et id de regularitate existimo. Fortasse enim aliqua actio ita esset periculosa, vt meritô censeatur irregularis, quia quod prudentior prouideret non prouidit.

Secundo moueor, quia restitutio non incurritur, vt dictum est, nisi ex lata culpa: at eodempede (vt aiunt) curit irregularitas, quando in persona priuata, & non dando rei illicitæ operam homicidium contingit, dico, *in priuata persona*. Iudex enim occidendo, restitutionem non incurrit ius exequendo, at irregularitate contrahit: dixi, *non dando rei illicitæ operam*. Quando enim non datur opera rei illicitæ, non potest dici tunc irregularitatem incurri, eó quôd ille reus sit illius operis illiciti, vt constat, cũ nullum sit, sed ex eo, quod reus est homicidij atque iniustæ læsionis proximi; igitur irregularitas huiusmodi iniustitiam exigit, vt incurratur. Sicut & restitutio, ac perinde pariter de vtraque est iudicandum. Vt igitur restitutio ex leuissima culpa non incurritur: ita, &c.

63

Vt obligatio restitutionis, non incurritur ex leuissima culpa, ita nec irregularitas.

Tertiô colligo non debere nos recipere id, quod Syl. docet verb. *homicidium*. 2. q. 23. & Couarr. vbi supra. Quod in committendo tenetur quis de leui & leuissima. Quia (inquiunt) plus iura omissionis, quã commissionis tolerant culpam, iuxta Bart. in l. quod Nerua. ff. de depo. quem laudat Alex. de Imo. in l. si mora. ff. solut. matrim. quôd in omnibus actibus, in quibus quis solum tenetur de dolo & lata culpa, tenetur etiam de leuissima in faciendo commissa. Quæ doctrina mihi non placet. Si enim prudentiam adhibuit, quid refert an positiuo actu vel negatiuo damnum acciderit? Cum æquè sit inculpabile æquè inuoluntarium vtrumque. Licet in foro exteriori ita meritô sit obseruandum, vt hi arbitrãtur, autores. Cuius præsumptionis quãtum possum iudicare, ea ratio est, quôd commissio magis accedit ad dolum (qui non nisi committendo fit) quàm omissio, quę cum culpa solummodo cognationem habet. Ac proinde vt iura maiore odio dolum prosequuntur quàm cul-

64

Universidad de Deusto
Biblioteca

pā, ita minùs commissionē, quàm omissionnem tolerāt.

Septima dubitatio.

SEPTIMA difficultas. An qui ignorantia concomitante aliquem occidit, teneatur ad restitutionem, Ignorātia cōcomitans dicitur, quando quis facit aliquid ignorantia quadam inuincibili, sed si sciret volūtariē, ac libenter fecisset. Quia iam animo facere decrerat. v.g.

Ignorantia cō comitantis definitio.

Habet quis inimicitias cum Petro, quem occidere: vel aliud ei malū inferre desiderat, & procurat, quadā autē die venando, videt feram quam reuera putat esse feram omni adhibita diligentia at fallitur, nā est inimicus quē ipse occidere desiderat. Nunquid si illa ignorantia occi

65 dat, tenebitur restituere. Merc. trac. de rest. cap. 5. fatetur teneri ad restitutionem. Quia inquit ille non excusatur à peccato ob malam voluntatem, vt omnes fatentur, & ex alia parte exterius damnum est datum, ergo iam ex parte voluntatis iniustiq; damni dati, tenetur ad restitutionem, Adde quod ignorantia concomitans inducit excomunicationem, vt si occisus esset clericus, & etiam irregularitatem: ergo intercessit peccatum mortale homicidij, & ita restitutionis obligatio.

Porrò ego ab hac sententia recedo libēter. Sola enim voluntas iniqua non potest restitutionis onus parere, cum illa proximus non damnificetur. Nec etiam exterius opus, cum ex ignorātia inuincibili profisciatur. Licet enim cum opere externo adsit mala voluntas, tamē illud opus non ex mala voluntate procedit, etiam si ille solū intendat venari, & de hac voluntate omni adhibita diligentia procedit sagitta, non ex voluntate occidē di; cū ergo illa praua volūtas occidēdi inimicū, tantū sit cōditionalis, nō absoluta impellens ad actū illū externū, nō dici debet ille exterior actus iniustus, (vt aiūt) formaliter, nisi tantū materialiter. Atq; idē est dicēdū de irregularitate & excomunicatione. Hęc. n. (sicut restitutio) requirunt actum externum homicidij formaliter iniustum.

Ignorantia cō comitans homicidij. si sit inuincibilis excusat a restitutione.

66

Octaua dubitatio.

OCTAVA dub. de ebrio & dormiente, si aliquem occidant, an restituere teneantur? Ad hæc & similia ex prædictis

prędictis respon. Si enim, cum esset in vigilia prędidere potuit & debuit, quia probabiliter timebat damnum euenturum, imputabitur illi homicidium, cum fuerit in lata culpa, & in causa volitum, vnde mortaliter peccauit se inebriando vel dormiendo ante factam diligentiam ne eueniret. Si verò ille rationabiliter non putabat id fore euenturum, quia scilicet nunquam illi contigerat, nec suppositis circunstantiis res erat periculosa, nō peccauit, nec restituere tenebitur: cùm sit omnino casuale. 67

DE irregularitate verò Richar. in. 4. distin. 25. arti. 5. quæstio. vltima, refert quosdam asserentes eos esse irregulares, qui sic occiderunt, etiam si nulla culpa sit secutum homicidium, nec eos impugnat. Sed re vera falsū est omnino, nam si nulla culpa interuenit, nullum est volūtarium nec in se, nec in causa. Quæstio ergo est de illo, qui sua culpa priuatus est vsu rationis, & tunc occidit. Castr. lib. 2. de lege pen. c. 14. con. 1. docet non esse irregularem ebrium, vel dormientem, etiam si sua culpa priuatus sit vsu rationis, id est, sciens solere ebrium vel dormientem arma sumere. Probat. Quia Cle. si furiosus de Hom. absolutè loquitur, dicens non esse irregularem. Verùm contraria sententia est omnium aliorum, & tenenda, q̄ cū quis sua culpa priuatus est vsu rationis reuera est irregularis, si occidat vsu rationis carēs. Illud verò quod dico, *sua culpa* non sic intelligo, quòd quandocunque peccauerit dormiendo, vel se inebriando, postea sit irregularis, si occidat, quod concedere deberent illi Doctores, qui dicunt homicidium casuale, imputari ad irregularitatem ei, qui causam dat illicitam, seu dans operā rei illicitæ. At nos non sic existimamus, sed cùm ita sua culpa fecit, quod respectu homicidij secuti, fuerit in lata culpa, id est, si verisimiliter credebat cùm esset in vigilia, quòd ex sua ebrietate vel somno esset occisurus, tū enim planè erit irregularis: cùm homicidium fuerit voluntarium in causa, si verò id non erat verisimile, quantumcumque se culpa ac peccato rationis vsu priuauerit, non erit irregularis: si culpa

Præsisum homicidium in vigilia, inducit irregularitatem etsi succedat in ebrietate, l. somno.

68

Universidad de Deusto
Biblioteca

(vt Iuristæ loquuntur) non adsit, id est omissio debitæ diligentiæ, ne homicidium sequeretur. Et in hoc sensu Castr. sententiam accipiendam putamus. Eadem autem est ratio de ebrio, amente, & dormiente, licet ra-
68 rô in duobus secundis imputetur. Et hæc est meo iudicio ratio cur in Clem. citata, quę absolutè loquitur, nulla fit mentio de ebrio, sed tantũ de dormiente, amẽte, ac puero. Quia in his quàm rarissim. é contingit homicidiũ vel mutilatio culpabilis, & in sua causa volita. Et per hoc patet solutio ad argumentum Cast.

Nona dubitatio.

NONA difficultas, vtrum teneatur ad restitutionem, qui occidit Petrum v.g. si sciat illud homicidium vel aliud damnum â se factum imputandum fore Paulo innocenti, & vinctum teneri, vel saltem ab illo esse faciendam restitutionem, quam certé minimé debet? Et videtur, quôd verus occisor teneatur veritatem propalare. Cum ipse sit verus damnificator, & nocens, & alter sua causa innocenter patiatur. Et primum mihi videtur, quod damnum quod occisus, vel damnificatus passus est tenetur restituere occisor, vel damnificator occultus. Ipse enim fuit proxima & directa causa talis damni. Et in hoc nullus dubitare potest. An verô damnum quod alter (cui iniustè imputatur) patitur teneatur iste vitare, & recompensare, sicut in directa causa, & cõditio sine qua non pateretur tale damnum, maius dubium est.

Med. C. de peni, vt refert Nauar. c. 15. num. 17. docet simpliciter teneri ad se manifestãdũ & restituendũ damna consecuta. Pedraza in Summ. præcepto. 5. §. 6. hanc difficultttem disputat, se enim similem casum habuisse tradit, qui fuit huiusmodi. Petrus minatus est Ioanni mortem. Quibusdam elapsis diebus Ioannes occiditur, non à Petro sed ab alio. Captus est, Petrus ob
69 suspitionem, qui ad expensas, & pecunia, & exilio est condemnatus nunquid tenebitur ille alius Petro innocenti, hęc omnia restituere? Respondet ipse primũ, quod iniuriam & expensas in curatione factas, & lucrum cessans

sans tenetur restituere capto, & condemnato & id verissimum est, vt nos diximus: si enim tenetur in conscientia ea ipsa restituere immediato, damnificato, cum alter innocens ea pro eo soluerit, ei tenebitur restituere 70
illa, cum is succedat in iure damnificati, vt palã est. Exilium verô, & pœnam pecuniariam, & alia damna, quæ passus est captus & condemnatus, non tenetur restituere. Quia (inquit) intentio opera distinguit, & eius intentio non fuit damnificandi captum, sed occisum, sita men inquit, intenderet minatorem illum damnificare, tunc tenetur in integrum ad omnia damna, idipsum docuit Sotus lib. 4. de Iusti. q. 6. art. 3. ad quartum, post mediũ solutionis, & Nauar. c. 15. num. 17. Cord. lib. 1. quæst. q. 31. art 3. Verũ nisi id quod de intentione damnificã di dicitur, sanè intelligatur non putamus omnino verũ.

Id circo aliter dicendum credimus. Si enim eo tempore quo occidit, aut dãnum intulit sciebat verisimiliter alteri fore imputandũ suum delictũ, tunc siue intendat dam- *Qui ex suo homicidio præuidet id imputandum esse innocenti, & alia damna sequutura, tenetur ad restitutionẽ*
nificare illũ, siue non, tenetur illi restituere omnia damna, cũ fuerit in culpa lata & causam efficacem illius dãni dederit voluntariè. Si verô eo tempore nesciebat alteri mortem conferendam aut delictum, quamuis postea eius ocasione alter qui est innocens patiatur, etiam pœnam mortis: non tenetur verus occisor se prodere, vt alterius pœnam vitet, vel aliud damnũ, aut postquã est illatum restituat, etiam si malo animo illum damnificandi fecerit. Ratio est plana iudicio arbitrioque nostro. Quoniam cum eo tempore ille non putaret tale damnum alteri euenturum fuisse ex suo facto non dici potest causa damni illius, etiam si malum haberet nocendi animũ, sicut de occidente, ignorantia concomitãte diximus. Mala enim illa voluntas non est causa illius damni, imo omnino casualiter alteri accidit, cùm alter prorsus non putaret, nec putare deberet, hic & 71
nunc ex suo actu huiusmodi damnum illi euenturum: Licet ergo mortaliter peccare posset ob malam voluntatem: tamen actu illo exteriori non fuit il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lata culpa respectu homicidij. Ac propterea praua illa voluntas non informat exteriorem damnificantem, sed
72 tantum concomitatur illã, vt verè dicere possimus (vulgi vocabulis vtentes) non esse formaliter damnificationem, sed materialiter, quæ multò magis vera sunt, quando non ea intentione occidit, vt alteri imputaretur, sed postea præter eius voluntatem illi imputatur.

Sed rogari posset quid sit dicendum, si is cui occasione mei facti delictum imputatur nõ esset innocens, sed nocens, verbi gratia accuso Petrum, sciens ex tali accusatione illud fore euenturum, vt fiat inquisitio contra Ioannem aliâs nocentem, quippe qui aliud delictum commisit, & ita mei facti causa punietur. Aliqui respondent, quod nullam teneor facere restitutionem: quia non patitur vt innocens, sed meritas dat pœnas sui delicti, ac propterea nulla ei fit iniuria.

Mihi videtur, quod si nulla mea vtilitate illud facerẽ, ex quo scio proximi delictum fore puniendum pecco contra charitatem. Cum prætermisso fraternę correctionis ordine, facto meo prodam, sicut si dicto proderem (ex quo iudex ad pœnam procederet) antequam admonerem secretò. Quamuis & hoc difficultate non careat, vt disputabo inferius. Secundò videtur, quod non peccat contra iustitiam tale opus faciens, etiamsi inde sciat nocentis, peccatorisque manifestationẽ consequendam, & ita nullam deberi restitutionem. Primum enim si mea interest factum illud aggredi, mihi nõ imputatur damnum alteri secutum, vtor enim iure meo, ex quo per accidens alter manifestatur. Si verò nulla vtilitate faciam, licet vt dixi contra charitatem facere videar, iniuriam tamen nullam facio: sicut enim non facerem contra iustitiam illum accusando, vel denunciando, cũ ille iniustum non patiatur, siquidem delictum est probabile per testes: ita nec pecco contra iustitiam id faciendo,
73 quo alterius crimen manifestetur. De quibus infra multa copiosius à nobis sunt disputanda

De

De lædente in spiritualibus bonis. Cap. II,

SVMMARIVM.

Ex sententia plurium Doctorum, qui a bonis cõsilijs aliosauertũt, tenẽtur ad restitutionẽ, n. 74
Qui alium ad peccandum inducit, non tenetur ad restitutionem gratiæ ex iustitia, sed tantum lege charitatis, num, 76
Gratiæ amissio sit omnino voluntaria, num 77
Nulla est obligatio restitutionis, quando læsus remittit iniuriam, vel debitum, num. 78
Qui verbo, aut exemplo est causa ruinæ proximi non peccat contra iustitiam num. 78
Cum quis metu graui inducit ad peccatum, vel seducendo fallacijs, peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem bonorum spiritualium eo modo quo potuerit, num. 79
Qui habet munus docendi scientiã, vel artem, & docet falsa, facit iniuriam proximo, num. 82
Qui naturalem aliquam artem, vel scientiam tenet, non tenetur alios illam docere, si id ex officio non habet, num. 83
Nullus tenetur ostendere suam artem, si non accipiat stipendium, dum modo illa ars non sit in re publica simpliciter necessaria, num. 84
Qui sæpe mentiuntur seminando nouitates, non tenentur se retractare, num. 85
Qui libros fictionum scribunt, vel typis mandãt a republica, sunt expellendi, num. 85

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui in lucem edunt libros amatorios, peccant grauiter, num. 85
Astrologorum iudicia docet Aug. esse arte diaboli, & ex pactis cum dæmonibus, num. 88
Qui alium a voto religionis auertit, vel a quocũque alio bono, tenetur ad restitutionem, secundum aliquorum sententiam, num. 88
Qui sine vi, & fraude extraxit aliquem a religione, etiam animo iniquo, non tenetur ad restitutionem, secundum Sotum, num. 89
Qui sine vi, & fraude nondum professum retraxit a religione, non tenetur ad restitutionem, nu. 90
Animus, vel intentio nocendi, non inducit obligationem restitutionis, nisi exterius damnificet, num. 9
Parentes lachrimis, & blanditijs obmolientes corda filiorum volentiũ religionem intrare, ne intrent, peccant mortaliter, num. 92
Qui vi & fraude extrahit a religione, tenetur restituere, num. 93
Qui suasione extrahit professum a religione, non tenetur intrare ipsam religionem, nec alium subrogare coactè num. 93
Idem intelligendum est de ijs qui in religione Societatis Iesu vota emiserunt simplicia post biennium, si vere sunt religiosi num. 95
Recedentes non professi clam apostatæ sunt, & ipso facto excommunicati, ex Greg. P. nu. 96
Damna temporalia subsecuta, non tenetur restituere qui extraxit a religione non professum sine fraude, num. 96

Ex

Ex sententia authoris, adomnimodam restitutionem tenetur, qui extrahit professum a religione suasione, vel fraude. num. 97
Qui fraude facta religioni, non religioso educit eum a religione, non tenetur ad restitutionem, damni religionis, num, 98

CTVM est capite præcedenti de lædente secundum communem quandam rationem. Oportet, vt initio promisimus, per singula capita specialia lædentium genera explicare. Et cùm inter omnia bona à Deo hominibus tributa, præcipua sunt ea quæ ad animum pertinent: idcirco de lædentibus in bonis animi caput hoc secundum disputabit. 74

PRIMA igitur dubitatio sit: Vtrum lædens aliquem in bonis animæ, putà gratiæ inducendo ad peccatum, vel perfectionis, vt auertendo à bonis, quæ sunt consilij, vt ab eleemosyna, ieiunio, voto, religione, &c. teneatur ad restitutionem. Et sanè plerique scholasticorum fatentur eum qui abstulit bona animæ accidentalia, & alia bona opera prædicta suo exemplo, consilio, vel imperio, teneri ad restitutionem illius boni vel efficaciter dissuadendo, vel si non potest orando Deum pro illo, vel denique se vel alium religioni tradendo. Sic profecto sensit Scot. in 4. distinct. 15. Richar. distinct. 15. artic. 5. q. 2. & 4. ad 8. Angel. verb. *restit.* in principio. Palud. distinct. 15. q. 2. art. 2. concl. 1. Anto. 2. part. tit. 11. cap. 2. in princ. versus finem, & tit. 2. c. 2. §. 1. Rosella restit. 2. §. 1. Mai. distinct. 15. q. 17. §. 92. Quia hic locuti Adrian. in 4. quæst. 3. de restit. ad finem, & quodlib. 11. Gabr. dist. 15. quæst. 17. dub. 1. Caiet. verb. *restit.* cap. 7. Nauar. cap. 17. num. 11. & num, 75

Prima dubitatio.

Ex sentẽtia plurium Doctorum qui a bonis cõsilijs alios auertũt, tenẽtur ad restitutionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

76 & num. 14. & cap. 12. num. 44. Quo tamen loco cùm Ioan. Mai. sentit specialiter de auertente aliquem à religione siue ante, siue post ingressum vel professionem non teneri seipsum religioni mancipare pro illo, sed satis esse, vt alteri æquè bono suadeat, licet nō persuadeat.

Hæc sententia probatur ab iis Doctoribus: quoniam in bonis corporis necessario est restitutio facienda, vt in vita, fama & re familiari, vt inferius ostendemus. Item in bonis animæ naturalibus, vt in memoria, & intellectu, & aliis potentiis, quæ per accidens lædi possunt ex lesione sensus, memorię corpore, & phantasiæ: ergo multò magis in bonis spiritualibus animæ & supernaturalibus erit facienda restitutio quæ maiora sunt longè. Nā qui occasionem damni dat, damnū dedisse videtur. Addit Gabr. Quod etiam debet fieri secundum æqualitatē Arithmeticam omnis restitutio. Et ita debet reddere efficacem inductionem ad pœnitentiam. Etsi id non satis est, quia difficilius est conuertere, quam peruertere: tenetur lege iustitię per se orando, vel aliorum orationes mendicando, conuersionem impetrare.

Qui alium ad peccandum inducit, non tenetur ad restitutionem gratiæ ex iustitia, sed tantū lege charitatis.

Horum ego Doctorum sententiam probare nunquam potui. Quare vt distinctè ac planè de more procedam, quibusdam punctis meum sensum explicabo. Primum de inducente ad peccatum non placet teneri speciali lege iustitiæ ad gratiæ restitutionem, sed tantum lege charitatis ob fraternam correptionem, ita vt obligatio nō sit specie distincta ab ea quam alius habet, vel ipse haberet si non induxisset, licet sit maior in eadem specie. Quia fuit occasio damni. Ita arbitratus est doctè ac resolute Sylvest. verb. *restitutio*. 3. q. 1. Ledesma 24. q. 18. art. 2. §. sed quid dicendum. Cordoua in summa q. 172. Pedraza præcepto 5. §. 7. Sotus 4. de Iustitia, q. 6. art. 3. conclusione 3. Mercad. tract. ultim. de restit. cap. 2. D. Thom. opusculo 17. & 19. Quorum certè
77 sententiam ante eram libenter secutus, quam eos legissem vno aut altero argumento conuictus.

Primum enim vbi non est iniuria vlla, neque iniustitia

tia esse potest, nec restituendi obligatio, vt omnes fatentur, & suprà ostensum est à nobis. At iniuria esse non potest. Scienti enim & volenti non fit iniuria. Omnis autem gratiæ amissio scienter fit, & omnino voluntariè. Ergo sicut, si aliquis alicui consuleret, vt se infamaret, aut mutilaret, aut rem familiarem perditum iret, quā uis grauiter peccaret, iniustitiam non committeret vllā, nec ad restitutionem teneretur ei cui consilium dedit, cū ille non patiatur inuoluntarium, sic, &c.

Gratiæ amissio fuit omnino voluntaria.

Deinde quia vel ille vult redire in gratiā, & id satis est, vt recuperet: si autem non vult, nihil illi aliorum consilia proderunt, vt reducatur ad gratiam. Deniq́ue nulla
78 est restituendi obligatio, vbi læsus remittit iniuriam: remittit autem cū in peccato liberè perseuerat, & non vult exire; quemadmodum, si ego abstuli pallium à Petro, qui sola suauolūtate posset recuperare & nō vult, nō ego amplius teneor, sed ille videtur condonare iniuriā, quam rationem adhibent Ledes. Sylu. & Cord.

Nulla est obligatio restitutionis, quando læsus remittit iniuriam, vel debitum.

Postremò ex dicta sententia sequitur vt omnis scandalizans, id est, suo malo exemplo, aut verbo est occasio ruinæ spiritualis alterius, peccaret contra iustitiam, & absolui non deberet nisi dictam restitutionem faceret, quòd absonum videtur. Imo etiam sequitur, vt qui multos annos per varia loca ambulans multas seduxit mulieres, & ad peccandum incitauit teneretur ad eas redire, vt eas traduceret ad pœnitentiam. Vnde meritò neque D. Thom. huius rei mētionem fecit, nec vllus confessor de tali restitutione quidquā interrogat. Per quę patet solutio ad argumenta in oppositū. Fatemur enim grauius peccare eum qui lędit in his bonis, gratię & virtutum, non tamen iniuriam facere, vel ad restitutionem obligari

Qui verbo aut exēplo est causa ruinæ proximi, non peccat contra iustitiā.

Dicat fortassè quispiam. Saltem quando induxit ad peccatum, vel metu graui, vel seducendo, tenebitur restituere dicta spiritualia bona. Cum tunc patiatur inuoluntarium læsus. Forsan in hoc casu tenēri posset illorum opinio, & ita videtur fuisse Richardus elocutus. cū
79 dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit: *Damnificans ex fraudulento consilio, &c.* Quamuis instari posset. Nam cùm metus etiam mortis, vt quis peccet, non possit cadere in constantem virum, nec possit esse tantus dolus ac seductio vt quis ignoranter peccet, aliàs si esset inuincibilis ignorantia non esset peccatum: ideo videtur quod semper voluntariè accipiat damnum subeat. Et ita non fiet illi iniuria. Sed ad hoc stare possumus communi, vt dixi sententiæ in hoc casu. Quia semper fit iniuria cùm ratione deceptionis & metus extorquetur consensus in peccatum, qui aliàs non fieret. Constat enim dolum & metum tollere voluntarium, & ita committitur iniustitia. Sicque hanc nostram sentẽtiam imitasse video Cordubam, Ledesmam, Sotum, & Syluestrum, quod etiam videtur extendere Sylvest. vt procedat prima opinio cùm quis nõ solum timore humano, sed etiam vt complaceat stat in peccato, quod de timore reuerentiali fortasse verum est. Vt cùm quis ne gratiam principis amittat solummodo, vt illi complaceat perseuerat in peccato, tunc enim princeps videtur iniusta causa illius damni. Sed si alius quispiam esset æqualis, cui complaceret peccando (imo nec in dicto casu) putarem teneri ad restitutionẽ, sicut nec persuadens, vt dictum est, quia licet metus ille reuerentialis intercedat: tamen princeps non intendit consensum in peccatum inuoluntariè extorquere, sed precibus aut suasione, vel certè imperio, non cogere tamen inuitũ. Idem extẽdit Sylu. ad eum qui dans alicui consilium nõ adhibita diligentia est peccati alterius occasio. Quia, inquit, ignorantia crassa prope dolum est. Sed idem dicerem, quod de reuerentiali metu dixi. Nam reuera dans tale consilium, non intendit iniurios è consensum ab inuito extorquere, sicut neque princeps, cui vt complaceas, peccatum committis. Atque ita docuit Caietan. in summa, verb. Restit. cap. 7. in fine.

Cum quis metu grauis inducit ad peccatum, vel seducendo fallaciis peccat contra iustitiam, & tenetur ad restitutionem bonorum spiritualiũ comodo quo potuerit.

80

Secundo mihi videntur de aliis spiritualibus bonis naturalibus, vel supernaturalibus pertinentibus

ad intellectualem portionem, vt de scientia, artibus, memoria, fide, doctrina, & omni alia bona cognitione, atque instructione bene docuisse Ledesma, & alij authores, Caiet. in d. c. 7. & Merc. c. 2. vers. *qualquier*. eandẽ est rationẽ ac de corporalibus. Vnde qui falsam docuit doctrinam tenetur reuocare proximum ab errore legis iustitiæ. Et similiter qui habẽs docendi officium sua negligentia ignorantem discipulum parit, siue sit vera sciẽtia, vt theologia, philosophia, &c. siue ars, vt Grammatica, & qui accipiunt famulos, vt eos vel scribere, vel suã artem doceant texendi, pingendi, sarciendi, &c. Siue etiam sit supernaturalis instructio, vt catechizare, prædicare, confessiones audire, & sacramenta conferre. Nã in his rebus non debens ex officio docens falsa, vel habens, non docens vera, magnam facit iniuriam proximo, in quam aliter nullo modo consentit.

82

Qui habẽt munus docẽdi sciẽtiam, uel artẽ, & docet falsa, facit iniustitiã proximo.

Neque vero satis mihi videtur damna inde secuta resarcire, sed vtilem illam doctrinam & cognitionem veritatis docere, si neglexit, cum ex officio teneretur, vel si errorem docuit reuocare etiam si ex officio non habeat. Caiet. tamen videtur, quòd vel docere veritatem tenetur, vel significare illi falsa esse quæ docuerat. Verùm si ex officio habeat, non putarem satisfacere, nisi verè doceat, si falsè docuit, & vt instruat si omisit. Si autem ex officio non habet, tum satis esse, vt ait Caiet. significare illi falsa esse, quæ docuit. Ex officio autem videtur habere Doctor, confessor, prædicator, aduocatus, cathedraticus, &c. Secus esset omnino, si neque falsum docuit, nec habet docere ex officio, sed tantum verum nocere omisit. Nam in his casibus, si esset cognitio ad salutem & supernaturalem finem necessaria, tantum peccares contra charitatem & præceptum fraternæ correptionis. Non enim vlli in hoc facit iniustitiam, vt suo loco diximus. Si verò esset cognitio naturalis, artis, vel sciẽtiæ: nec peccaret, nec restituere teneretur. Nõ enim debet quis suam scientiam, vel vtilem cognitionem cui cunque manifestare, cum id ex officio non habet, nec lege

Qui sunt qui ex officio habeãt munus docendi.

83

Qui naturalẽ aliquãartẽ, vel scientiã tenet, nõ tenetur illã docere, si id ex officio non haber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lege iustitiæ, nec charitatis: sed illam prudenter occultare potest, & suis filijs, vel hæredibus tradere, quamuis contra senserit Ioann. Medi. C. de rest. quæsti. 30.
84 versus fin. Quia inquit sciens certam artem, & nolens docere nisi suos filios caristiam inducit in Rempublicam, quam opinionem libet confirmare per l. nostri regni Alphonsi II. vt habetur in legibus part. vbi inter genera monopoliorum hoc annumerat, dicens: *Y aun ponen coto o precio en otra manera, que no maestran sus menesteres, sino a los descendientes de su linaje. Y por ende mandamos que estos ni otros semejantes cotos sean puestos sin otorgamiento y sabiduria del Rey.* Verumtamen, vt dixi, nec peccant, nec restituere tenentur, qui suam artem sic occultant certa quadam prudentia, & filios suos tã tum docent: Non enim lege iustitiæ, cùm non accipiat stipendium pro illa doctrina, neque ex l. charitatis tenetur omnibus ostendere: nisi forsan, quando talis est ars, vt esset in Rep. simpliciter necessaria, & cõmunibus remediis vel alia via succurri non potest. Tũc genus coactionis inferretur & ita esset, iniustus conspirationis & monopolij modus. In quo casu Mediæ sententia vera est, de quo infra alio capite latius dicemus.

Nullus tenetur ostendere suã artem si nõ accipiat stipẽdiũ, dũ illa ars non est in Repub. simpliciter necessaria.

Si tamen ignorantia iniecta, non esset ad hos fines vtilis aut necessaria in se, sed solum propter damnum imperfectionis in intellectu, qui vel illis veritatibus eret, vel falsam existimationẽ habet, non videtur quod teneatur in conscientia lege charitatis, vel iustitiæ (nisi forsan haberet ex officio, aut stipendium acciperet) reuocare à falsa opinione concepta: in hoc enim nemi-
nem damnificat. Cum de istis homines parum curent. Et nullius vtilitatis sint, nisi perficiendi in intellectu illa vera cognitione. Fortasseque melius esset, nunquam
85 eã narrare, ne homines in Repub. ocioſi nutriantur, ex sola curiositate nobitatum, & impertinentium rerum cognitione.

Vnde colligo, quôd qui mentiuntur, sepe semina-
do

do nouitates falsosque rumores non tenentur se retractare, & proximum abiecta falsitate reuocare, nisi aliud damnum speciale annexum haberet. Dico *speciale*, quia reuera commune damnum esse puto Republ. illatum, huiusmodi esse homines, qui essent abilla eiiciendi, & maximé ij, qui libros scribunt fictionum & falsitatum plenos, quos vocant de *caualleria*s. Nam & ociosos homines gignunt, sicut eorum authores ex otij abundantia scripserunt, & sæpe (quód peius est) falsas doctrinas, & fictas continent quæ facilé à iuuentibus creduntur, non sine superstitione. Quod religionis Christianę sinceritati & veritati maximé repugnat. Quod malum non ego Christianus dolere solum soleo, verũ dolebat Ethinicus ille, qui his verbis secum conquerebatur: *Simul* (inquit) *atque editi in lucem & suscepti sumus in omni continuo prauitate & in summa verum peruersitate versamur, vt pene cum lacte nutricis, errorem suxisse videamur. Accedunt etiã poetæ qui cum magnam speciem sapientiæ doctrinæ q; præse tulerint leguntur, discuntur, audiuntur, & inhærescunt penitus in mentibus.* Quæ si de liberis inutilibus et fictitia habentibus vera sunt, quanto rogo erunt ista veriora de libris ad bonos mores corrumpẽdos conscriptis? Qualis sunt quos vocant Celestinam, Dianam, &c. Quorum ego authores veluti multorum malorum semina à peccato non excusarem', eôsque cum eorum libris de Republ. eliminandos putarem. Vt enim hæretici doctrina, & libris contra fidem scriptis magna in Rempubl. damna intulerunt, ac propterea legi & haberi sanctissimẽ prohibentur, sic certè ij libri & haberi, & legi, imo excludi, vetari deberent, tanquam qui sanctitatem, morum puritatem, & disciplinam omnem Christianam penitus euertunt. Tãtôque pernitiosius quanto amatoria verba teneros iuuenum ànimos magis, vel capiunt, vel incendunt, vt cum leguntur, & discuntur, in hęrescant pœnitus in mentibus.

Qui sæpe mentiuntur, seminando nouitates, non tenentur se retractare.

Qui libros fictionum scribunt, vel typis mandant, a Repubi. eiici debent.

86

Qui in lucem edunt libros amatorios, peccant grauiter.

Quod si vera est tantorum Doctorum, quos suprà citauimus, illa sententia. Quis hos librorum inuentores,
87 nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

87 nisi prius restituerent tota tãtâque, damna absolueret? Oporteret enim eos iuxta eam opinionem, vel singulos quos suis libris à Dei gratia auerterunt, reuocare, vel alium honestissimum librum componere, vt vel sic spiritualia illa damna Reipubl. & singulis facta compensarent, & sic absolutionis beneficiũ consequerentur. Quare vnusquisque à principio, quid agat, quod ve molitur viderit. Et suæ & proximorum conscientię consulat. Quoniam verô inter hos Reipubl. & synceræ veritatis damnificatores & errorum seminatores omnium pernicioſissimi mihi videntur, superstitioſi quidam homines veræque religioni inimici, qui Astrologiæ nomine, & specie prauas opiniones & superstitioſos errores in hominum mentes ingenerant, de quibus August. li. 5. de Ciuitat. Dei cap. 7. sic ait: *His omnibus consideratis non immeritó creditur cum Astrologi mirabiliter multa respondeant occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est, has falsas & noxias opiniones de astralibus satis inserere humanis mentibus atque firmare. Nõ Horoscopi notati & inspecti aliqua arte, quæ nulla est.* Vbi August. non solũ vana esse istorum Astrologorum iudicia docet, verũ etiam falsa & noxia & instinctu diaboli facta. Et secũdo super Genesim ad liter. & secundo de Doctrina Christiana: *Sunt* (inquit) *iudicia ex pactis cum dæmonibus & instinctu eorum occultissimo, quem nescientes humanæ mentes patiuntur, illeg. ejus fortunatior in prædicendo, qui fauentiorẽ habet dæmonem magis ejus propitium.* Ideo idoneum tempus nacti possemus hic de istorum hominum in iudiciis faciendis, peccato & restitutione differere: sed ne filum huius qnæstionis rescindere videamur in fine huius dubitationis breuiter differemus.

88 *Astrologorum iudicia docet Aug. esse arte diaboli, & ex pactis cum dæmonibus.*

Qui aliũ à voto religionis auertit, vel àquocunque alio bono tenetur ad restitutionem, secundum aliquorũ sentẽtiã.

De auertente igitur alium à voto vel proposito religionis denique à quocunque meliori bono Scotus, Rofol. Palud. Ant. 2. illa parte, Adrian. quæst. illa de restitutione, Maior & Nauarrus vt dicebam, fatentur locis citatis, lege iustitię teneri eum, qui aliquem à religionis proposito retraxit alium æqué bonum restituere, vel si id

id persuadere nõ potest, seipsum religioni tradere, quod Nauarrus & Maior limitant, si retractus erat professus & tunc dicunt hi duo authores, non se, sed alium tradere debere, quo ad posit. Hanc ipsam sententiam tenet Sylvest. verb. restitut. 3. quæst. 1. distinct. 2. docetque eam esse D. Thom. probat. Sylvest. Quia vbi quis potest restituere rem sublatam vel æquiualentem non liberatur, nisi id faciat: ergo tenetur retractum reducere, vel seipsum, si idoneus est, religioni tradere. 89

Dominicus Soto artic. illo 3. par. 5. conclusionis, & in solutione ad secundum, contrariam penitus doctrinam astruit (nec immeritó) docet enim quòd si absque vi & fraude, siue ante, siue post ingressum, imo post professionem, & animo etiam iniquo nocendi extraxit vel retraxit, non tenetur restituere religioni quidquam: si verô vi & fraude, non tenetur alium illius loco subrogare vel ipse intrare, quãuis si erat frugi religioni (ait Sotus) tenetur fortè aliquid pro damno satisfacere, ipsum tamen tenetur liberum efficere & veritatem docere.

Qui metu, & fraude extraxit aliquẽ à religione, etiam animo iniquo, non tenetur ad restitutionem, secundum Sotum

Mihi tamen tertio videtur in hac re de nondum professo, quòd qui hunc etiã post ingressum sine vi & fraude retraxit, non tenetur restituere, contra Paludanum, Antonium: etiã si animo nocendi faceret, contra Adrianum, Scotum, Rosellem, & Sylvest. Primum probo: quia religioni non fit iniuria. Quoniam ante votorum acceptationem, ius non habet in promittentem, sicut in votis realibus & in omni promissione contingit. Acceptatio autem fit per professionem, ergo ante professionẽ nulla illi fit iniuria sicut in legatis contingit. Qui enim sine vi & fraude aliquem auertit à legato faciendo, nullam legatario facit iniuriam, qui non aliter ius habebat quã media voluntate testatoris, Vnde qui sine vi & fraude illius voluntatem auertit nihil tenetur restituere. Neque vero inductio tenetur, vt patet, cũ ipse sua sponte dimittat, vt ergo inducens ad peccatum (quod est maius damnum, cũ priuet vita ęterna) non tenetur restituere inducto, vt suprà probaui, multô minus tenebitur, 90

Qui sine vi & fraude, nondũ professum retraxit a religione. non tenetur ad restitutionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui vouere volentem abducit, vt non voueat. Cũ id vi
91 ta æterna non priuet, aut si iam vouit voto simplici, vt
non impleat, quod idem est ac si ad peccatum induce-
ret. Nulla ergo ratione tenetur alicui aliquid restitu-
re.

Animus, vel intentio nocendi non inducit obligationẽ restitutionis, nisi exterius damnificet.

Secundum verò ex eo probo: quoniam animus vel intentio nocendi non valet inducere obligationem restitutionis, quando exterius non efficit damnum, vt apertum est. Si ergo exterius non dat efficaciter: damnum nihil restituendum est de iustitia, peccat tamen contra charitatem, vt patet, qui eo animo id facit non solũ ob maleuolentiam in religionem: verùmetiam contra charitatem ipsius qui retrahitur. Nam si votum emiserat simplex, planè inducit ad peccatum, si autem solum habebat propositum vouendi, nisi id aliquo bono fine faciat, vt ait Sylvest. d. 2. in fine etiam peccat, vt alibi ostendit. Quamuis non putarem esse mortale. Et in h c tertio puncto consentit Sotus, & Ledesma.

Vbi animaduertendum, quod Nauar. & Sylvest. verè docent, quôd qui bono fine ob suam vel alterius vti
92 litatem sine vi & fraude auertit ab ingressu vel profes-
sione non peccat, sed quandoque esse potest charitatis
& prudentię officium. Quamuis si quis crederet vtile esse & conueniens volenti intrare, & ipse ob suam vti-

Parentes lachrymis, & blãditus obmolientes, corda filiorum volentium religionem intrare, ne intrẽt peccãt mortaliter.

litatem animum eius auerteret, vt solent patres & matres, & cognati carnales facere adhibitis persuasionibus importunis & assiduis lachrymis, quibus animum ingressuri emolliunt, & à suę animæ vtilitate & D ivocatione ad carnalem amorem, & mundi laqueos traducũt non certè omnino à peccato excusarem. Vnde sibi consulant, qui non dico importunis precibus & blanditijs, sed qui filios intra cancellos cogunt, ne religiosi fiant, & falsis informationibus litteras petunt à Regio Senatu, vt eos tradat monasterium (vt ipsi dicunt) in suã libertatem, &c. Qui certè mortaliter peccare videntur, nisi ita purgato affectu efficerent, vt non eos à sancto proposito & Dei vocatione reuocare, sed vt liberè eos ingredi

ingredi cognoscant, vel si necessitatem patiuntur, vt hę-
reditatis aliquam liberam & voluntariam renunciatio- 93
nem faciant ante ingressum vel post ingressum, ante professionẽ, maximè si talis est religio quę nõ adquirat ius hæreditatis, vt est ordo S. Francisci, Societas Iesu, &c.

Qui vi & fraude extrahit aliquẽ a religione, tenetur restituere.

Quarto videtur mihi, quòd si vi & fraude id fecerit, tenetur restituere, sicut dixi de inducente ad peccatum, ita de hoc minori bono ad quod inducit. Ille enim patitur inuoluntarium, & ita ei fit iniuria, & tenetur vim amouere, ac veritatem docere. Ita fatentur omnes DD. citati. An religioni verò restitutionem personalẽ facere teneatur, iam dicere properamus.

Qui suasione extrahit professum a religione, non tenetur intrare ipsam religionẽ, nec alium subrogare coactus.

Quinto dicemus, quod si quis professum extraxit siue persuasione, siue vi, & fraude, non tenetur ipse intrare & à fortiori si non erat professus retractus, contra Scotum, Palud. Ricard. Adri. Rosel. Sylvest. Sic enim docuerunt Sotus conclusione 4. Ledesma conclusione 4. Maior, & Nauar. num. 45. Cuius ratio est: quia vota religionis spontanea, & liberrima esse debent, iuxta illud: *si vis perfectus esse* &c. Et etiã, quia esset intolerabile onus inuitum ad religionem cogere, propter summam eius arduitatẽ, & ob id datur annus probationis, vt deliberet de professione. Nullo ergo vnquã grauissimo quoque delicto quis cogi potest ad profitendum. Sed nunquid tenebitur alium substituere? Sotus putat nõ teneri ob rationem factam. Sed mihi distinguendum videtur, quia si alter non libenter ingreditur, non tenetur alium subrogare. Quia vt dictum est professio libera esse debet. Vnde censetur ac si non posset restituere, si verò in animo habet, & meo consilio efficaciter ingredietur, tunc putarem lege iustitiæ debere inducere, & in hoc casu verum habet prima opinio. Imo ipse Sotus conclu
sione tertia. Licet sub verbo *forsan* dicit, quod tene- 94
tur procurare ex tractatum vi & fraude reducere.

Moueor in hanc sententiam ea ratione. Quia religio passa est inuoluntariũ idque iniustè, non solũ extrahendo professum, sed etiam impediendo ingressurum

Universidad de Deusto
Biblioteca

95 vi, fraude, aut mendatio: sicut qui legatum vi, aut mendaciis impediret, ergo damnificans tenetur si facilè potest personale illud damnũ resarcire. Dixi, *si commodè potest.* Quia non tenetur, quærere ingressuros per ciuitatem, sed si alicuius notitiam haberet aut facilè quærere posset, qui esset ad religionem propensus, vbi etiam obiter adnotandum, id quod dixi de professione esse etiam verum ante professionem, si forsan vota simplicia essent à prælatis acceptata, vt in sãctissima Societate Iesu, iuxta eorum institutum à Sede Apostolica sæpius approbatum: Vbi ante professionem biennio expleto tria religionis simplicia vota Deo nuncupant, quæ â religione acceptantur, ita ius habet religio ex d. acceptatione, sicut ex professione. Vnde, vt dixi restitutio esset facienda. Verè enim & propriè sunt religiosi post prędicta vota emissa & acceptata, quidquid nonnulli dixerint, vt infra latius dicitur in hoc 2. lib. Religionis enim ratio iudicio nostro nõ votorum exegit solennitatem, sed triũ substantialium votorum etiam simplicium emissionem & obedientiæ potissimum in commnni viuendo sub vnius prælati obedientia. Hęc enim virtus maximè cũ ex voto protestatur reddit omnia opera religiosa, modò satisfuerit hãc veritatem nuperrimè esse declaratam per Bullam sanctissimi domini nostri Gregorij Papæ

96 XIII. adeo vt de religione fugientes etiam non professi & apostatæ, & ipso facto excommunicati, ac si verè professi essent ibidem sint declarati.

Postremo ergo nobis videtur, quoad damna temporalia secuta, quòd seclusa fraude, & professione, non tenetur, vt satis liquet. Quamuis Sylvest. d. illo 2. ex Richard. doceat, quòd etiam ante professionem si fecit animo nocendi religioni tenetur ad interesse arbitrio boni viri. Sed quòd de animo nocendi dicitur iam supra est refutatum. Vnde eadem est ratio, quo ad restitutionẽ, ac de alio aliter auertente, sed si erat professus vel eius vota licet simplicia â religione admissa, atque recepta precibus & persuasione vel certè vi & fraude est extra

Idem intelligẽdum est de iis qui in religione Societatis Iesu vota simplicia emisserunt post cienniumy re sunt religiosi.

Damna temporalia subsecuta non tenetur restituere extrahẽs á religione non professum sine fraude.

ctus, maior quæstio est. Sotus, namque dubius hæret, & conclusione quinta magis inclinat vt non teneatur. Quia inquit non est ille, vel vt seruus religioni mancipatus, quod si teneretur (ait Sotus) non in integrum teneretur, vt si erat lector Theologiæ, ex quo religio prouentus capiebat, sed tantum teneretur ad arbitrium boni viri, 97

Veruntamen ego putarem in integrum teneri. Nam causa damni totius dedit efficaciter, & id iniustè. Et ita totum damnum dedisse constat. Cũ ergo monasterium hoc damnum totum incurrat ob iniustam vim & fraudem, sequitur, &c. Id fateor quòd si monasterium effectu non esset percepturum omnes prouentus. Quia vel monachus erat moriturus, vel alia via impediri poterat, solum teneretur vel arbitrio boni viri, vel ad fructus qui reuera essent percipiendi, vt infra in hoc 2. lib. latius dicemus.

Sed quid si vis & fraus facta esset religioni, non ipsi lectori, sed voluntate ipsius ex quadam persuasione fieret, clam tamen religione, aut vi aperte facta: disputabilis sanè videtur hic casus, quia videtur impedire consecutionem boni, vi & fraude. Crederem tamen cum Soto non teneri in totum, imo vt existimo, nec arbitrio boni viri, nec vllo modo. Nam reuera si vllo pãcto teneretur in solidum teneri deberet, aut nullo modo. Illa enim arbitraria Soti restitutio, non probatur ab ipso, nisi vt dicebam, quando probabile esset impediri posse illud lucrum, sicut de restitutione ab homicida facienda ob lucra impedita dicemus fusè lib. 3. cap. 1. Quare sicut si aliquis illum in religione ipsa manentẽ contuleret ne legeret, etiam si obedientia oppositum præciperet, non teneretur religioni, sicut nec ipse religiosus si apostataret non teneretur aliquod temporale restituere ratione interesse quo priuatur monasterium, ita cum ipsi lectori nulla vis inferatur, aut fraus, &c: Monasterium enim ius nõ habet ad redditus nisi suppositâ illius voluntate legendi. Non enim quoad hoc eadem est ratio ac de ser-

Ex sententia authoris adeo nimo dam restituit, ionem tenetur qui extrahit professum á religione, sine fraude, vel fraude.

98 *Qui fraude facta, religioni, non religioso, educit eũ a religione, non tenetur ad restitutionem damni religionis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uo, vt benè docet Ledef. Quia seruus emptus est in vtilitatem temporalem Domini principaliter, sicut equus: at religiosi qui se voluntariè voti manciparunt, non possidentur à Prælato, vel monasterio ob temporale commodum Monasterij, sed contra, ob ipsorum Monachorum spirituale commoditatem ac profectum. Siquidem religiosi non sunt propter religionem aut prælatum, sed religio, monasterium, aut prælatus propter religiosos: sicut Rex propter regnum & Episcopus propter oues pascendas. Vnde seruitus illa libertate plena dicitur, & est. Licet ergo peccet nō legendo cōtra superioris præceptum vel abeundo: & similiter, qui eum extrahit ab obedientia. Quia ius spirituale habet religio ad præ-
99 pi ndum illi lectionem & alia religionis ministeria, prædicandi, confessiones audiendi, &c. tamen ad prouentus ex his ministeriis secundario prouenientes exigendum ius non habet, nisi suppositā illius voluntate legendi, & efficaci lectione, vnde non tenetur ob hoc ipse apostata, vel extrahens quidquam soluere, sed tantum ad eme dam: quod si teneretur, non in solidum, sed ad aliquid ratione vis & doli facti religioni, non omnino improbabile videtur. Si vt dixi probabile erat prædictum lucrū impediendum fore.

De Astrologis.

SVMMARIVM.

PEr astrorum concursus, tanquam per causas immediatas, non potest electio aliqua humana cognosci, num. 100

Cælum est causa directa complexionis, & inclinationis naturalis hominis, nu. 101

Astrologi non cognoscunt hos actus in particulari, sed in communi, & filibiliter, & eontingenter, num. 102

Astrologi solent vera prænuntiare, in ijs euentibus qui sunt secundum inclinationem naturalē, & dependent ex consensu multitudinis, num. 103

Astrologi tantum possunt cognoscere actus hominum ad quos inclinant passiones naturales, & eos in communi & filibiliter, num. 104

Astrologi non possunt prædicere actus, ad quos non inclinant passiones, nisi casu, aut arte diaboli, num. 105

Homines in plurimum sequūtur inclinationes sensitiuas, libere tamen eas & cognoscit Astrologus, num. 106

Coniecturæ definitio, num. 106

Astrorum diuersa positio gignit diuersos humores, & complexiones, num. 107

Ex naturali aptitudine, nascitur inclinatio ad ea ad quæ habet potentiam, num. 107

Non debent adscribi syderibus euentus, ad quos nullum habent ordinem & virtutem, nu. 108

Iudicia Astrologica circa actus liberos grauiter impugnantur a patribus, num. 108

Astrologia merito reprehenditur in ijs, & quæ sunt licita, cum sit causa superstionum. nu. 109

Astrologia tantum potest prænuntiare ex inclinatione naturali, actus immediatos, non remotos, vt quodquis sit inclinatus ad natandum, non quod submersione sit morituras, &c, num. 110

Quod de Aquario dicitur, merito damnatur a patribus, num. 111

In Astrologia non est excludenda experientia, quæ est mater omnium scientiarum, cum rationi nō repugnauerit, num. 112

Universidad de Deusto
Biblioteca

Experientiæ Astrologorum, & cum ratione, non consentiunt, et omnino impossibiles videntur, num. 113
Cœlum non aliter causat actus voluntatis humanæ quam causando humores et inclinationes sensibiles, num. 114
Nullum est agens in humana voluntate, nisi inclinando, aut proponendo obiectum, num. 114
Circa actus liberos humanos pluries prænuntiatur falsa quã vera, num. 115
Circa actus liberos potest esse aliqualis coniectura, num. 115

Secunda dubitatio.

SECVNDA dubitatio esse potest propterea quod supra promisimus disputare de Astrologis propterdamna spiritualia quorum sunt causa, vt dubitationepræcedenti dicere incipiebam. De quibus hoc loco eam solũmodo quæstionem disputare placet, vtrum de actibus humanis à libero pendẽtibus arbitrio possint per astrorum configurationes verum, certumque aliquid prænũtiare. Et quidem certum est, nullo pacto posse per astrorum cõcursum aliquid de electionibus humanis cognoscere tanquam per causas immediatas, sicut possunt de pluuiis, ventis, complexionibus, & inclinationibus hominum. Cœlum enim est causa directa complexionis & inclinationis naturalis hominis, vel saltem estcausa directa & immediata eius, quod immediatẽ agit, sicut hominis generantis hominem. Quod enim sic non sitcausa cœlum nec aliquod astrum actuum liberorum latè probat S. Thom. 5. lib. contra gentes, cap. 83. & Bonau. d. 14 3. parte distinctionis, q. 3. in 2. li. Sententiarum, & omnes Doctores Catholici. Estq; de fide tenendum, aliàs fatum esset admittendum. Circa quod non est modô immorandum. Solum ergo est quæstio, an per non necessariam & indirectam causalitatem in actus liberos possit

100

Per astrorum concursũ, tanquam per causas immediatas, non potest electio aliqua humana cognosci.

Cœlum est causa directa complexionis, & inclinationis naturalis hominis.

fit aliquod verũ iudiciũ frequẽter saltẽlicet nõ infalibiliter, prænuntiari ex astrorum aspectibus & concursu. *101*

Tres inuenio opiniones. Prima est negantium omninõ tale iudicium. Ita sensit Picus Mirandula per duodecim libros contra Astrologos, Palatius in 2. sententiarum distin. 15. disputatione 1, §. porrô. Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothecę sanctæ annotatione 15. & latius lib. 6. annotatione 10. Gabr. in 2. distin. 14. quæst. vnic. ar. 3. dub. 3. qui tam inclinationes, quã actus liberos negant vllo modo cognosci posse. Et ita nec indirectè & inclinatiuê concedunt astra agere in actus liberos, sed plura dicere falsa quã vera, & si vera aliquando dicũt, vel casu, vel arte diaboli fieri. Cuius sententiæ videtur Dominicus Soto 8. lib. de Iust. q. 3. art. 2. & Alexan. 1. part. quæst. 43. vbi agit de præstigiis, & quæ. 164. vbi de diuinatione, & 165. vbi de sortilegio. Ij enim duo authores indistinctè & vniuersaliter dicunt non posse cognosci motus voluntarios. Omnium verò acerrimê hanc sententiam Michael Medina lib. 2. de Recta in Deum fide, c. 1. sine vlla dubitatione defendit.

Secunda sententia in alio extremo est eorum, qui dicerent posse cognosci actus liberos adhuc in particulari per astrorum aspectus, & natiuitates, vel alterius syderis conspirationes. Ita citari solet Albertus Magnus, cap. 13. in opusculo Astronomię circa finem Paruorum naturalium. Licet ego non inuenerim in eo loco. Eandem sententiam dicitur tenuisse Abulensis super Liuiticum 19. quęst. 30. licet quæst. 19. & 29. op positum docuerit.

Mihi placet media sententia: Quôd scilicet cognosci possunt actus liberi. Non in particulari, sed incõmuni. Non certitudinaliter, & necessario, sed fallibiliter, & contingenter. Non quicumque sed illi soli ad quos homo naturaliter & sensibiliter inclinatus est. Hęc nõ quomodocũq;, sed cognita natiuitate & inclinatione, qua media de actibus liberis indicatur frequenter. Hæc sententia est aperta S. Thom. Nam tertio contra gen-

102

Astrologi non cognoscunt hos actus in particulari, sed in communi, & fallibiliter, & cõtingenter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, cap. 85. in fin. dicit: *Astrologus non debet iudicare rē specialiter, sed vniuersaliter. Quia scilicet impressio stellarum in pluribus sortitur effectum, qui non resistunt inclinationi quæ est ex corpore.* & in secundo, distinctione 15. quæst. 1. ar. vl. ad vltimum idem prorsus dicit exemplo medicorum, & 1. 2. quæ. 9. art. 5. ad 3. dicit, *vt in plurimū verificantur, quæ pronunciantur de actibus humanis secundum considerationem cœlestium corporum*, & 1. par. q. 115. Vt plurimum Astrologi vera prædicunt, & maximē in communi, non autē in speciali, & 2. 2. q. 95. ar. 5. ad 2. Astrologi ex consideratione astrorum frequenter vera prēnūciare possunt dupliciter. Primō, quia plures homines passiones corporales sequuntur, & ideo actus eorum disponuntur, secū dū inclinationē cœlestiū corporū, & ideo Astrologi frequenter vera prænunciāt, & præcipuè in communibus euentibus, qui dependēt ex multitudine. Et quāuis D. Tho. solū ponat illā limitationē de actibus in cōmuni, non in particulari, & illā, quod nō infallibiliter, tamen etiam ponenda est illa quod sint actus ad quos hominū passiones inclinant. Nā de alijs actibus, vt. s. quód homo mortificabitur, aget pœnitentiā, &c. nec in communi, nec vllo modo potest iudicare, nisi per coniecturas. Item ponenda est illa cognita natiuitate illius, aliàs non vt ex ratione conclusionis patebit.

103 *Astrologi solēt vera prænūtiare in ijs euentibus, qui sunt secundum inclinationem naturalem, & depēdēt ex consensu multitudinis.*

104 *Astrologi tantum possunt cognoscere actus hominū adquos inclinant passiones naturales, & eos in cōmuni, & falibiliter.*

Huius etiam sententię est apertè Scotus in 2. d. 14. q. 1. §. *dico ad quæstionem.* vbi sic dicit. Propter istam promptitatem ad sequendum appetitum sensitiuum quam causant corpora cælestia accidit frequenter Astrologos vera pronosticare de moribus hominum. Puta quod erūt luxuriosi, & huiusmodi propter constellationes natiuitatis, & Bona. in eodē 2. d. 19. citata ad secundū idem sentit, dicens. Quia multi sunt secutores passionis, & ei se subijciunt, hinc est, quod multi se subijciunt impressionibus astrorum, & ideo Astrologi vera prędicunt, maximē circa homines animaliter viuentes. Vnde quādo in solutione alterius argumenti dicit. In his quę sunt liberi arbitrij frequenter dicunt falsa sicut vera. Etsi ali-

aliquando dicunt vera, vel casu, vel arte Diaboli fit, intelligendum est, quando deest inclinatio ad illum actū. Tunc enim necesse est, vel casu, vel arte Diaboli dicere: aliàs esset aperta contradictio in Bona. Eandē sententiam sequitur Sylu, verb. supereſt. 1. q. 6. Ferrar. c. illo 85. Cai. q. illa 95. in princ. & clarius art. 5. Lucius Balantius Senensis in docta sanè quadam defensione contra Picum Mirand. q. 1. ar. 1. ad 3. qui primam opinionem errorē esse in Astrologia docet, atque idem habet lib. 1. responsionum Ioan. Pico Mirand. 9. videmusquā varię. Ij ergo authores apertè prædictam sententiā tenent, in eam autē inclinant Dur. in 4. d. 14. q. 2. ad tertium, Rosel. verb. fortilegium. Ant. 2. p. tit. 12. cap. 1. §. 3. 4. 5. & 6. & cap. 10. per totum. Angel. verb. fors. §. 3. Altisiod. lib. 2. c. 2. §. de operibus. 6. dici, ad mediū, fol. 61. Docent enim necessariò, & in particulari nōposse cognosci hos actus, sed solum inclinatiuè, & ita videntur dicere, quod indirectè possunt cognosci: vt in pluribus, sed non certitudinaliter secundum limitationes suprapositas: & forsan sic intellexerunt Soto, & Alexa.

105 *Astrologi non possunt prædicere actus ad quos nō inclinant passiones nisi casu, aut arte Diaboli.*

Ratione autem probo hanc sententiam. Est autem ratio D. Thom. Bona. Scot. Caiet. & Ferra. Quia vt supra ostensum est inclinatio sensibilis cognosci potest, sed homines, vt in pluribus sequūtur inclinationes sensitiuas, licet sua libertate id faciant. Ergo, &c. Parū autem refert, an iudiciū hoc voces coniecturam, vt Cai. in sum. & art. illo, 5, & 8, Tho. ar, 1. q. 95. vel opinionem, seu scientiam moraliter certam. Si enim constat illud iudicium veritatem habere, vt in pluribus nihil refert an coniecturale, vel opinabile dicatur, vel scientificum: melius tamen, videtur appellari scientia moralis, cū sit de actibus humanis, quę moraliter loquendo, id est in pluribus, veritatem habent. Coniectura enim videtur esse leue argumentū, quod suspicio dicitur, quòd raro verum habet. Hac ergo ratione intelligo hęc iudicia de actibus liberis reduci in astra. Nam astrorum positio. v. g. tales humores, & complexiones per pro-

106 *Homines plurimum sequuntur inclinationes sensitiuas, liberè tamē eas quæ cognoscit astrologus.*

Coniectura definitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

productionem primarum qualitatum taliter temperatarum gignit.

107 *Astrorũ diuersa positio gignit, diuersos humores et complexiones.*

Ex hac mistione sequitur naturaliter hęc, vel illa aptitudo naturalis, scilicet vires, corporis potentia generandi magis, vel minus vehemens imaginationis, & aliorũ sensuum profectio ad quem sequitur intellectus nobilitas, dicente Arist. molles carne esse ingenio aptiores. Denique multæ aliæ naturales vires, potentiæ, & aptitudines naturaliter resultant ex dicta humorum proportione ex aptitudine autem & via ad peculiares operationes nascitur inclinatio: nam vnusquisque naturaliter inclinatur ad id quod naturalem habet potentiam, & alia respuit & fugit, & ita ex bonitate corporalis roboris inclinatur quis ad luctam, bella, rixas, &c. ex bonitate verò intellectus ad scientiam, & artes etiam suppositâ inclinatione, requiritur vt plurimum libera operatio secundum illam.

Ex naturali aptitudine nascitur inclinatio ad ea, ad quæ habet potẽtiam.

At verò vnum est in hac re maximè cauendũ, ne fictitias & occultas virtutes cœlis tribuamus, quæ nõ efficaciter ratione, vel certa experientia constent. Astrologi enim præcipue imperiti, nescio quas defluxiones & afflatus, & innumeras virtutes & effectus confingunt. Non nego præter lumẽ & motum quę sunt communia omnibus stellis esse proprias virtutes vniquiq; stellæ, vt infra ostendemus ex S. Thom. imo & Aug. qui afflatus valere dicit sydereos, sed has plus iusto multiplicare, & eis varios euẽtus adscribere, ad quos forsan nullum habent ordinem aut virtutem, reprehendi debet, vt quòd hoc astrum habeat circa hoc membrũ, illud circa aliud, &c. influentiam & dominium, & alia quæ ipsi docent: neque Aug. probat, nec S. Thom. neque vllus Theologorum aut Philosophorum, neque vlla est ratio. Neque probata experientia qua credamus causæ naturali eosdem effectus esse tribuendos, vt refutat Gre. in homil. 10. ante medium.

108 *Non debent adscribi syderibus, euentus ad quos nullumhabent ordinẽ & virtutem.*

Ex his vtriusq; extremę opinionis argumẽta dilui possunt. Pro prima enim opinione extãt multa sanctorum testimonia, iudicia Astrologica de actibus liberis graui ter impugnantia, præcipuè Aug. 5. de Ciuitate per plura capita & 4. confes. cap. 3. lib. 5. cap. 3. lib. 7. cap. 6. lib. 1. de Doctrina Christiana, â cap. 21. vsque ad 24. & Enchir. cap. 79. & 2. de Genesi ad literam cap. 26. & 27. & ser. 18. de verb. Domini Ambros. in Hexam. cap. 4. lib. 4. & multa alia quę habentur 26. quæst. 2. 3. 4. &. 5. ex Hierony. & Basilio, imò in cap. ex tuarum de Sortilegiis, de fide videtur definitum oppositum, & l. 2. C. de Maled. & l. 3. & 5. & Epiph. de ponderibus & mensuris docet. Aquilam fuisse ab Ecclesia repulsum quia nimis ingenituris vacaret Richar. de Sancto Victore eam damnat lib. 14. except. cap. 12.

Iudicia Astrologica circa actus liberos, grauiter impugnãtur a Patribus

109

Verum hæc non cogunt contra nos: Partim enim ex dictis locis agitur de aliis speciebus diuinationis, & de magia, incantatione, augurio, &c. Partim agentes de Astrologis loquuntur de illis qui habent pactum explicitum vel implicitum cum Dæmone. Nos autem supra causam assignauimus naturalem: Partim quia dicunt infallibiliter euentura etiam naturalia. Præsertim, quia de liberis actibus iudicant in particulari vel certitudinaliter. Partim quia in naturalibus attribuũt effectus fictitiosos & virtutes imaginarias stellis, quæ omnia cõstat esse illicita. Imo & licita rectè vituperantur, quia sunt occasiones superstitionum, saltem rudibus, & quia nimium homines detinentur in his, & curam suę salutis omittunt, & alia multa, ob quæ vsus illius meritò damnandus est, & ab Ecclesia Dei reiiciendus, solumque priuatim ob recreationem inter doctos tantum tractandũ. Decretalis autem non est ad rem. Quia ibi tantum est sermo de interrogationibus furtorum, quæ non supponunt, nativitatis cognitionem & inclinationis. Sed de hoc infrà. Propter hęc igitur omnia & singula Patres, & Concilia hanc artem reprehendunt vt illicitã, & partem licitam non consulunt vt diximus, propter prædictas occasiones superstitionum, quæ occasio non est remota, vt Theologia est hæreticis: Sed proxima veluti

Astrologia merito reprehenditur in ijs, & quæ sunt licitæ cum sit causa superstitionum

110

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se causa. Vnde meritô Sco. & D. Thom. in 4. vbi supra, quamuis eam approbent circa supra dicta, nô esse tamen in ea nimis insistendum docent, propter rationes dictas.

Astrologia tantum potest pronunciare ex inclinatione naturali actus immediatos, non remotos,

Notandum pro explicatione supradictorum, quôd id quod concessimus ex sententia D. Tho. suppositâ inclinatione, intelligi debet de actu proprio & immediato illius, de aliis verô remotis iudicium dari non potest vt plurimum quod imperiti faciunt Astrologi. Verbi gratia, quis habet signum inclinans ad natandum, non licet inde mortẽ illius submersionis propterea pronuntiare. Ille enim non est inclinatus ad sic moriendũ, sed ad natandum, vnde rectè iudicabitur pluries natabitur, suppositâ tamen commoditate fluminis, &c. Sed iudicare quod sic morietur, etiam si inclinatio esset ad submersionem, non licet. Non enim vt plurimum, sed raró talismors euenit, licet actus immediatus illius inclinationis, vt in pluribus impleatur. Idem est dicendum de aliis

III

mortibus violentis, ferro, vel bello, &c. quas iudicare nô licet ex signo Martis. Solum enim inde haberi potest, quod pluries rixabitur, cęterum verô, raro sit et non est actus vllius inclinationis directus. Tandẽ iudicatur de actu libero in particulari, quod est illicitum. Propter ea ergo illi sancti meritó damnant illud, quod de Aquario

Quod de Aquario dicitur, meritô damnatur a Patribus.

dicitur. Præterquam quod ille Astrologus ex signo tãtum Aquarij omnes cuẽtus iudicabat, quod ipsi Astrologi periti negant. Vnde pręclarè Cicero 3. de Natura deorũ, *sic isti disputant* (ait ille) *qui natalitia defendũt signifero in orbe qui Græci Zodiacus dicitur*, &c. ô delyrationẽ incredibilẽ (nô enim omnis error stultitia dicẽda est) quibus certè Diogenes Stoicus concedit aliquid, vt prædicere possint, dumtaxat qualiquisque natura, id est, complexione, & ad quam quisque rẽ maximè aptus futurus sit.

Argumenta verô pro opinione Astrologorum, qui de omnibus iudicari posse censent, cum quibus videtur sentire Albertus Magnus, et Abulensis, licet quæst. 30. ad finem dubius sit in hac re, et nihil esse determinandum

nandum censeat, tamen ego suspicor ipsum huius opinionis non fuisse. Quin potius additam esse dimidiam illam quæstionem, vel potius totam. Tum quia ipse expressè damnauerat id tanquam superstitiosum quæst. 19. & 29. Tum etiam quia quæstione illa 30. vbi dubius manet, habentur hæc duo signa. ☉. ☐. inter quæ illa dubitatio continetur, vnde videtur esse indicium adiecta esse illa omnia. Sed quidquid de hoc sit eorum potissimum argumentum est de diuturna experientia talium euentuum etiam liberorum. Vnde ad argumentũ Med. quod non reddunt rationem suarum conclusionẽ ipsi respondent sẽ experientia, & â posteriori id habere, & hanc solutionem Cicero adhibuisse videtur 1. lib. de Diuinatione dicens: *Hæc vt ego arbitror veteres rerum magis euentis docti, quâ ratione muniti putauerunt & probauerunt.* Et infra. *Quarum quidem rerum euenta magis, arbitror, quâ causas quæri oportere, quod & ratio suadet.* Nam si omnes aliæ scientiæ ad experientiam velut ad fundamentum reducuntur, vt Arist. docet. 1. Meta. quod patet in Agricultura & Medicina, vt ibi Cicero exemplificat, cur hęc non experientiæ innitetur, & si hæc experientia dęmoniaca est, cur cęterę non tales censẽbuntur. Satis ergo est habere, vt Ciceronis verbis vtar, obseruata hæc esse tempore immenso, & significationis euentus animaduersa & notata.

112

In Astrologia, non est excludenda experiẽtia quæ est mater omniũ scientiarum, cum rationi non repugnauerit.

Verum respondetur veram experientiam reiiciendã non esse. Cũ sit omnium scientiarum fundamentũ. Est autem vera experientia, quę est de re possibili, cuique ratio nulla repugnantiam inuenit, cuiusmodi est in medicina, & magnete attrahentem ferrum. Hæc enim Diaboli suggestioni non tribuimus, cũ ea quotidie fieri videamus, nullaq; est cum ratione repugnantia. Talis denique est omnium artium, & veratum scientiarum experientia: at experientiæ quas isti Astrologi se habere dicunt, sunt earum rerũ, quæ cum ratione minime cõsentiunt quæq; omnino impossibiles videtur. Cũ enim cęlũ signũ esse nõ possit eius, q nõ est causa, vt S. Tho. optimè

113

Experientia Astrologorũ, & cũ ratione, nõ consentiunt, & omnino impossibiles videntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

114 optimè probat,& recta docet Philosophia, sit vt si cœlum euentus illos significet eorum causâ esse debeat, & cũ secundum ipsos in particulari,& certitudinaliter significet,erit eorum in particulari causa necessaria. Quis autem dixerit cœlum esse causam sufficientem humanorum actuum? quæ à solo Deo & nostro libero pendent arbitrio. Et cũ ad hunc meum actũ permulti alij actus liberi soleant præcurrere,tam mei,quã aliorum,quomodo cælo illas circunstantias & actus liberos apponendos vel significabit, vel certè causabit? Quis enim credat esse possibile vt astrorum positio & influentia indicet, quod ego tali die veste alba induar, quod ædificare incipiam,quod occidendus sim,&c. Vt enim ex supra dictis patet,non aliter causat cœlum volitiones nostras, quã causando humores corporeos,& inclinationes sensibiles. Cũ ergo hæc causa dispositiua sit & ex parte obiecti se habeat,vt supra probauimus nõ necessitat, sed inclinat,& attrahit,ex illa haberi non potest certò, quod operabitur.

Cœlum non aliter causat actus volũtatis humanæ, quã causando humores & inclinationes sensibiles.

Et hinc est quod cũ hęc certa experientia causæ naturali attribui non possit. Quia nullum est agens in humanam voluntatem,nisi inclinando,& proponendo obiectum, sequitur suggestione Dęmonis,qui omnia naturalia nouit, libera sagacissimè coniectat,fieri. Et hæc est ratio cur Incantatoribus & Magis nõ sit credẽdũ, quia eorum effectus impossibiles natura videntur. Aliàs argumentum hoc in ipsos Astrologos facilecõuertemus. Si enim experientia præcisa sufficit, sic etiam Magi, & Augures,&c. propter diuturnas etiam experientias credendi essent. Hæc quę dixi intelligo,quando ille adducerentur experientiæ fide dignę: Nam circa actus liberos in particulari existimo aliter se rem habere, quòd scilicet sępius dicunt falsa quàm vera, & forsan plura falsa,vt benè docuit Bonau. Altisiod.& alij,imo & Augustinus. Quomodo autem Dæmones talia futura omnino contingentia cognoscere possunt,vt suggerat,docet benè Altisiod. & Six. Sen. ex 4. capitib. prouenire, qui

Nullum est agens in humana voluntate, nisi inclinando aut proponẽdo obiectum.

115 *Circa actus liberos humanos pluries prænuntiantur falsa, quã vera,*

qui ex August. sumpserunt. Vnde meritò damnata est Astrologia iudiciaria,circa hos actus in catalogo Pij V. ex Concil. Trident. reg. 9.

Sed nunquid poterit esse aliqualis coniectura de his actibus. Respondeo, quod supposita inclinationis cognitione & occasionis,& aliorum, quę circunstantiæ dicuntur, benè potest hęc coniectura ferri, vt S. Thom. fatetur 1.p. quęst. 14. art. 13. & quæst. 95. art. 1. 2. 3. Sic enim intelligo hunc locũ, scilicet de actibus in particulari. Et ratio est quia coniectura est veluti quędam suspicio, quæ aliquabus signis generatur etiam si leuia sint.

Circa actus liberos potest esse aliqualis cõiectura.

De euentibus casualibus.

SVMMARIVM.

Peccatum mortale est secundum aliquos prænuntiare euentus casuales,num. 116

Quod est casuale in brutis, in homine dicitur esse a fortuna.num 116

Effectus per accidens non est causa naturalis, nec scientia tam in casualibus liberis, quam in naturalibus,num. 117

Ex triplici principio aliquis homo potest esse bene fortunatus,ex Deo dirigente,vel Angelo custodiẽte,vel cœlo inclinatione causante ex D Th.n. 118

Cognosci non potest ex syderum positione aliquem esse fortunatum.num. 119

Fortunatus etiam dicitur cui accidit bonũ ex precedenti cognitone,num. 102

Cœlum est causa per se directa bonorum corporaliũ, quæ inhærent homini,num. 120

Universidad de Deusto
Biblioteca

De supernaturali felicitate nihil potest cognosci per astrorum aspectum num. 121
Præter intentionem eius qui nascitur est quod in vno vel alio aspectu planetarum nascatur, nu. 122
De felicitate naturali in particulari certa notitia haberi non potest. num. 123

TERTIA difficultas circa hanc principalem dubitationem sit, vtrum idem sit dicendum de euentibus casualibus, vt quòd quis moriatur vulneratus à tegula cadente, vel de equo casurus sit, vel fulminis ictu &c. S. Tho. Scot. Abul. Caiet. & alij docent idem quod de actibus liberi arbitrij, scilicet nullo modo citra reuelationem pronuntiari posse sine superstitione. Vnde peccatum esse mortale docet Alcocer in sum. cap. 14. de his iudicare actibus fortuitis, vt de morte in aqua, aut bello, de successibus itinerum, negotiorum, litium, ludorum, nauigationum, &c. Ratio Abulens. est: quia si cognosci possent aliqua naturali causa, iam non essent casu & præter intentionem. Sed hæc ratio parùm probat. Quia licet sit præcognitum ab Astrologo, respectu tamen illius cui accidere debet præter intentionem & casuale est. Vnde dehoc est quæstio, vtrum id quod respectu alterius est casuale & incognitum posset alicui esse præcognitum. Et pro sententia Astrologantiũ hos esse ctus & euentus potest effici hæc ratio. Quia hi effectus sunt naturales, licet raro eueniant. Ergo causa naturalis eorum cognosci potest, & ita sine superstitione prænuntiari. Adde quòd vt supra D. Thom. docet, potest per astra cognoscere aliquem esse fortunatum, quod autem in brutis est casuale in homine à fortuna dicitur, teste Aristot.

Tertia difficultas.

116

Peccatum mortale, est secundũ aliquos, prænuntiare euentus casuales.

Quod est casuale in brutis, in homine dicitur esse a fortuna.

Verissima tamen est sententia Theologorum, & ratio est, quam S. Thom. assignat quæstion. illa 95. art. 5. vt explicatur à Caiet. imo ab ipso D. Thom. 3. contra Gentes c. 92. §. 2. differentia, & Fer. ibi §. circa illam

illam, & §. circa hæc duplex, quia eius quod per accidẽs est, nulla est causa naturalis nec scientia, vt Arist. docet 4. Meta. tam in casualibus liberis quàm meré naturalibus. Licet enim Thesauri in hoc loco sit causa naturalis & effodiendi similiter, vt si brutum aliquid pedibus, & manibus inueniret, vt de gallina dicit fabula, tamen illi simpliciter sunt duo effectus, & duas habent causas, vnde in quantum vnum, id est, in quantum hic est illi coniunctus, nulla est causa, nec vna, nec plures. Similiter est in casualibus liberis: licet enim nauigandi sit inclinatio, similiter submergendi se, tamen huius effectus coniuncti, quod nauigans submergatur, nulla causa etiam inclinatiua fieri potest, impossibile est ergo tales effectus pronuntiari, maximè cũ secundum Abulensem, isti effectus secundi, sint liberi, quod sufficeret, vt supra vidimus, vt nõ possint cognosci, & per hoc patet ad argumẽtũ: solũ enim probat, quòd quando aliquis effectus est necessariò coniunctus alteri, cognosci possit, non verò quando per accidens, vt hic supponimus, & sic saluari potest ratio Abulensis: quia si natura sua, habet ille effectus per accidens & præter intentionem cœli, cũ alio coniungi non poterit vllo principio naturę, quę ad vnũ determinata est, præcognosci.

117

Effectus per accidens, non est causa naturalis nec scientia, tã in casualibus, liberis, quàm in naturalibus.

QVARTA difficultas esse potest, vtrũ aliquẽ esse fortunatum possit deprehendi ex signo natiuitatis. Huic dubio respondetur ex doctrina S. Thom. cap. illo 92. 3. contra gent. quòd homo dicitur benè vel malè fortunatus. 1. ex Deo dirigente. 2. ex Angelo custodiẽte, sua persuasione. 3. ex cœlo inclinationẽ imponente: quamuis differenter, quod D. Thom. probat, quia illud est fortuna, quod præter intentionem contingit, vt patet ex Aristot. 2. Phy. Vnde si illud sit bonum & eius cui contingit dicitur bona fortuna, si malum, dicitur infortunium, homo autem quo ad voluntatem subijcitur Deo directe illam mouente. Angelo verò, vt operanti per suasionem, cœlo verò, vt inclinanti per impressionem in corpus: quando igitur ex prædi-

Quarta difficultas.

118

Ex triplici principio aliquis homo potest esse benè fortunatus, ex Deo dirigente, vel Angelo custodiente, vel cœlo inclinationẽ causante. Ex D. Tho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis causis mouetur, vel inclinatur ad aliquas actiones, quę re ipsa sibi sunt vtiles, licet ipse non præcognoscat, dicitur ex talibus causis fortunatus vel infortunatus.

119 Est tamen differentia, primò, quia ex dispositione cęlestium corporum dicitur homo, non solũ benè vel malè fortunatus, sed etiam benè vel malè natus, at ex dispositione Angeli vel Dei solum dicitur benè custoditus, vel gubernatus. Secunda, quòd non semper homo habet illas vtiles electiones ad quas disponunt cęlum & Angelus, at semper habet ad quas adeo dirigitur efficaci voluntate: vnde qui ex dispositione Dei est fortunatus potest esse semper in omnibus fortunatus, quia Deus cũ omnia cognoscat, & prędordinet sua prouidentia: scit quod est cõiunctum electionibus & inclinationibus hominum, & cũ effectus sint fortuiti respectu cæli, vt supra diximus, cũ non sit causa duorum, scilicet inclinationis, & eius quod illi accidentaliter coniungitur, sequitur, &c.

Cognosci nõ potest ex syderũ positione aliquẽ esse fortunatũ

Ex his colligo. Primum, quòd ex syderum positione non potest cognosci aliquem fore fortunatũ. Quia cũ effectus etiam sint fortuiti respectu illius, vt patet de inuentione thesauri in fodiendo sepulchro, sequitur nullam esse causam horum duorum effectuum, nisi Dei reuelationẽ, vt supra probauimus. Licet enim reipsa cęlũ inclinare possit ad electiones, vel operationes cõiunctũ bonum habentes, & propterea homo dicatur fortunatus ex cælo, tamen cũ tales effectus per accidẽs sint, ab illo cognosci non poterunt certò, vel vt frequenter: si autem quis videret causam per se illius, quę vnica tantum est, scilicet diuinum decretum, posset certò de illis iudicare: licet enim montis causa naturalis sit, & similiter auri: tamen montis aurei nulla naturalis causa esse potest, sic, &c.

120 Colligo secundum, posse cognosci aliquem hominem esse fortunatum ex cœlo, alia tamen ratione, quam tangit S. Thom. cap. illo. 92. §. quia verò, non enim solum primomodo dicitur aliquis fortunatus, vel infortunatus quando

quando scilicet aliquod bonũ vel malum ei accidit præter intentionem, sed etiam quando ei accidit ex præcedenti cognitione. Homines enim bonis affluentes, vt pulchritudine, diuitis, honoribus, sapiẽtia, & virtute, fortunatos appellamus, carentes verò his omnibus infortunatos. Quamuis non ita propriè. Propriùs enim dicerẽtur fœlices, aut beati. Fœlicitas enim seu beatitudo in omnium bonorum tentione consistit, & contra miseria incarentia illorum. Vnde etiam in Hispano sermone primi propriè dicuntur, *venturosos* secundi verò, *dichosos*, vel *bienauenturados*. De forruna ergo seu fœlicitate, hoc secundo modo mihi videtur per astrorum positionẽ posse iudicari, vt plurimum, saltem in communi.

Fortunatus etiã dicitur cui accidit bonum ex præcedente cognitione.

Cœlum est causa per se & directa bonorum corporalium, quæ inhærent homini.

Cuius ratio, est meo iudicio. Quia cœlum est causa per se, & directa bonorum corporalium, quæ inhęrent homini, vt bonæ complexionis, roboris, pulchritudinis, aptitudinis naturalis, & inclinationis, quę cum bona sunt homines reddunt gratos, amabiles, &c. & ita honorantur ab aliis, magni habentur, & aliis bonis corporalibus externis cumulantur. Deinde bonam inclinationem cõmuniter sequũtur boni mores, vt diximus: & ita ad beatitudinem naturalem, quæ in virtute consistit sunt valde idonei, Econtra verò homines malè nati, id est, malæ complexionis, turpes, infirmi, inepti, & prauè inclinati naturaliter contemnuntur, & parui habentur, & ita pauperes & miseri sunt, & ex mala inclinatione, etiam morali beatitudine, quę in actu virtutis cõsistit priuati. Bene ergo potest Astrologus, &c.

121

Tria aduertenda expræditis

De supernaturali fœlicitate nihil potest cognosci per astrorum aspectũ

Tria enim sunt aduertenda meo iudicio. Primũ est, quod hęc quę diximus sunt vera de naturali fęlicitate, quæ in bonis corporis & naturalibus animæ consistit. Nam de supernaturali, quæ in hac vita est per gratiam, & in futura per gloriam, nihil ex cœlo potest cognosci. Hæc enim nõ ex natura, sed ex gratia, & vocatione Dei est, independenter à cœlo. Et quamuis supposita cognitione eius qui nascitur, quia scilicet baptizatus est, & aliis Christianæ religionis bonis vtitur, fruitur, possit

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquo modo iudicari de gratia illius & beatitudine supernaturali huius vitę, sicut potest iudicari de aliis actibus liberis naturalibus, tamen de fœlicitate ęterna in gloria, nullo modo. Cũ hæc pendeant ex prædestinatione Dei, & actu vltimo vitæ hominis in particulari, quę constat nec certò, nec vt plurimum cognosci posse per astra cœlestia.

122. Secundum est, quòd nec de fortuna secundo modo, id est, de fœlicitate alicuius, vel infœlicitate in particulari certa notitia haberi potest, vt quod erit Rex, vel Princeps, diues, &c. Tum quia multa hæc à libero pendent arbitrio: Tum quòd etiam si essent merè naturalia, cũ neque eorum causæ, vel eorum impedimenta naturalia planè cognoscantur, sequitur, &c.

De fœlicitate naturali in particulari, certa notitia haberi nõ potest.

Tertium est, quod hæc fœlicitas etiam quodammodo est fortuna primo modo. Nam respectu eius qui nascitur, præter intentionem est, quòd hoc vel illo concursu planetarum, vel ex nobilibus, vel ignobilibus parentibus natus sit, & ita filij Regum dicuntur fortunati vtroque modo. Tum quia multa possident bona. Tum quia ea præter intentionem habent, & ita de hac fortuna benè possunt Astrologi iudicare.

Præter intentionẽ eius qui nascitur est quòd vno vel alio aspectu planetarum nascatur.

De ijs qui inquirunt de furtis, & alijs.

SVMMARIVM.

Interrogationes de furtis, sunt valdè superstitiosæ, & a pietate & religione Christiana alienæ, n. 123
Absque arte Diaboli actus liberi arbitrij ab Astrologis minime cognosci possunt, & hoc in particulari, num. 123
Astrolabij vsus ad cognoscendos effectus sibi proportionatos est vtilis, secus ad cognoscendos actus liberos, num. 124

Ex astrorum aspectu, non potest prænuntiari an aliquis exercitus sit consecuturus victoriam, nu. 125
Planeta qui dat cognitionem eius a quo ablatum est furtum, non dat cognitionem eius qui furatus fuit, num. 125
De furtis præsentibus & præteritis actibus, interrogationes possunt esse veræ, quibusdã limitationibus. num. 126
Signum naturale, vel est causa sui effectus, vel effectus eius, vel alicuius, quod est causa alterius effectus, num. 129
Cælum potest esse signum alicuius effectus, producendo causam occultam, quæ causet illum effectum. num. 129
Cælum non potest esse signum euentus futuri, vel præteriti, nisi illud causet mediatè vel immediatè num. 130

QVINTA difficultas esse potest de interrogationibus furtorũ & huiusmodi. His enim maximè vtuntur Astrologi, magnamq; sibi isto modo pecuniã & quę istũ cõparãt, de quorũ restitutione statim dicemus. Has igitur interrogationes ipsi colligunt ex natiuitate eius qui interrogat, vel quod frequentius est ex illa cõmotione, & anguitia qua impellitur ad interrogãdũ. Has videtur approbare Abulẽsis, q. illa 30. ad finẽ, & Alber. Magnus vbi supra, & est ipsorũ Astrologorũ iudiciariorum cõcors sentẽtia, & veluti basis eorum facultatis.

Quinta dubitatio.

123. Verum tamen superstitiosissima sunt ista meo iudicio, & ab omni syncerę pietatis & religionis ratione aliena, & quæ omnes scholasticos doctores meritò condemnant, Alex. Altisi. S. Th. Bona. & omnes vno ore. Imo oppositũ asserrere periculosum infide esse arbitror. Nã in cap. ex tuarũ, de Sortileg. Alexan. 3. sic ait. *Accepimus q̃ presbyter quidã, cũ quidã infami ad priuatũ locũ accessit, nõ*

Interrogationes de furtis, sunt valde superstitiosæ, & a pietate & religione Christiana alienæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea intentione, vt vocaret dæmonium, sed vt inspectione astrolabij furtum cuiusdam Ecclesiæ posset recuperari. Verũ licet hoc ex bono zelo & simplicitate se fecisse proponat, id tamen grauissimum fuit, & non modicam inde peccati maculam contraxit, mandamus quatenus pro expiatione tanti delicti, &c. Et ratio est aperta, quia vt supra probauimus ex omnium Scholasticorum sententia actus liberi in particulari cognosci non possunt. At hoc furtum vel adulterium, vel mulieris huius virginitas & similia talia sunt: Ergo impossibile est sine Dæmonis opera implicita cognosci; nec ipsi peritiores Astrologi, vllam huius rei rationem reddunt sed experientiam, quę vt supra vidimus, ex arte Diaboli prouenire potest, cum effectus causæ naturalis est imporportionatus, vt sunt actus liberi in particulari.

Absq; arte diaboli, actus liberi arbitri ab astrologis, minime cognosci possunt, & hoc in particulari.

124 Sed nunquid illa decretalis facit conclusionem de fide? Mihi videtur, quod non. Primò, quia non cõstat an Pont. loquatur definiendo. Secundò, esto constaret, videtur ibi sermonẽ esse de vocãte dæmonẽ implicitè. Tũ quia dicit illud fuisse cum quodam infimi. Tum quia dicitur, quòd per astrolabium inspexit furtum. Constat autem astrolabium non esse instrumentum quo Astrologi has interrogationes faciunt. Illud enim est ad motus, magnitudinem & distinctas syderum positiones accipiẽdas. Quæ ex omnium sententia naturaliter cognosci possunt, idque certò & infalibiliter: cũ ergo illud nullam haberet proportionem cum dictis furtis inferri videtur sola opera dæmonis illum planè vsum fuisse.

Astrolabij vsus ad cognoscendos effectus, sibi proportionatos est vtilis, secus ad cognoscendos actus liberos.

Hinc damnandi videntur quidam minus pij Astrologi, qui irrident responsionem illam, dicentes Pont. nescisse astrologiam cum dicat Astrolabij vsum esse illicitum, quod tamen constat esse licitum & præcipuum Astronomię, scientiæ considerantis ipsas cœli affectiones, & motus instrumentum. Hoc enim ex dictis constat esse solutum. Non enim Pont. damnat vsum Astrolabij ad proportionatos sibi effectus & motos cognoscendos, sed ad improportionatos, ut ad furtum, &c. Vti enim illo instrumento, & ex illo furtum declarare non

non potest non esse superstitiosum. Tertiò verò quare videtur illa Decretalis non facere nostram conclusionem, de fide est: quia cum in talibus interrogationibus necessarium sit diffamare proximum de furto, vel alio peccato meritò dixit Pontif. grauissimum fuisse peccatum: non verò quia neget possibile esse, vt cognoscãtur, & ita forsan si non esset peccatum occultum non damnaret. Hæc dixi, vt videamus qualiter etiam si definitio esset de fide posset aliter explanari, ne sit hæretica sententia illa quæ videtur esse Abul. & Alberti, nõ tamen quia non existimem, non solum esse peccatum detractionis, sed etiam superstitionis ex illa Decretali. 125

Ex his facile erit iudicare de aliis interrogationibus, verbi gratia an exercitus vincet. Quidam enim dicunt per radicem natiuitatis, cognosci posse, vt si stellę dominantes in exercitum sunt robustę, vt Mars, Saturnus, & dominantes in alterum debiles, &c. hoc enim ridiculum videtur, quæro. n. an exercitus ille natus sit simul vna die & puncto, & esto, ita esset quis qui horam cognouit in qua tot homines nati sunt, impossibile ergo est illam interrogationem esse veram etiam in quantum conformat cũ radice natiuitatis. Hæc audiui â peritissimis Astrologis, & ita impugnare potui. Cætera verò magis particularia, qnæ ipsi docent impugnari non possunt, nisi prius audiantur; satis est vti regulis vniuersalibus traditis. Vnde multa quę ipsi dicunt de iudicio actuũ horum particularium per natiuitatem, per electiones, per reuolutiones, & per impetum & angustiã, qua quis interrogat, & quòd planeta qui dat cognitionem eius, à quo furatur quis, debet dare cognitionem eius, qui furatur & similia, nõ video qua ratione vera esse possunt & superstitione libera.

Ex astrorum aspectu, non potest prænuntiari an aliquis exercitus sit cõsecuturus victoriam.

Planeta quid at cognitionẽ eius a quo ablatum est furtum, nõ dat cognitionem eius qui furatus fuit

Verum post hęc legi, Lucium Bellacium: qui quęstione 14. ab art. 6. vsque ad vltimum, de his disputat. Et cum acris sit Astrologorum defensor, nobiscum in hac re conuenit. Docet enim artic. 6. in corpore, interrogationes veras esse posse de futuris, præsentibus, & præteritis 126

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritis actibus, cogitatiuę & aliarum potentiarum corporearum, non de actibus intellectus & voluntatis, nec de actibus cogitatiuę, vt imperantur à voluntate, vt patet ex solutione ad primum: & articulo 7. eiusdem quæstionis per totam, imo nec iudicari possunt tales actus, vt pendentes ex permutatione spirituum vitalium, vel humorum, vel vt pendent ex aliqua causa corporea, particulari extrinseca, ad cogitandum impellente.

De furtis præsentibus, & præteritis actibus interrogationes, possunt esse veræ, quibusdam limitationibus.

Ex quo ego colligo rarissimè interrogationes has posse esse veras cùm rarę sint cogitationes, vel operationes externæ, quę non imperentur à voluntate, vel non pendeant ex humorũ mutatione, vel spirituũ vitaliũ, seu extrinseca causa, sed solũ precisè ex cœli influẽtia.

127 Colligo secundò ex sententia huius authoris, & veritate, quod nisi de furtis hominum amentium vel de alijs actibus indeliberatis hominum, non dico volitionibus, & intellectionibus, sed vel cogitatiuæ vel externę potentiæ, iudicare nequeunt per cœlum. Imo nec de ijs nisi lõgo studio & obseruatione, sicut nec de omnibus animantium moribus, planetarũ, & elementorum in particulari: cum multa casu fiant, multa impediantur, multa non sint obseruata, multis memorijs præcedentibus, & aliis, quæ infra dicemus. Alia etiam necessaria esse docet Lucius ad Canonicam interrogationem, quæst. illa 14. artic. 7. in corpore, & inter alia ex parte respondendis, est necessaria ex parte interrogantis idonea cõplexio, quę actionem cœli aptè percipiat, Si enim inepta sit compositio sensuum spirituum. &c. eodem tempore alio, & alio modo mouebitur.

Sexta dubitatio.

SEXTAM difficultatem hic mouere placet pro intelligentia aliorum quæ dicemus, ac eorum quę dicta sunt. An cœlum possit esse signum, eius quod non est causa. Quæ sanè disputatio, etsi Metaphysica videatur,

128 ac proinde à nostro instituto quodammodo alienior, visa tamen necessaria est, quę explicetur hoc loco. Ex ea si quidem falsorum Astrologorũ vana superstitio euidentius refellitur, igitur Lucius Bellac. quæ illa 14. artic.

artic. 6. in corpore putat astra cœlestia signa esse posse alicuius, etiam si illius causæ non sint, & aperte ita sensisse videtur Damascenus 2. lib. de fide orth. cap. 7. dicens planè astra esse signa sed non causas generationum. Et videtur sententia Originis quam Augustinus aprobare videtur. 5. de Ciuitate Dei. c. 2. dicens, quòd cœlum non causet, sed significet euentus, doctissimorũ fuisse sententiam, quòd dixisse propter Originẽ docet Sixtus in Biblioth. annotati. 15. probat autem Lucius suam sententiam, quia minus est effectum producere, quàm illum mouere ad aliquam actionem, Ergo figura similis ei quę produxit, etsi non valeat producere, valebit tamen illum significare. Si ergo ob similitudinẽ quã habet figura mouẽs sensum cũ præterito vel futuroeuẽtu, illũ fecit vel eius cogitationẽ impressit, ob eãdẽ similitudinẽ effectũ productũ iudicare poterimus, secundũ sui dispositionẽ & qualitatem futurum aut præteritũ.

129 Verũ D. Tho. id ex professo impugnat quæst. illa 95. 2. 2. Quia signum alicuius rei naturale (de hoc enim ipse loquitur) vel est effectus, sicut fumus est signum ignis, vel est effectus eius, quod est causa alterius rei, sicut iris licet non sit effectus serenitatis, est tamen effectus eius quod causat serenitatẽ, at isto modo cœlum signũ esse non potest. Non enim est effectus euẽtus futuri, neque alterius causæ communis ipsi euẽtui & cælo, cùm nulla sit causa corporalis cęlo superior: solùm ergo ex inspectione syderum potest cognosci euentus, sicut effectus cognoscitur ex causa.

Signũ naturale vel est causa sui effectus vel effectus causæ, vel alicuius quod est causa alterius effectus

Hos tres modos signi, refert Cai. ibidẽ & omnes alij Doctores idipsum fatentur. Ego tamen adderem quartum modum significandi in cœlo præter dictos, scilicet quòd cœlum sit causa alicuius causę occultæ quę illum effectum producit. Fieri enim potest & forsan frequentissimè, quòd obseruetur aliquis effectus semper fieri, quando talis est dispositio in cœlo, & quòd cœlum sit huius rei signum, non sicut causa immediata, sed sicut causa illius quod effectum causat, & sic quia illam

Cœlum potest esse signũ alicuius effectus, producendo causam occultam quæ causet illũ effectum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illam causam ignoramus, putamus cęlum esse purè signum, cùm videmus non habere similitudinem & proportionem cum hoc effectu, habet tamen cum illo effectu occulto, quòd est causa illius euentus. Sicut S. Tho, & Caiet. dicunt de effectu ipso, quod est signum alterius, quod etiam causatur ab illa causa, & ita significando immediatam causam, quæ est effectus primæ, significat etiam primam, siue ergo effectus sit alterius effectus siue causa alterius causæ, semper est vera sententia D. Thom. quòd cœlum non potest esse purum signum euētus futuri vel præteriti, nisi illud causet mediatè vel immediatè & per hoc patet ad tationem Lucij.

130

Cœlum non potest esse signū euentus futuri vel præteriti, nisi illud causet, mediatè, l. immediate.

Respondeo enim quod cùm illa similitudo cœli cum illo effectu non sit ad placitum, sed naturalis, impossibile est illud significare: nisi habeat aliquem naturalē ordinem ad illum, per aliquam causalitatē. Non enim potest esse hæc sola relatio similitudinis, sicut vnū albū naturaliter significat aliud album, & imago seu figura significat suum prototypum, cuius nec causa est, nec effectus, quia cęlum potius est dissimilis, cùm sit alterius naturæ, imo genere differat, sicut corruptibile & incorruptibile, & quamuis similis essent aliqui effectus in terra stellis, non cōtinuò sequitur illos effectus existere: sicut ex eo quòd sit vna imago non sequitur quòd aliud extremum existat vel quia sit album, debeat esse aliud. Nullo ergo modo effectus similes, vel dissimiles significare potest cœlum, nisi propter relationem causę, vel effectus.

Ad authoritatem Damas. qui id planè dicere videtur. resp. Negasse esse causas: quia non sunt causę totales & sufficientes. Sol enim solus non generat hominem, vel vt ipse se explicat non immediatè, sed media immutatione aeris, & ob id dicit, quòd stella causa nō est, sed signum.

131 Dubitat etiam Lucius quæst. 14. art. 9. vtrum figura interrogationis sumi debeat à principio motus, & impetus sensitiui, an tempore quo quisse applicat ad interrogandū

Refert quorūdam Astrologorū opinionē, quòd â tempore interrogationis accipi debet, & multi Astrologi hoc tempore efficiunt. Probant, quia sic se habet conceptio ad natiuitatem sicut conceptio interrogationis ad illius expressionem, sed de homine iudicium sumipotest per natiuitatem, ergo tunc, quia ille impulsus debilis causa est ad iudicandum, non debet iudicium ferri, sed cū exprimitur & ueluti nascitur interrogatio.

Verū contrarium ipse tenet, & tanquam falsissimam & fatuam iudicat hanc sententiam, & meritò. Nā explicatio varari potest multis extrinsecis causis, vel voluntariè, vel extrinseco impedimento, vel tarditate, vel aliis modis quos supra diximus. Adde quod fieri potest, vt Petrus distet ab Astrologo per decem leucas, Paulus per viginti cum vterque ad eandem rem quærendam moueri possit, accedat Petrus cum sua petitione & detur iudicium secundum significationem præsentis interrogationis, Paulus accedit post octo horas. Iam ergo necessarium est in altero iudiciorum falli & præter vllam significationem iudicare. Attendi ergo debet tēpus impulsus, & non ad quascunque res, sed ad effectus proportionatos stellæ impellenti eo tempore. In quo sanè circa effectus adhuc proportionatos magna & fideli obseruatione opus est, sed vt dixi, his interrogationibus nihil fidei est adhibendum.

Figura interrogationis nonde bet sumi a Astrologo ad principio, quo quis se applicat ad interrogandū.

132

Ad primum resp. quòd in natiuitate sumitur significatio: quia tum cęlum immediatius & fortius imprimit in tenerum subiectum, quod nō cōpetit expressioni. Quāuis mihi probabilior in hoc videtur sententia Lucij, quòd non tam ex natiuitate, quā ex conceptione significationes sumi debeant. Neque enim corpus matris impedire potest influentiam cęli in puerum. Adde, quòd cognita natiuitate, cognoscitur conceptio, non autem cognita expressione cognosci potest certò tempus impulsus. Et quamuis efficax applicatio signum sit fortioris impetus, tamen non ex ipsa, sed ex motu ipso iudicium dari debet.

133

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De cognitione cogitatuum, & appetitus sensitiui ab Astrologis.

SVMMARIVM.

Astrologus non potest cognoscere actus cogitatiuæ, aut appetitus qui imperantur a voluntate num. 130
Astrologus non potest cognoscere actus primo primos, & mere naturales, num. 131
Raro imaginatio et appetitus ex sola cæli impressione mouetur, num. 132
Medici, & Agricolæ attendūt cælorū dispositiones, ad curationes, ad seminā dū plātā dū &c, n. 133
Astrologus potest iudicium ferre circa eclipsim astrorum num. 134
Astrologus potest cognoscere euentus naturales horū inferiorū, vt futurā pluuiā, siccitatē vel pestē, certa scientia frequenter, & vt in plurimum, n. 135
Diuersæ planetæ, diuersas cōplexiones, habitus, & dispositiones in nobis causant, num. 136
Causæ vniuersales, nō sunt causa diuersarum cōplexionum, sed causæ immediatæ, secundum Mir. & alios, num. 137
Termini (infalibiliter, vt in plurimum, & frequēter) quid significent. nu. 138
Astrologus non potest infalibiliter cognoscere per astra, cōplexiones ægritudines, & humores, &c. num. 139
De quibus habeat Angelus cognitionem nu. 140
Astrologus cognita natiuitate per positionem syderū, potest de ijs iudicium ferre frequēter, n 141
Astrologia reprobatur prout circa actus liberos, versatur, & de illis iuditium fert num. 142
Probatur ex pluribus astrologos posse cognoscere complexiones, & humores hominum, num. 143
Effectus horū inferiorum principalius, recipiūt impressiones cælorū, quā causæ particulares, nu. 144
Si plures causæ secundæ opponātur stellis natiuitatis, impediunt earum influxum, num. 146
Plures filij eorundem parentū nati, diuerso tempore dissimiliores sunt, quam filij diuersorū parentum, eodem tempore nati. num. 148
Medicus peritus ferre debet iudicium ex cognitione causarum vniuersalium, & particularium, n. 148
Triplici ex causa Astrologi falluntur iudicio ferendo, num. 149
Vix potest cognosci punctum natiuitatis, certius vero punctum infirmitatis. num. 149
Duo filij ex eodem parenti gemminati, erunt similes in humoribus, inclinatione, &c, num. 150
Modi & circunstantiæ quibus cognoscitur punctum necessarium, ad ferendum iudicium nu. 151
Agricultura minus certior est, quā astrologia, n. 152
Reijcitur distinctio astrologiæ in imaginariam, et phisicam, num. 153
Cometæ ignea cum apparēt, quid prænuntient, nu. 154
Ex diuina iussione Cometæ, significant Regum mortes, non naturaliter, num 155
Cometa non causat, sed tantum significat malum vel bonū euentum, num. 156
Eclipsis olis vel lunæ causat & est signum naturale aliquorum euentuum nu. 157
Nihil est signum naturale, nisi sit causa vel effectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus cuiusest signum, nu. 157
Si cometa sit magnæ quantitatis, & caloris intensi, aeriur operabit in delicatioris complexionis homines, sicut eclipsis, num. 158
Chiromantiæ definitio, num. 159
Lineæ manus nullam habent connexionem cum humoribus, aut aptitudinibus hominum, nu 160
Lineæ manus, casu magis, quã ad significandos effectus hominis factæ sant. num. 160
Articuli & scicuræ palmarum, sunt signa longioris, aut brevioris vitæ, secundum Aremb. num. 161
Quando Astrologus prænosticaverit rẽ quæ sciri poterat, & certo futura erat, nõ peccat, nec tenetur ad restitutionem num. 161
Etsi res non sit certa certitudine naturali, sed contingens vt in plurimum, non peccat Astrologus, nec restituere tenetur, num. 162
Si aliquis iudicium ferat de re in particulari quæ sciri non potest, quo modo peccet, & quid restituere teneatur num. 162
Secundum Gracianum, lucra quæ adquirit Astrologus cum prædicit futura, restituere tenetur. nu, 163
si res quam prænuntiat Astrologus, re non eueniat, restituere tenetur, lucrum ipsi danti, num. 163
Si res eueniat licet ex arte Diaboli, datum nulli restituendũ est ab Astrologo prænuntiãte. nu. 164
Si res eueniat casu & nullo labore, Astrologi, restituere tenetur acceptum num. 164
si imperitus medicinæ, alicuius grauem infirmitatẽ (aplicando herbas impertinẽtes) casu curaret, restituere tenetur acceptum lucrum num. 164

SEP-

SEPTIMVM dubium est, vtrum Astrologus possit cognoscere actus cogitatiuæ, & appetitus sensitiui: Certum est, quod si aliquo modo imperentur à voluntate, non potest Astrologus cognoscere, vt supra probatum est. Secundô, mihi videtur, quôd motus primo primos (quos vocãt) & alios indeliberatos & mere naturales (vt sunt multi in hominibus sanis, & alij omnes amentium, & cogitationes etiam brutorum) non potest Astrologus cognoscere, nisi raró & hoc magno studio & conseruatione. Nihil enim est, quód tam facilé mutetur, quã hominis motus imaginationis & appetitus. Nam â complexione & humoribus, & ab spiritibus, à cibo, vel extraordinario potu, à fixa de re quærenda, imaginatione, & alijs particularibus causis, tam intrinsecis, quã extrinsecis. Rarô ergo imaginatio & appetitus ex sola cæli impressione mouetur & tunc requiritur longa obseruatio & experientia, vt possimus iudicare, an hæc vel illa stella, influxui huic habeat proportionem. Vnde mihi videtur non sine falsitate de cogitationibus adhuc naturalibus, vt amentium, dormientum, motuum indeliberatorum, ac brutorum posse iudicare, & non sine vanitate obseruari.

Septima dubitatio.

Astrologus nõ potest cognoscere actus cogitatione, aut appetitus qui imperantur à voluntione.

133

naturalis.

Raro imaginatio & appetitus ex sola cæli impressione mouetur.

Tandem circa electiones est dubium. An possit dies & horas obseruare. Picus enim Mirandula lib. 2. cap. 2, & alij, eas euertunt. Mihi videtur cum Lutio quæst. illa 14. artic. 11. prodesse hanc obseruationem, ad mala vitanda, vel quod (fæpius contingit) minuenda, & bonum augendum: vel consequendum. Supra enim ostẽsum est esse stellas maleficas & fauorabiles, hominem etiam dici fortunatum ex illis. Conducit ergo ad negotia aggredienda rempus obseruare quo conuenientior sit cælorum dispositio, & influentia, quôd præcipuè, in seminando, plantando, vites amputando, arbores cædendo cernitur. In hominibus etiam ægrotis id medici efficiunt, & proportionabiliter ad alios proportionatos effectus, tam inclinationum quàm aliorum. Vnde nouimus quendam Astrologum, atque etiam Theologum non infimum, qui cũ similes impressiones choleræ, vel alterius inordinati motus animique perturbationis ex cæli dispositione metuebat, ad eam horam

Medici & agricolæ attẽdũt cælorum dispositiones, ad seruationes, ad seminandum plãtandum, &c.

134

Universidad de Deusto
Biblioteca

animum præparabit suum, vel occasionem fugiendo, vel religiosè orando, &c. Et simile est de aliis.

Vnde patet ad argumentum Pici: si enim influentia est conueniens iuuabitur per causas secundas quas applicamus, si disconueniens hac obseruatione vel præparatione, vel in totum impedietur, vel minuetur.

Ex dictis colligo primò, quid sit dicendum de iudicio Astrologorum circa euentus naturales horum inferiorũ. Nequè dubitatur de euentibus futuris qui in ipsis cœlis contingunt, vt est eclipsis, ortus, & occasus planetarum, & fixarum stellarum, coniunctiones, & oppositiones, &c. Omnes fatentur hęc omnia posse infallibiliter pronunciari. Et ratio est meo iudicio, quia cùm cœlum sit incorruptibile, & constantes habeat motus, & nulla causa inferiori possit impedire, necesse est, vt infalibiliter euenirant hęc futura.

Astrologus potest iudicium ferre circa eclypsim astrorum.

135 Quidam tamen de euentibus circa hęc inferiora, asserunt nulla iudicia esse veratita vt nec frequenter eueniãt. Ratio eorum est quia sunt multæ causæ impedientes, nobis occultæ, ergo frustra iudicamus de talibus euentibus, putà de pluuiis, siccitatibus, tempestatibus, serenitatibus, pestilentiis, caloribus, frigiditatibus, &c. Huius sententiæ sunt Picus, & Gabr. dub. illo 3. Palatius imo Abulensis, quæstione illa 29. qui negat infirmitates cognosci posse, quamuis quæstione sequenti eas concedat: vnde varius est in hoc sicut circa actus humanos, vt supra diximus.

Veruntamen mihi videtur id esse falsissimum, quin potius, aliquos esse effectus in his inferioribus, vt sunt prædicti de quibus esse potest cognitio nõ infallibilis, sed scientia certa frequenter, & vt in plurimum. Hęc enim est omnium Scholast. sententia. S. Thom. locis citatis. A lex. q. 164. 6. §. deinde quęritur Bona. d. illa 14. Greg. Lop. in l. 1. tit. 23. par. 7. denique omnes fatentur prædictos effectus posse vt in plurimum cognosci ab Astrologis. Legatur Lucius Bell. q. 1. art. 1. vbi id optimè probat, incorpore & ad primum & secundum, & Aug. 5. de Ciuit. c. 6. & 7. non vsquequaque absurdè dici potest adstalas corporis

Astrologus potest cognoscere euentus horum inferiorum, aut futuram pluuiam, siccitatẽ, vel pestẽ, certa scientia frequẽter, & vt in plurimum.

ris differentias flatus valere sydereos, ex quo expressè impugnatur sententia Pici de casualitate stellarum in cõmuni, supra citata, & Damas. 2. fidei, vt citat S. Tho. 3. contra gentes (diuersæ planetæ, diuersas cõplexiones, habitus & dispositiones in nobis constituunt) & ratio huius est meo iudicio aperta, quia tales effectus nullo modo pendent à libero arbitrio, sed à causis naturalibus, ergo cognitis omnibus causis naturalibus, vt Angelus cognoscit, potest infallibiliter pręcognosci, & ita concedit Scot. de Angelis, vbi supra. Ergo qui præcipuas causas & plures cognoscit, licet nõ infallibiliter, saltem vt in plurimum pronuntiare potest effectus hos naturales.

136

Diuersæ planetæ, diuersas cõplexiones, habitus & dispositiones in nobis causant.

Vnde ad argumentum facilè respon. quod probat non infallibiliter cognosci, non tamen, quòd non vt plurimũ vera dicat, ita vt deficiat aliquando & raró. Aliàs sequitur, medicinam esse reiiciendam, cùm multas occultas causas ignorent medici, & eorũ iudicia interdũ fallant, vnde meritò stultũ iudicauit Caietanus hæc iudicia totaliter negare, nec in iure Ciuili & Can. vbi aliæ diuinationũ species damnatæ sunt, Astrologia iudiciaria est in totũ reprobata.

Rationes autem Pici benè soluuntur à Ferr. sed quoad hanc conclusionem nihil probant, nam respectu pluuiarum, calorum, tempestarum, agriculturæ, &c. Non operatur per causas secundas, sed immediatè, et ita diuersitas effectuum non potest attribui causis secundis.

Secundò colligo, quid sit dicendum circa hominum humores complexiones, aptitudines, naturales inclinationes, & alia similia quæ naturaliter sunt in homine, an possint cognosci ab Astrologis. Picus vbi supra respondet negatiue, et eum sequuntur multi nostri temporis viri graues, & vt videtur Gab. & probatur hæc sententia à Pico vbi supra: quia cœlum est causa Vniuersalis, causæ autẽ Vniuersales non distinguunt effectus: ergo diuersa syderum positio non causat distinctionem in effectibus: vnde quãtumcumque sit diuersa syderum positio, semper ex homine nascitur homo, & ex equo equus. Imo ex tali homine, scilicet, albo, sanguineo, frigido, &c. talis nascitur filius. Vnde filius non est imago causę Vniuersalis

137

Causę vniuersales, non sunt causa diuersarum complexionum, sed causa immediata, secundum Mird. & alios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& remotæ, sed patris: Adde quod nati in eodem puncto
138 ex diuersis parentibus, locis, & cibis nutriti, &c. diuersissimi euadunt fortuna, ingenio, &c. Ergo solũ causę secundæ, non tamen cœlum causa est horum effectuũ, vt Aug. argumentatur 5. de Ciuit. cap. 1.

Secundò possumus probare, quia sequitur Astrologiam esse magis certam circa hos effectus, quàm medicinã: hęc enim causas proximas attendit, illa solum cælestes, quod tamen est falsum. Vnde August. 5. de Ciuit. (vt referam infrà in solutione cuiusdam quæstionis) de duobus fratribus eodem tempore ęgrotantibus, & eadem ægritudine refert, quod cum rogatus esset Hippocrates de causa. Resp. similem complexionem esse causam. Astronomus verò, respondit causam esse identitatem constellationis, magis commendatur ab ipso August. medici. quàm Astrologi responsio cap. 1. & 2. dicti lib. 5. de Ciuit.

Tertiò & efficacissimè, quia Horoscopus, id est punctũ natiuitatis raro est cognitum: ergo etiãsi daremus astra esse causas totales & prędsas, nõ posset certò cognosci etiã frequenter complexio, inclinatio, &c. hoc argumentũ est Sixti Senensis lib. 6. Bibliothecę sanctæ: anno 10. a. §. ex his, qui hanc sententiam tenet expressè, & videtur esse August. cap. illo 1. 2. & prędsipuè 3. 4. & 5. ac 6. lib. 5. citati. Et eiusdem sententię videtur esse Procopius vt citat Senensis. annotatione 15. & eam tenet Palatius, vbi supra, & §. hinc iam colliges. Est ergo horum doctorum sententia, quod astrorum constitutio, nec causat, nec inclinat nec significat huiusmodi effectus, sed multò sæpius in his iudicijs falli Astrologos.

Verũm mihi non probatur omnino hęc sententia, nec S. Thom. & omnibus fere aliis Theologis. vt insca dicam. Pro cuius explicatione, not. significationem horum terminorum, *infallibiliter, vt plurimum frequenter, infallibiliter* significat omnimodam certitudinem, ita vt nunquã, etiã rarissimè deficiat *vt plurimum* significat, fere semper fieri, ita vt rarò deficiat, *frequenter* verò significat quod erit quidem pluries, vel vt in pluribus, deficiet tamen non solum
139 aliquando & rarò, sed aliquoties: his accedit, id quod dicitur

Termini (infallibiliter, vt in plurimũ & frequenter) quid significent.

citur ad vtrumlibet quod ita æqualiter se habeat ad oppo sita, vt aliquando fiat & deficiat: sæpé & sæpissimè fiat, & sæpé & sępissimè fallat. 139

Primo ergo mihi videtur infallibiliter cognosci nõ posse per astra conceptionis seu natiuitatis, ęgritudines, humores, inclinationes, & aptitudines naturales, & hoc omnes fatentur. Nam si pluuiæ, &c. quæ diximus dubio prę cedenti, hac ratione præcognosci non possunt ab hominibus propter multas ignotas causas naturales, longè minus certò cognoscet hos effectus, qui non à cœlo immediatè, sed à parentibus, educatione, cibis, loco patrię, depẽdent: & semper â causis liberis, sicut ab applicante actiua passiuis.

Astrologus non potest infallibiliter cognoscere per astra, cõceptiones, ęgritudines, humores, &c.

Sed nunquid Angeli & Dęmones infallibiliter cognoscent ista? Mihi videtur nequaquam cognosci posse, quia cũ ægritudo sanari possit applicando remedia, & similiter complexio, aptitudo, & inclinatio variari per bonam educationem, mortificationem, &c. Et hæc omnia liberé adhibeantur, non potest Angelus scire, an adhibendæ, vel nõ vt patet cũ de actionibus futuris liberi arbitrij nequeat iudicare, habebit autem cognitionem multò certiorem quàm nos.

Et ideo mihi videtur. Secundò quòd Angelus, vt in plurimum potest ista cognoscere, homo verò frequenter. Primũ probatur: quoniam Angelus habet omnium naturalium perfectam cognitionem, & omnia naturalia hominis vt humorum proportionem, complexiones, robur, vel debilitatem, naturales aptitudines, non solum corporis, sed 140 animæ, vt bonitatem intellectus & habitus scientificos & voluntatis naturam, vt potentia quædam est, & ipsam animę essentiam, & omnes potentias & inclinationes ab homine naturaliter fluentes. Hæc inquam omnia per propriam speciem cognoscit, vnde non solum per natiuitatẽ & alienas species vt homines, sed proprio conceptu hæc omnia nouit, sed omnia naturalia raro variantur, vt patet: ergo, &c. Imo cũ actus liberos cognoscat quando exterius prodeunt, posset computare an ad habitum virtutis generandum sufficiant, vel vitij, &c. Quamuis cũ ipse

De quibus angelus habeat cognitionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nesciat qua intentione fiunt, sed solum illorum substantiam cognoscat, & eos qui non prodierunt extra, neque
141 ad ipsum directi sunt, adhuc quo ad substantiam non cognoscat: ideo nunquam infallibiliter potest iudicare de qualitate inclinationis, complexionis, humoris, &c. Et hoc etiam secundum, certum est apud omnes.

Astrologus cognita natiuitate per positionē syderum, potest de ijs iudicium ferre frequenter.

Tertiò, ergo mihi videtur, secunda pars, quòd scilicet Astrologus per positionem syderum cognita natiuitate, potest verè pronunciare frequenter, ita vt aliquoties fallatur. Hęc est sententia S. Thom. expressa, quidquid neget Sixtus. Nam quæstione illa 95. artic. 5. duplices tantum effectus dicit subtrahi â iudicio Astrologorum, scilicet casuales, qui rarò eueniunt, & liberi qui sunt ad vtrûlibet, & 1. 2. quæst. 9. ad 3. sic ait: *nihil prohibet ex impressione corporum cælestium aliquos esse habiles ad ira scendum, vel concupiscendum.* Et in corpore, corpora enim cælestia possunt dispositiuè inclinare ad operationes liberi arbitrij in quantum imprimunt in corpus hominum, & per consequens in vires sensitiuas, quæ inclinant ad actus humanos. Et tertio contra Gen. approbat sententiam Ptolomęi dicentis, quod cum Mercurius fuerit in natiuitate alicuius in aliqua domorum Saturni, erit fortis in esse suo, & dat bonitatem intellectus: & expressius adhuc cap. 9a. Vbi multa circa hæc docet quæ leget curiosus. Idem tenet Alexan. in illo memb. 6. §. deinde quęritur, vtrum peccatum sit, respondens ad argumentum, inquit: *enim scientia Astrologiæ non reprobatur, nec vniuersaliter omnia iudicia sed quia illa non sufficiunt ad inuestigationem eorum quæ pendent ex libero arbitrio circa huiusmodi est reprobatio.* & Bonauent.
142 distinct. 14. quæstione illa 3. ad secundum. *Frequenter* inquit, *Astrologi vera prædicunt, maximè circa homines animaliter viuentes,* & in solutione alterius argumenti, docet idem

Astrologia reprobatur prout circa actus liberos versatur, & de illis mâne cum fert.

quòd D. Thom. & Alexand. quod scilicet præter ea quæ subsunt libero arbitrio possunt Astrologi iudicare: & Scot. in illa distinct. 14. ita scribit: *in viatore voluntas rationalis inclinatur ad appetendum ex appetitu, & ideo plante & alia corpora cælestia inclinant voluntatem sed ea libertate* & Alti. fiod. §. illo. ad quod respondendum, sic habet (dicunt

runt Astrologi, quod de complexione hominis iudicandum est secundum signum ascendentis in natiuitate illius, &c. quod bene potest esse verum neque abhorret à veritate. hęc ille Duran. quę- 143
illa 2. in sol. ad primum, Caiet. Ferr. & cæteri omnes citati, imo Sotus qui acrius loquutus est, solum excipit â cognitione certa Astrologorum casus fortuitos, & actus liberos.

Hęc communis sententia probari potest ex Augustino, & Damasceu. supra dub. precedenti citati: *non absurdè dici potest* (ait Augustinus) *ad solas corporis differentias situs valere sydereos.* & Damasc *diuersi*, inquit, *planetæ diuersas complexiones & dispositiones in nobis constituunt*, quid clarius? Et apertius capite illo septimo libro vigesimo: *fatetur syderea esse signa generationū.* Et Origenes in tomis super Gene. ad literam, vt refert Fusebius, libro 6. de Præpar. Euangelica, capite nono: *stellas*, dixit, *à Deo positas in cælo, vt essent insignia, vt scilicet per varios earum aspectus & coniunctiones significarent citra liberi arbitrij conditionem futuros euentus, &c.* Et Hieron. vt citat Alexand. §. illo deinde, sic ait: *discant ea mente dogmata & doctrinam Caldaicam, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum didicerat.* Vnde Cicero ie cundo de Natura deorum. Cum deliorationem incredibilem, posse Astrologos de actibus humanis prædicere, iudicaret, subdit, co accedi posse cū Diogene Stoico aliquid prædicere posse, dumtaxat quali quisque natura seu complexione, & ad quam quisque rem maximè aptus futurus sit, et in l. 1. tit. 23. part. 7. de naturalibus his effectibus probat im legi mus Astrologiam. His verbis: *Son dos maneras de adiuinança la primera es la que se faze por arte de Astronomia, esta segun el fuero non es defendida de vsar a los que son sabidores de la entender, porque los juyzios, y los asmamientos que se dan por esta arte son catados por el curso natural de los planetas, y de las otras estrellas, y fueron tomadas de los libros de Philosophos, y de los otros sabidores.*

Et ratione probatur hæc sententia: quia quando plu- 144
res causæ ad vnum effectum concurrunt ea quæ potior est vincit, et prædominatur, vt patet in mixtis. Cum ergo stellæ propter earum virtutem altiorem, et summam

Probatur ex pluribus, Astrologos posse cognoscere complexiones, & humores hominū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Effectus horum inferiorũ, principalius accipiunt impressiones cœlorũ quã causa particulares.

magnitudinem longè præstent causis proximis, sequitur effectus horum inferiorum efficatius, & principalius illorum impressiones recipere, & secundum illarum actionẽ facilius mutari. Adde diuturnam experientiã, qua videmus filium natũ ex parentibus, verbi gratia sanguineis & cibis selectissimis educatum, &c. si tamen nascatur cõspirantibus Saturno & Marte, seu Luna, vel alia maligna cõfiguratione Astrorum fixorum fore melancolicum, vel colericum, &c. Vnde Cardanus super Philolo. 112. genituras obseruauit secundum astrorum positionem euenisse. Et Cypri. Leoui. edidit historiam 500. hominũ. Et Lucas Gauricus 200. similes veras comperuit. Cũ ergo varia sydera varios humores & complexiones imprimant per proprias virtutes, vt suprâ diximus ex humorum temperatura, & ex complexione aptitudo naturalis fluat naturaliter, & similiter inclinatio sequatur naturaliter ex vtroque sequitur, &c.

Vnde ad primum respondet benè Ferra. c. 84. quod cẽ lũ et alira non dicuntur causæ vniuersales, quia non ha-
145 beant determinatas virtutes & effectus, sed quia illas nõ influunt immediatè, sed modificantur per causas secũdas, & ita licet media causa secunda, verbi gratia homine, generetur homo, tamen ipse verè et efficatius operatur medio illo homine. Aliâs probaret, quôd Deus non causat varios hos effectus, siquidem est causa omnium vniuersalissima, similiter in actione instrumentorũ, licet ars non faceret arcam sine serra, sed non propterea dicendum est artem in mente artificis non verè operari arcam, et varios effectus, qui per serram fiunt, idque principalius. Adde quod non semper cœlum operatur, media causa secunda. Id enim tantum est verum in generationibus substantialibus, et non omnium rerum, sed animalium tantum perfectorum. Generationes autem substantialium inanimatorum, vt lapidum pretiosorum mineralium, murium, &c. immediatè operatur, et accidentales omnium generationes & alteratiões sepè causat, sed Sol media luce, et influẽtia. Vnde cùm primum nascitur animal, statim imprimit immediatè, cùm tenerrimum sit tunc passum, & ipsi illi subor-

subordinatum. Et hæc est ratio cur non in conceptione, sed in natiuitate fiat obseruatio. Tum etiam, quia punctum conceptionis ignotum est, & ita puncto natiuitatis 146
cognoscitur. Et ita non reijcitur â consideratione Astrologi ad hos effectus ipsã conceptio.

Fatendum tamen est quod tot concurrere possunt causę secundę oppositionem habentes cum stellis natiuitatis, verbi gratia, parentum complexio, pueri lactatio, ciborum vsus, aeris & loci temperies, medicorum cura, & huiusmodi. Possunt etiam istę omnes causæ esse efficaces, vt si magna erat vtriusque parentis consanguinea complexio, & sic de alijs, quod plurimum temperent inclinationem & impressionem melancholicam astrorum, & forsan penitus commutent et eradicent, sed hæc non vt plurimum vel frequenter accidunt. Potius enim frequenter, vel non ita efficaces sunt causę secundæ, vel non tot applicantur, vel denique non oppositę in astro natiuitatis, sed potius iuuantes causam Vniuersalem, & ideo semper, vel vt plurimum prævalet virtus & operatio causę Vniuersalis. Benè autem Astrologi est, has omnes causas secundas temperantes considerare, vt docet Ptholomæus 3. & 4. quadripartiti. Non dicitur autem filius imago cœli seu causæ Vniuersalis. Quia ab illa specificatur & substantialem distinctionem habet sicut â causa vniuoca, benè autem secundum rationem corporis, qua â cœlo producitur illius imago dici potest, sicut homo dicitur secundum rationem spiritualis substãtiæ imago Dei.

Si plures causæ secundæ opponãtur stellis natiuitatis, impedient earum influxum.

Ad argumentum ex Augustin. præcipuè ex cap. 2. et 5. quinti libr. de Ciuit. respon. quôd Augustin. non affert ibi argumenta ad hoc propositum, sed vt conuinceret mores hominum bonos aut malos, et electiones, et alia quę â libero pendent arbitrio, non esse regulanda per constellationes natiuitatis, non autem ad complexiones corporales et inclinationes sensibiles. Imo ex ipso oppo- 147
situm ostendimus. In prędicto enim cap. 6. *non vsquequaque* (inquit) *absurdè dici potest ad solas corporis differentias af*

Universidad de Deusto
Biblioteca

flatus quosdam valere sydereos, non autem animi voluntates positionibus syderum subdi. Vnde cùm in cap. 2. acceptabilio rem dicit esse sententiam Hyppocratis & medicorum, qui diuersitatem vel similitudinem effectuum ad causas secundas referunt, quam Posydonij Stoici multum Astrologiæ dediti, qui ad astrorum constitutiones recurrebãt, id sanè verum est quemadmodum paulò ante explicabã, sed non negat Augustinus causalitatem cœlorum respectu horum corporaliũ effectuum sæpéque potentiorẽ quàm causarum secundarum.

Ad rationem ergo bènè respondent Ferr. & Altisiod. qui sic interpretantur Augustinum, quantum ad duo semina animata duorum arborum, illud probare non esse hoc iudicium infallibile. Nam impediri potest ex indispositione materię, & multis aliis causis ignotis, tam vni

148

uersalibus, quàm particularibus, vt paulò ante dicebamus. Imo nec iudicium est certum, vt plurimum (vt diximus) sed tantum frequenter, & ita sæpè fallere potest. Vnde loquendo frequenter potius oppositum contingere experimur. Nam duo filij, vel tres eiusdem patris diuerso tempore nati, licet ex eisdem parentibus, loco, patria, educatione, cibis, &c. longè dissimiliores euadunt, quam duo alij filij diuersorum parentum eodem tempore, & sub eadem constellatione nati. Porrò si hoc argumentum probaret, facilè retorqueri posset contra ipsos, si enim illo argumento contendunt, cœlum impertinenter se habere ad varietatem effectuum, solumque causas secundas, & proximas hanc distinctionem interre, cùm constet duos filios eorundem parentum eadem educatione, cibis, patria, cura medicorum, &c, longè diuersissimos habere humores, ac aptitudines & inclinationes, colligeremus causas proximas nihil operari, sed referendam totam rem esse ad temporis diuersitatem, cæli, & astrorum positionem. Circa materiam, secundi argumenti Palatius & Bonauentur. vbi suprà in fine corporis (imo id sentire videtur Augustinus capite illo 20.) existimant certiora esse iudicia medicorum, quæ innituntur causis propinquis, quàm Astrologorum, quæ causis remotis innituntur, idem docet Palat. de agricultura: & Abulen. quæst. 14. docet secundas causas esse potentiores.

Plures filij eorũ dem parentum nati, diuerso tẽpore, dissimiliores sunt quam filij diuersorũ parentum eodẽ tempore nati.

Sed videtur dicendum, quòd primò non est consummatus medicus qui astrorum influentias non nouit, saltem planetarum, sed solum secundas causas obseruat. Sicut contra non est bonus Astrologus, vt ex Ptolomęo diximus, qui causas inferiores & proximas non cognoscit, & ita si medicus cœlestes causas & inferiores cognoscens & per inferiores præcipuè iudicat, non videtur ita certum futurum iudicium, sicut est Astrologi, qui omnibus perspectis potentioribus cœli causis innititur. Vnde medicorum iudicia sæpissimè falsa esse videmus. Item si Astrologus solum causas cœlestes, medicus solum inferiores, attẽderet, similiter videtur, quod certiora essent iudicia Astrologica propter eandem rationem.

Medicus peritus ferre debet iudiciũ, ex cognitione causarum vniuersalium, & particularium.

149

Ex triplici autem capite prouenit, vt Astrologi fallantur magis quàm medici. Primò, quia astra sunt longè à nostris sensibus, vt Aristot. docet de Partibus animalium. Et ita modicum de illorum natura, & virtutibus scimus, vnde fit vt sæpè decipiamur: at causę proximę sunt sensibus magis propinquę & connaturales, et de illarum virtute plurimum scimus. Secundò prouenit, quando tot aut tantę causæ, et tam efficaces concurrunt, et cœlestes paucę sint, et non ita efficaces, quæ in natiuitate inclinauerunt, vt multum temperent, et aliquando mutent inclinationem ex cœlo habitam, vt diximus. Tertiò et potissimè, quia punctum natiuitatis vt plurimum est ignotum ita vt rari sint, qui illud sciant, at punctum infirmitatis notius est multò, et ita melius iudicare possunt medici de morte, quàm Astrologus, et sic est vera sententia August. ex natura autẽ rei, & cæteris paribus causis multitudine, efficacia, & notitia, certiora essent Astronomica iudicia, sed id ferè impossibile est.

Triplici ex causa Astrologi fallantur, in iudicio ferendo.

Vix potest cognosci punctum natiuitatis, certius vero punctum infirmitatis.

Circa tertium argumentum ego sanè existimo, vt sæpius dixi, hæc quæ diximus solum vera esse supposito pũcto natiuitatis, quod non debet esse adeo indiuisibile

150

temporis

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporis, vt iudicia sint falsa: si aliquantum erratur. Cũ
150 potentiores causæ & principales perseuerent. Et quamuis velocissimè moueantur vt ille philosophus (quem refert Aug. lib. illo de Ciuitate) respondit: tanta est stellarum magnitudo, vt etiam si velocissimè moueantur, non ita breui tempore, coniunctiones, aspectus, et configurationes tollant. Vnde hęc solutio quæ certa visa est Augustin. facilè ruit. Quamuis alio etiam argumento impugnetur ab Augustin. Et ita ego existimo quod duo filij ex eodem patre gemini nati, eisdem cibis, lacte, educatione, &c. educati, vt plurimum erunt similes in humoribus, inclinatione & naturalibus aptitudinibus, propter idẽtitatem astrorum & causarum secundarum, raro tamen diuersi euadent, propter occultas causas naturales tam cælestes, quã proximas et propter liberi arbitrij vires et moralem educationem, et cooperationem cũ gratia Dei, &c. vt patet de Iacob, et Esau, non tamen propterea negandum est, id quod vt plurimum et frẽquenter accidit. Quidam tamen Astrologię, & Theologiæ satis doctus addit, quòd quamuis ipse qui nascitur ignoret punctum suę natiuitatis, tamen per Animodarium Ptolomei, et Tutrimen. Herm. et per euentus subsequutos scitur instãs, et momentum natiuitatis, sed ego id non facilè credo, nisi efficaci ratione probetur. Vnde ad hoc propositum Augustin. cap. illo 3. sic arguit contra Nigidium figulum Astrologum *si tam multum in cælo interest, quod constellationibus cõprehendi non potest, vt alteri geminorum hæreditas eueniat, alteri non obueniat teste eodem Nigidio (ab Astrologis tanquam subtilissimo vehementer laudato) cur autem cæteris qui Gemini non sunt cum inspexerit eorum constellationes talia pronuntiare contendit quæ ad illum secretum pertinent, quæ nemo potest comprehendere, & momentis annotare nascentium.* hæc Augustin. Ad quod elegans argumentum, cum contra se suamque artem Iulius Firmicus posuisset, pollicitus se soluturum, postquam satis in locis se communibus iactasset, solo silentio respon-
151 disse sibi visus est. Lucius quęstion. 1. artic. 1. ad septimum, putat non ex natiuitate, sed ex conceptione sumenda esse iudicia, et id quod dicitur de Animodario docet

Duo filij ex eodem parentage mini nati, erunt similes in humoribus, inclinatione, &c.

docet aliquando deficere. Ponit ergo ipse multos modos cognoscendi punctum necessarium. Primum inquit conceptio potest cognosci (appellat autem conceptionem ca sum seminis in matricem) ex functione virgę ad matricem. Secundò ex accidentibus mulieris, putà. Vomitu, & huius sententię videtur D. Thom. qui in his temporis, & loci minutijs se irretit opusculo de fato, dicens. Propterea esse in geminis varia ingenia, quod in locis maternis non in eodem momento totum semen reciperetur. Tum etiam centrum cordium amborum geminorum, cum non sit idem sed varia varijsque in locis, esse quoque Orizõtes varios necessum est. Tertium signum addit Lucius ex natiuitate, & ad hanc cognoscendam ponit alios modos, scilicet per Astrolabium: cui ego obijcio, quid si natus est nubiloso cœlo? Secundus est horologium sed quid si non perfectè mouetur? Tertius est per directiones & profectiones. Quartus per Animodarium. Sed certè quamuis Animodarium, profectiones, Horologium, &c. perfectam notitiam darent illius momenti nascentis, hoc tamẽ verum esse potest quando Astrologus simul & has figuras leuat, & puer nascitur, vel concipitur. Hoc autem rarissimum est, atque ita rarò iudicia vera: maximè, quia vt dicebam, quantula potest esse illa partium seminis mora? quantulum rogo illud interstitium cordium, vt ea res totã naturam hominum mutet? denique non satis esset ad Mathematicum attulisse, natum esse aliquem Toleti, vel Romę, sed a quo patre, in quo momento, in quo cubiculo, in qua cubiculi parte, incerta igitur sunt ista iudicia, imò certè incertissima, nihilque spei, nihil fidei vanis istis superstitiosisq; opinionibus est adhibendum.

Modi & circumstantiæ quibus cognoscitur punctum necessarium, ad ferendum iudicium

152

Tertio colligo, quid sit dicendum de agricultura? Minus enim benè Palatius docuit agriculturam esse certiorem Astrologia. Non enim ista comparari possunt, cũ ipsa agricultura sit Astrologiæ pars, Rusticus si quidem iudicans per experientias quas habet, ideo facit, quia habet Astrologiam practicam, sicut medicus curans ex vsu, tamen hoc & illud ex Theorica nascitur, sicut ex causa. Vnde rusticus præbens hæc iudicia non est secludendus à ratione

Agricultura minus certior est quam Astrologia.

153

Astrologi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Astrologi, licet id à priori non cognoscat, sicut Astrologus domi et sub tecto agens. Alias iudicans de pluuiis rusticus, tempestatibus, et alijs temporalibus, &c. alio habitu quã Astrologiæ prædiceret.

Quarto colligo consimiliter minus bonam esse illam distinctionem Sixti Sen. Quôd alia est diuinatio Astrologica, quæ est fictitia et imaginaria, vt quę de afflatibus, & influxibus ignotis tractat. Alia est Physica, quæ de lumine, et motu cęlorum agit: hanc concederet D. Thom. nõ illam. Vnde primas illas virtutes dicit esse deliramenta, vt Veneris afflatus ad libidinem, Martis defluxionem ad iram, Lunę ad insanię motum Capricorni vim quę reges efficiat, &c. Hoc inquam non placet. Primũ enim supra reiecimus hunc Authorem referentem D. Thom. quasi hoc negaret cũm apertissimè contrariæ fuisse sententiæ supra ostenderimus. Imo verò nullum ego legi doctorem Theologum, qui tantum Astrologis concedat in hac parte, quem paulò antea tacitè (licet indignus) reprehendebã, eo quôd in opusculo illo de Fato in his minutiis se irretiret, vt diceret propterea esse Geminorum varia ingenia, quôd in locis maternis non eodem momento totum semen reciperetur. Et vt ex Augustin. vidimus, sydereos afflatus ille approbat. Deinde quoniam petit principium, dicens eam esse fictitiam et imaginariam, quód probare debebat. Tertiò denique, quia distinguit Physicam ab Astrologia, vt dixerat Palatius de agricultura, cũ tamen Astrologia pars sit Physicę, vel illi subalternata, non solum in quantum considerat cœlorum affectiones, figuram, lumina, motus astrorum, &c. vt Arist. fecit in libris de cœlo: sed etiam in quantum habet naturales influentias et proprias virtutes et effectus in his inferioribus, tam circa inanimata vt mineralia: de quibus in libris Meteor. quàm etiam circa viuentia, arbores, animalia, homines, &c. Est tamen Mathematica, et vera scientia in quantum magnitudinem cœlorum et computationes numerorum circa cœlos considerat: non ergo est vel ex equo Philosophiæ distincta, vel penitus fictitia circa corporales effectus humorum, inclinationum, et complexionum

Reijcitur distinctio Astrologiæ in imaginariã & physicam.

154

xionũ, vt satis ostẽsum est has tamen occultas virtutes nimis multiplicare superstitiosum est, vt supra diximus.

Quinto colligo, quid sit dicendum de pyromantia, et aeromantia, an per Cometam igneum qui apparet possint mors regis, bella et pestilentię significarĩ. S. Thom. 3. part. quæstione 36. articul. 7. ad primum concedere videtur cometas significare Regum mortes, et est aperta sententia Damasceni libr. 2. fidei cap. 7. Vbi planè fatetur esse signa bellorum. Bonauent. in 2. distinct. 14. 3. part. dict. quęst. vltima ad penultimum. docet non significare Regum mortes: sed casu accidere mortem Principis in eius apparitione, et idem de bellis, et alijs huiusmodi. Quia naturaliter loquendo non est maior ratio, cur in morte Principis, quàm rustici appareat. Vel secundo (inquit) dici potest id significare non naturaliter, sed ex iussu Dei. Tunc enim ex diuina prouidentia maior ratio est. Tum quia est persona communis. Tum quia ex morte frequenter solent oriri perturbationes, bella, &c. in cuius etiam custodia magis solicitantur Angeli propter dictã rationem, quod planè fatetur Damascen. cap. illo 7. dicens ex diuina iussione cometas significare Regum mortes, quod latè prosequitur Clitouęus in dict. cap. Diuus Antonius secunda parte tit. 12. capite 10. postquam explicauerat ex qua materia confletur cometa, docet absolutè esse signum mortis principis. Quod sic explicat: nam mors, bella, et mortes regentium significat, imo causat, si cut inclinans per iram, calorem, et siccitatem: ex quibus prouenit animositas: et ita docet cometam immediatè significare Martem prædominantem, qui est causa talium effectuum: et hæc ex sua docet sentẽtia, quod ratio facere solet. Refert etiam in morte D. Thom. apparuisse stellam super Monasterium Fossæ nouę, vbi iacebat infirmus. Et anno 1400. in morte Ducis Mediolan. Et in Papatu Eugenij iiij. Ex quo sequutę fuerũt multę tribulationes, de quibus multa reperies animaduersa, et notata apud Illescã historię Pont. authorẽ, et apud alios historiographos.

Nos autẽ anno 1578. vidimus crinitum Cometã, quo tẽpore multorum principũ mortes sequutę sunt, et bella excitata,

Cometæ igneæ cum apparent, quid prænuntient.

155

Ex diuinæ iussione cometæ significant Regum mortes, nõ naturaliter.

156

Universidad de Deusto
Biblioteca

excitata, inter quę accidit Sebastiani Lusitanorum Regis immatura & Christiano populo dolenda mors, ac multo rum in eo bello excidium. Vnde colligit Anto. cometam non significare malum, vel bonum euentum inducendo, vel causando illum, sed tantum signum esse talium euentuum. Itaque D. Thom. Anto. & Damascen. huius sunt sententię. Sed Diuus Bonauent. & Caiet. 3. par. quęst. illa 36. art. 7. ad primum contra docent, non magis significare Regis, quàm pauperis mortem, sed quia huius mors non ita notatur, sicut illius, ideo, &c. Neque vero Caiet. putat D. Thom. ex sua sententia loqui, sed ex communi opinione. Non probant autem Bonauent. & Caiet. suam sententiam, sed ea ratione probari posse videtur. Quoniã vel est signum naturale, vel supernaturale, ex Dei speciali voluntate, præter ordinem naturę. Secundum planè fatentur Bona. & Damascen. dum dicunt ex diuina iussione, & solicitudine bonorum Angelorum fieri, sed id non adeo firma ratione constat, vt miracula, aut specialia Dei opera supernaturalia concedere cogamur. Maximè, quia ea semper aut certè frequenter contingere videmus, & apud omnes etiam barbaras nationes, quod signum videtur esse meré signum naturale, vel nihil omnino significare istorum: sed esse quendam effectum naturæ ex inflamatione cuiusdam exhalationis prouenientem. Alias cur etiã non dicemus eclipsim: tam Lunę, quã Solis, esse etiam signa mortis principum? cũ tamen naturali necessitate eueniat, & ita experientia constat per hæc tempora, principem aliquem mori, vel bellum excitari, nemo tamen dixerit hos cœlorum vel effectus, vel coniunctiones Solis, & Lunæ esse signa talium euentuum ex diuina iussione: Sed quia tot sunt in orbe principes, tot hominum rixę, & bella, hinc est, quod ea, quę in his notabilibus horis accidũt, cœlo tribuamus. Si autem dicas esse signum naturale, contra hoc est. Tum quia naturaliter loquendo, secluſa Dei speciali iussione, non est maior ratio, de diuite, quàm de paupere, vt Bona. docet. Præterea, quia vt supra ostensum est, ex mente D. Thom. nullum potest esse signum naturale, nisi sit vel causa, vel effectus, eius rei, cuius est signũ quod

Cometa nõ causat, sed tantũ significat malũ vel bonum euẽtum.

157

Eclipsis Solis, vel Lunæ causat, & est signũ naturale aliquorum euentuum

quod verissimum esse, & satis probatũ supra reliquimus.

Constat autem cometam non esse effectum ipsius mortis, seu belli, vt paret; nã mors priuatio est, & ens. Sit ens positiuũ: nullam causalitatem, aut connexionem habere potest cum ignea illa substantia. Neque verò causa mortis, aut belli naturalis esse potest, quia cũ sit agens naturale, per calorem, siccitatem, & huiusmodi agere debet, & hæ qualitates, non plus in Rege, quã in alijs operantur. Naturaliter enim agunt, atque ita in magis propinquum operabuntur distemperiem, siue sit rex siue rusticus.

158

Id autem concedi potest, quod dum prędictus cometa magnę quantitatis est, & intensi caloris, acrius operabitur in eos qui delicatioris complexionis sunt. Et quia huiusmodi solent esse principes, qui mollibus vestiuntur, & vel cuntur, & similiter mulieres, pueri, & senes, ideo prædici potest, non de alicuius morte in particulari, sed in communi, quod principum, & similium personarum mortes eueniunt. Atque idẽ est de bello, vt Ant. suprà docebat. Excitat enim iram per calorem, & siccitatem nimiam, quę bellorum causa est. Et ita existimo dici posse de eclipsi. Tunc enim debiles, vel infirmi, aut delicatiores, detrimentũ patiuntur, ob vim & intemperiem stellarum conspirantiũ. Et ob id temporibus eclipsis, & similium solent principes mori, & similes personæ minimè robustę. Neque aliter verã priorem sententiam putarem.

Si cometa sit magnæ quantitatis & caloris intensi, acrius operabit in delicatioris complexionis homines sicut eclypsis.

159

Sexto colligo quid dicendũ sit, de chiromantia, quæ est diuinatio per lineas naturaliter descriptas in manu. Multi enim probant hanc diuinationis speciem, propter longam experientiam, quam haberi dicunt, de veritate euentuum. Verùm meo iudicio rectè Palatius eam damnat lococitato, & Cyruelo in suo tractatu de reprobandis superstitionibus part. 2. cap. 4. fol. 14. Alcocer. cap. illo 14 addens esse peccatum ea vti. Symanc. de Catholic. instit. cap. 21. num. 18. Nauar. in summ. lati. capite 11. num. 31, ad finem. imo in titul. illo. 23. lib. 2. part. 7. damnatur expressè diuinatio per palmas. Probat Cyruelo. Tum quia videmus filios, habere similes lineas cum parentibus, & tamen longe diuersos sortiuntur effectus. Vn-

Chiromãtia damnatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de etiam duo extranei eaſdemque habentes lineas diuerſi euadunt.

160 Secundo, quia ſæpius mutantur lineæ, & tamen complexio non mutatur. Ego ſic obiicio: contra hoc Aſtrologorum ſeu diuinandi genus. Nam quam proportionē habēt illæ lineę cum euentibus futuris non dico liberis, & omnino contingentibus (nam de his ſuperſticioſum eſſet & vaniſsimum, & grauiter puniendum) ſed etiam de euentibus naturalibus? vt cum iudicantur complexio, humores, & inclinationes, & naturales aptitudines, ad ſcientiam, &c. Quam enim (vt dicebam) connexionem habere poſſunt lineæ cum ijs effectibus? Non enim eorum cauſæ eſſe poſſunt. Quam enim cauſalitatem habere poteſt linea in humorem & inclinationem, ad matrimonium, religionem, literas, &c. Nec ſigna etiam alterius cauſæ. Non enim apparet, vt ſæpè ex doctrina D. Thom. docuimus. Quomodo ſit ſignum naturale, niſi vel cauſa ſit, vel effectus, vel ſaltem effectus cauſę illorum euentuū, cuius certe connexionem vel rationem vix non dico vera, ſed ne apparens quidem poterit aſsignari. Neque video cur ſit maior ratio de lineis manuū, quā pedum vel totius corporis. Vnde caſu magis quā ad ſignandum euentus futuros, iſtæ lineę factę videntur. Eſt enim naturale, vt ſi manum conſtringas illę lineę reſultent, quod cùm fecerimus circa initia natiuitatis, cùm teneram habeamus carnem, facilius tunc effici poterat, & vſu temporiſque decurſu magis confirmari. Quia tamen non omnes eodem modo aut pedes, aut manus mouent, hinc eſt diuerſitas in delineatis multorum.

Lineæ manus, nullam habēt connexionem, cum humoribus aut aptitudinibus hominum.

Lineamanus ea ſu magis, quam ad ſignificandū effectus hominis facta ſunt.

Verum eſt ſanè Ariſt. in Sect. problematum, quæſt. 48. docere reſpectu longitudinis, & breuitatis vitæ, has lineas habere ſignificationem. Quem locum Palatius interpretatur de lineis, & refert cautam ad calorem cordis. Mihi tamen videtur ibi Ariſtot. non loqui de lineis, ſed de articulis, vt legenti patere poteſt, quamuis etiam de palmę ſciſſuris loquatur, de lineis tamen loqui non videtur. Sed tamen eſto: demus habere ſignificationem, reſpectu longitudinis vitę, quaſi ſint ſigna complexionis bonæ, aut

161 *articuli, et ſciſſura palmarū in homine, ſunt ſignа breuioris, aut longioris vitæ, ſecundum Ariſt.*

aut malæ: quod vix crediderim, non tamen illorum euentuum, vllo modo ſigna eſſe poſſunt. Et ſanè etiam ridendum videtur, quod ſi chiromantici dicunt, eſſe in palma 7. montes, Lunæ Veneris, &c. atque eum qui in monte Veneris multas habeat lineas, fore mulieribus deditum, eum qui tot, aut tot lineas alibi habeat, tot filios eſſe habiturum, & alia multa omni vanitate & ſuperſtitione plena. Sed nō oportet in hoc opere de reſtitutione iſta ſatius perſequi, quare ad noſtrū inſtitutū propius accedamus.

Septimo igitur colligo, quod ad reſtitutionem attinet, iſtorum omnium; eſt enim iudicio meo diſtingendum, nā vel id quod prędicunt, ſcibile eſt ea arte, aut omnino ſciri non poteſt. Rurſus ſi ſciri non poteſt, aut re ipſa euenit, vti erat prędictum, aut omnino non euenit. Secundū hoc enim de reſtitutione eſt variè ſentiendum.

Primum igitur mihi videtur, quod ſi eam rem prænoſticauerit, quę & ſciri poterat, & certò futura erat, vt de eclipſi & huiuſmodi non peccat, nec reſtituere tenetur aliquid, ſiue ſpirituale, ſiue temporale, vt de ſe patet. Vbi enim nullum eſt peccatum, ſed honeſtiſsima & laudanda ars, non eſt iniuſtitia, & per conſequens non eſt reſtitutionis obligatio. Secundò videtur, quod ſi erat res, quę ſciri poteſt, ſed non certitudine naturali, ſed (vt ſuprà explicauimus) vel frequenter, aut vt in pluribus, aut vt plurimum, vt ſunt pluuię, tempeſtates, atque idem eſt de humoribus, inclinationibus, infirmitatibus, &c. eſt diſtinguēdum; nam vel de re in particulari non iudicant, ſed in cōmuni, & ſecundū regulas à nobis ſupra datas, aut in particulari: ſi primomodo, nihil etiam tenentur reſtituere etiam ſi res non ita eueniat vt eſt prædictum. Primum enim ſpirituale non tenentur reſtituere, cum non docuerint falſam, vel ſuperſtitioſam doctrinam, vt ſupponimus: neque temporale, quia ipſe bona fide iudicauit, & diligentiam adhibuit in iudicio ferendo. Sicut ergo medicus non tenetur reſtituere acceptum, etiam ſi res non ex voto contingat, vt putauerat, neque etiam damna ſecuta, modò diligentiam adhibuerit in officio debitā ita, &c. Vnde prædictus Aſtrologus neque acceptum,

Quando Aſtrologus prænoſti cauerit rē quę ſciri poterat, et certo futura erat, non peccat, nec tenetur ad reſtitutionem.

162

Et ſi res non ſit certa certitudine naturali, ſed contingens, vt in plurimum, non peccat, nec reſtituere tenetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt pluuiam prædiceret, vel lignorum egestionem, vel vinec nec damna secuta, si forsan res non ita euenia[t], tenebitur, & per consequens minus tenebitur, cũ res ita euenerit, vt fertur hisce temporibus, de quodam aliàs pio Astrologo, qui secreto consilium dedit amico, vt seruaret triticum, & etiam vt sereret in aquoso loco, quia anno futuro sterilitas summa ventura erat: quod ita accidit, adeo vt amicus eius secutus consilium dives euaserit eo anno. Ille enim qui ita admonuit, proculdubio acceptum restituere non tenebatur, vt constat. Si autem de re in particulari iudicat, quę sciri non potest, idem est iudicium ac cum de actibus liberis & similibus iudicat, vt de furtis, adulterijs, &c. De quo mihi tertio videtur dicendum. Primum facere restitutionem spiritualem debere, falsę scilicet & superstitiosæ doctrinæ, vt suprà docebamus latius.

Si aliquis iudicium ferat de re in particulari quæ sciri non potest, quomodo peccet, & quid restituere teneatur?

Deinde etiam certum putamus, quòd damnorum restitutionem ex iudicio suo secutorum & reparationẽ debet, vt si quis de furto, vel de aliquo, quod sciri non erat possibile, vel de lite aliqua, & huiusmodi in quibus spe consilius, alter expensas fecit, vel alia damna sit passus, sicut etiam non excusarem medicam, qui impossibilem & omnino incurabilem morbum sanare se proditeretur, quasi ita certus esse in curabilem, vt finem proximum fuisset, & damna secutæ, iniustè fuit.

163

Secundum Gratianum lucra quæ adquirit Astrologus, cum dicit Gratianus in cap. quidam habetur 26. quæstione 5. sic dicens: *ex malo adquiritur, quod ex causa turpi possidetur vel auara, restituere cũ Mathematicus ex arte quam docet, vel ex futuris quæ prænuntiat nunquam lucrum quæsitum pauperibus restituendum sunt.* Ego tamen distinguendum puto, num vel res ita euenerit, tunc aut ciuis sit ex arte Diaboli. Humanam enim arte prouideri non posse iam supponimus, & probauimus, aut certè res non euenit. Si non euenit, planè non pauperibus sed domini restituere tenetur: cum enim sibi non possit,

Si aliquis accepta pecunia pro sanitate, possit aliquis dicere generaliter esse restituendum. Dixit enim turpe lucrum contra legem & per pactum adquisitum, igitur ex sententia ferè omnium Fidei cognitorum citato loco, pauperibus restituendum. Et ita apertè docuit Gratianus in eo quod habetur 26. quæstione 5. sic dicens: *ex malo adquiritur, quod ex causa turpi possidetur vel auara, restituere cũ Mathematicus ex arte quam docet, vel ex futuris quæ prænuntiat nunquam lucrum quæsitum pauperibus restituendum sunt.* Ego tamen distinguendum puto, num vel res ita euenerit, tunc aut ciuis sit ex arte Diaboli. Humanam enim arte prouideri non posse iam supponimus, & probauimus, aut certè res non euenit. Si non euenit, planè non pauperibus sed domini restituere tenetur: cum enim sibi non possit,

sit, non potest verè dici fecisse, quod est in se, sicut dicebamus cùm res sciri poterat, sed alia extrinseca causa, sine culpa sua est impeditus effectus. Et sicut de medico, qui non efficacitur sanat, faciens quod est in se, dicebamus. Sed potius dici potest illusisse proximum, & pecuniam iniustè & inuoluntariè retinere, sicut cæterum seductores, & alij qui falsis vanisque verbis proximos eludunt.

164

Si res eueniat licet ex arte Diaboli, datum nulli restituendum est.

Si autem euentus est subsecutus, quia scilicet, res perdita est inuenta, & huiusmodi, tum puto non esset restituendum etiam pauperibus, quia licet turpe lucrum sit ex arte Diaboli, & peccato adquisitum, tamen illi voluntariè ob latum est: & ipse suam operam licet turpem apposuit, vt latè cap. 2. lib. 3. probauimus, licet contra communẽ sententiam. Si verò casu eueniat res, sanè difficilis est hic arti cuius, videtur enim teneri, quia pecunia datur illi propter laborem seu operam aliquam ab eo impensam, at ille nihil in ea re est operatus. Sicut si aliquis ignarus penitus medicinę, se magna infirmitate aliquem curaturum profiteretur, cui herbas impertinentes applicaret, casu tamen ille sanus est effectus, non videtur sanè quòd acceptum retinere possit. Dans enim potest iustè esse inuitus, cum nihil omnino cõtulerit, sed ipse alia via sanatus sit, sic, &c. Longiores fortasse fuimus in hac quæst. quàm necesse alicui videretur, ignoscat tamen lector, res enim per necessaria & à paucis disputata, ita postulabat. Quare de temporalibus pœnis omnium illicitorum Astrologorum hic non disputamus, legatur caput, ex tuarum, de Sortilegiis, & 26. quæstione 5. can. non oportet, & cap. si quis episcopus, & alia plura capita dictæ quæstionis, & in l. 3. tit. 23 part. 7. pœna mortis infligitur illicitis diuinatoribus, & in pragmatica Regis Ioannis 2. & l. 1. titul. 4. libr. 8. ordinamenti.

Si res eueniat casu & nullo labore, Astrologi restituere tenentur acceptum.

Si imperitus medicinæ, alicuius graue infirmitatem, applicãdo herbas impertinentes casu curaret, restituere tenetur acceptũ lucrum.

165

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda pars huius capitis, de lædente in bonis spiritualibus annexis.

SVMMARIVM.

Peccatum mortale est indignũ eligere, digno prætermisso, num. 165

Peccatum mortale est minus dignum eligere, prætermisso digniori. num. 166

Qui sunt eligendi ad sacerdotium, num. 166

Peccatum mortale est eligere ad beneficia Episcopalia & Parrochialia dignum, prætermisso digniori, n. 167

Qua ratione sit peccatum contra iustitiam distributiuam, vel peccatum acceptionis personarum in distributione beneficiorum, num. 168

Nullum erit peccatum contra iustitiam distributiuã in electione digni relicto digniori, si beneficia sint veluti bona communia ecclesiæ, num. 170

Beneficia Ecclesiastica ex iustitia distributiua debentur dignioribus, num. 171

Non committitur acceptio personarum quando bona distribuenda non sunt præmia, num. 171

Indignum eligens, peccat mortaliter contra iustitiã commutatiuam & ius positiuum. num. 172

Indignus beneficium acceptans cooperatur peccato cõferentis, & beneficium & fructus perceptos restituere tenetur, num. 173

Qui tribuit digno, relicto digniori, Episcopatum, Cathedram, aut beneficium curatum, peccat contra ius diuinum, & iustitiam distributiuam, num. 173

Beneficia ex institutione ecclesiæ & fundatorum, sunt velut præmia communia distribuenda, num. 174

Beneficia-

Beneficiũ & stipendia, sunt ministrorum & laborum præmia, num. 174

Beneficia si non conferantur dignioribus, magnum patetur populus detrimentum num. 174

Post constitutionem Concilij, virtute, & literis clariores ad beneficia eliguntur, num. 175

Ad restitutionem tenetur qui indignum & dignum eligit prætermisso digniori, num. 175

Restitutio talis eligentis facienda est dimisso, num. 176

Indignum et dignum eligens digniori prætermisso, non tenetur ad aliquam restitutionem, secundum Sot. & Nauar. peccat tamen mortaliter, num. 176

Secundum aliquos constitutum de elegendis dignioribus facta est in fauorem ecclesiæ, num. 177

Prædicta constitutio de elegendis dignioribus facta est et in fauorem eligendorum, num. 177

Verè restituendum est digniori, nõ solum beneficium, sed etiam fructus a die electionis, num. 179

Qui iustitiam distributiuam lædit, non minus tenetur ad restitutionem, quam qui lædit commutatiuam, num. 179

Læsio iustitiæ distributiuæ resarcitur per actum commutatiuæ, num. 180

Potest etiam ad ę qualitatem reduci per actum eiusdem distributiuę, num. 180

Religiosi voto paupertatis sunt impediti ius acquirendum et omnia quæ illis sunt distribuenda de bonis communibus, num. 181

Iustitia religiosorum non est absoluta, sed tantum subsidiaria secundum instantem necessitatem, qua trã sacta nulla manet iustitia, num. 181

Sententia doctorum de electione dignioris, non debet

intelligi de canonicatibus, præstimonijs, & alijs beneficijs simplicibus præter duo dicta, n. 182
Non est peccatum reliqua beneficia præter dicta denegare dignioribus, dummodo digniis conferantur, num. 183
Ex natura rei, nec secundum ius diuinum, simplicia beneficia sunt præmia, aut veluti bona cõmunia decertantibus debita num. 183
Qui sunt digni vel indigni ad electionem, num. 184
Beneficium primoniale potest patronus conferre cui voluerit, qui non sit malus, num. 185
Malè Sotus ait, teneri prælatos eligere meliores ex iustitia commutatiua, non ex distributiua. num. 185
Dignior est eligendus iure naturali & diuino, post ordinationem ecclesiæ num. 185
In decimali contractu non includitur obligatio de dignioribus eligendis num. 186
Examinatores synodales tenentur ex iustitia cõmutatiua explorare merita oppositorum, & meliorem proponere prælato, num. 186
Examinatores qui falsa informatione inducerẽt prælatum ad electionem minus digni, tenentur restituere num. 187
Si ex decimali contractu dignior esset eligendus, aliqua esset restitutio ecclesiæ facienda. num. 188
Qui eligit indignum non tantum peccat mortaliter, sed in vtroque foro electio est nulla. nu. 188
In electione indigni non transfertur dominium, sicut est in furto, num. 189
Qui eligit indignum, non tantum beneficium & fructus, sed alia damna ex electione se-

quuta, tenetur restituere. num. 189
Electio digni in foro exteriori valida est, relicto digniori num. 189
Semel electo digno nec Rex, nec Pontifex potest irritare electionem in fauorem dignioris, numero. 190
Non est de iure diuino electio dignioris, nisi supposita ordinatione ecclesiæ. num. 190
Sufficienter satisfiebat iure naturæ & diuino, ante coordinationem ecclesiæ eligendo dignum, secus post ecclsiæ ordinationem. num. 191
Religiosi tenentur etiam eligere digniorem si possint. num. 192
Ad cathedras in literis præstantiores sunt eligendi, licet in moribus non ita excelant, secus vero in religionibus, at in beneficijs ecclesiasticis vtrumque. num. 192
Quæ debeant attendi in ijs qui eligendi sunt ad ecclesiastica beneficia, num. 193
Electores cathedratici, non solum ratione iuramenti, sed ratione iustitiæ distributiuæ tenentur eligere digniorem num. 193
Qui suo iudicio & industria non valeret perpendere merita in eligendis, tenetur consulere peritiores, num. 194
Conferens & dignus acceptans beneficium, peccant mortaliter, digniori prætermisso, numero 194
Equissima lex est qua præcipitur, ad beneficia non esse eligendos, nisi ex ciuitate vel natione, num. 195

Universidad de Deusto
Biblioteca

In cathedris et in prębendis collegiorũ non apparet illa lex Ita expediens num. 195
Theologus aptior est iuristis et canonistis, ad Episcopatum et animarum curam, num. 196
Dignus de eadem ecclesia prȩferendus est digniori de aliena, num. 196
In concurrentia cum extraneo digniori potest dari beneficium digno, secus in concurrentia cum aliis de eadem ecclesia, num. 196
Cum dicitur eligendum esse aliquem de eadem ecclesia, debet intelligi de clero eiusdem dioceſis vel ecclesię, non vero solum capitulum, num. 197
Rex eligens potest ex quauis regni parte eligere, nisi aliud iura specialia regni concessa disponant, vel saltim consuetudo, num. 198
Actiua electio Pontificis est pęnes solos Cardinales, numero. 198
Electio vniuersalis Pontificis non ex vna tantum, sed ex vniuersa ecclesia est facienda, num. 199
Pensionarij tenẽtur recitare officium B. M. num. 199
Rex potest licitè secularibus conferre pensiones, num. 200
Renuncians beneficium si sit simpl ex tenetur conferre digno si curatum digniori, num. 200
Inquisitio dignioris ad beneficia curata fit per edictũ et examen Episcopi et electorum synodalium, num. 201
Cautius esset et Canonibus conformis ad episcopatum eligere digniorem eiusdem ecclesiæ: num. 201
Ad episcopatum eligens dignum relicto digniori, nõ tenetur restituere, num. 201
Ad episcopatum modo nõ habet maius ius qui sit de eadem dioceſi, quã alius cuiuscunque de toto regno, nu. 202

In

In Episcopatibus aut aliis beneficiis & curatis quæcõferũtur sine oppoſitione si cõferãtur digno relicto digniori, non læditur iuſtitia diſtributiua, nec inducitur obligatio reſtituendi, num. 203
Beneficia Eccleſiaſtica ex ſola iuris diſpoſitione ſunt bona communia, & hoc ſecundario, numero. 203
Quando eligendi non vocãtur per edictum publicum, vel ſimili modo, conferens non tenetur ex iuſtitia, ſed ex fidelitate eligere digniorem, nume. 203
Eo ipſo quod quis admittitur ad oppoſitionem, habet ius ad rem, & fit illi iniuſtitia ſi ſit dignior, & illi non conferatur, num. 203

EGIMVS in prima huius cãpitis parte, de lædente in ſpiritualibus bonis, quæ ad animum pertinent. Modó agere oportet de damnificante in ſpiritualibus annexis.

Sit igitur, prima dubitatio, vtrum qui in his bonis annexis damnificant teneantur ad reſtitutionem, vt prȩlatus, qui confert dignitates, & beneficia eccleſiaſtica, vel indignis, vel minus dignis? In qua quæſtione, vt manifeſtum ſuppono eſſe peccatum mortale indignum eligere, digno prætermiſſo, vt docet D. Thom. 2.2. quęſtione 63. art. 2. & omnes qui de hac re diſputarunt. Imo ad reſtitutionem faciendam teneri Eccleſiæ, vt infra dicemus, & docet Sylueſt. reſt. quæſtione 5. dicto primo. Si enim mortale eſſet peccatum (quod eſt ſine dubio) in ſecularibus officiis indignum admittere, quanto magis in eccleſiaſticis officiis, & beneficiis, honoribuſque

Prima dubitatio.

Peccatum mortale eſt indignum eligere, digno prætermiſſo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que deferendis peccatum erit mortale cum restituendi obligatione, vbi multò maiora damna non solum temporalia, sed spiritualia in animarum perniciem consequi necesse est.

166 Secundò fatentur omnes quos infra citabo, & singulariter Gabr. in 4. distinct. 15. quæstione 7. dub. 1. not. 2. & concl. 1. Sylvest. verb. *acceptio personarum*. quæstion. 1. & elect. 1. quæst. 16. Palud. in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2. concl. 4. Couar. in regul. peccatum 2. part. §. 7. Nauarr. cap. 17. numer. 72. Anton. 2. part. titul. capite. 20. §. 1. Adrian. in 4. §. determinatum quæsto. de rest. Henr. Quodlib. 14. quæst. n. in fin. Merc. capit. 17. vers. *cerca de las*, ad finem & vers. *si fueren*, & vers. *todo esto*. Omnes ij & quotquot ego legi, maximè Theologi fatentur esse peccatum mortale acceptionis personarum excluso digniori, minus dignum, et si dignus sit eligere.

Peccatum mortale est minus dignum eligere, prætermisso digniori.

Id primum probatur ex cap. licet ergo 8. quæst. 1. Vbi sic ait Hieronym. *Vt sciant omnes & certi sint, quòd qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium.* Et in cap. Motropolitano 63. dist. inquit: *Metropolitano defuncto, &c. omnium clericorum & ciuium voluntate discussa ex presbyteris optimus eligatur.* Idem docuit Bernardus libro de consideratione ad Eugenium quem ego non vidi. Ad idem citatur Chrysostomus. idem docuit Augustin. in illud Iacobi 2. *Nolite fratres mei in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Quis ferat* (inquit Augustinus) *elegi diuitem ad tenendum honores Ecclesiæ gloriæ contempto iustiori & sanctiori?* Et Innocentius 3. in cap. vnico tit. vt Ecclesiæ benefic. sic ait:

Quales sint qui sunt eligẽdi ad sacerdotium.

167 *Debuisti ecclesiasticum officium & beneficium in persona magis idonea dispensare.* Ex quibus Pontificum & sanctorum sententiis, videtur sequi esse peccatum mortale minus dignum eligere prętermisso digniori. Maximè ex illo Leonis Papę. Et Innoc. 3. Quę decreta saltem iuris positiui esse videtur. Cui accedit sacri Trid. Conc. apertum decretũ Sess. 24. decreto. 2. de Reformatione c. 1. Monet sancta synodus, vt meminerint eos alienis peccatis cõmunicãtis mortaliter

mortaliter peccare, nisi quos digniores & Ecclesiæ magis vtiles iudicauerint, non precibus aut humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici curauerint. Et de Episcopis docuit in d. cap. 1. & in cap. 18. de beneficijs. Curatis non minus apertè statuit id esse obseruandum, vt scilicet ex approbatis idoneis melior eligatur. Vnde in pragmatica Concil. Basil. iuramentum exposcitur ab electoribus, vt meliorem eligant. 167

Ex quibus colligo peccatum esse mortale dimittere digniorem etiã si dignus eligatur, saltem in beneficiis Episcopalibus, & parochialibus ob dispositionem prædictorum iurium. Vnde sententia Glossæ in cap. licet ergo citatum, asserentis non esse necessarium eligere digniorem vt ex dictis patrum, & iurium dispositione constat, ratiõnes vel Glossæ facilè solui possunt. Quia si tantum esset vnus bonus licitè eligeretur. Cur ergo aliorum bonitas non debet illi præiudicare. Item quia tutor sufficit, vt bonus eligatur si sit de eadem ciuitate, ergo similiter sit beneficium de eadem Ecclesia eligendum, sufficiat esse bonum, si tamen de aliena Ecclesia prælatus, vel de aliena ciuitate tutor eligendus dicitur, tenetur ipsi debere esse optimum. Ita tandem denique dicitis, quia ex alia opinione sequitur, quod aliquis peccaret bene faciendo: quia posset melioram reficere, & quod magis esset peccare legẽdo. Quia posset melius facere scilicet orare. Hæc & istud omnia, & alia quę adducit ex ratione nostræ conclusionis eneruantur, quia probauimus esse de iure naturali & diuino melioremeligendum: quoniam est personarum acceptio, quòd planè contra iustitiam est. *Peccatum mortale est eligere ad beneficia Episcopalia, & parochialia dignum, prætermisso digniori.* 168

Sed tamen quo pacto ratione ostendi possit esse peccatum acceptationis personarum, quod est iustitiæ distributiuæ aduersum, non facile est. Si enim D. Thom. & omnes Scholastici (vt diximus) ex eo probant esse peccatũ mortale, quia violatur distributiua iustitia, tamen id non ita luce de mihi ab ipsis probari videtur. Posset enim quis dicere tenens opinionem Glossæ, quòd cum Ecclesiastica beneficia, vel ex sua institutione, vel ex præcepto superioris *Quaratione sit peccatum contra iustitiã distributiuã, vel peccatum acceptionis personarũ in distributione beneficiorũ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rioris sint in vtilitatem Ecclesię, vt illis veluti stipendiis prouideatur in Ecclesia idonei ministri, & id satis impleatur per bonos & dignos, sequi non facere contra iustitiã, vel fidelitatem, qui dignos præficit, etiam si digniorẽ dimittat, nec est vlla personarum acceptio, cùm illis nihil debeatur, sed Ecclesiæ debeatur potius recta gubernatio, cui debito optimè satis fit per bonorum ministrorum electionem. Et quando non satisfieret, tamen non esset personarum acceptio, sed infidelis quædam dispensatio, cùm illis quibus danda sunt beneficia nihil debeatur in communi. Sicut dato quòd dispensator Regiæ eleemosinę daret eleemosinam indigentibus, etiam si indigentiores non admitteret, non esset peccatum acceptionis personarum, contra iustitiam distributiuam, cùm illis nihil debitum sit, sed tantum eleemosina illa instituta sit pro indigentibus. Vnde si indigentibus data est, non videtur peccasse dispensator. Quare elaborandum est, quo rationem naturalem reddamus, cur illud peccatum sit acceptionis personarum, siue id sit ex institutione, & de natura beneficiorum, siue ex præcepto & dispositione iuris positiui, vel superioris alterius.

169

Sotus ergo inter omnes plures confert rationes, vt probet de iure diuino esse meliorem eligendum. Primum ex fundamento proximè citato. Quia scilicet ista bona sunt stipendia ministrorum, ergo lege iustitię commutatiuæ & fidei seruandæ Deo & fidelibus decimas soluentibus, tenetur meliorem eligere. Sed vnde locus? Primum non inde colligitur esse acceptionem personarum, sed violari commutatiuam iustitiam cùm damnum fiat toti Ecclesiæ, & Deo iniuria, quibus non seruatur fides. Imo neque hoc conuincit, sed oppositum potius. Quia si instituta sunt hęc bona pro alimentis ministrorum bonorum, non facit vlli iniuriam, qui bonos ministros eligit. Vnde enim probat iure diuino aut naturali esse institutum, vt alantur meliores? Dicit Sotus conclus. 2. quòd Ecclesia se habet ad instar principis, qui certa stipendia assignat ministris suis, præcipiens eis vt dignioribus dispensentur, & ita lędit iustitiam commutatiuam cũ decimas ob id

Sotus multis rationibus probat de iure diuino, & naturali meliorem esse eligendum.

Ecclesia se habet in distributione suorũ bonorum ad instar principis.

id soluat Ecclesia prælatis, sed iam rem ad præceptum Ecclesiæ reducit. Nec est verum, quòd ea lege dentur decimę prælatis, vt meliores eligant. Vbi enim est ista conditio. Licet enim conditio, vt bonos instituant ministros sit implicita in decimarum solutione (alias esset electior in culpa lata) tamen quod melioribus conferat, nec ex vi contractus decimalis implicita conditio est, cùm non teneatur de leui aliquis ex delicto, sed ex lata culpa, & ita non tenetur esse diligentior, & esto, teneretur (quia vt in hoc libr. 2. dicemus de leui culpa in officio teneretur, qui stipendium ob officiũ habet) satis esset diligentiorẽ esse in bonis ministris prouidendis. Deinde obicit, quia iure diuino beneficia sunt gratis conferenda. Sed qui meliorem dimittit iãm non gratis confert, sed humano respectu, sed friuolum est hoc. Quia si confert digno, nihil refert, si aliqua humana affectio intercedat, modo absit pecunia. Hæc enim sola facit, vt non gratis conferatur beneficium, sicut etiam quando sunt pares, necesse est aliquo humano fine moueri, aliàs nullum eligeret.

170

Deinde obicit: quia qui ex duobus beneficiis cõfert pingius minus digno, iam excipit personam, cum consideret qualitatem extra causam. Ergo similiter quiv nicum beneficium minus digno confert. Responderi enim potest, quòd cùm talia beneficia non sint communia bona illis debita, sed tantum sit debitum respectu Ecclesiæ, vt habeat idoneum ministrum, nullam facit Ecclesiæ iniuriam, si bonum eligit, etiam si non det illi meliorẽ. Deniq; nisi prius probetur Ecclesiastica beneficia esse debita fidelibus laborantibus, vt cõmunia bona, quemadmodũ debita sunt spolia militibus, nunquã probabitur esse personarum acceptio. Imo neque vllum peccatum contra ius naturale aut diuinum, etiam si eminentior relinquatur, si dignus in dignitate præficitur. Dixi, *contra ius naturale, aut diuinum.* Quia vt suprà ostendi contra Glos. peccatum est mortale contra ius humanum. Alia argumenta sumit Sotus ex Paulo describẽte mores Episcoporũ. Et ex Christo eligẽte Petrũ, qui tũc erat melior, quę rẽ minimè conuincunt. Quę verò ex humano iure, & patrũ testimonio adducit, iã

Nullũ erit peccatum contra iustitiam distributiuam, in electione digni, relicto digniori, si beneficia nõ sint veluti bona cõmunia Ecclesiæ.

171

ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea quæ vim habent supra attulimus. Modo de ratione naturali, aut diuino iure contendimus.

Beneficia Ecclesiastica ex iustitia distributiua, debentur dignioribus

Quare ea ratio vrgentior mihi videtur ad hanc rem probandam, quæ tangitur à Soto in secundo loco. Quia præmia ex iustitia distributiua debentur dignioribus. Hoc enim postulat ratio præmij, vt melius decertanti tribuatur. At Ecclesiastica beneficia præmia sunt laborantium in virtute & litteris, quod etiam si Sotus non ita planè explicuit, ex eo tamen ita declaratur ab aliquibus. Quia ex omnium sententia (dicunt isti) personarum acceptio committitur dimittendo digniorem, quod est contra iustitiam distributiuam. Igitur illa sunt bona communia, & laborantibus debita, & propterea debentur digniori. Hoc est præcipua ratio huius rei, vt isti explicant. In qua videtur esse duplex defectus. Primum, quia supponit probandum. Probare enim contendimus quo pacto sit personarum acceptio, quod rectè probant, quia sunt præmia, & de ratione præmij est, vt digniori detur, sed vnde constet esse præmia hoc non probant, nisi quia doctores dicunt esse personarum acceptionem dimittere digniorem, & ita vel committunt circulum (vt aiunt) in reddenda ratione, vel res ad authoritatem hominum deuoluitur, non ad ius diuinũ, vel naturæ.

Non committitur acceptio personarum quando bona quæ distribuuntur, nõ sunt præmia.

Secundò, quia vel sunt præmia ex sua institutione, vel
172 ex præcepto Ecclesiæ, non ex institutione beneficij, quia aliàs simplicia beneficia essent dignioribus conferenda: nec est dicendum esse in statu damnationis, qui Canonicatus, præstimonia, & alia simplicia beneficia sine oppositione & disquisitione dignioris conferunt, vt infrà dicemus. Item ante Concil. Trid. neque Episcopatus, neque Curatus dignitates, &c. dignioribus conferebantur, sed satis fieri putabatur, si digni assumerẽtur. Si verò ex Ecclesiæ statuto, tunc tantum esset personarum acceptio in curatis, & Episcopatibus. Nam id solum videtur cautum in iure, & etiam, quia iam ad ius positiuum reuoluitur tota res ista. Hæc sunt quæ Doctores docent, & quę nos eis obiicimus, nunc quę nos arbitramur attendite.

Pro declaratione igitur, quædam propositiones ponere placet.

placet. Prima qui eligit indignum peccat mortaliter, vt initio dicere incipiebam. Tum propter transgressionem legis positiuæ. Tum quia facit contra iustitiam commutatiuam, vt Sot. benè probat lib. 3. quæst. 6. artic. 3. in 2. conclus. Ob id enim fideles decimas pendunt, vt sibi idonei ministri assignentur, qui sacramenta cõferant, prę dicent, &c. Et ita apertè declaratur in cap. grauè nimis, de Præb. & dig. Vbi sapientissimus ille Innocentius 3. sic ait: *grauè nimis est & absurdum, quod quidam Ecclesiasticorũ prælati, cum possint, &c. & suspensionis pœna damnatur tam conferens, quam recipiens.* qui sunt horum damnorum efficaces causę, vt Innocentius in dict. cap. subijcit dicens: *quanta in Ecclesia damna prouenant, nemo sanæ mẽtis ignorat.* Tum ob acceptionem personarum, quę hic plana est. Tum quia nõ solum damna Ecclesiæ facta restituere tenetur tam conferens, quã recipiens, sed etiam beneficium ipsum restituere tenetur ei, qui dignus erat. Denique, quia qui beneficium acceptat indignus cooperatur peccato conferentis & furtum committit vsurpando, quòd ad se nulla ratione pertinet. Imo fructus perceptos restituere tenetur, quos nunquam fecit suos, vt infra latius explicabo.

Qui indignum eligit, peccat mortaliter contra ius positiuum, & contra iustitiam commutatiuam.

173

Indignus beneficium acceptãs cooperatur peccato conferentis, & beneficium, & fructus perceptos restituere tenetur.

Secunda propositio. Qui confert Episcopatum, vel curatum beneficium, aut cathedram digno, relicto digniore, peccat contra ius naturę iustitię distributiuæ, & contra ius diuinum. Ratio est meo iudicio, quia Ecclesiastica beneficia ex Ecclesiæ saltem & fundatorum ordinatione digniori conferenda sunt, quòd ob iustissimas causas Ecclesia & fundator statuerunt. Iam ergo, illa bona facta sunt communia ab eo, qui alia communia facere potuit, sci licet ab Ecclesia, vel fundatore, vel certè à fidelibus decimas soluentibus, ac proinde pro personarum dignitate distribuenda: sed cũ est aliquid diuidendum inter aliquos, siue id sit factum commune ex lege humana, vel ex natura rei, debitum est iis, inter quos res est distribuenda secũdum proportionem dignitatis personę. Ergo hic reperitur vera ratio iustitiæ distributiuæ. Ergo qui illam inæqualem æqualitatem lædit, iustitiam distributiuam lędit,

Qui tribuit digno relicto digniori, Episcopatum, cathedram, aut beneficium curatũ, peccat contra ius naturale, diuinum, & iustitiam distributiuam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut qui æqualitatem æqualē iustitiæ commutatiuæ lędit, iustitiam lædit commutatiuam.

174

Beneficia ex institutione Ecclesiæ & fundatorum, sunt vel vt præmia communia distribuenda.

Accedit etiam secunda ratio quàm ex Soto, sicut meliorem reputauimus. Quia ista saltē beneficia sunt ab Ecclesia & corū institutoribus, vt præmia virtutis & literarum proposita. Ita enim docuit dictus Soto concl. 9. in 2. ratione. Licet lib. 4. art. 3. in solutione ad tertiū quæst. 6. contra senserit. Sed id latè probat Gab. dub. illo 1. concl. 2. Et Anto. 3. part. tit. 1. c. 21. citans caput nihil de electionibus. Quod in Cathedris euidentius apparet. Nam licet & episcopalia beneficia, & curata ex principali institutione sint ad stipendia ministrorū persoluēda, tamen etiā sunt prędmia eorum, qui in Ecclesia proficiunt meritoq; ne doctrina & virtus neglecta iaceat, si ista prędmia & dignitates non essent propositæ. Nam honos alit artes, & omnes iis præmiis capti ad studia literarum, & excellētis virtutis accendūtur. Vnde quo minus honoris erat olim Theologis, eō minora studia fuerunt: Ecclesia ergo, vt optimorū ministrorum copiam haberet, voluit, vt dicta beneficia, & simul stipendia essent ministrorum, & laborum præmia. Et cū de ratione præmij sit vt digniori concedatur, sequitur ex iustitiæ distributiuę ordine atque præcepto esse dignioribus conferenda.

Beneficia & stipendia sunt ministrorum & laborum præmia.

Vnde non indoctè Sotus in postrema præcipuè ratione arbitratus est hanc conclusionem ex eo etiam comprobari. Quia nisi in beneficiorum dispensatione haberetur tam exacta ratio meritorum, & mutua emulatio. Nemo esset qui studialiterarum sequeretur: nemo qui virtutem: nemo qui in has dignitates præficeretur nisi qui essent potentiores, vel ad Curiam aptiores ex quo magnū detrimētum Christianus populus acciperet, vt egregiè docuit Innocen. in d. c. graue nimis. Cuius profectò rei ipsa experientia potest esse testis. Nam vbi ista beneficia & officia melioribus conferebantur, vt tempore Augustini, Basilij, Ambrosij, &c. in magna doctrinę & virtutis luce Ecclesia fuit. Et hæreses & ignorantia, & morum peruersitas econtra obrnam in hanc rem negligentiā introducta in eadē

Beneficia si nō conferentur dignioribus, magnum patere tur populus detrimentum.

175

Ecclesia

Ecclesia fuerunt. Adeo, vt non solum meliores, sed ne boni quidem prælati & Curati inuenirentur. Atque ita post salubrem constitutionem Tridenti Concilij, tam in episcoporum, quā in parochialium prouisione, reuocatam illā antiquam virtutem, & doctrinæ lucem videmus. Et deinde morū reformationē tam ipsius cleri (qui in literis occupatus otiū non admittebat) quā ipsius Christiani populi, qui sana doctrina & moribus optimis talium prælatorum imbutus, summa cū laude, ne dicā propria salute florere cępit & floret. Est igitur in summa, hæc ratio, quod cū ex dicta meliorū sacerdotū prouisione Ecclesiæ bona disciplina consurgat, ex contrario verò summū Ecclesia damnū capiat (ex penuria nempe non modo optimorū verum etiam bonorum ministrorum) aperte consequitur prędicta bona esse in Ecclesia tanquam præmia laborantium & magis proficientium, ac proinde lege iustitiæ distributiuę iure ipso naturali, & diuino cogente esse melioribus conferenda.

Post constitutionem Concilij, virtute & literis clariores ad beneficia eligūtur.

Tertia propositio. Non modo peccatum est mortale, verum ad restitutionem tenetur, qui magis dignū dimittit. Ita docuit Caiet. 2. 2. super q. 62. ar. 2. dub. 3. & Barth. Medin. li. 1. sum. cap. 14. §. 32. Et primū declaro restitutionē Ecclesię nullam deberi, sicut reuera debetur, cū eligitur malus, vt supra dicebā. Nam si bonus est Ecclesiæ nulla fit iniuria, cū suum officium rectè & laudabiliter exsequatur. Quod enim alius laudabilius, & rectius faceret, non est iniuria aut damnum Ecclesiæ, nisi forsan (vt supra dixi) ob periculum futuri damni in bono communi. Quia boni etiam deficerent, huic tamen Ecclesiæ in particulari non videtur fieri iniuria. Restitutio ergo facienda est dimisso.

Ad restitutionem tenetur, qui indignū, & dignum eligit, prætermisso digniori.

176

Restitutio facienda est dimisso.

In quo scire oportet plures esse Theologos, vt Sotus lib. illo 4. q. 6. art. 3. ad 6. & Nauar. c. 17. nu. 72. qui cū fateantur esse peccatum mortale non eligere digniorem, dicunt tamen restitutionem nullam esse faciendam dimisso. Quia dicunt peccatum est contra charitatem, non contra iustitiam. Quod nos sic probare possumus. Quia licet beneficia prædicta sint bona & præmia communia.

Qui indignū & dignū eligit digniori prętermisso, nō tenetur ad restitutionē alicui, s. cūdū Sot. & Nau. peccat tamē mortaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et consequenter sint præstantioribus conferenda, tamẽ ista constitutio non est facta in fauorem eligendorũ, sed in gratiam Ecclesię, vt non desit illi perpetuo copia saltẽ bonorum ministrorum. Si ergo fauore Ecclesiæ, & non eligendorum edita est prædicta constitutio, sequitur, vt si semel satisfecit Ecclesię eligendo dignum, non teneatur aliquid restituere dimisso. Licet contra fidelitatem boni œconomici peccauerit. Ponit exemplũ Nauar. de domino, qui suo ędificio præciperet, eligi magis idoneos. Prędfectus enim dimittens digniorem, non dimisso, sed domino cuius ædificium est malè, vel non ita bene constructum tenebitur. Aliàs posset dignior in iudicio petere quôd est dimissus. Talis enim vsus ait Nauar. nusquã in Ecclesia fuit visus. Et huius sententiæ à Soto refertur Adrianus q. de Restit. beneficiorum, & tenet Couar. §. illo 7. num. 6.

Sed hęc doctrina mihi certè non placet, ideo claritatis gratia rem paulatim explico. Primùm, fatendum est illã
177 constitutionem, vt digniori detur, principaliter factam esse fauore Ecclesiæ, vt ratio facta à nobis pro illorũ opinione probat. Quã latius explicaui in fi. secundæ propositionis: & id ex eo etiam constat; quia si essent duo beneficia, vnum pingue, sed non adeô indigens, vt Episcopatus Toletanus, & aliud minus pingue, sed magis indigens, vt Granatensis (sic enim Sotus exemplum ponit. Nam tunc Sarraceni ibi degebant) non dubium quin posset Papa, & Rex digniorem minus pingui beneficio afficere, nec rationabiliter conqueri posset, id ergo signum est præcipuè in gratiam Ecclesiæ statutum esse, vt digniori detur id est, vt ille semper eligatur, qui melior sit Ecclesiæ. Vnde (sicut supra dixi) quòd bonus prędficiendus est Ecclesię iure naturali, & diuino ex prędcipua obligatione & institutione beneficiorum, quæ est ad alendos dignos ministros minus verô prędcipuam esse, vt dignioribus dentur, vt sint communia prędmia, ita modô dicendum de hoc secundo membro quod esse communia bona, & melioribus conferenda prędcipuè in fauorem Ecclesię institutum est ab humano iure, vel superiore.

Secundum aliquos Doctores constitutio de eligendis dignioribus facta est in fauorem Ecclesiæ.

Secundo

Secundo ergo dicimus, quod esto, ita sit, vt ratione Ecclesiæ principaliter sit digmor eligendus, tamẽ non est negandũ, quin etiã fauore eligendorũ sit illa edita constitutio. Licet minus principaliter, ita vt cessante vtilitate ecclesiæ habẽda sit ratio vtilitatis eligendorũ, quôd ex eo constat. Quia vnde colligunt oppositũ, cum hæc obligatio prima secundã non tollat? Tum quia ipse Nauar. Sot. & Adria. fatentur esse cõmunia bona, licet ex secundaria obligatione. Tum quia vt probauimus & ipsi fatentur, illa sunt prędmia proficientiũ in Ecclesia, & ita ad illos habitũ esse respectum necesse est. Prædmiũ enim non est propositũ ecclesiæ, sed eligendo. Tum quia alias cessaret studium & honestissima æmulatio, nisi vnusquisq; intelligeret aliquo pacto ad suos labores & merita esse respiciendũ. Vnde tandẽ accederet tempus, vbi etiã idonei desicerent. Tum denique si essent duo beneficia non ęque pinguia: & ecclesiæ ęquè indigentes, & essent duo, alter dignus, alter dignior, non dubiũ, quin ex præcepto saltem ecclesiæ pingue esset conferendũ digniori, & tamen tunc nõ ratione ecclesiæ, quia vtraque ęquè indiget, ergo ratione eligendorũ conferendum est iuxta iuris constitutiones, id est, meliori. Tandem quia aliâs nulla esset personarum acceptio. Si enim non gratia ipsorum, sed solũ ecclesię facta est institutio. Ergo illi nullum ius habent. Ergo nullũ est peccatũ acceptionis personarũ, cuius contrariũ fatentur Theologi. Igitur vtraq; obligatio est, nẽpe ad ecclesiã & ad eligendos. Licet ad ecclesiam sit principalior.

Prædicta cõstitutio de eligendis dignioribus & facta est in fauorem eligendorum.

178

Et propterea alij fatentur esse quidem peccatum, non solum contra charitatem, sed etiam contra iustititiam, sed dicunt non esse obligationem restituendi: quia est contra iustitiam distributiuam, quæ non exposcit restitutionem. Hanc sententiam possumus hac vrgenti ratione (vt mihi quidem videtur) probare. Quia vt omnes doctores ex D. Thom. fatentur. Et latè suprà probamimus lib. 1. ca. 2. Omnis restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ: Ergo nullus tenetur restituere ex sola læsione iustitię distributiuæ. Sed qui malè distribuit prędicta beneficia, digniorẽ scilicet dimittendo, solũ peccat contra ordinem iustitię

Secundum aliquos, licet in electione minus digni, sit peccatũ cõtra charitatem, & iustititiam distributiuã, non est obligatio restitutionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

distributiuæ. Ergo nulli est obnoxius restitutioni, & huius etiã sententię est Merc. c. 17. vers. *todo esto*, tracta. de restitutione, & Sot. lib. 4. quæst. illa 6. art. 3. ad 6. Quia inquit, licet sit contra iustitiã distributiuã, sed nõ obligat restituere: quia non est iustitia distributiua, sicut cum agitur de bonis communibus ciuitatis, &c.

179

Verè restituẽdum est digniori, non solu beneficiũ, sed etiã fructus, a die electionis.

Mihi sanè lõgé videtur secus, teneri scilicet restituere digniori officiũ seu beneficiũ, imõ & fructus quos percepisset ex tẽpore quo exclusus est, vt docuit Caiet. dub. illo. & Med. vbi supra. Hanc sententiã mihi persuadeo hac valida ratione. Quia vt lib. 1. c. 2. probaui duplici cõstanti ratione, sola iustitię distributiuę læsio inducit obligationẽ restituendi, vt enim hic vno verbo dicã, iustitia omnis est dare vnicuiq; quod suũ est. Ergo qui quãcũque iustitiã lędit, auferet à proximo quod suũ est, sed quicumque abstulit à proximo quod suũ est in conscientia restituere tenetur. Igitur apertissimè consequitur ex cuiuscunque iustitiæ transgressione, nasci obligationẽ restitutionis. Aliãs diceremus ducẽ in bello, qui in distribuendo spolia nõ seruat debitã proportionẽ, secundũ personarũ dignitatẽ, nõ teneri ad restitutionẽ. Quod est planè absurdũ. Cũ ergo probatũ sit ista beneficia esse conferenda, secundũ dignitatẽ personarũ, tam ex legis positiuæ ordine, quàm ex eo quód sunt cõmunia præmia bonorũ, non dubium, quia illi habeant ius, & distributiuã iustitiam ad illa, secundum personarũ dignitatẽ, & per consequens præterieus hunc ordinem damnũ manifestum inferat, & ad restitutionem teneatur. De Episcopalibus verò beneficijs, vide infra illatione 16. vbi hanc propositionẽ temperabimus. Sed respondet Sotus in illa solutione ad sextũ, concl. 2. quod licet iniustitia prædicta obliget ad restitutionẽ, id est solũ verũ, quando bona reip. vel exercitus sunt distribuenda, quia tunc illis principaliter debentur, &c. Sed id iã nos exclusimus. Adde, quia cur rogo impediens â beneficij consecutione tenetur restituere, nisi quia ille habet ius petẽdi & procurandi? Si ergo iste præ alijs maius ius habet petendi illi ergo fit iniuria distributiua nõ conferendo.

Qui iustitiam distributiuã lędit, non minus tenetur ad restitutionẽ, quã qui lędit commutatiuam.

180

Argumentũ autẽ istorũ facilé dilues, si consideres fieri posse

posse, imo esse necessariũ vt læsio per iniustitiã distributiuã illata actu cõmutatiuæ iustitię cõpensetur, vt latè supra ostẽdi, lib. c. 2. dub. 2. quia ante & post diuisionẽ nõ sunt cętera paria, vt doctores omnes in ea specie fatẽtur, ante distributionẽ siquidẽ debitũ est cõmune, ac per hoc illud reddere distributionẽ esse necesse est: at post distributionẽ factã, debitũ propriũ est factũ, quãobrẽ illud restituere cõmutatiuæ virtutis actus esse debebit, vt ibi latius dixi. Vnde ipse Nauar. qui in hac concl. â nobis dissentit planè hãc ipsam doctrinã tradidit, vt ibi dicebã. Imo idẽ Sot. & cæteri eius opinionis expressè fatẽtur, cũ bona exercitus, vel Repub. diuidũtur esse dignioribus sub onere restit. cõferenda; cũ tamen constet eorũ sententia talẽ restitutionem opere cõmutatiuæ iustitię fore efficiendam. Vides igitur apertè argumenti illius vim non esse tantã vt aliqui volunt.

Læsio iustitiæ distributiuę resarcitur per actum commutatiuæ.

Adde secũdo, quia vt ibi disputãdo dicebã, non absurdè dici posset eã restitutionẽ esse actũ distributiuę iustitiæ quę lesionẽ periniustã distributionẽ datã repararet, vt ibi ostẽdi quo admisso argumentũ corruet omnino. Verũ aliter alij acrius cõtra hanc conclusionẽ sibi argumentari videntur: quia dicunt Prælatus v. g. religionis, qui monasterij ordine distributiuę iustitiæ neglecto dispensaret, proculdubio restitutioni nõ teneretur aliquid religioso dimisso, vel ei, qui minus dedit cũ esset maiori bono dignus, & tamen læsit iustitiã distributiuã, vt constat, cũ illa bona sint debita, vt cõmunia: igitur iustitia distributiua lędi-tur sine onere restitutionis.

Potest etiã ad æqualitatem reduci per actum eiusdem distributiuę.

181

Verum non minus facilé hanc argumentationẽ euertes, si perpendas attentius, primũ negari posse religioso particulari debui quidquã ex iustitia, sed solũ ex lege charitatis, & specialibus præceptis, & cõstitutionibus religionis, si enim votũ habet paupertatis, quomodo dominium, vel ius habebit ad tẽporalia bona? Aliãs posset in iudicio petere, vel læsionem, vel quid simile, quod non videtur: at in Ecclesiæ bona secus est, cum quidem capaces sint petentes dominij, & iuris ad dicta bona. Sed pono quod ex iustitia debeãtur dicta bona regulari, tũ sanè argumentũ

Religiosi voto paupertatis sũt impediti ad ius adquirẽdũ, & omnia quę illis sunt distribuenda de bonis cõmunibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non conuincit. Nam illa non est absoluta iustitia sed tantum subsidiaria, id est ad instantem necessitatem qua trã sacta nulla restat iustitiæ obligatio, ac perinde nec restitutio, qua de re statim dicemus. tom. 3. lib. 3. cap. 1. sicut enim (vt ibi explicabo) licet diues, extremè indigenti ex iustitia commutatiua debeat cibum, tamen si semel omisit dare, necessitate elapsa non tenetur restituere illi quidquã neque hæredibus, & si fame perijsset, quia subsidiariè debet, non absolutè: sic sanè in dicto casu dicendum deberi ex illo communi bono non est cuique regulari secundum exigentiã personæ, sed non ex iustitia absoluta, sed subsidiaria, & ideo necessitate transacta nihil ei restituendum est, non igitur quia distributiua iustitia est, sed quia subsidiaria dumtaxat est, cessat restituendi obligatio sicut cessat in commutatio subsidiaria vt dictum est.

Iustitia religiosorum non est absoluta, sed tantũ subsidiaria, secundũ instantem necessitatẽ, qua trãsacta, nulla manet iustitia.

182

Quarta propositio sit de alijs generibus beneficiorũ à duobus prædictis, scilicet de Canonicatibus, & personatibus Ecclesiarum Cathedraliũ, & collegiatarũ, de prælatijs, & simplicibus beneficijs. Et sanè de his facile nõ est iudicare. Nã cùm Doctores citati indistinctè doceant de omnibus beneficijs Ecclesiasticis esse dignioribus conferenda, sub peccato acceptionis personarũ, & id iura antiqua, & patres docuisse videantur, indequé necessario colligatur obligatio restitutionis (vt dixi) dicendum esset & mortaliter peccare prælatos, qui non conferunt dignioribus, & ita quod fere omnes essent in statu dãnationis, & quod ad restitutionem tenerẽtur, quę acerbissima esse videtur, si concedãtur, maximè cũ Concilium Trident. sola Episcopalia beneficia & Curata dignioribus esse conferẽda decreuerit, ex quo videtur consensisse cætera ab arbitriô Prælati distribui posse. Et cũ de Canonicatibus esset sermo, Sess. 5. decreuit Canonicatũ lectoris, & si qui alij sunt huiusmodi, digniori esse conferendos, & ita hodie seruatur. Vnde videtur cęteros Canonicatus arbitrio superioris legitimi reliquisse. Et in his fortasse locũ haberet opinio Glossę suprà citatæ Hugonem secutæ, quamuis illa de prælatis apertè loquatur, & fateatur, si de aliena Ecclesia assumatur, nõ satis esse, vt sit bonus sed optimũ esse debere

Sententia doctorum de electione dignioris non debet intelligi de canonicatibus, præstimonijs, & alijs beneficijs simplicibus, præter duo dicta.

183

Respon-

Respondeo ergo vt nobis pro nunc videtur, nõ esse peccatum ista beneficia dignioribus denegare, modò tamen dignis conferantur. Quis verò sit dignus infrà dicemus. Ratio est, quia si de iure humano sermo est, nullum videtur peccatum. Nam Concilium Tridentinum de Episcopatibus, Curatis & Canonicatibus Cathedræ loquitur. Antiqua verò iura non ita plana sunt, quę si essent, vt est cap. 1. vt Ecclesiast. benef. vbi sermonem facit Innocẽ. 3. de benef. non curato, tamen iam oppositũ est introductum, & ipse Papa facit, ut abrogata videatur illa constitutio. Si uerò de iure diuino & naturali loquamur, non videtur in his currere beneficijs. Nam vt suprà dicebam ex natura rei non videntur esse bona communia, & decertantibus debita, & ita nullam committi iniustitiam aut personarum acceptionem, si dignioribus non conferantur: sed tota res comissa videtur Papę & prælatis Ecclesię, vt ipsi arbitrio suo prouideant bonos & exemplares ministros qui etsi non sint meliores, tamen non ocioси, & cum scandalo viuant. Et ita magnopere putamus prospiciendum, vt liberati assumantur, qui vt plurimum, honestiores esse solent. Et ratio est in promptu, nam illiterati, tam per ignorantiam, quã per otium flagitioси esse solent, at literati homines per ignorantiam peccare non possunt, otio autem non tantũ loci est propter studium, & literarum occupationem, atque ita melius & vtilius consulitur Ecclesiæ Dei, isto modo.

Non est peccatũ reliqua beneficia prætermissa, denegare dignioribus, dũmodo dignis conferantur.

Ex natura rei, nec secundum ius diuinũ simplicia beneficia nõ sunt præmia aut veluti bona cõmunia decertantibus debita.

184

Vnde Sotus art. illo ad primum putat non esse peccatum (nisi raró) relinquere digniorẽ: sed dicit peccari semper peccato acceptionis personarum, quod ego sanè non intelligo. Nam si peccatum est semper, & id contra iustitiam distributiuam, cũ vt ipse simul fatetur, si materia grauis, nescio cur nõ sit mortale. Sed vt dixi ad vitandũ peccatũ non videtur necessariũ, aut quôd sit eminentior, aut quôd sit literatus: sed satis est, quôd suũ munus exequi sciat, & soleat, quod pulchrè explicauit Inno. 3. in d. c. grauc. Cũ grauiter reprehendit eos, qui non assumunt idoneos, sed indignos. Explicat quis sit indignus, cui scilicet, nec morũ honestas, nec literarũ scientia suffragatur, idoneos

Qui sunt digni, aut indigni ad electionem.

neos verò eos esse, qui Deo & Ecclesiæ gratũ impẽdere simulatũ velint & valeãt. Et ita docuit Glos. in c. sicet ergo citatũ, quòd ille bonus est, qui nõ scitur esse malus. Et ita dicẽdũ est de beneficijs patrimonialibus, in quibus nõ est necessariũ esse meliorẽ, aut literatũ, sed arbitrio patroni, modo tamẽ sit aptus ad suũ munus, & nõ sit malus, & ita habetur in c. monasteriũ. 16. q. vlt. Vbi dicitur quòd potest cui voluerit cõmodare, si malus no existit, & ita docuit Sot. vbi supra. Couar. in reg. peccatũ. 2. p. §. 7. nu. 5. S. Th. 2. 2. q. 85. art. 3. Licet oppositum dicat Mai. in 4. dist. 24. q. 7. idẽ Conc. Trid. Sess. 25. c. 9. de reformatione, quod limitat Sot. nisi beneficiũ haberet curam animarũ. Tũc enim iniquissimũ putat, vt dignior dimmittatur.

185

beneficiũ primoniale, potest patronus conferre cui voluerit qui nõsit malus

Ex his ergo oportet quędã inferre, primũ, malè docuisse Sot. lib. illo 3. quæst. 6. art. 2. quòd ex Iust. commutatiua prælati tenentur meliorem eligere, & nõ ex distributiua, quia inquit sacerdotia non sunt præmia meritorum, sed quia electores tales ministros (meliores scilicet) debẽt eccleſijs ex ratione iustitię commutatiuæ, cũ dentur illis decimę, vt meliores ministros quęrant, sicut etiam ex iustitia commutatiua tenentur sacramenta ministrare, prædicare, &c. ob quę munera dantur decimæ. Id inquam non placet: Primum, quia vt probauimus iure naturali & diuino non est melior eligendus, nisi suppositа ordinatione ecclesiæ, quia suppositam est iuris naturalis (vt diximus) sicut in Canonicatu, verbi gratia cathedrę, post ordinationem Ecclesiæ de iure naturali est, vt detur meliori, cùm anteà non esset, at si ex natura contractus decimalis fidelium cum prælatis nasceretur hæc obligatio: sicut sacramenta dare illis, est iuris naturalis iustitiæ commutatiuę, ita & hæc esset. Secundo quia vt supra ostendimus ex D. Thom. & omnibus peccatum acceptionis personarum est omittere dignioręm, quod certè non est contra commutatiuã, sed cõtra distributiuã. Tandem, quia vt supra obiiciebã, cùm examinarẽ rationes Soti. Vnde colligit ipse teneri electo ẽ meliorẽ præficere? Dicit quòd ex natura cõtractus decimalis, quia ob id dantur decimę. Sicut tenetur princips minister meliores eligere, si ei assignetur stipendiũ, vt dignioribus

Male Sotus ait teneri prælatos eligere meliores ex iustitia commutatiua, non ex distributiua.

Dignior est eligendus iure naturali & diuino post ordinationem Ecclesiæ.

186

gnioribus dispensęt. Sed contra, quia talis conditio nõ est explicita in decimarum sole. Neo implicitè, quia ex delicto nullus tenetur, nisi de lata culpa, at non est lata culpa, si idoneũ præfecit, sicut nõ peccat ministrãdo sacramẽta, & prædicando, &c. bene sine lata culpa sua. Alias teneretur ex iustitia commutatiua ex vi decimalis contractus meliori modo quo posset prædicare, sacramẽta dare, &c. q est absurdũ. Deniq; quia, qui eligeret idoneũ teneretur restituere aliquid Ecclesiæ, siquidẽ omnis transgressio iustitiæ cõmutatiuæ inducit obligationẽ restituẽdi, quod profecto in Ecclesia nunquã visum est: quid enim restituet, si ecclesia nullum damnum passa est? nisi solùm, quod non habuit præstantiorem? quę verò Sotus adducit eadem 2. concl. ex illo *dignus est operarius*, &c. probant melio rẽ, sed bonum esse eligendum, & id ex ratione iustitię commutatiuę, vt ipse bene docet, & nos supra diximus.

In decimali cõtractu, non includitur obligatio de dignioribus eligẽdis.

Illud verissimè fatẽdum est in hac parte, quia examinatores qui obsynodum & Episcopum iudices sunt, constituti tenẽtur ex iustitia cõmutatiua meliorẽ iudicare adeo vt si nõ faciãt, teneãtur ad restitutionẽ dimisso. Et ratio est, nã illi nõ sunt collatores, id enim Episcopus facit, de cuius restitutione iã diximus, sed sunt tãtũ iudices qui ex officio ad explorãda & põderanda merita sunt creati, nõ minus ac custos prædij qui ex officio manifestare tenetur veritatẽ, quã si tacet, aut quod peius falsum proponit, cõferẽs furtũ innocẽti, plane dãnorũ illorũ causa est. Sicigitur illi positi sunt vt obseruẽt, & notẽt cãdidatorũ merita, & ea prælato manifestẽt, si igitur veritatẽ tacẽt, nõ indicando dignioręm, uel quod peius est, minus dignũ præferędo & proponẽdo, plane delinquũt cõtra rationẽ sui officij, ac perinde cõtra iustitiã cõmutatiuã, illi enim vt dicebã, nõ ad distribuendũ vocati sunt, sed ad declarandã veritatẽ prælato. Quod ipsum etiã cõstat exẽplo testatoris, qui fraude, aut mẽdatio deceptus legatum non relinquit Petro, qui tamen si veritatem ipsam cognouisset reuera relinqueret. Si igitur prælatus veritate cooperta, quod ille non est dignior, sed alter, non illi, sed alteri conferet, plane deceptus dici potest, & eius animus in voluntarię & iniustę

Si ex decimali contractu dignior esset eligẽdus, aliqua esset restitutio ecclesiæ faciẽda.

Examinatores synodales tenẽtur ex iustitia cõmutatiua explorare merita oppositorum & meliorẽ proponere prælato

187

Examinatores qui falsa informatione inducerent prælatũ ad electionẽ minus digni, tenẽtur ad restitutionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuste seuocatus ob dignioris electionē, siue fraudē & imē datio examinato eis, siue illius iniuria & negligētia in explorando merita, culpa enim lata dolo æquiparatur.

Male Sotus dicit beneficia nō esse instituta, vt præmia meritorū.

Dices non accipiūt stipendiū, non ergo tenētur de lata culpa. Respondetur quod cū ex officio habent, etsi mercedē non capiant, tenentur delata omni sententia, vt tom. 2. dicemus, tenētur enim esse fideles in officio, cum enim mercedē accipiant tenētur deleui (vt omnes fatentur) vt de prædicti sine dubio tenētur, & deleui meo iudicio tū quia re uera mercedē accipiūt, & eis est assignata, quia si alii qui illi renunciāt, tantū est ac si accepissent, nō enim ob eorū renūtiationē officij naturalis obligatio cessare debet: tū quia honos officij qui nō parum est locū haberet mercedis, imo est præcipua merces, quamuis non putemus errare eos qui huiusmodi honores fugiunt, maximoq; cū periculo iniuriam & restitutionē incurrendi, semper enim in ijs humana quędam est: et ô & sanctiss. obripere solet.

188

Secundo infero malè ex hac doctrina intulisse Sot. cōclusione 2. quōd beneficia nō sunt instituta, vt præmia meritorū: quia vt supra diximus, & si præcipua institutio sit, vt ecclesia haberet idoneos ministros, tamē etiā sunt minus principaliter, vt præmia proposita, vt supra ostēdimus, & ipse Sot. quē supra retuli conc. 1. propositione 2. nō sibi cōstans sensisse videtur, conc. 9. ratione 2. & eodē art. §. moxalia aperte dicit beneficia esse bona cōmunia ecclesiæ.

Qui eligit indignum, nō tantū peccat mortaliter, sed in vtroq; foro electio est nulla.

Tertio infero, quōd si de facto eligatur indignus, nō solū peccat mortaliter multis de causis: ut dixi in prima propositione, sed collatio est nulla in vtroq; foro. Et sanè in cōscientia planū est, eū Papa non sit dominus beneficiorū, nec alij prælati, sicut sunt domini sui patrimonij, sedtā tū sunt dispēsatores. Et sanè cōstat eligere indignos, nō esse dispēsare, sed dissipare, & ita si dñi nō sunt, neq; aliàs ex iure facultatē habēt sibi cōcessā, imo, ēcōtra sublatā, nō possunt trāsferre dominiū in alterū, imo ex parte etiā recipiētis videtur esse incapacitas, vt iura videtur decernere, cūsit ineptus ad officiū & beneficiū. Deniq. vbi furtū cōmittitur dominiū nō adquiritur: cōstat autē tā cōferentem, quā indigeū recipiētem beneficium, recipere inuitis

189

In tali electione non transfertur dominiū sicut & in furto

fidelibus

fidelibus, qui ea conditione decimas soluunt, vt sibi idonei ministri præficiantur: ergo collatio est nulla. Nec fructus, facit suos: imo & damna alia ex tali electione sequuta tenetur resarcire, & ita in foro exteriori per appellatio nē priuatur beneficio, qui probatur indignus, & ita si in cō scientia adquisiuisset dominio non priuaretur, & vt aduertit Mercado cap. 17. etiam in officio publico iustitię, vt auditoribus regijs, perquisitoribus, iudicibus, rectoribus, &c. si indignus eligitur, & peccatum est mortale, & damna sequuta tenetur eligens restituere.

Qui eligit indignum non tā tum beneficiū, & fructus, sed alia damna ex electione sequuta, tenetur resarcire.

Quarto colligo, vt existimat Sotus concluſ. 8. & Couarr. vbi supra, Gab. dub. illo, 1. in solutione argumenti, S. Thom. quæst. illa 8. artic. 6. Mercad. cap. 17. quòd in exteriori foro validae st electio digni, dimisso digniori. Et mihi ita videtur, id enim non est aliud dicere, quā quod in iudicio non datur actio digniori contra dignum, vt habetur in capite cum nobis, de electionibus. Idem colligitur ex cap. cum dilect. eodem, vbi non quassatur illa electio, etsi digniores erant in eadem Ecclesia. Et meritò sanè, vt ipsi ratione assignant, nam si locus esset apellandi digniori, & in discrimen adducendi electionem, magna oriretur litium conturbatio, & quæuis electio pateretur calumniā: nec in tali foro facilè est librari meritorum momenta. Et hoc est quod voluit glossa, in cap. Licet ergo. vt Sotus interpretatur, & in hoc sensu verissima est. Vnde putat Sotus, quod semel electo digno, non potest Rex aut Papa, electionem irritare in fauorem dignioris. An uerò restituere teneatur vel prælatus eligens, vel electus, in foro cōscientiæ reliquare beneficium in fauorem dignioris, iamsupra diximus. Vnde colligit Merc. quod maior diligentia debet fieri ab eligente seu præsentante, quā à confirmante. Hęc enim scilicet vel esse dignum, imo quod non constet esse indignum, sufficit ad hoc quod electio & confirmatio valeat.

Electio digni in foro exteriori, valida est relicto digniori.

190

Semel electo digno, nec Rex, nec Pōtifex, potest irritare electionem in fauorem dignioris.

Quinto colligo quo pacto verum est quod docet Sotus concl. 9. in principio, quod est de iure diuino eligere meliorem, id sanè intellectum verum est. Quia supposita ordinatione ecclesiæ, vt dentur meliori, vel vt sint præ-

Non est de iure diuino electio digniorisi, nisi supposita ordinatione Ecclesiæ.

mia

Universidad de Deusto
Biblioteca

mia meritorum, est de iure naturali & diuino: at ex naturâ rei, si nulla nempe esset circa hoc explicatio, nisi sola beneficiorum institutio, nõ video esse de iure diuino. Nõ enim videntur de iure diuino esse prẽmia meritorum. Aliàs cur alia beneficia non curata, vt Canonicatus, &c. non sunt conferenda iuxta dignitatem personæ? Cur enim ex sua institutione non sunt hæc prẽmia sicut illa? Neque etiam est dicendum, quod qui ante omnem iuris dispositionem eligebat dignum, peccasse mortaliter. Id enim etiã in Curatis & Episcopatibus passim fiebat. Item esset dicendũ, esse de iure naturali in religionibus, meliorẽ eligere, quod non videtur, sed tantũm ex suis constitutionibus. Item si dignior iure diuino & naturali est eligendus: iam ergò si sit de eadem ecclesia, non posset eligi dignus, quod sanè infra illation. 11. ex sententia eiusdem Soti, docebimus.

91

Nec verò rationes Soti, vt supra dixi, probant eligendum esse meliorem. Quia, inquit, ecclesię beneficia iure naturæ sunt ex bonis communibus populi, ergò tenetur iure naturę, ex iustitia commutatiua, meliorem ministrum illi prẽficere, &c. Id enim solúm colligit, teneri iure naturę, bonum eligere, vt latius dixi supra. Aliàs teneretur iure naturæ Sacramenta conferre, prædicare, &c. meliori modo quo possit facere. Si quidem decimas accipit ob ea munera: quod sanè est â ratione alienum. Satisfacit ergò iuri naturę, & diuino, si bonum & idoneum eligat, sicut si ipse dignè sua munera prẽstat. Quod verò Sotus obijcit, quòd dignus respectu magis digni, non est dignus, & ita non satisfieri obligationi iuris naturę, nil valet: quia si respectu officij dignus est, imò etiam respectu alterius, licet non tantũ ac alter. non potest dici esse indignus.

Sufficiẽter satisfiebat iuri naturæ, & diuino, ante ordinationem Ecclesiæ eligendo dignum, secus post Ecclesiæ ordinationem.

Sexto colligo cum Soto, conclusione illa. 9. §. sequitur post hæc. Quod Religiosi tenentur meliorem eligere, vt ex dictis patet, & eorum constitutiones ad id obligant, nisi quando dignior eligi non potest. Sic enim liceret non suffragari digniori: verbi gratia. Est Petrus dignissimus Paulus dignior, Ioannes inferior: si ego suffragor Petro dignissimo, inferior vincet, sed me accedente ad Paulum, ipse

Religiosi tenentur etiam eligere dignioré, si possint.

192

ipse eligetur: sanè possum, & teneor pro medio, & non pro digniss imo suffragari (vt ait Sotus) etiam si iurauerim eligere digniorem: quia iuramentum obligat cum aliquid prodest digniori suffragium. Immo in hoc casu verè impletur obligatio, & iuramentum de digniori eligendo, suffragando pro medio, quòd ea ratione constat. Quia si suffragaretur digniss imo, eligeretur infimus, at si non suffragaretur illi eligeretur medius, qui est dignior, igitur hic & tunc pro digniori suffragor.

Septimo colligo idem esse dicendum de cathedrarum prouisione, quidquid dicat Sotus 4. de Iustitia. quæstione 6. articul. 3. ad finem, & Nauar. cap. 17. numer. 79. eo excepto, quòd ad cathedram magis attendi debet literarum scientia, quàm alia dos animi. Ille enim magis aptus est ad legendum, etsi non ita sanctus, at in religionibus plus requiritur de sanctitate, quàm de literis, in beneficiis verò ecclesiasticis vtrumque necessarium est, quę omnia ex fine probantur. Quia vt bene docuit Sotus concl. 4. & Couarr. vbi supra, ille dicitur idoneus, qui ad officiũ ad quod eligitur aptior est, constat autem ad legendũ aptiorem esse doctiorem cum mediocri bonitate morum, ad religionem verò probiorem cum mediocratate scientiæ. Vnde Beatus Franciscus, & Beatus Dominicus, (& nostris temporibus venerabilis ille magnitudine animi, et excellenti virtute præclarissimus Ignatius Loyola Societatis Iesu institutor) sanctissimi magis, quàm literatissimi perhibentur fuisse. Ad ecclesiam verò docendam verbo et exemplo sanè requiritur vtrumque, vt cõstat. Et ita videtur nobis, quod examinatores beneficiorum, et Regesin episcopatibus conferendis duo hęc potissimè ante oculos habere debent, scilicet eum qui prę stat et morum honestate, et studio literarum, deinde ętas, prudentia, &c. considerandæ sunt.

Ad cathedras in literis præstãtiores sunt eligendi, licet in moribus, non ita excellant, secus vero in religionibus, at in beneficijs Ecclesiasticis, vtrũq;

193

Quæ debeãt attendi in ijs qui eligẽdi sunt ad Ecclesiasticabeneficia.

Et in hac collectione potissimè verum est, quod supra docuimus. Nam non solum ex sua institutione, et voluntate fundatoris sunt stipenda lectorum, sed et prẽmia meritorum, et ita non solum ratione iuramenti, sed etiam ratione iustitię distributiuæ tenentur Scholast. melio-

Electores cathedratici, nõ solũ ratione iuramenti, sed ratione iustitiædistributiuæ tenẽtur eligere digniorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meliorem eligere: aliàs non erunt â restitutionis obligatione immunes, vt supra diximus de beneficiis. Neque in conscientia valida erit collatio, sed dimittere tenetur, qui
194 manifestè minus dignus est. Dixi, *manifestè*: quia vt Sotus adnotauit in prima & secunda limitatione 9. conclusionis non est peccatum mortale, vel quando non multum refert minus, de quo agitur, vel quando personarum excessus non est tantus, vt videatur ad rem notabiliter referre. Non enim Deus, aut iustitia cogit tam anxiè personarum merita explorare, quod ad vitandos scrupulos tam Scholasticorum respectu cathedrę, & examinatorum respectu beneficiorum, religiosorum respectu prętati, & regis in Episcopatibus, bene adnotatum videtur. Quamuis non tam notus esset excessus, tenerentur peritiores & probos viros consulere, ne ignorantia crassa dimittat dignioręm. Non enim excusatur â peccato & restitutione. Et ita ipse Sotus est intelligendus, vt scilicet nõ omittat debitam diligentiam. De impediente verò cathedræ consecutionem vide infra in hoc. 2. lib.

Qui suo iudicio & industria non valeret perpendere merita in eligendis, tenetur consulere peritiores.

Octauo infero, non placere Sotum artic. illo. 2. con. 9. §. cõtra hęc dicentẽ; peccare minus dignum acceptando, sicut conferentem concedendo: quòd etiam si sit indignus tenere videtur. Probat, quia si quis eleemosynam porrigat, non patri sed extraneo, non pauperi, sed histrioni, licet ipse peccet, tamen qui recipit illam non peccat: ergo à simili, id enim non est simile, quia vel vterque est in extrema vel graui necessitate, & tunc non peccat extraneus recipiendo. Quia ipse habet ius ad vitam suam tuendam; at in nostro casu minus dignus nullam habet ius in concurrentia dignioris: vel vterque est extra necessitatẽ, & tũc cũ filius dñs sit pecnię, potest dare extraneo, & histrioni & ita ipse recipere, ad electorem nõ est dñs beneficij: si verò pater est in necessitate, & alter nõ, saltẽ peccaret accipiẽdo, cũ cooperetur peccato filij, cũ ipse ius nullũ habeat, & ita est in præsenti. Nam dignior habet iustitiam distributiuam ad beneficium, quã non habet minus dignus, & ita communicaret peccato conferentis. Maximè, quia vt supra dixi, collatio in conscientia non est valida, vt ipse Sotus

Cõferens enim & dignus acceptans beneficium, peccant mortaliter dignior prætermissõ.

195

tus videtur sentire artic. illo 3. in solu. ad 3. Et ita committit furtum accipiẽdo & retinendo. Et sanè quod Sotus insinuat id esse verum, etiam quando est indignus intolerabile est. Et miror cum ipse dicat esse de iure diuino, & naturali, vt melior perficiatur, quomodo nõ peccet qui vel indignus, vel non dignior retinet contra iustitiam distributiuam?

Nono colligo cum Soto æquissimam esse eam legem, qua ad beneficia non assumuntur, nisi ex ciuitate vel natione. Id enim est conforme decretis patrum, quæ volunt de eadem Ecclesia assumi: & amor naturalis multum iuuat & lites euitat, & incolæ ea spe animantur liberos literis, & moribus informare, maximè cùm ipsi suo labore decimas ex quibus sunt beneficia soluant, & inter hos præstantior est eligendus, quod in Curatis ipse maximè cupisset & consultasse in Concil. Trid. testatur. In cathedris tamen & collegiorum præbendis non putarem ita esse cõueniens. Sed quòd dentur præstantiori etiam alieno, sed cæteris paribus certè erat maximè necessarium, vt præferrentur, cùm ex eorum bonis & decimis illa sint instituta præmia.

Æquissima est lex, qua præcipitur ad beneficia, non esse eligendos, nisi ex ciuitate, vel natione.

In cathedris & in præbẽdis collegiorum, nõ apparet illa lex ita expediens.

Decimo infero cæteris paribus aptiorem esse Theologum, quàm Iurisperitum, ad Episcopatum & animarum curam, & ita præferendum, vt scitè probat Sotus vbi supra concil. 10. Merc. ca. 17. versic. *cerca de la*, de quo lege Caiet. 2. 2. q. 185. art. 7, Syluest. episcopus. q. 4. Concil. Trid. Sess. 22. cap. 2. Sess. 24. c. 18.

196

Theologus aptior est Iuristis & Canonistis ad Episcopatũ & animarũ curam.

Vndecimo infertur cum Soto in solutione ad 4. huius art. 2. quod si dignior est de aliena ecclesia, & dignus de eadem, præfici debet dignus naturalis. Ita enim videtur esse ab ecclesia sancitum in cap. nullus. 16. d. Et apertè in cap. obitum, eadem distinctione. Et ad idem citat Sotus caput Metropolitanum, 73. distinct. Hanc autem doctrinam non sic ego intelligo, vt Glos. vbi supra in d. ca. licet ergo. Quod scilicet si est de eadem ecclesia satis est dignum eligere. Id enim falsum est, vt supra ostendimus, sed ita intelligo, quòd si in eadem ecclesia sint plures digni, dignior præferri debeat, sed si vnicus esset dignus,

Dignus de eadem Ecclesia, præferendus est dignior de aliena.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut pauci æquè digni, tum concurrenti digniori extraneo esset præferendus. Ratio est plana: quia dicta iura id solũ disponunt, ne eligatur extraneus, nisi nullus esset dignus in eadem ecclesia, quod Cœlestinus, atque Gregor. Rom. Pont. vix possibile esse censent, ex qua dispositione solũ colligitur, quod quocunque digno existente, illi dari debet in concurrentia cum extraneo, non tamen in concurrentia cum digniori eiusdem ecclesię, & ita apertè dicitur in cap. Metropolitano 63. d. quod ex presbyteris eiusdem ecclesię melior eligatur, & optimus, & hoc forsan caput citauit Sotus, cùm allegauit d. 73. Sed contra apertè videtur esse statutum in cap. ad decorem. de Inst. Sed benè respondet glossa in cap. bonæ memoriæ, de postulationibus, quod ibi vtrique erant extranei, & ita bene docet Innocen. 3. quod erat acceptio personarum. Sed quid nomine eiusdem ecclesiæ intelligitur glossa in d. cap. nullus putat capitulum intelligi. Sed ego putarem clerum de Dioceſi, vel ad minus de Ciuit. Primùm, quia inquiunt Pont. vix credere non esse dignum ex eadem ecclesia, quod sane respectu Dioceſis, vel Ciuitatis verum habet, magis quàm in solo cap. & sanè de ciuitate plane intelligitur. Nam sic ait Cœlestinus in d. cap. nullus. *Si de ciuitatis ipsius clero nullus dignus (quod vix credimus) reperiatur,* & in cap. Sacramentorum dicitur Episcopus secundum statuta canonum de propria Dioceſi eligatur.

In concurrentia cum extraneo digniori, potest dari beneficium digno, secus autem in cõcurrentia cũ alijs de eadem ecclesia.

197

Cũ dicitur eligendum esse aliquem de eadem Ecclesia, debet intelligi de clero eiusdẽ Dioceſis, vel Ecclesia, non verò solum capitulum

Sed non est cur in hac re multum immoremur, cum mihi videantur ista iura esse abrogata oppositа consuetudine, qua video Episcopos, non solum non ex eadem Cathedrali, sed ne ex Dioceſi quidem eligi, quin verò omnino externos ecclesię præfici. Id solum seruari video, ne alterius nationis sit electus, sicut in Hiſpania, Italus, aut Gallus. Cuius rei forsan ea est ratio. Nam cùm olim eligeret populus & clerus, conueniens erat, ne extraneus quæreretur, cùm in propria ecclesia digni, ac digniores esse possent: nunc autem Rex eligit, atque ita ex proprio regno semper præsentat. Tum vt omnibus satisfaciat. Tum etiá quia respectu eligentis omnes sunt naturales, sicut respectu cleri, qui antea eligebat naturalis erat quicunq; de Metropoli

198

Rex eligens potest ex quauis regni parte eligere, nisi aliud

tropoli vel Dioceſi. Sed in hoc seruanda est meo iudicio consuetudo. Nã neq; etiam Rex potest pro libito eligere adhuc ex suo regno, propter diuersas leges & cõditiones, quibus regna ei se tradiderunt, inter quas ea esse solet, ne prælatię, aut dignitates huius regni dentur hominibus de alio regno, etiã sibi subditis, &c. Imo nec in parochialibus beneficijs prædicta iura seruari video. Nã si dignior ad cõcursum accesserit, ei confertur beneficiũ, vndecunq; sit quod & cõsuetudine receptũ est. & Trid. Conc. dispositioni valdè cõsentaneũ, nec nõ rationi, ordiniq; iusticię distributiuę. Illud nunquã laudabo, vt cæteris paribus naturalis non præferatur. Id enim & prefatis antiquis iuribus & rationi, naturaliq; societáti, & charitati inimicũ est.

iura specialia regni concessa disponant, vel saltem consuetudo.

Duodecimo infertur cum Soto eodem art. 2. ad fin. quod licet actiua electio Romani Pontificis meritò sit penes Cardinales, vt habetur in cap. in nomine Dei, & in capite, licet, & in cap. vbi de electionibus. Quorum vltimum est in 6. Cuius ratio ea est, ne tantus Episcoporum cœtus ex remotissimis regionibus cogeretur, vel vt ego etiam suspicor. Quia cum olim de iure electio Episcopi esset penes clerum eiusdem Ciuitatis Metropol. aut totius Dioceſis, vt paulò ante dicebam, id in sua integritate seruatum est Romę vsque hodie. Nam Cardinales Curati parochiales fuisse perhibentur. Vnde cùm Reges Romę non fuerint dominati, sicut in Hiſpania, & alijs locis, remansit electio prisca. At passiua electio nullo iure, aut ratione esse debet necessariò in senatu Cardinaliũ, nec rumor vulgi, quod non possit eligi nisi Cardinalis verus est. Et quamuis quia summus Pontifex, simul est Episcopus Romanus & vniuersalis Ecclesię Pastor, ob primum que videbatur eligi debere ex clero suę Dioceſis, secundum antiqua iura, quorum locum habent Cardinales (quia vt supra diximus, si dignus est in sua ecclesia, ex ea assumi debet Episcopus) tamen quia simul est summus, & vniuersalis totius Ecclesię Antistes, oportet, vt non sit passiua electio restricta ad clerum Rom. quin ex alijs Ecclesiæ patribus eligi possit, cùm munus referat, summum omnium Ecclesiarum prælatum

Actiua electio Pontificis, est penes solos Cardinales.

199

Electio vniuersalis Pontificis non ex vna tantum, sed ex vniuersa Ecclesia. est eligendus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dignissimum esse,& inter eos selectissimum, quod & syn ceritati Euangelicæ, & ne personarum acceptio admitti videatur maximè congruit.

Decimotertio infertur ex Soto, pensiones non tuto dari nisi dignis. Vocat autem Sotus dignos tum solum, quando pro altaris ministerio, vel saltem seruitio ecclesiæ temporali, vt quia ecclesiam defendit, vel eius negotia gerit in Curia, aut Concilio, vel si esset lis de beneficio, & ad eam dirimendum pensio alteri assignaretur. Sed iam in hoc difficultas meo iudicio non est. Quia ex Decretali Pij V. tenentur pensionarij, qui studij gratia, vel alia via ad clericatum tendunt, dicere officium B. Virginis, & ita iam datur ob officium: de alijs vero secularibus id seruabitur, quod diximus, quāuis etiam de his pēsionibus quas à Rege concessas habent, serui, aut filij seruorum regis, non sit habendus scrupulus. Nam cū regi concessa sunt, quia pugnat pro ecclesia iam satis iustificantur.

Pensionarij tenentur recitare officiū B. M.

200

Rex potest licite secularibus conferre pensiones.

Decimoquarto infertur idem esse de resignantibus, vel renunciantibus beneficia. Nam illi tenentur digno simplicia, digniori, si curata sunt, renunciare, nec quòd Episcopus faciat collationem, tollet peccatum resignantis infauorem consanguinei vel alterius non idonei. Et specialiter de pueris docet Sotus ob defectum ætatis, etiam si bonæ sint indolis indignos esse. Et sanè ita videtur, cùm sæpius vsu veniat, vt qui bonam speciem fecerunt de se, cū primum ditantur ex ecclesiasticis bonis, superbiant, nec literis se dare curent. Quamuis dici posset satis esse si digno renuncientur. Nam iura solum loquuntur de præsentante & conferente per viam vacationis: & ita seruatur in praxi: non enim dignioris inquisitione, & concursu conferuntur renunciata beneficia etiam Curata.

Renuncians beneficium, si sit simplex tenetur conferre digno, si curatum digniori.

201

Decimoquinto colligo, inquisitionem dignioris nō vno modo semper fieri oportere: Nam in beneficijs Curatis fit per edictum publicum, & examen Episcopi & electorum Synodalium. Cathedrarum vero per suffragia Scholasticorum: & in his cùm certè sint personæ ad distributionem accedentes facilè est scire, cui fit iniuria distributiua, at in Episcopatibus non ita fit, sed sola regis præsentatione,

Inquisitio dignioris ad beneficia curata, fit per edictum, & examen Episcopi, & electorū Synodalium.

ne, ipse verò rationabili quadam diligentia ex sibi oblatis à secretario, vel alio eo quid officij habet explorandi, scilicet digniorem, tenetur eligere digniorem, & restitutio meliori ex illis esset facienda. Nam licet sint alij meliores in regno, sed non tenetur Rex omnes explorare & indagare, id enim esset laboriosissimum. Sicut ergo olim Episcopatus non conferebatur digniori totius regni, sed digniori ex illa Ecclesia, ita modò rex non tenetur digniori suorum regnorum, sed digniori ex cognitis humana quadam diligentia, vel digniori eiusdem Ecclesiæ, quod fortasse securius esset, & sine dubio iuribus magis conforme. Qui verò Regi idoneos offert suę animę consulat, ne quos digniores nouerit silentio transeat.

Cautius esset, & canonibus conformius, ad Episcopatū eligere dignioré eiusdem Eccle

Decimosexto. Hinc inferendum esse de obligatione eius, qui aliquem impedit à consecutione beneficij, de quo tamen aptius infra dicemus, est enim generale ad omnia talia temporalia: interim verò legatur Sotus libr. illo 4. de iust. quæst. 6. art. 3. ad 6. & Cuiet. 2. 2. quæstione 62. art. 2. dub. 3.

Decimoseptimo. Existimarem pro temperanda sententia nostra de restitutione, quòd ea non intelligatur de Episcopalibus beneficijs. Valdè enim durum appareret, quòd Rex, aut Papa, aut secretarius, & alij cooperantes, vt detur digno, digno dimisso digniori teneantur restituere. Tum etiam quia non videtur, cui restituere debeant, non Ecclesiæ, cui satis fit eligendo dignum. Necmeliori dimisso, quia vel meliori ex regno, vel ex ecclesia in qua vacat, non ex Ecclesia, seu Dioceſi. Quia vt supra ostensum est, contraria consuetudine sunt abrogata iura antiqua statuentia, vt ex eadem Ecclesia dignior assumatur. Et ita hodie non magis habet ius qui est de eadem Dioceſi, quàm alius quicunque de regno. Neque digniori de regno, quoniam id forè impossibile est cognoscere & explorare. Si etenim ille ius haberet, ei verò non daretur, peccatum esset mortale: cum obligatione restituendi. Præterea quia si illius tempore per multa essent Episcopalia beneficia vacantia, atque prouisa illi omnia deberentur, quòd sane concedendum non videtur.

Ad Episcopatū, eligens dignū prætermisso digniori, non tenetur restituere.

202

Ad Episcopatū modò non habet magis ius qui est de eadē Dioceſi, quàm alius quicunque de toto regno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dices saltem debetur digniori ex regno qui rationabili quadam diligentia indagari potest, puta ei qui ex præsen
203 tatis à secretario in memoriali dignior erit visus. Sed neque hoc videtur, sequeretur enim, quôd soli memorati à secretario ius haberent ad Episcopatum, & non alij meliores, atque ita in potestate secretarij, imo fortasse in eius malitia, situm esset dare vel auferre ius aliorum. Nam si ille scribit (verbi gratia) Petrum, Petrus iur habet, & si dimittit Paulum illo digniorē Paulus non haberet ius, quæ profecto constanti & firma ratione carere videntur.

In Episcopalibus, aut alijs beneficijs, & curatis, quæ conferūtur sine oppositione, si cō ferantur digno relicto digniori non laditur iustitia distributiua, nec inducitur obligatio restituendi.

Igitur putarem sic esse dicendum: Vt Episcopalia beneficia & quæcunque alia etiam curam animarum habentia, quæ citra oppositionem conferuntur, non sunt conferenda dignioribus de iustitia, ita vt illorum prętermissio possit iniusta damnificatio appellari, & ad restitutionem oblige: quod ea potissimum ratione explicari posse arbitror. Nam beneficia Ecclesiastica ex sua institutione (vt sæpè dixi) non sunt bona communia, sed solū ex iuris dispositione, quod illa bona præmia laborantibus proposita esse voluit, licet ex secundaria obligatione. Primario enim, vt ostensum est, stipendia sunt bonorum ministrorū:

Beneficia ecclesiastica ex sola iuris dispositione, sunt bona cōmunia, & hoc secūdario.

quandocunque ergo Ecclesia non vocat vniuersaliter elegendos per publicum edictum, vel alia ratione, vt qui velint accedant, non efficit illa communia bona, sed tātum manet obligatio reddendi digniori ex fidelitate, & præcepto superioris: at quando vult examine præcedenti conferre, & edicto publico omnes vocante, qui venire volēt, iam sane illa communia præmia esse voluit, & pro ratione meritorum distribuenda. Vnde eo ipso quod quis petit oppositionem, & admissus est in oppositorum numero, iam habet ius ad rem, ita vt illi iniuria & iniustitia fiat si cum dignior esset, nō eligeretur. Sicut in rep. tēporali, cum præmia communia proponuntur ijs qui volunt venire ad certamen, meliori certè ex mera iustitia debentur. Et idem est in cathedris, & in certaminibus poetarum, & oratorum. Si enim non dentur digniori iniustitia committitur, & est restitutionis obligatio.

Eo ipso quod quis admittitur ad oppositionem, habet ius ad rem, & sit illi iniustitia si fit dignior, & illi non conferatur.

Verum quidem est, hanc differentiam esse, quod prędicta reipubl. temporalia præmia cursoribus, seu luctatoribus proposita, Poetis, & Oratoribus, principaliter sunt ad id ordinata, vt sint præmia & bona communia decertantium. At beneficia Ecclesiastica & cathedræ, & similia
204 principaliter sunt stipendia bonorum ministrorum: cum hoc tamen ex Ecclesiæ iustissima ordinatione facta sunt simul præmia meliorum, vt supra diximus. Vnde quoduis beneficium, Cathedra, Collegiatura, Canonicatus, & Præbenda, quę confertur concursu, & edicto præcedenti, quo omnes venire volentes, vocātur: sine dubio bonū est communiter venientium, & digniori ex iustitia propriæ & strictè reddendum. Sed de his satis & fort asse plusquam necesse erat. Legat, qui plura volet Doctores suprà citatos, quibus addat Cord. in summa q. 31. Sylu. elect 1. q. 1. 10. 13. 14. &c. S. Tho. Quodlib. 8. art. 7. Couar. reg. peccatum, 2. part. §. 7. Sot. & Adrian. locis citatis, Mai. in 4. d. 24. q. 8. & 9. Gab. d. 15. q. 7. & 8.

De recitatione horarum.

SVMMARIVM.

Clericus non beneficiatus omittendo horas, peccat mortaliter, ad nullam tamen tenetur restitutionem, num. 205

Clericus beneficiatus non tenetur ad spiritualē restitutionem ex omissione horarum, num. 205

Non quandocunque peccat mortaliter relinquēs horas tenetur ad restitutionem stipendij, vt ei culpabiliter distrahatur, num. 205

Beneficiatus relinquens aliquam horam, vel etiā omnes partes tribus diebus, licet peccet mortaliter, non tenetur restituere, secundū Sot. & Med. licet relinquat 8. vel 10 diebus. n. 205

Sententia Soti est omnino contra d. uisionem Pij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinti qui per singulas horas si omittatur, obligat ad restitutionem proporcionaliter, num. 206

Qui nullum aliud munus præstat pro beneficio, quàm recitationem horarum, quacunque hora omissa, tenetur ratam restituere, nu. 207

Qui adquirat beneficium, si per sex priores menses non recitet, omnino tenetur quidquam restituere, num. 208

Vrget author rationibus pro Soto asserente, qui habent beneficium, teneri ad restitutionem si omittat horas, & a tempore quo acquisiuit horas num. 209

Declaratio constitutionis, qua conceduntur sex menses induciarum beneficiatis, vt non incant obligationem restitutionis, si non recitauerint, num 210

Qui sex prioribus mensibus non recitauerit, & in quindecim diebus sequentibus recitauerit bis aut ter, pro rata restituet quæ omisit ex precibus num. 211

Non recitans bis illis quindecim diebus post sex menses induciarum, non est priuatus beneficio ipso facto, ratam tamen tenetur restituere ante iudicis sententiam num. 212

Restitutio non recitantium horas facienda est, aut pauperibus, aut fabricæ ecclesiæ, vel sibi si pauper est, num. 213

Dictus modus recitationis, debet intelligi, nisi illa bona accrescant interessantibus, num. 214

Grauior est absentia seu non residentia pastoris, quàm amissio horarum, & magis nociua ouibus, num. 213

Damna quæ ex non residentia sequuntur, nu. 213

Falsa est sententia Syluest quòd non teneatur ad restitutionem ante iudicis sententiam, qui omittunt horas canonicas. num. 214

Clerici beneficiati ante iudicis sententiam, ad restitutionem tenentur ex omissione horarum, numero. 215

Beneficia simplicia vt præstimonia, & canonicatus obtinens iure naturali, tenetur restituere si omittat horas canonicas, num. 215

Beneficium animarum obtinens, si omittat horas canonicas non iure naturali, sed positiuo tenetur restituere, num. 216

Beneficium animarum obtinens non recitans, illam tantum fructus partem tenetur restituere, quæ pro rata respondet recitationi horarum num. 217

Præstimonia, aut præstimoniales portiones obtinentes, strictius ad cotæ restitutionem obligatur si omittat horas. num. 218

Eodem modo tenentur restituere pensionarij omittentes officium B. M. num. 218

SECVNDA dub. Vtrum clericus non recitãs horas teneatur ad restitutionem? Is enim lædit Ecclesiam & fideles in bonis animæ, cum priuet Ecclesiam debitis suffragiis. In hac quæstione quędam mihi pręmittẽda sunt, vt planè procedam. Primum igitur pręmitto, quòd clericus non beneficiatus non tenetur ex omissione horarum aliquam restitutionem seu spiritualem, seu temporalem: cũ non peccet contra iustitiã, neq; vlli faciat iniuriã. *Secunda dubitatio.* *Clericus nõ beneficiatus omittẽdo horas peccat mortaliter ad nullã tamẽ*

Universidad de Deusto
Biblioteca

205 Licet mortaliter peccet in dimittenda quacunque ex ſeptem horis, vt alibi oſtendi, neq; hoc oportet probare.

Clericus beneficiatus non tenetur ad ſpiritualem reſtitutionē ex omiſſione horarum

Secundo ſuppono de beneficiato quòd non tenetur ad ſpiritualem reſtitutionem, id eſt ad redicendas horas omiſſas. Id enim nullo iure cautum videmus. Dices, peccare cõtra iuſtitiam, cum teneatur ex officio id facere: Eccleſiæ enim facit iniuriam, cũ priuet eam cõmunibus ſuffragijs & orationibus, & ita in ſpiritualibus damnificat. Reſpondeo, primum nullum in particulari dãnificare, ſicut ſi Miſſam, vel ipſas Horas alicui promiſiſſet, etiã ſine ſtipendio. Deinde quoniam Horarum recitatio ſolum eſt præceptum Eccleſiæ. Vnde ſi ſtipendium ob illa recipiat, non peccat contra iuſtitiam, ſi ſtipendium reſtituat. Vnde nec redicere illas tenetur, vt aliqui voluerunt, & ſuo loco oſtendi, nec vllam aliam in re ſpirituali reſtitutionem facere. Solum ergo quæſtio eſſe poteſt de reſtitutione ſtipendij.

Non quandocũque peccat mortaliter relinquēs horas tenetur ad reſtitutionē ſtipendij, vt ei culpabiliter diſtrahatur.

In quo Sotus lib. 10. de Iuſt. quæſt. 5. art. 6. conc. 4. tria docet. Primum, quod non quandocunque peccat mortaliter relinquens Horas tenetur ad reſtitutionem, vt ſi quis de induſtria ſe diſtrahat in recitando, quod veriſimũ eſt meo iudicio, quanquam in hoc alij contrarium dicant, vt infra dicemus. In hoc enim nulla committitur iniuria aut iniuſtitia, ſed irreligio tantum, at reſtitutio non ex irreligione, ſed ex iniuſtitia oritur, vt ſtatim latius probabo cõtra Nauar.

206 *Beneficiatus relinquēs aliquã horã, vel etiã omnes preces tribus diebus, licet peccet mortaliter, nõ tenetur reſtituere. ſecundũ Sot. & Méd. licet relinquat 8. vel 10. dies.*

Secundo docet Sotus, quod peccat mortaliter ex dimiſſione horarum, putà qui omittit vnam ex ſeptem Horis, vel omnes ſeptem eiuſdem diei, imo etiam ſi dimittat preces duorum, vel trium dierum, ſed non tenetur reſtituere. Ratio huius eſt, quia in ciuilibus familiis, non obligantur ad reſtitutionem miniſtri ob aliquas dies, quibus ſeruitiũ ſubtraxerunt, nullò ergo minus, Spiritus ſanctus (cuius nutu Eccleſia regitur) in tales voluit ſuos miniſtros, anguſtias & ſcrupulos conijcere. Quam profecto ſententiam Bartholom. Med. in ſum. c. 14. §. 55. via eſt amplexus, vt et ſi 8. aut 10. dies beneficiatus canonicas horas prætermittat, nihil eſſe reſtituendũ arbitretur ob eandẽ ipſã Sotiã rationẽ, nõ enim ait vt latro ad reſtitutionẽ eſt cogendus, ſed vt famulus.

Tertio

Tertio docet, quod ſtatim ac quis obtinet beneficium tenetur reſtituere, vt ſi poſt duos aut tres menſes dimiſit. Ratio eius eſt, quia oppoſitum eſſet nimis laxum, ſicut primum nimis erat anguſtum. Quod ſi ei obijcias Concilium Latera. ſub Leone 10. vbi dicitur, quod poſt ſexmẽſes à beneficio obtento teneatur pro rata reſtituere. Reſpondet ille, quòd verbum (*poſt*) non eſt ita legendum, ſed verbum (*per*) ita vt per ſex menſes teneatur pro rata reſtituere. Non enim poteſt credere Sotus, quod ſex mẽſes fuerint dati induciarum. Hæc eſt Soti ſententia.

Sententia Soti eſt omnino contra diuiſionem Pij quinti, qui per ſingulas horas ſi omittãtur obligat ad reſtitutionem proporcionaliter.

Omnino tamen hæc ſentẽtia mihi falſa videtur, & quod attinet ad primum dictum (vt diximus) nõ improbamus. Secundum verò eſt apertè contra deciſionem Pij Quinti quam refert Nauar. cap. illo 25. num. 122. vbi ſic dicitur: *ſtatuimus, vt qui Horas omnes canonicas vno aut pluribus diebus intermiſerit, omnes fructus, qui illi, vel illis diebus reſpondent, qui verò Matutinas dimidiam, qui ceteras omnes Horas aliam dimidiam, quarum ſingulas ſextam partem fructuum eius diei amittat.* Et id ipſum decretum erat in Concilio Lateranenſi, quem §. refert & declarat ipſe Pius Quintus, in d. Extrauagantia *Euidentius* (inquit) *Pius Rom. Pontif. dictum Concilium declarantes.* In d. autem Concilio ſub Leone 10. celebratum ſic dicitur: *Statuimus vt nemo beneficium, curatum, aut ſimplex habens qui elapſis ſex menſibus ab eius conſequutione, &c.* Vnde concludens ait, non ſolum fructus & diſtributiones prædictas non facere ſuas ſed etiã graue peccatum admittere, quod fortaſſe ideo addit Papa, ne quis putaret dictam conſtitutionem eſſe pœnalem. Vnde immeritò Sotus à Concilij determinatione diſceſſit, & nimium ius eſſe affirmauit. 207

Quamobrem Medinę expoſitiones & reſponſiones ad dict. Pij V. conſtitutum non erunt repudiandæ. Reſpondet enim primam eſſe pœnalem at id ſatis eſt impugnatũ cum apertè dicat fructus eius diei non facere ſuos, ſi ſuos non fecit quo pacto eos retinere poterit & ante ſententiã, alioqui liceret mihi alienum & quod meũ non eſt poſſidere ac retinere antequam condemner, quod nefas eſt dictu. Vnde res patet, quod accipienda eſt, d. decretalis ſanctio de beneficijs non habentibus, alia munera quam horas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui nullũ alium manus præsitat probeneficio, quã recitationem horarũ quacũque hora omissa tenetur ratam restituere.

ras dicere vt patrimoniũ & huiusmodi quasi in his vertũ sit quod paucorum, imo vnius diei & vnius horæ prætermissio reatum restituendi inducat, nõ in alijs vt in curato beneficio & capellanijs in quibus quia alia sunt principalia munia, quia recitare horas ex officij obligatione præstanda, non ex horarũ dumtaxat omissione si alia eo die præstitit munia priuari debet totaliter fructibus, sed vel 3. vel 4. parte prout plus aut minus d. officiorũ præstitit cęterũ hoc primũ examinabimus id modo cõcedat (quod certé concedi oportet) quod saltem partẽ respondentem recitationi officij, & in eo quod non habẽt, nisi horas dicere totaliter fructus ac redditus tenetur restituere, ex vi prę

208 fatæ constitutionis vt probatum est.

Qui adquirit beneficium, si per sex priores menses non recitet, omnino tenetur quidquam restituere.

Tertiũ verò dictũ nõ etiã placet, cũ in d. Concii. expresse dicatur, vt per sex mẽses pro rata soluat. Quod enim Sot. ait esse errorẽ impressionis, nã vbi legimus (*post*) legere dicebamus (*per*) nullo alio fundamento nititur, quã suæ diuinationis, vt suæ sentẽtiæ cõforme habeat Concilium. Quã certé solutionẽ de errore impressionis, nisi vbi apparẽt erroris manifesta vestigia, admittere, est planè omnẽ scripturã & doctrinã inuertere. Neq; vllũ aliud indicium huius adducit, quã sibi nimis laxũ videri non recitantem per sex mẽses non teneri ad restitutionẽ. Cũ reuera intẽtio Cõcilij fuerit induciarũ sex mẽses cõcedere, vt se præparet, & excusationẽ nõ haberet. Vnde Pius in d. motu proprio, licet nõ ad expressũ id ipsum declarat, tamen refert verba Conc. quę dicit esse salubria & pia adiicies verbũ (*post*) nõ (*per*) Imo ℣ magis rẽ cõfirmat, alia phrasi vti-

209 tur ipsum Conc. ęquipolente verbo (*post*) nõ (*per*) Sic enim ait vt habet tenor Conc. à Nauar. relati. *Qui se lapsis 6. mẽsibus nõ recitauerit*, &c. Quãuis Cõc. vt in 1. tom. habetur sic habeat vt Sot. legit, sed vt dixi noua editio Cõc. habet verbũ *post*, sic legit etiã Pius V. & sic decreuisse Cõc. Later. inquit, & sic habet tenor Conc. d. §. relati à Nauar.

Placet tamen in Soti gratiam vnum addere quasi indicium, & argumentum suę lectionis. Nam sensus verborum videtur mancus, & imperfectus, nisi vt Sot. legit, legerimus. Subdit enim statim, *qui autem vltra id tempus, intra 15. dies non recitauerit bis, priuetur beneficio*. Igitur particula non

non erat (*post*) sed (*per*) ita, vt sensus sit, qui per sex mẽses non recitauerit pro rata restituet. Qui autem vltra id tempus non recitauerit bis intra. 15. dies, priuetur beneficio, si autem particula illa esset *post*, non deberet priuari beneficio, sed tantum pro rata soluere, cũ dicat, *post sex mẽses pro rata soluat*. Si ergo post sex menses tantum tenetur restituere pro rata: non ergo post illos priuandus est beneficio, si intra quindecim dies non bis recitauerit, cuius tamen contrarium habetur in litera, dum dicit, *vltra id autem tempus, &c.* Adde quòd verbum *vltra* ponitur aduersatiuè ad verbum *post*. Cũ enim dixerat, *qui post 6. menses non recitauerit soluet pro rata*, subdit aduersatiuè hac ratione. *Qui autẽ vltra id tẽpus*, id est vltra sex menses prędictos, &c. Manifestum autem est verbum *vltra* non esse aduersatiuum ad verbum *post*, imo vtramque propositionem idem significare. Idem enim est *post 6. menses, & vltra 6. menses*. Non ergo præcessit verbum *post*, ne inepta patrum videatur oratio, sed verbum *per*, vt sit aduersatiuus & perfectus sensus, scilicet, Qui per sex menses non recitauerit soluat ratam, qui autem post dictum tempus (siue vltra id tẽpus, quod idem est) non recitauerit, saltem bis intra quindecim dies, priuetur beneficio.

Vrget author rationibus pro Soto asserente, qui habet beneficiũ teneri ad restitutionem, si omittat Horas, & a tempore quo acquisiuit beneficium.

210

Adde etiam, quòd ad præparandum se ad recitãdas Horas, non oportebat sex menses induciarũ dare. Licet enim vt resideret personaliter æquum foret duos, vel 3. non 6. concedere, vt sicut Concilium Tridentinum Sess. 23. ca. 1. concessit duos curatis, & 3. Episcopis, propter itinera & varias rerum occupationes: tamen ad recitandũ, cuicunque sit, perperam illi tam longi temporis inducię essent concessæ. Hæc igitur non videtur leuijs suspicio ac ratio. Addo huic rationi non leuem argumentationem. Nam in d. Concil. Trident. Sess. 6. cap. 1. Decreto de reformatione agens de residentia statuitur, vt Episcopus, qui sine iusta causa sex menses abfuerit quartam partem fructuum vnius anni amittat. Ex quo Decreto quidã intulerunt saltem per 5. menses licere Episcopo abesse. Nã cum spatium 6. mensium reprobauerit, approbasse videtur absentiam quinque vel quatuor mensium, & infra. At

211

hunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hunc sensum extortum esse, & à patrum mente alienum, constat ex eorundem declaratione, sess. 23. cap. 1. de Reformat. *Ne verò*, inquit, *ea qua de reformatione sanctè & vtiliter iam ante sancita fuerunt sub Paul. 3. in sensus alienos trahantur, quasi vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat declarat, &c. Illud absentiæ spatium ad summum duos vel tres menses excedere non debere, alioqui vltra peccatũ mortale pro rata fructus non facta suos.* Hęc Patres, & eadem de Curatis decernit, igitur, &c.

Declaratur cõstitutio, qua cõceditur sex mẽses inducias beneficiatis vt non inducant obligationẽ restitu. si non recitauerint.

Attamen quamquam ego ob hanc rationem, Soti sensum defendere voluissem, cũ in omnibus prædictis editionibus sic habeatur, & Pius Quintus in eo sensu referat, & approbet salubrem illam constitutionem, ideo supra dictis standum esse censeo, & ad nostram profecto vrgentem argumentationem dici posse, quod illud verbum *post* denotat omnes dies sequentes totum numerum sex mensium, in quibus sequentibus diebus tenetur pro rata, si non recitauerit, v.g. si per octo dies vel decem non recitauerit singulis illis diebus, ratam restituet: si vero vltrà procedat vsque ad quindecim dies, & saltem bis non recitauerit, priuetur beneficio. Accipe clarius: si per 15. dies sequentes numerum sex mensium, nullum diem vel vnum tantum recitauerit priuetur beneficio, si autem bis, ter, aut quater tantum recitauerit soluat pro rata, sed non priuetur beneficio. Neque id ego solũ intelligo de primis quindecim diebus, sed quandocumque post illos menses reperiatur intra duas hebdomadas non bis recitasse, priuetur beneficio. Hoc enim significant illa verba. *Vltra id autem tempus, si bis non recitauerit priuetur.* Quod si bis aut plus, restituat pro rata, & hęc meo iudicio est germana illius loci expositio, quod magis confir. per verbum Pij V. *nam is*, inquit, *qui post sex menses non recitauerit, præter restitutionem distributionis, & fructus, & ille qui primis sex mensibus officiũ non dixerit graue peccatum intelligat admisisse*, vides vbi patenter Pontif. dicit ante sex menses solum peccare, post illos verò teneri ad restitutionem.

Qui sex prioribus mẽsibus nõ recitauerit, & in 15. diebus sequẽtibus recitauerit bis, aut ter, pro rata restituet qua omisit ex precibus.

212

Id tamen, quod de beneficij priuatione dicitur non putauerim esse ipso facto priuatum solum, tamen ratã in conscientia

scientia deberi ipsi, vt aperte dicit Pius V. & apertius in dicto Concilio, *pro tempore*, inquit, *qui non recitauerit fructus suos non faciet, imo eos tanquam rem iniustè captam, &c.*

Sed rogas cui facienda est restitutio prędictorum fructuum de quo infra latius c. 11. Sotus putat faciendam esse Pontif. vel eius legato media aliqua cõpositione: quia licet iure naturali satis esset pijs vsibus distribui, tamen iure (inquit) positiuo Pontifici faciẽda est, qui suis vsibus applicat: sed hoc ius positiuum ille non adducit. Et ideo mihi videtur, quôd faciẽda est fabricæ ecclesiæ, in qua est beneficiatus, vel pauperibus. & per consequens, sibi retineri si est pauper, & est Decisio dicti Concil. Latera. & sic adducit Nauar. vbi supra, vbi sic dicitur. *tanquam rem iniustè captam in fabricam beneficij, vel eleemosynas pauperum tenentur &c.* quod intelligitur (vt Nauar. notauit) nisi adsint interessentibus, nam illis est diuidenda, non pauperibus. Et ad rationẽ Sot. & Merc. dicendũ est, quôd esto: daremus in ciuilibus familijs ita esse, & ita forsan iudicaremus, ex æquitate de iure naturali, propter leuitatẽ materię respectu totius anni, aut totius tẽporis beneficij: tamẽ supposita determinatione ecclesiæ, non est eadẽ ratio, vt patet, imo neq; stando in iure naturali, est eadẽ ratio, vt mihi quidẽ videtur. Quia redditus ecclesiæ sunt bona pauperibus magis subiecta, quã alia secularia bona, & ideo ratio postulat, vt etiam in minimis non defraudentur, & etiam ne segnes efficiantur ministri ecclesiæ. At argumentũ ex Concil. Triden. factum, resp. ibi non esse sermonẽ de Horarum omissione, sed omnino de non residentia, quod cõstat grauius esse, & minus tollerabile, quã Horas non recitare, tanquam quod magis oues Christi damnificat. Nam primũ nec oues pastor agnoscit. Deinde verbi prædicatione dimittit. Deinde sacramentorum administratio accurata cessat. Deinde nec bonorum operum exemplum prodest. Tandem pauperum, & miserabilium personarũ curam negligit. Hæc enim & similia constat nequaquam præstari & impleri posse ab ijs, qui gregi suo non inuigilant, & assistunt, sed more mercenariorum deserunt. Et quãuis dictũ Concilium Tridentinũ ageret de Horis Can. recitandis

Restitutio non recipiatur is horas faciẽda est aut pauperibus aut fabricæ Ecclesiæ, vel sibi si pauper est.

Dictus modus recitationis debet intelligi, ni si illa bona accrescant interessantibus.

213

Grauior est absentia, seu non residẽtia pastoris, quã omissio horarum, & magis nociua ouibus.

Damna quæ ex non residentiæ sequuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

recitandis, non esset similis ratio, nam planè se explicat, dicens, *qui sex mensibus continuis abfuerit extra suam Dioecesim*
214 *immorando quartem partem*, &c. in qua dicendi ratione difficultas nulla est, vt patet.

Falsa est sentẽtia Syl. quod nõ teneãtur ad restitutionem ante iudicis sententiã, qui omittunt Horas canonicas.

Ex quibus colligo multò esse falsiorem Syl. opin. qui verbo clericus 4. quæst. 24. & 25. indubitanter tenet clericum & beneficiatum, nõ solum non residentem, aut nõ canentem in ecclesia, sed omnino non recitantem Horas canonicas, non teneri ad restitutionem fructuũ ante sententiam, citans ad id Panor. in cap. 1. de celebr. Miss. & Card. Primùm, quia inquit, opposita sententia nimis est rigida, & iure non probatur. Deinde quoniam ille, qui per annum non residet occasione tituli, quem habet, donec priuetur, percipit fructus: quia licet non seruierit dicendo officium, tamen seruiuit ecclesiæ in ordine clericatus. Præterea, quia fideles tenentur exhibere decimas malo beneficiato, vt S. Thom. docet in Quodlibet. & habetur in cap. tua nobis, de Decimis. ergo illas restituere non tenetur, cum in dict. cap. mandetur decimas illi dari. Tãdem quia beneficium datur, non solum propter officium dicendi Horas, vel psallendi: sed etiam propter officium administrandi sacramenta, concionandi verbum Dei, & decantandi diuina, tempore quo populus, confluit. Hæc enim verè sunt officia diuina, quomodo dicitur quis suspensus ab officio, id est, a iurisdictione, & administratione. Et ita esto, daretur ob officiũ Horarum can. tamen illa non est causa totalis seu principalis, sed vt celebret, absoluat, & cætera faciat ordinis sacerdotalis, vt dictũ est, datum autem ob causam retineri potest, etiam causa non subsecuta, modò causa principalis subsistat. Et hinc est quod beneficiati non sacerdotes, vbi est animarum cura, tenentur infra certum tempus ordinari sacerdotes, quasi non horarum recitatio, sed prædicta munera sint principa-
215 lia. Denique inquit Sylvest. quoniam licet beneficiũ daretur solum ob horas canonicas, non sequitur teneri ad restitutionem. Quia non datur propter officium illud, sicut sub conditione, sed sub modo, & ita modo non seruato, ad huc fructus sunt beneficiati. His igitur & alijs conatur

Sylvest.

Sylvest. suam sententiam confirmare: quam sententiam tenet, vt dixi Panorm. in d.c. 1. de celebrat. Missę. Innocen. Ioan. Andr. Buttu. in dict. cap. 1. Propos. c. Presb. 91. distin. idem tenet Palud. Anto. Fran. Plaça, Zaba. Ioan. de Lig. can. Cancellarius Paris. Felin. Hieronym. Zanæ quos citat Sylvest.

Clerici beneficiati ante iudicis sententiã ad restitutionem tenẽtur ex omissione horarum.

Hęc inquam sententia mihi omninò falsa videtur. Primum, post decretalem prædicti Pij V. apertissimè constat teneri ad restitutionem, etiam si vnam diem imo vnam tãtum horam dimittat. Deinde in dict. §. statuimus Concil. Lateranen. licet de priuatione beneficij nixerimus non esse ipso iure priuatũ post sex mẽses, si bis non recitauerit intra 15. dies, tamen ratam fructuum in conscientia deberi ante condemnationem reuera decernitur, & expresse habetur, cum dicat, *tanquam rem iniustè captam impendere teneatur in fabricam*, & ita Pius V. quasi non nouum ius, sed ius prædicti Concilij (vt ipsi dicit) euidentius declarando statuit fructus non facere suos, qui horas dimi-
216 serit recitare, & ita de iure non solum Pij V. sed etiã prę dicti Concilij, non potest in conscientia retinere fructus siue vnius diei, contra Sotum siue vnius anni, vel plurium, contra Sylvest. & prędictos Doct. ab eo citatos, & ita docuit Nauar. vbi suprà, & Ang. vt Syl. refert.

Beneficia simplicia præstimonia, & Canonicatus obtinens iure naturali, tenetur restituere si omittat horas canonicas.

Sed nunquid id etiam est verum iure naturali? ego in hac re sanè distinguerem, quia vel est de Curato beneficio sermo, aut de non Curato, vt sunt beneficia simplicia, præstimonia, & Canonicatus, &c. De his enim putarem omnino teneri iure naturali. Quoniam beneficium datur propter officium, idque principaliter, cùm in eis non sint alia munia, nisi Horas dicere. Et præterea, cùm propter dictam causam, manifestum est, esse causam, & non modum, & esse totalem, seu principalem, non minus principalem, & causa totali seu principali non subsecuta, datum ob illam retineri non potest, vt patet ex ipsa natura contractus, & ex toto titulo de Cond. ob turpem causam: ergo, &c.

Vnde patet rationes Syl. esse infirmas. Si verò de Curato loquamur, existimo nõ teneri ad restitutionẽ: quia alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beneficiũ animarum obtinens, si omittat horas canonicas, nõiurenaturali, sed iure positiuo, tenetur restituere.

sunt munia, & officia ob quæ principaliter dantur decimæ, & fructus, vt bene Syluest. probat, & ita isti, si hæc officia pręstiterunt, non sunt ad restitutionem pro Horarũ dimissione obligandi, iure naturali. Quamuis ergo curam animarum habens de iure naturali restituere non obligatur ob Horarum dimissionem, tamen in effectu tenetur ob dictam Pij V. Extrauag. imo ob dictum Concilium, quôd miror Syluest. non vidisse, cum dicat *Statuimus, vt nemo beneficium curatum aut simplex habens, &c.* quę planè decernunt tam curam animarum non habentem, quàm habentem teneri ad restitutionem. Quę constitutio, & si rigore non careat, tamen vt recta & salutaris seruanda est, præsertim in animarum curam non habentibus, vt sunt Canonicatus, & alia simplicia beneficia licet prima, vt aiunt, facile alicui videri possit esse maiori cum ratione seruanda in
217 habentibus curam. At non sic est: Nam is qui curam animarum habet vt dictum est, alia præstat diuina munia, vt sacramento, & verbi prędicationem, &c. quæ exercere tenetur. Cæteri verò nisi infundẽdis precibus, vix tãdem est in quo deseruiãt Ecclesię Dei.

Beneficium animarum obtinẽs non recitans, illam tamen fructus partem, et uxtur restituere quæ pro rata respõdet recitationi horarum.

Illud sanè Syluest. concedi posset, quod in hac specie Bartho. Med. animaduertit in d. §. 11. quod non tenetur is qui parrochiale beneficium habet restituere in integrũ fructus perceptos, eo quôd alia præstat officia principalia, sed partem, vel tertiam, vel quartam pro ratione aliorum munerum ob horarum dimissionem. Est v. g. Parrochus qui habet beneficium 1000. ducatorum redditum, is nõ recitauit per totum annum horas, sed sacramẽta ministrauit, prędicauit, &c. satisfaciet ille quidẽ si 200. ducatos restituat: qui videntur, respondere horarum recitationi instẽ 800. retentis ob alia officia exhibita. Idem (ille ait) est dicendum de illo qui habet capellaniã ad 500. ducatos redditum, nam si non recitat per annum, tenebitur restituere 100. retentis 200. ob missas & alia si quæ sunt munia debita: Sic igitur Syl. temperata sententia recipi posset, & quidem si de iure naturali esset loquendum verissima est ista sententia, quod ipsum ego paulo ante, cum hunc doctorem non legissem, concedebam, at autem suppo-

sitionis præsentis constitutiones vix tandem audeo eas admittere, cum apertissimè decernant & statuãt & in curatis beneficijs ob horarum dimissionem, fructuũ perceptorum restitutionem faciendam, eosque suos non facere, sed iniustè possidere, & quod etsi rigidum in curatis saltem videatur, at tamen salutare, & iustum videtur.

Ex quibus colligo, quôd habentes præstimonia & præstimoniales portiones sub prędicta rata & restitutione cõprehendi, et omnes quodcumque simplex habentes beneficium, quod nullam omnino seruitutem requirat: Imo tũ maiori cum ratione. Vnde dictus Pius id expressè sensit, cum dixit: *declarantes præstimoniales portiones & quæcũque alia beneficia etiam nullum seruitium habentia obtinentes cum prædictis pariter contineri.*

Præstimonia, aut præstimoniales portiones obtinentes, strictius ad tempus Horæ restitutione obligatur si omittat horas.

Secundo colligo idem esse dicendum de habente pensionem, vt clericus, vt idem Papa docet, nam modo prędicto tenetur ad officium B. Mariæ, & etiam pensionis amissioni obnoxius est.

Eodẽ modo tenẽtur restituere pensionarij, omittentes officiũ B. Mariæ.

De Recitatione horarum priuatim, vel in Ecclesia.

SVMMARIVM.

Corporalis præsentia in choro requiritur, ad hoc quod lucrentur fructus & distributiones in foro conscientiæ, num. 219

Consuetudine non potest introduci, vt absens lucretur fructus, & distributiones, num. 219

Si sit in loco vbi est ecclesia ob infirmitatem, vel alia legitima impedimenta, absens a choro, potest lucrare distributiones, num 220

Ad lucrandas distributiones cuiuscumque diei requiritur præsentia illius diei, num. 220

Siue domi, siue in choro recitentur horæ, requiritur aliqualis corporalis attentio, vt excusetur quis a restitutione, num. 221

Non requiritur attentio interior ad lucrãdos fructus, nec ad tollendum peccatũ mortale, nu. 221

Ecclesia potest percipere attentionem externã, licet non percipiat internam, num. 222

Cum capellani, figurato cantu horas canunt in choro, canonici tacentes, nec peccant, nec restituere tenentur, num. 223

Canonicus in mortali notoriè existens, non amittit fructus, num. 223

Qui primis sex mensibus non recitant, licet peccẽt mortaliter, non tenentur restituere, nu. 224

Non sit suspensus propter quodlibet peccatũ notorium, nec propter suspensionẽ, aut excomunicationem, priuatur fructibus, nisi exprimatur in sententia, num. 224

Canonicus causa vera & iusta impeditus, in choro assistens, & si non cantet, potest fructus & distributiones percipere, imo & si non assistat num. 225

Legitimè ob morbũ, vel ob aliam causam impediti ne assistant in choro, & si valentes non assisterent, non tenẽtur ad restitutionẽ, num. 225

Capellanus per alium tenebitur missas dicere, quando infirmitate impeditur, si in fundatione ita est expressum, & hoc intelligitur si infirmitas non est brevis, num. 226

Ob alias causas quam propter infirmitatem, nec per vnam hebdomadã licet capellano omittere missas num. 227

Famulum pro breui tempore infirmantem, dominus non potest defraudare a suo salario, numero. 227

Canonici vt lucrentur fructus, non tantum tenentur assistere, sed etiam psallere in choro, secundum Sotum, num. 228

Si famulus infirmetur, dominus potest expensas extraordinarias, in curatione factas ex salario deducere, num 228

Ex concilijs, & sanctionibus Pontif probatur, non solum ad assistendum, sed ad psallendũ in choro, teneri Canonicos, num. 229

Canonicus potest distributiones, & fructus percipere, cum sola corporali assistentia, dummodo cappellani cantent, & ipsi aliquali attentione externa attendat, & domi horas debitè recitet, num. 231

Ex consuetudine ecclesiarum, & ex concilijs, & sanctionibus Pontif. probatur solam assistentiam Canonici in choro sufficere, ad percipiẽdos fructus, & distributiones, nam. 231

Etiam post Concilium Trid. sufficit assistentia canonici in choro, vt percipiat fructus, & distributiones, num. 233

Ad Dei honorem, & fidelium consolationem, & ecclesiæ splendorem in diuinis officijs cantus figuratus requiritur, num. 234

Licet non cantent modo communiter canonici in choro, vt erat antiquus mos, Missam tamẽ & horarum officium, hebdomadarij officium exequentes, ordinatim faciunt, num. 234

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si non essent cantores, & cappellani, tenerentur omnino canonici psallere in choro, num. 235
Canonicus qui nec in choro, nec extra, recitat horas canonicas, etsi præsens sit omnibus horis cum alijs in choro, tenetur ad restitutionem, ex extraua. Pij V. nu. 235
Qui in choro submissè, dicit versum chori sui, non satisfacit, nisi aliud firmatum sit consuetudine, secundum Caietanum, num. 237

219 *Corporalis præsentia in Choro requiritur, ad hoc quod lucretur fructus et distributione in foro conscientiæ.*

Tertia dubitatio sit, supposito esse omnino necessariũ ad lucrandos fructus in foro animę, vt Horas Canonicas persoluat. An id satis sit, quod eas priuatim recitet, an etiã teneatur sub restitutionis onere eas in ecclesia canendo persoluere, quod de Canonicis præcipuè percontamur. De qua re primum suppono de Canonicis, quòd etiam si Horas priuatim dicam, si tamen sui præsentiam corporalem in Choro non exhibeant, non lucrantur fructus, & distributiones, etiam in foro animæ, & sanè de distributionibus planè decernitur, in Trid. Syno. sess. 24. cap. 12. ita Couar. lib. 3. var. resol. cap. 13. nu. 2. & in c. 1. de Clerico non resid. lib. 6. & in c. licet de Prębendis & dign. Quibus locis id apertè decernitur. Quin etiã existimat cõsuetudine id introduci nõ posse, cũ sit contra eam naturam vt nõ residentibus dentur, vt patet ex d. cap. vnico. §. ex pluribus. Imo nec residẽtibus fictè & interpretatiuè. Quales sunt qui iuris permissione, & cõcessione residentes cẽsentur, vt qui est in seruitio Episcopi, vt scribitur in c. de cętero. de Cler. nõ residente. Et qui literis operã dant, vt glos. explicat in d. c. vnico. in verb. *rectualia*. & expressè habetur in c. licet vobis. de præb. nisi cõsuetudo sit specialis & iusta de causa in aliqua Ecclesia, vel Rom. Pont. cõsensu ex causa similiter iusta. Quãuis, vt fatetur nu. 8. illatio. 8. si præsens adsit in loco vbi ecclesia est cõstituta, nõ modò ob infirmitatẽ, sed ob alia legitima impedimẽta ex cõsuetudine lucrari posset distributiones. An verò sufficiat

Consuetudine non potest introduci, vt absens lucretur fructus, & distributiones.

220 *Si sit in loco vbi est ecclesia ob infirmitatẽ, aut alia legitima impedimẽta, absens a choro, potest lucrare distributiones.*

ciat vno die interesse, vt multarũ aliarũ dierũ, imo forsan totius anni redditus lucretur, modò non disputamus v. g. vt die S. Michaelis Archan. intersit, vt per totũ annum fructus faciat suos, id tamẽ affero ad lucrãdas distributiones nõ esse satis, nisi eius diei dũtaxat, quo adest, vti apertè dicta iura tradũt, & docuit Syl. ver. beneficiũ. 5. q. 3. & Coua. De corpore verò beneficij, quod vestuariũ, vel grossam appellant, an sit æqua, & rationabilis ata; Dari ecclesię vtilis cõsuetudo (maximè polit d. 9. statuimus Conc. Later. & decret. Pij V. Vbi decernitur non tantũ distrib. sed etiã fructus eiusdẽ diei, quo nõ interest non lucrifacere) viderint Doctiores modò vt dixi nõ discutimus. Quæstio ergo præcedit, quando & officium persoluit in Camera & corporaliter adest Choro, an id sufficiat, vt in conscientia retinere possit fructus, & distributiones.

Ad lucrãdas distributiones eius inuicemque diei requiritur præsentia illius diei

221 Secundo suppono, quod non satis est corpore solum adesse, sed requiritur aliqualis attentio saltem ad verba, siue in Choro cantando, siue domi recitando: quod enim docet Cord. lib. 4. quæst. 13. dub. vltimo in fine, quod licet si nullam omnino attentionem habeat etiam exterio rem. non tenetur restituere, citans ad hoc Medinam C. de rest. quæst. 20. Flor. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. 7. Sylvest. Castrum, & alios multos, mihi non placet, vt infrà dicam, melius enim docet Nauar. tractatu de oratione, quem Romæ edidit, ca. 13. nu. 17. & 19. quod requiritur aliqualis attentio saltẽ ad verba. Licet enim, vt supra dixi, non requiratur attentio interior, vt statim probabo (neque etiã requiritur, vt non peccet mortaliter) ad lucrãdos fructus, tamen certè vt ecclesię præceptum impleat, requiritur, quę saltem ad verba attentio, id est, vt rectè pronunciet, præcipitur. Cùm enim actus externus fieri nequeat sine interno, Ecclesia potest, & præcipit internum ex consequẽti: sicut præcipiendo sacrum audire consequenter præcipit ad Ecclesiam ire. Et licet daremus Ecclesiam, hanc attentionem non præcipere, tamen certè externam attentionem præcipit ex omnium sententia, id est quandam compositionem & recollectionẽ externam, qua scilicet nõ scribat aut confabuletur, &c. licet interius nihil attẽdat.

Sine domi, siue in choro recitentur horæ, requiritur aliqualis corporalis attentio, vt excusetur aliquis a restitutione.

Non requiritur attentio interior ad lucrandos fructus, nec ad tollendum peccatum mortale.

222 *Ecclesia potest percipere attentionẽ externã, licet nõ interiorem*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si ergo Ecclesia hanc præcipit, & ob id stipẽdia asignat, ob orationem, inquam, si non veram & meritoriam coram Deo, at certé apparentem exteriús orationem? Quis enim dixerit esse, non dico veram & meritoriam, sed apparentem quidem orationem qua quis nec mente, nec corpore intentus est ijs, quæ in Choro cantãtur? sed murmurationibus, aut fabulationibus, aut alijs externis actibus occupatus est. Immeritô ergo Cordu. putauit hunc esse à restitutione immunem, cũ non faciat, id ob quod stipẽdiũ datur, nõ solũ, veré, verũ neque etiã fictẽ. Verũ est, quòd si non notabiliter tẽpore Horæ, sed modicé in his se occupauerit, vt si consignet Chirographum, aut vnum verbũ aut alterum loquatur, non ob id tenebitur, ratam illius dici, imo neque illius Horæ restituere.

Si breui tempore distrahatur externè qui recitat aut cantat horas, ad nullam tenetur restitutionem.

223 Tertio suppono, quòd si Canonici non habẽt Capellanos, vel si habent non adsunt Capellani, tenentur ipsi saltem in communi Horas psallere sub onere restitutionis, cũ tunc nec per se, nec per alios officium impleant, & Ecclesiam debito defraudẽt seruitio Horarũ Cano. ob quod sicut ob causam totalem, vel saltem principalẽ datur illis stipendium. Dixi, *saltem in communi* id est saltẽ debent esse aliqui ex illis deputati ad officium decantandum. Nam vtrum quicumque in particulari non psallens restituere teneatur statim dicemus.

Cum Capellani figurato cãtu horas cantãt in choro, Canonici tacentes, nec peccãt, nec restituere tenẽtur.

Quarto suppono, quòd non tenentur Canonici, canere cũ officium fit cantu figurato, Hispanicè *Canto de organo*, sed satis est, quod habeant Capellanos, qui id muneris exequuntur, nec decet eorum grauitatem illo genere cantus vti. Vnde quamuis tum taceant nec peccãt, nec restituere tenentur.

Canonicus in mortali notorie existens, nõ amittit fructus

Quinto suppono, quod ex eo solũ quòd malè viuat Canonicus etiam notoriè non amittit fructus, vt docet Nauar. cap. 25. num. 109. & colora. 19. quæst. 1. de redditibus, & in summ. cap. 21. & Syluest. verb. clericus 5. q. 24. summ. Rosel, vt refert idem Syluest. Huius ratio est meo iudicio. Quia licet non rectè obeat diuina officia: prout Deus ordinauit, tamẽ rectè deseruit Ecclesiæ quãtũ ad id ꝙ Ecclesia ordinauit, ob quod illi asignatur stipendiũ, vt celebrandi-

celebrando officium, & orando prout ecclesia statuit, licet contra senserint viri non indocti. Sic enim existimauit Adrian. 4. de Restit. quæst. 14. col. 9. vt refert Nauar. 224.
Idem tenuit Angel. verb. clericus. 8. §. 5. vt refert Sylu. vbi supra. Quorum sententia ea ratione probatur, quoniã qui est in peccato mortali notorio, maximé fornicationis, est suspensus â canone: ergo idem est ac si non resideret, siquidem inutile & nullum idem sint. Capite inter corporalia, de Transl. episcopi, sicut non ritè fieri & non fieri paria iudicantur. De Presbyt. non bapti. cap. veniẽs. quorum si vera sententia esset, nonnulli essent fortasse prębendarum redditus restituendi. Quare primam sententiã veram putamus, ob rationem factam & sanè, vt Nauarrus obijcit, id etiam colligitur ex dicto Concilio Lateranense, & ex Extrauagranti Pij V. vbi apertè dicitur primis sex mensibus peccare mortaliter non recitando, & tamen eximitur eo tempore à restitutione.

Qui primis sex mensibus nõ recitant, licet essent immortali, non tenentur restituere.

Deinde falsum est, quòd esse peccatum notorium inducat suspensionem, quidquid dicat D. Anto. quem sequitur Sum. Ang. vt dictum est. Et esto, id ita sit vt de fornicario verum est, non ob suspensionem priuandus est fructibus, vel distributionibus, nec ob excommunicationem solum, sed tantũ cum ẽst id expressum in sententia, vt docet glossa in cap. Pastoralis, de Appell. quod infrà examinabimus dub. 4.

Nõ sit suspẽsus propter quodlibet peccatũ notorium, nec propter suspensionẽ, aut excommunionẽ priuatur fructibus, nisi exprimatur in sentẽtia.

Sexto suppono, quod si adest iusta aliqua causa vera, nõ ficta, non cantandi in Choro cũ præsens est, vt infirmitas & huiusmodi, non admitteret fructus, nec distributiones, imo etiam si omnino non conueniret, vt planè habetur in dicto cap. vnico de Clerico non resid. in 6. & notat Sylvest. Beneficium 5. quæst. 3. Angel. & alij. Sotus vbi suprà, & Couarr. num. 8. contra Palud. & id de Iure communi. Nam si esset specialis constitutio vel cõsuetudo, vt non lucrarentur, nisi qui adsunt, etiam si legitimè absit, illa videretur seruanda, quamuis minimé rationabilẽ talẽ consuetudinem vel constitutionẽ putarem: quia vbi nullũ est peccatũ nulla potest esse iniustitia, & per consequens nulla restitutionis obligatio. Sed non putarẽ esse iniustã talẽ

225 *Canonicus impeditus causa vera & iusta in choro assistens, & si nõ cãtet, potest fructus, & distributiones percipere, imo & si nõ assistat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem, vel consuetudinem, quamuis de iure expresso in d. c. vnico. & de æquitate contrarium sit verius, vt Couar. do cet. Id verò quod addit Syl. & Couar. quod est intelligendum de infirmitate, quæ est causa, vt non interfit, aliàs seeus, vt quia etiam si non esset infirmus, non iuisset. Quia tunc (inquiunt) non haberet distributiones, cum casus superueniens recipiat interpretationem secundum statum præcedentem, vt patet in cap. maiores, de Baptismo ad fin. non omnino placet. Quia mala intentio seu voluntas, qua si esset sanus non iret, licet ad peccatum faciat, nõ tamen facit quidquam ad restitutionem, quandoquidem ille est legitimè impeditus. Maximè, quia facilè posset intentionem mutare. Et idem est dicendum, etiam si omnino non recitaret, ratione infirmitatis, vel alicuius legitimæ causæ. Ita apertè declarauit Pius V. in dicto Extrauaganti, *nisi legitimum* (inquit) *impedimentum excusit, teneatur restituere fructus & distributiones.*

Legitimè ob morbum, vel ob aliam causam impediti, ne assistant in choro etsi valẽtes nõ assisterent, non tenentur ad restitutionem.

226 Sed an hoc etiam verum sit de beneficijs, quæ Capellanię vocantur, an scilicet Capellanus, qui in infirmitatem incidit, teneatur Missas alicui commendare, suis expensis, vel partem fructuum detrahere, pro rata Missarum, maior dubitatio est. Et sane nõ videtur esse eadem ratio, quoniã Canonicatus, & alia beneficia ex decimis instituta, dãtur prima in stipendiũ & decentẽ cleri orũ sustentationẽ, ac proinde si legitimè impeditus est iure positiuo debẽtur illi stipẽdia. Maximè cũ causa est infirmitatis, ac Capellania quę ex bonis patrimonialibus cuiusque est instituta nõ datur in sustentationẽ, sed datur ex lege & pacto, vt talia ministeria exerceantur, nullo habito respectu ad aliud, atque ita cũ non subsequitur causa etiam si inculpabiliter cesset, cessat etiã fructus perceptio.

Verum tamen ego dicerem in hac quæstione. Primum, quod si expressè habetur in fundatione, quod non lucretur, nisi Missas dicere curẽt per alios, tenebitur vel eas dicere per alium, vel ipse cũ conualescat, nisi lõga esset tardatio, vel ratam restituere: si verò id non dicitur in fundatione, sed simpliciter, quod dicãtur v.g. tres Missę in hebdomada, & ob id certa quantitas Capellano constituatur,

Capellanus per alium tenebitur Missas dicere, quando infirmitate impeditur, si infundatione, ita est expressum, & hoc intelligitur si infirmitas non est brevis.

est distinguẽdũ. Quia si infirmitas esset brevis, puta vnius vel ad summũ duorum mensiũ, non teneretur iterũ dicere, aut restituere. Nõ enim est credendũ fundatorẽ voluisse ita stricte obligare, cũ suam mentẽ non explicaret, nec certè est rationale tantum emungere. Vnde & ipsis Curatis spaciũ duorũ mensiũ, non magnũ putat Conc. Trid vt abesse possint ex legitima causa & licẽtia. Et ita in quibusdã Capellanijs est expressè institutũ, vt vnius vel duorum mensiũ tẽpus impediente morbo cõputetur, ne si verè seruissent. Si verò largior sit infirmitas tenebitur, vel Missas per aliũ dicere, vel restituere, ne tanto tẽpore defraudentur defuncti. Non enim est verisimile tã longas inducias dare voluisse fundatorẽ. Ob alias verò causas & negotia etiã iusta, ab infirmitate, non puto, etiã per hebdomadam licere missas omittere, non enim id vel consentit, vel rationabile est consentire fundatorem. Quibus suffragatur, quod decernitur in l. arboribus. §. de illo, ff. de vsufruct. Quo loco glos. adnotat salariũ famulo esse præstandum, quo tempore ægrotus sit.

227 *Si infirmitas capellani esset vltra duos menses, teneretur Missas per aliũ dicere, aut restituere ratam*

Ob alias causas quam propter infirmitatẽ nec per vnam hebdomadã, licet Capellano omittere missas,

Hanc sententiam probant. Inno. Ioan. And. Barb. in cap. 3. de Loc. num. 15. Dominicus in §. qui verò d. cap. vnico Host. & Speculator citati per Aufrerium decisio, Tolosa. 268. & fauet l. 4. §. Sticus si hær. ff. de stat. lib. vbi conditio seruiendi certo tempore censetur contigisse, si eo tempore morbo impediente non est seruitium præstitum. Et in l. 1. §. Diuus. ff. de Ver. cog. Scio equidem contrarium sensisse claros viros, Francum in d. §. si verò. glos. in l. penult. C. de cond. ob tur, ca. Imol. in d. c. 3. de Loc. Aur. Anchar. Bart. Dynus, Oldral. Iacob. Arenæ, Alberic. Aufre. Card. quos refert & sequitur Couar. in dict. num. 8. & Syl. verb. Famuli, quæst. 2. Vnde 1. regũ cap. penult. Amalechita seruum dereliquit eo quòd ægrotare cœpisset. Hęc enim sententia vera est, cũ longo quodam tempore vnius (verbi gratia) aut duorum mensium, aut vltra ægrotaret, & famulus. Si enim breue esset tempus, vnius scilicet, vel alterius hebdomadæ, certè æquum non esset illud de seruitio subtrahere. Vnde Couar. fatetur num. illo 8. quod dominus tenetur famulo ægrotanti

Famulũ probrosi tempore infirmantem, dominus non potest defraudare a suo salario

228 cibaria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cibaria, & modicas ac tenues expensas exhibere. Multò ergo magis tenebitur paucorum dierum salarium non cõputare.

Si famulus infirmetur, potest dominus expensas extraordinarias, incuratione factas, ex salario deducere.

Illud non inficiar, quod expensæ in curatione si excedant id, quod illi si sanus esset, in ordinariam sustentationem dari solebat, possent deduci ex seruicio: satis enim videtur esse ad debitam humanitatem, & dictas leges seruandas, vt eo breui tempore de solito salario, ac solito cibo nihil subtrahatur, siquidem si sanus esset, & reuera præstaret famulatum, non plus ei dandum foret.

Canonici vt lucretur fructus, non tantum tenẽtur assistere sed etiam psallere in choro, secundum Sotũ

Ad rem ergo redeuntes quæstio est an teneantur psallere in choro communiter cum alijs sub onere restitutionis: an verò sufficiat interesse horis, supposito, quòd eas priùs recitauerint? Quidam existimant teneri ad restitutionem nisi psallant, cuius sententiæ est Frater Dominic. de Sot. lib. 10. de Iust. q. 5. art. 4. ad med. vbi sic dicit: *stipendium non datur illis, vt assistant & dumtaxat sit numerus, sed vere vt psallãt.* Hæc sententia potest probari (licet eam Sotus non aliter probet, quã vt dictum est.) Quoniam beneficium datur propter officium, sicut ob causam principalem, vt supra ostensum est & habetur cap. fin. de Rescrip. in 6. At Canonicorum officium est diuina facere in choro, non veluti mutos sedere ergo tenentur restituere. Iure naturali retineri non potest, quod ob causam datur, causa nõ subsecuta: quod etiam patet ex toto tit. ff. de conditionibus ob turpem causam. Secundò probari potest ex natura institutionis Canonicatuum, quę est non vt adsint tãtum, sed plane vt psallendo assistant, & quod hæc fuerit & sit talis institutionis natura, declarat Trid. Synod. sess. 24. cap. 12. his verbis. *Omnes Canonici per se, & non per substitutos diuina compellantur obire officia, atque in choro ad psallendum instituto Hymnis, & Canticis nomen Domini reuerenter distincte laudare.* Si ergo hæc est natura, & ratio instituti in ecclesijs chori, effici certè videtur eos non satisfacere debito sui officij, qui solam naturalem & corporalem præsentiam exhibent.

Canonici vt lucretur fructus, non tantum tenẽtur assistere sed etiam psallere in choro, secundum Sotũ

229

Tertiò id ostendo ex Basil. Consil. Sess. 21. §. 3. vbi sic dicitur: *Canonici ut psallendi gratia conueniant, iuncta aut clausa labia*

labia tenere non debent, sed omnes præsertim, qui maiore funguntur honore, in Psalmis, Hymnis, & Canticis Deo alacriter modulentur. Et in Concil. Aquisgra. cap. 131. Canonicis religiosissimè in Choro stando, & psallendum est. Videt quomodo patres aperte dicant, non stare sed psallere in choro, non clausa labia iunctaque tenere, sed Deo reuerenter & distinctè modulari debere. Tandem probari posse videtur hæc sententia ex illa Extrauaganti Pij V. supra relata, vbi postquam dixerat non recitantes, non facere fructus suos, nec distributiones, subdit: *tametsi aliquis choro adsit, fructusque & distributiones aliter assignatas solæ præsentiæ, iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucri facere prætendat.* Sentit ergo, quod is qui est Choro addictus, si tamen non recitat cum alijs in Choro, licet sit præsens non potest lucrifacere fructus & distributiones, &c. Et videtur hæc sententia colligi ex Sylvest. verb. hora quæst. 6. & Armilla eodem uerbo quæst. 21. quatenus asseruunt in ecclesijs collegiatis, & Cathedralibus, & regulariter dicendas esse Horas in Ecclesia. Si ergo peccant tacendo in Choro, cũ tale peccatum sit contra iustitiam obrationem officij & beneficij, & naturæ fundationis, &c. sequitur oriri obligationem restitutionis.

Ex Concilijs & Sãctionibus Põtificis probatur non solum ad assistendũ, sed ad psallendum in choro teneri canonicos.

230

Ego verò saluo meliori iudicio existimarem nullam esse restituendi obligationem, suppositis, quæ suprà diximus, vt attentè saltem ad verba, vel attentione quadam saltem externa corporis, assistant, & domi officium persoluant, Capellanos habeant, &c. Moueor ea potissimũ ratione. Quoniam, etsi rigorem iuris attendamus, & veterem Ecclesiarum institutionem & fundationem (qua ratione per se psallere, & cætera diuina obire officia tenebantur) tamen de cõsuetudine iam à multis annis recepta, tollerata, & approbata, oppositum cernimus obseruari, Papa cæteriscque Prælatis videntibus & tacentibus. Neque verò omni ex parte propria & prisca cõsuetudo cessasse mihi videtur. Nam & Missas per hebdomadas psallendo dicũt, & in Horis Can. capitulũ & orationem canunt Episcopo celebranti assistunt, & alia plura. Solum igitur

231

Canonicus potest distributiones, & fructus percipere, cum sola corporali à assistentia, dũmodo capellani cantẽt, & ipse aliqualiattẽtione externa attẽdat, & domi horas debitere citet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur quo ad Horas introductum est, vt per Capellanos canentes ipsi assistant. Cum talis igitur consuetudo vigeat, & prælati consentiant, sequitur, nec eos non canentes peccare, nec ad vllam restitutionem teneri.

Ex consuetudine Ecclesiarū, & ex Concilijs & sanctionibus pontificis pro. sola assistentiā canonici in choro sufficere ad percipiēdos fructus & distributiones.

Secundò, id mihi persuadeo ob iura, quæ huic parti faueut plurimū. Nam in cap. 1. de Clerico non resid. lib. 6. sic habetur: *distributiones eis qui in choro adfuerint dentur.*, & in Concil. Trident. vbi supra eadem prorsus verba scripta sunt, citato prædicto cap. ex Bonif. 8. quòd idem in cap. licet de præb. & digni. prorsus habetur, & multo expressius, in act. 3. Decre. 10. Concil. Tolet. quod celebratum est sub Pio V. Sede ipsa Toletana vacante. Si ergo prædicta iura statuunt quotidianas distributiones esse conferendas iis, qui intersunt, & nihil amplius, vt illis dentur, exigunt, consequi videtur, eos qui adsunt licitè eas percipere, iureque facere suas, & multò melius fructus ipsius beneficij cū eorum loco distributiones fuerint subrogatæ, & per consequens sint eiusdem naturæ, & sub eisdem legibus subiectę, quoad causam eas percipiendi, imo longè plura requiruntur ad distributiones lucrandas, quàm ad fructus, vt omnes fatentur. Vnde vniusdiei resid entiam videmus totius anni fructus lucrari, & tamē
232 distributiones non nisi eius diei, duo resident, & communis opinio ante Concil. Latera. (vt author est Nauar. tract. de red. quæst. 1. colora. 19. & aperte tenuit Sylue. verb. illo clericus. quæst. 24. innumerabilibus ad id citatis authoribus) tenebat, quod fructus nō amitteb atur ex non residentia, nisi post sententiam, & tamen ipsi idem fatebantur, nullo pacto lucrari distributiones, sed in foro animę esse restituendas, vt patet per Sylvest. verb. beneficium. 5. q. 3. Si ergo distributiones dandas esse iura decernunt eis, qui intersunt, à fortiori concedentur etiam & fructus, & ita colligo ex Couar. num. illo 3.

Sed contra prędicta facere videtur huiusmodi consuetudinem non valere nunc temporis. Licet enim ante Concilium Trident. consuetudo non psallendi à peccato & restitutionis onere excusaret, tamen ea consuetudo improbatā & sublata videtur per dictum Concilium: dicit enim

enim, *compellātur canonici per se diuina obire officia, & nę per substitutos atq; in choro ad psallendū instituto Hymnis, & Canticis Dei nomen reuerentur, digné, & distinctè laudare.* Si ergo ad id compellendos canonicos Concilium prȩcipit manifestum est, contrariam illam consuetudinem omnino damnare. Verūm respon. non dixisse Concil. vt ipsi teneantur obire officia per se, & non per substitutos, & quòd ipsi nomen Dei laudent in Psalmis, &c. Sed quod compellantur id facere, & ita præceptum non dirigitur ad ipsos, sed ad prælatos, qui si in eo negligentes essent, peccarent illi quidē, non canonici sua vtentes consuetudine. Fuit enim intentio Concilij, vt prælati conuenientibus iuris remedijs canonicos compellendo, eos ad pristinum psallendi morē & primæuam institutionem, reuocarent: qua salutari, & antiqua consuetudine reuocata, tum demum sub mortali tenerentur canonici psallendo officium per se ipsos exercere sub mortali & sub restitutionis onere. Vnde Armill. §. illo 21. cū dixisset canonicos debere in ecclesia officium dicere in choro, subdit, *& prælati, vel illi ad quos pertinet facere hoc obseruari, si omittant, mortaliter agunt*, quasi præceptum hic non sit ad Canonicos, sed Episcopum, & ad alios obseruatores quibus ex officio conuenit. Neque tamen ob prędicta in eam sententiam ingredimur, qua aliqui putant delendum esse de ecclesia figuratum cantum, quod propositum in Conc. Tole. prouinciali anno 1573. ab aliquibus perhibetur fuisse. Nam ad Dei honorem, ecclesię splendorem, & fidelium deuotionem pertinere, idcirco ex quibus patet solutio primi argumenti. Licet enim officium Canonicorum sit Horas Canonicas psallere in choro, si primam institutionem attendamus, tamen decon fuetudine solum est, vt Missam ordinatim psallant in ecclesia, vt horarum officium suo ordine faciant, hebdomadarij officium exequentes, incipientes Horam, cantantes capitulum, & orationem, & denique choro assistere, & sua assistentia Dei gloriam cōplecti. Et sanē multò pulchrius & ad proximorum consolationem, & ędificationem, & ad Dei laudem accommodatius est, vt coadiutores (quos portionarios

233 *Etiā post Conc. Trid. sufficitas sistentia canonici in choro, vt percipiat fructus & distributiones, & si nō cantet per se.*

234 *Ad Dei honorē & fidelium cōsolationē, & ecclesię splendorem in diuinis officijs cantus figuratus requiritur.*

Licet non canentes modo communiter canonici in choro, vt erat antiquus mos, missā tamē, & horarū officiū hebdomadarij officiū exequētes ordinatī faciūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionarios vocant) & Capellanos (quos Cantores dicunt) habentes, diuina officia mira suauitate, & vocum varietate, atque instrumentorum cantibus exequentes ipsi veluti maiores sacerdotes omnia conspiciant, & gubernent, quæ ab inferioribus decantantur interius meditentur. Ob hæc ergo officia (quæ & consuetudo habet, & in se non sunt minima) dantur eis redditus & distributiones. Fateor equidem quòd in diebus non festiuis, vbi cantu figurato non vti solent, sed cantu communi vulgo *cantallano* deberent prælati, vt supra dicebam, & Concilium Tridẽtinum præcipit, eos ad psallendum cogere, tum enim tacere non tam est rationabilis consuetudo, sicut in festiuis diebus. Et per hęc patet ad secundum.

235

Si nõ essent cãtores & capellani, teneretur omnino canonici psallere in choro.

Ad tertium ex Concil. Basilienſ. & Aquisgran. Respõdeo ad primum ibi Concilium videri magis, quàm præceptum dari. Dicunt enim patres, *debent psallere*, quod verbum consilium denotare videtur. Deinde si esset præceptum consuetudine derogatum est, sicut ipsa prima institutio. Maximè quia prædicta Concilia habita sunt, cùm nondum essent cantores in Ecclesijs creati, & ad coadiuuandum introducti, quo casu omnes fatentur Canonicos teneri per se ipsos psallere, nulla consuetudine excusante, vt dixi in quarta suppositione. Esset enim corrupte la magis, quàm prouida, honesta, & rationabilis consuetudo.

Canonicus qui nec in choro, nec extra recitat horas canonicas, etsi præsens sit omnibus horis cum aliis in choro, tenetur ad restitutionem, ex Extraug. Pij Quinti.

Ad vltimum ex illa Extrauaganti Pij V. quod magis vrgere videtur respon. sensum illorum verborum, si recte expendantur, non esse eum, quem arguendo asserebamus, sed is est planus sensus. Ille qui nõ recitauerit Horas, scilicet, nec in choro, nec extra, quãuis in choro adsit, præterẽs sola præsentia lucrari, non lucrifaciet fructus & distributiones: itaque illa particula, *cum aliis*, nõ est iũgenda illi verbo non recitans, ita vt sensus sit, quòd cum aliis, non recitans in Choro, non lucrifaciat. Id enim alienum est ab intentione Pont. quæ erat condemnare non recitantes vllo modo, vti factum erat, vt in d. §. statuimus Concil. Lateranen. Sensus ergo est, tenetur restituere non recitans Horas tametsi non recitans, id est, prædictus beneficiatus

ficiatus, non dicens Horas, sit præsens cum aliis in choro omnibus horis, quamuis prætendat sola præsentia; &c. Adde quòd illud verbũ *sola presencia* ostẽdit loqui, de non dicente Horas etiam in camera, sed solũ quia prẽsens est choro, vult lucrari fructus & distributiones.

Nos verò non solum præsentiam sufficere putamus, sed etiam recitare horas oportere saltem in priuato. Fateor quòd accentuatio dictæ extrauagan. pro vt refertur à Nauar. magnam mihi dubitandi materiam dedit. Oppositum enim potius sensum indicat. Ego verò nullam aliã legi nisi illam. Nam post verbum *non recitans*, non habet incisionem, sed cætera iungit, scilicet, *omnibus horis*, & ita sensus est, quod tenetur restituere non recitans, cum aliis, etsi omnibus horis adsit, ut (sententia mea) non recta videtur accentuatio, nec menti, nec verbis Pontif. consona vt dixi, sed particula *cum aliis*, determinat verbum *præsens adsit*, immediatè sequens, ita vt sensus sit, tametsi cũ aliis præsens adsit non recitans officium, non lucretur: vnde consequens est, vt is qui non recitat licet præsens adsit, non faciat distributiones fructusque suos. Non autẽ qui recitat, & aliàs præsens adest, cum conditionibus supra positis. Et hęc circa hanc dub. á Doctoribus parum agitata à nobis dicta sint. 237

Id adnotare placet post has scriptas considerationes legisse me, Bernardinum Sandoualis bonis litteris, & summa pietate virũ, vt eius scripta declarare videntur, quino stram de restitutione sententiam, & ob id ipsum fundamentum astruit (quem modò ad manum non habui) renet inquam in titulo de Diuinis officijs cap. 16. & Sylu. verb. hora. quæst. 2. dicto 4. dicens de bene esse teneri beneficiatum dicere Horas in ecclesia, sed ibi loquitur Syl. de beneficiatis in communi, nam de Canonicis in particulari docet eodem verbo, quæst. 10. teneri ad dicendum officium in ecclesia, nisi sit legitimè impeditus per 92. dist. cap. fin. &c ita pro prima opinione supra est à nobis relatus. Nostrę tamen sententię pręter præfatum Dominũ Bernardinum videtur Caiet. in summa. Qui cũ disputaret, an satisfaceret Horis canonicis, qui verum sui chori

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui in choro submisse dicit versũ sui chori non satisfacit, nisi aliud formatum sit consuetudine, secundũ Cajet.

submissè dicit, respondet. Quod licet de iure non satisfaciat, si tamen intelligerem (inquit) esse in cõsuetudine non condemnarem, tanto magis quanto maiores non tam cantare, quàm ea quæ ab aliis cantantur meditari oportet, & colligitur ex Couarr. num. illo. 3. vt dixi. Quam tandem post hanc editionem legi apud Barthol. Med. in summ. cap. 14. §. 11. cuius ratio est, quia fructus & distributio non dãtur, nisi vt assistãt, quod si de iure intelligitur, omnino est falsum & iuribus, & ecclesiarum institutionibus inimicum, vt satis apertè monstratum esse arbitror.

De Recitatione horarum, sine attentione.

SVMMARIVM.

Beneficiatus aliquo die Horas canonicas recitans, vel canit sine attentione, non tenetur sequenti die eas repetere, ratione debiti spiritualis, num. 237

Qui in peccato mortali, etiam notorio recitat, vel canit horas, satisfacit præcepto Ecclesiæ, num. 238

Qui voluntariè se distrahit in recitandis horis, licet mortaliter peccet, non tamen tenetur restituere, secundum Sotum, num. 238

Non lucratur distributiones, nec fructus eius diei aut horæ qui vult esse distractus, num. 239

Oratio sine attentione, non est oratio, sufficit tamen attentio ad verba, ad iura soluanda, num. 239

In recitandis horis canonicis, aut decantandi, requiritur modestia, & collectio exterior, verba & confabulationes vitando num. 240

Præter-

Præterdictam modestiam externam, requiritur & attentio ad verba, ad satisfaciendum præcepto, & vt non inducatur obligatio restituendi, num. 241

Qui memoria recitat si saltem attendit in vltimo Psalmo se recitare, satisfacit præcepto ecclesiæ, & ad restitutionem non tenetur, num. 242

Quarta dubitatio sit. Num qui horas recitat, vel canit sine attentione teneatur ad restitutionem siue horas ipsas reperendo, vt specialiter defraudatis restituat spiritualia, siue saltem fructus? Primum præmitto, quòd non tenetur restitutionem facere spiritualem, secundum æqualitatem, id est, non tenetur Horas sic sine attentione recitatas repetere die iam transacto, vt dixi supra dubitatione præcedenti de beneficiato omnino non recitante. Quamuis Viguerius, & alij, quos (cũ de canono. horis agerem) retuli opposituri sensserint. Quæstio ergo est de fructibus & distributionibus, an teneatur restituere. Et quæstio est generaliter de omni beneficiato.

Beneficiatus aliquo die horas canonicas recitans, vel canit sine attentione non tenetur sequenti die eas repetere ratione debiti spiritualis.

Secundo suppono, quòd non eo solo quòd sit in peccato mortali (etiam fornicatione notoria) tenetur restituere, vt supra dixi, imo potius & satisfacit præcepto ecclesiæ de recitandis, & psallendis Horis, ita vt nouum non committat peccatum contra præceptum recitandi. Licet contra senserit Adrianus, & alij quos suprà retuli, & alibi latius tradidi. Tota ergo dubitatio est de eo qui sine attẽtione eas vel cecinit in choro, aliàs eas non recitans, vel extra chorum sine attentione vlla dixit.

238

Qui in peccato mortali, etiã notorio recitat vel canit horas satisfacit præcepto ecclesiæ.

In qua difficultate Sotus lib. 10. de Iust. quæst. 5. art. 6 conc. 4. in fine docet, quod ille qui voluntariè se distrahit, licet mortaliter peccet, non tenetur vllam facere restitutionem sed Sotus ibi loquitur consequenter ad quandam suam (quam ibi tenet) opinionem, suprà à nobis refutatam, quod dimittens officium vnum, vel duos dies nõ tenetur ad restitutionẽ. Vnde eam reddit rationẽ sue sententiæ, quia, inquit, si totũ officiũ dimitteret nõ peccaret,

Qui voluntariè se distrahit in recitãdis horis, licet mortaliter peccet, non tamen tenetur restituere, secũdũ Sot.

ergo à fortiori quia desit attentio, etiam de industria non
239 tenebitur restituere. Si verò attentionem perpetuò non
Nō lucratur distributiones, nec fructus, eius diei aut horæ, qui vult esse distractus. haberet, nō explicat Sotus an restituere teneatur, verum tamen quodammodo deducitur ex eius sententia, quòd teneretur restituere. Quoniam cū eam rationem abhibeat ne teneatur, quia (inquit) totum dimittere non obligat ad restitutionem, ergo à contrario sensu, in casu, quo officium dimittendo peccasset mortaliter (vt si vltra quatuor vel 8. dies dimitteret) sentiret esse mortale, sine attentione recitare, Nauar. ergo tractatu de oratione, quem Romę edidit, cap. 23. num. 7. hanc opinionem planè defendit eum, qui in priuato, vel in choro se voluntariè distrahit, non lucrari distributiones, & fructus eius diei, & per consequens eius horę, in qua voluit esse distractus. Et potest probari hæc sententia (ille enim non probat) quia ille non satisfacit pręcepto de recitandis horis, quin potius mortaliter peccat, ergò iniustè accipit distributiones & fructus. Non enim solum non ritè exequitur officium diuinum, vt ille qui est in peccato mortali occulto, vel notorio, sed neque vllo modo implet. Oratio enim sine attentione, non est oratio. Docet tamen num. 19. sufficere attentionem ad verba, quæ licet sit inferior ex tribus, sufficeret ad Deum, ad sensum, & ad verba, tamen talis attentio sufficit ad saluanda iura, quæ postulant attentionem.

Oratio sine attentione nō est oratio, sufficiet tamen attētio ad verba, ad iura saluanda.

Corduba tamen per aliud extremum, lib. 4. quæst. 14. docet nec distributiones, nec fructus esse restituēdos: quia licet talis oratio ad effectum vitandi peccatum, nō valeat tamen ad effectum non recitandi iterum, quę est spiritualis restitutio, & ad effectum non restituendi redditus, tales orationes acceptat Ecclesia. Maximè (inquit) quia Ecclesiæ deuotio supplet, cuius ministri sunt, sicut & voces organorum, & alias instrumentorum insensatas acceptat. Quam opinionem adscribit Medinæ, Anton. Castr. Syluest. & aliis, quos retuli dubit. præcedenti,
240 suppos. 2.

Porrò omnino mihi falsa videtur hęc Cordubæ sententia. Primū enim, quòd ait non requiri ad lucrādos redditus

ditus, exterior saltem attentio, quæ non est propriè attentio, cum non sit mentis, sed compositio quædam, modestia & recollectio exterior, qua saltem secundum apparentiā, videatur attentus, verba & confabulationes vitando à ratione prorsus est alienum, vt suprà probaui. Nam ex omnium sententia, peccat mortaliter, & non satisfacit præcepto Ecclesiæ, de recitandis horis, quidquid dicat Cord. Quin potiùs vtramque restitutionem facere tenetur, spiritualem quidem repetendo (si tamen dies non est elapsus, aliàs non tenetur, vt supra dixi) & temporalem fructuum. Cùm enim iura pręcipiant attentionem & deuotionem aliquam (vt patet ex cap. dolentes de celebratione Miss. vbi præcipitur attentè, pariter & deuotè. Et in Concilio Trident. & aliis suprà relatis, vt distinctè & reuerenter) omnino gratis sibi persuadet Cord. Ecclesiā talem orationem: quę oratio non est vera, nec ficta accheptare ad aliquē effectum. Quis enim sibi persuadeat in choro confabulantes, ridentes, murmurantes, scribentes, & alia aliena intermiscentes, aliquo pacto ab Ecclesia ac
241 ceptari, & nec Horas redicere, nec redditus restituere teneantur? Longè enim violentior est præsumptio non accipiendi ecclesiam. Cùm eius pręceptum, qnod de exterioribus est, etiam exterius non obseruent, quod maximè dolet Pontif. in d. cap.

In recitādis horis canoni eis, aut decantandis, requiritur modestia & collectio exterior, verba, & confabulationes vitando.

Secundo putamus, non modò esse necessatiam hanc exteriorem corporeæ compositionis attentionem, sed etiam interiorem, non sanè ad Deum, vel ad sensum, sed saltem ad verba, vt quis redditus lucretur, & ita sentit Nauarr. vbi suprà. Moueor, quoniam licèt non sit necessariū implere præceptum diuinum de oratione, ad lucrandos fructus, tamen certè Ecclesiæ præceptum necesse est implere, ob cuius impletionem, ipsa ecclesia stipendia assignauit, at præceptum ab ecclesia de hac interiori attentione ad verba. Licèt enim nos cùm hanc materiam de Horarum attentione tractassemus, in eam sententiam fuerimus ingressi, vt arbitraremur ecclesiam non præcipere interiorem attentionem, sicut ad Deum, & sensum. Vnde volūtariè & ex professo se distrahentem, & de bellis & inuti-

Præter dictam modestiam externam, requiritur, & attentio adverba, ad hoc vt satisfiat præcepto, & nō inducatur obligatio restitutionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libus rebus cogitantem, non peccare mortaliter, tamen
242 eam attentionem, sine qua recta pronuntiatio & recitatio esse non potest, in ecclesiæ præcepto esse existimabamus. Constat autem neminem ne ad verba quidem attendentem, posse ea veré & distinctè pronuntiare, & saltem periculo errandi se exponere. Igitur talis attentio est sub ecclesiæ præcepto: & per consequens eam non habentem & horas redicere, si dies est, & fructus restituere teneri.

Qui memoria recitat, si saltē attendit in vltimo Psalmo se recitare, satisfacit præcepto Ecclesiæ, & ad restitutionē nō tenetur.

Fateor equidem, quòd si quis memoria teneret omnia recitanda, quamuis nec ad verba attenderet satisfaceret, cū non se exponat periculo non proūntiandi, vt externus attentionem exhibeat. Vnde qui de more solito dicit, vel Laudes, aut Primam, vel aliam Horam memoria, in fine verò vltimi Psalmi aduertit se recitare, credendum est ecclesiæ præcepto satisfeciſſe, & ad restitutionem nō teneri, cū rectè saltem pronuntiauisse sit verisimile.

De priuatione fructuum excommunicatorum.

SVMMARIVM.

Beneficiatus excommunicatus, vel suspensus notorius, etsi recitet, vel cantet horas in choro, non percipit distributiones, nec fructus, secundum Adrian. & alios, num. 242

Secundum veritatem canonicus suspensus, siue excommunicatus, dummodo veniat ad chorum percipit omnes fructus & distributiones, nu. 243

Canonicus excommunicatus non veniens ad chorum nisi iniqua esset excommunicatio, non lucrabitur distributiones, num. 244

Si non stat per eum quo minus absoluatur, immunis erit a restitutione, tunc enim censetur legitimè impeditus, num. 244

Iniustè

Iniustè excommunicatus, non est priuatus fructibus, nec distributionibus, etsi nō interſit choro, n. 245

Etsi excommunicatio iniusta nō sit causa sine qua non propter quam canonicus non interſit choro, puta quod ante excommunicationem ipse nō aſsiſtebat, nūc tāmē immunis est a restitutione, n. 245

Quartam difficultatem placet hic examinare breuiter, quæ ex dub. 5, suposui, distulimus. An excommunicatus, vel suspensus à iure, vel ab homine, sit priuatus, ipso facto, fructibus & distributionibus, & ita ea restituere teneatur. Nam Adrianus, & alij, quos ibi retuli, dicūt teneri ratione peccati notorij, vel occulti. Quia dicunt idem est ac si non oraret, cùm non ritè oret. Quia nullum & inutile, idem sunt. Contrariū tamen docet Syluestr. vt ibi diximus. Quia si non quoad Deum, tamen quoad Ecclesiam ritè exequitur officium. Nauar. medium sequutur sententiā c. 25. numero 123. Quòd scilicet potest percipere aliquot fructus, sed non omnes, eos nēpe qui satis erunt ad se, & suos honestè sustentandos, cæteros teneatur restituere, & id, nisi bona habeat, vnde viuat. Quod Couar. verum solū fatetur de depositio, vel suspensio ob crimen, ne cogatur mendicare, grauatus inopia, in opprobrium ordinis clericalis: non autem de excōmunicato, vel suspenso ob contumaciam. Huic enim, etsi egenus sit, nihil dari debet de redditibus beneficiorum, cùm possint â contumacia, & consequenter ab excōmunicatione, immunes fieri: quod idem cēſet de eo, qui actu, & solemniter depositus est, & exauthoratus militia sacerdotali. Quod frequentissimo omnium calculo receptum esse testatur. Quod probat ex glos. in c. Cū Vnitonienſis, verb. ad miserunt, de Elect. & clem. Vt ij qui de ætate & qualitate. Et c. Pastoralis. §. fin. de Appell. receptas per Panor. in d. locis. Et ex cap. Apost. de Excep. Si tamen authores non explicant, an loquatur de eo excommunicato, qui ineffectu residet, an nō & ideò mihi videtur esse distinctione opus.

Beneficiatus excommunicatus, vel suspensus notorius, etsi recitet, vel cāret horas in choro, non percipit distributiones, nec fructus, secundum Adria. & alios.

243

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundū veritatem canonicus suspensus, siue excommunicatus, dūmodo veniat ad chorū percipit omnes fructus, & distributiones.

Primum ergo videtur, quôd siue sit excomunicatus, siue suspensus etiam notoriè, si in effectu venit ad chorum, & residet, & Horas recitat, &c. non tenetur restituere fructus. Quia vt supra dixi, dub. 5. ex Sylvest. Licet quoad Deum non satisfaciat, tamen quoad Ecclesiam facit quod illa ordinauit, & id nisi in sententia explicetur, quôd sit priuatus fructibus, id enim planum est. Siue ergo fructus, siue distributiones lucratur in conscientia, occultè vel notoriè excomunicatus, dummodô resideat, & sua munera præstet, cum circunstantiis supra à nobis positis. Nec opus est limitare hoc, ad eos redditus, qui sunt necessarij: quia si reuera recitat, & residet, omnes lucratur, & ex iustitia illi debentur, cū reuera exequatur diuina officia, prout ecclesia ordinauit. Verum est, quód excommunicatus notoriè, neque ille veniet, nec tollerabitur in officijs cū aliis, & ita de hoc non est tanta difficultas, nec puto Na-
244 uarr. loquutum fuisse in illa limitatione, de excommunicato reuera officium exequente, sed de non veniente, sicut & Couar. illatione 12. Id ergo solū in hoc puncto probatum volumus, quod præcisè ratione peccati mortalis, vel censuræ, non est priuatus redditibus, quicunque beneficiatus, siue curatus, siue canonicus, siue simplex habens beneficium, modô tamen officia exequatur.

Canonicus excommunicatus non veniens ad chorum, nisi iniqua esset excōmunicatio, non lucrabitur distributiones.

Secundo ergō videtur, quôd si non venit ad chorum, nullo pacto lucrabitur distributiones, nisi iniqua esset excōmunicatio, vt ait Couar. Hæ enim non nisi residentibus in effectu dantur, nisi adsint legitima impedimenta: quia non est legitimum impedimentum, cū sua culpa sit excōmunicatus, ita Couar. illat. 12. Nauar. vbi suprà, & l. 3. & 9. part. 1. Sed quid, si non stat per eum, quô minus absoluatur, in hoc casu docet Nauar. num. illo 223. quod non tenetur restituere, & ita mihi videtur, quia tunc incipit esse legitimè impeditus. Nec refert quód sua culpa incidexit impedimentum, quia cum iā nō stet per ipsum, quô minus absoluatur, non est culpabile. quod non adsit, sicut licèt infirmitatem sua culpa incurrisset, non ob id, dicemus non esse legitimum impedimentum, cùm per eum iam nō stet, quin veniat ad chorum, vt in hac specie adnotauit

Si nō stat per eū quo minus absoluatur, immunis erit a restitutione, tūc.n. cēsetur legitimè impeditus.

Couar.

Couar. num. illo 8. illat. 7. cap. 13. lib. 3. Var. resol. quæ de fructibus grossę verissima sunt. Vnde annotat Coua. illat. 12. quòd iniustè excommunicatus, non est priuatus fructibus, etiam si non adsit choro, & docet | glos. in cap. super. 2. q. 5. glos. in cap. Pastoralis. §. verum, de Appel. Panormit. & Imol. ibidem. Dominicus in cap. | contuma ces, dist. 50. de distributionibus nonnihil difficultatis habent, sed idem omnino putarem. Iura enim suprâ dicta, tā de fructibus, quàm de distributionibus, dicunt dandas esse residentibus, nisi legitimè sint impediti. 245

Iniustè excommunicatus, nō est priuatus fructibus, nec distributionibus, etsi nō intersit choro.

Scio putare Couar. illat. 12. non lucrari, nisi duo concurrant. Primū, vt tempore excommunicationis resideat id est: præsens sit in ea ciuitate, vbi beneficium habet. Secundo, vt ante excommunicationem esset solitus diuinis officiis interesse, ea fortasse ratione (vt suspicor) quoniā excommunicatio in isto, non est causa non interessendi, sicut dixerat idem Couar. infirmitatem, quę causa nō est, vt non intersit, quia aliàs erat solitus non interesse, nō sufficere, vt lucretur absens distributiones. Verum tamen quod attinet ad hanc partem (iam supra ostendimus) saltuo aliorum iudicio, quôd etiam si infirmitas, vel aliud Canonicum impedimentum (quale videtur esse iniusta excō municatio) non sit causa, sine qua, non absentię à choro, nihil nocere ad lucrandas distributiones. Nam interior bonus vel malus animus in restitutionibus, nhil efficit, nec ecclesia talem actum internum punit. Si enim ille venire vellet ad chorum eo die quo ægrotare, vel excommunicari iniustè cœpit, quis dubitat, quin ille lucraretur fructus & distributiones, cùm reuera sit iam infirmitas, vel excō municatio, totalis causa non interessendi, sola igitur animi voluntas, & interior motus, ius ad fructus, vel distributiones daret vel auferret, solamque hanc cogitationem ecclesia puniret, quod dicendum non est, maximè, quia facilè sic infirmus vel excommunicatus, posset mentē mutare, & ita sola sua voluntate, se â restitutionis obligatione eximere. Et vt nostræ sententiæ rationem melius intelligas, accipe è diuerso argumentationem. Si Canonicus ad ecclesiam ire solitus, in morbum incideret, secumque (li-

Etsi excōmunicatio iniusta, nō sit causa sine qua non, propter quam canonicus nō interfit choro, puta quod ante excōmunicationē ipse non adfuit, tūc tantū immunis est á restitutione.

246

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet praue) decerneret, non iterum ad ecclesiam, etiamsi valeret. Numquid is fructibus vel distributionibus priuatus erit? Nequaquam sanè. Praua enim cogitatio ius percipiẽdi, ex legitimo impedimento, auferre non potest, & tamẽ iuxta hanc sententiam non faceret fructus suos, & distributiones huiusmodi. Si quidem infirmitas illa non est causa, sine qua non absentię, vt patet. Nam etiam si valens esset, non accederet. Illud est confitendum, in exteriori foro Couarr. & aliorum valere sententiam. Is enim, in quo infirmitas & excommunicatio iniusta, efficax causa absentiæ non est, quia non erat venire solitus, non re-
247 petit distributiones, nec ei dabuntur. Quia præsumitur, quod valens, non veniret, & ita in pœnam iustæ præsumptionis, iam anteâ per solitam absentiam ab ecclesia, cognitæ, priuari poterit, etiam tempore legitimi impedimenti. Nos verò ante sententiam loquimur.

De sacrificio Missæ.

SVMMARIVM.

IN quouis opere in charitate facto, est triplex valor, meritum de condigno, impetratorium quod merito de congruo dici potest, & satisfactorium. Quid sit, iste triplex valor, num. 247

Valor meriti de condigno non potest alteri quam ipsi operanti communicari, num. 248

Valor satisfactionis & impetrationis, possunt alteri quam facienti communicari num. 248

In celebratione Missæ sunt prædicti tres valores, prout ab operante, seu ex opere operantis num. 249

Vltra prædictos tres valores ex opere operantis, sunt in sacrificio Missæ tres alij ex opere operato, num. 249

Meritum Christi satisfactio, & impetratio valet nobis de condigno ad meritum gratiæ & gloriæ, secus quam nostra merita respectu aliorum, numero. 249

Cum quis eleemosynæ accepta, vel liberè alicui promittit missam, tantum tenetur applicare valorem ex opere operato illius sacrificij, num. 250

Meritum & satisfactionem ex opere operantis, potest cuilibet applicare liberè, num. 250

Sacerdos potest vltra taxatam eleemosynam aliquid aliud exigere ab eo qui aliquid speciale in missa postularet, num. 251

Sacerdos non potest non adimplere conditionem, pro qua notabiliter augetur eleemosyna, num. 251

Præter triplicem valorem ex opere operato, & ex opere operantis, est aliud triplex respondens ecclesiæ illud sacrificium offerenti, scilicet de aliis orationibus ab ecclesia institutis, numero. 252

Valor missæ prout est a ministro offerente, quantumuis crescat, nunquam poterit adequare valorem ecclesiæ, num. 253

Valor Christi in sacrificio est infinitus, ita vt infinitum quemcumque valorem excedens, valor vero ecclesiæ cum nullius offerentis valore potest adequari, num 254

Valor ecclesiæ in sacrificio minuitur ex malicia offerentis ministri, secundum Sylue. num. 254

Universidad de Deusto
Biblioteca

Malicia ministri per quem dominus cõfert elee mosynam, non inficit actum eleemosynæ domini, num. 255

Malicia sacerdotis non minuit valorem Missæ correspondentem ecclesiæ qui tamẽ ab ipso ministro, est maior, est secundum bonitatem ministri, num. 256

Valorem ecclesiæ in sacrificio missæ correspondentem, non potest minister cui vellet applicare, num. 256

Tribus modis opus bonum alicui applicatur, cõmunissimẽ, specialissimẽ, & medio modo, nu. 257

Sexta difficultas, vtrũ sacerdõs, qui pro vna Missa, plures accipit eleemosynas, teneatur ad restitutionem damni spiritualis illati, vel Missas iterũ dicendo, vel faciendo, vt alius pro eo dicat, vel saltem temporalem pithantiam restituendo? Quæstio hæ pendet ex ea, an Missa pro multis oblata, tantum valeat singulis, ac si pro vno quoque solũmodô diceretur? Pro cuius quęstionis intelligentia, quędam mihi lector, pręmittenda sunt. Primũ, in vnoquoque bono opere in charitate facto, esse tres valores, aut fructus. Primus est valor meriti condigni, quia scilicet pro illo, danda est gloria in cælo, ex iustitia & lege Dei, iusta illud Christi Redemptoris nostri: *qui dederit potũ aquæ frigidæ in nomine meo, &c.*

In quouis opere in charitate facto, est triplex valor, meritũ de cõdigno, impetratorium & merito de congruo dicipotest & satisfactorium. Quidsit, iste triplex valor.

Secundo, est impetratio, quia scilicet per actus bonos in charitate factos, impetramus â Deo nostras petitiones, & hoc potest dici etiam meritum, sed de congruo. Nõ enim aliqua lege tenetur Deus, omnes nostras petitiones concedere in particulari, sed est congruum vt ipse sua liberalitate, nostris annuat petitionibus salutis, scilicet, bonorũ succesſuũ, &c. Quãuis si quatuor cõditiones adsint in oratione, quas D. Tho. cõmemorat. 2. 2. quæst. 85. art. 6. ad secundum. Sylvest. verb. oratio. quæst. 6. dict. 4. & Gabr. lect. 63. in princ. infallibiliter impetrabuntur petita, ex eius

248

eius sententia. Tertiô, valet quodcumque bonum opus in charitate factum, ad satisfactionem pœnæ debitæ pro peccatis, & id ex iustitia, vt cũm de satisfactione agerem scripsi. Neque opus est ista nunc probare, sed pręmittere, vt certam sapientissimorũ doctrinam. Est tamen quędam inter prędicta bona differentia. Nam primum bonum, scilicet meriti ex condigno, non potest alteri valere, quàm facienti ipsum actum, vt cũm de gratia agerẽ probaui & est communis sententia, at meritum congrui seu impetratio quæ sunt in secundo genere, & satisfactio, quę est in tertio genere potest alijs applicari, vt in dicta materia de satisfactione ostendi, & Sum. quotidie Põtif. per indulgentiarum concessiones applicat & eis valet, non solum ex congruo, sed etiam ex condigno. Cũm igitur Missę celebratio inter opera bona computetur, ideo illi actui dicta tria bona respondeant necesse est. Nempe meritum quòd soliius est sacerdotis, impetratio, & satisfactio, quæ Potest prodesse aliis, & hæc procedunt de actu illo, prout noster est, quod opus vocant operantis, nam prout Christi actio, & meritum est iam dicere pergimus.

Valor meriti de condigno, nõ potest alteri quã ipsi operanti cõmunicari.

Valor satisfactionis & impetrationis, possunt alteri quã facienti communicari.

Est secundo notandum, quòd in Missæ sacrificio est valor ex opere operantis, qui triplex est, vt dictum est in primo puncto, & vltra hoc, valor est ex opere operato, nempe ex bonis operibus Christi, quę ibi velut in vase quodã reseruantur, & nobis applicantur, & in eo est assignare triplex illud bonitatis genus. Num ibi vltra nostrũ actũ, aut triplicem eius valorem, alius triplex valor reperitur. Meritum scilicet Christi, impetratio eiusdem, aut satisfactio, quę nostros longè superant, quippe qui infiniti in ratione meriti & satisfactionis, à quibus nostra operatio habet suos valores, vim & efficacem omnem. Est tamẽ quędam differentia, quia (vt dixi) meritum nostrum nulli valet ex iustitia ad gloriam vel ad augmentum gratię, sed meritum Christi, satisfactio, & impetratio valet nobis de condigno, aut ex iustitia, quia est caput nostrum, & ita nobis membris cũ applicatur, valet ex iustitia, ac si nostra essent eius merita ad gloriam & satisfactionem. Vnde tam primam gratiam & remissionem peccatorum operatur in nobis

In celebratione Missæ sunt prædicti tres valores, prout ab operãte, seu ex opere operãtis.

Vltra prædictos tres valores ex opere operantis, sunt in sacrificio missæ tres alij ex opere operato.

Meritũ Christi satisfactio, & impetratio valent nobis de cõdigno ad me

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritum gratiæ, & gloriæ secundum nostram mensuram, respectu alterius.

nobis illud sacrificium & cætera sacramenta, quàm ipsam pœnæ remissionem. Si enim Adæ peccatum, quia peccatum erat capitis ex iustitia omnes eius posteros condemnatos infecit, multò magis Christi gratia (quia est secundus Adam) meritum, & satisfactio omnes quotquot attingit saluare ac resicere poterit, vt *vbi abundauit delictum superabundet, & gratia.*

250

Cum quis eleemosynæ accepta, vel liberè alicui promittit missã, tantum tenetur applicare valorẽ ex opere operato illius sacrificij

Est & alia meo iudicio differentia, quia cum eleemosyna taxatur, promissa, vel aliquis sua sponte promittit alicui Missam dicere, vel eius defuncto, non taxatur neque promittitur valor, secundum quod est operantis, sed secundum id quod est ex opere operato, vt bene Caietanus docuit in Quodlib. de celebratione Missæ, quæst. 2. vers. ex his ergo, & Cord. lib. 1. quæst. q. 4. §. pro declaratione. Meritum enim & satisfactio, quæ est ex deuotione offerentis, liberè potest applicare sibi vel alteri, vt placebit. Quod inde manifestatur, quod si quis in peccato mortali celebrat satisfacit, vt notum est danti sibi eleemosynam, & tamen non applicat meritum, vel satisfactionem sino actui respondentem, quæ nulla est, sed solum Christi satisfactionem & meritum. Non ergo tenetur ex iustitia Missam petenti, vel deuotionem adhibere suam, vel adhibitam applicare ei, pro quo celebrat. Ex quo obiter docet iu fecere, petenti Missam de Spiritu sancto, de defuncto, vel de alio Sancto, vel vt Orationem de salute, vel de B.

Meritum & satisfactionẽ ex opere operantis, potest cuilibet applicare liberé.

251

Virgine, &c. apponat, non teneri sacerdotem acquiescere, nisi ob speciem illum laborem non debitum, eleemosynam augeat. Quòd non solum probo ex eo, quòd vt Sylvest. sentit verb. Missa. quæst. 8. dicto 5. & supplerum ab eo citatum, & alij multi, nulla Missa est defuncto, vel cuipiam alteri salubrior, quàm dici. Hoc enim infra examinabimus, sed etiam ex eo, quòd cũ taxatur missæ labor, non cum iis circunstantijs sed simpliciter taxatur. Vade importunas has conditiones sacerdos non tenetur admittere, nisi specialiter promitteret: tum enim teneretur ex vi promissionis & veracitatis sub veniali peccato implere, sicut aliam qualibet promissionem, quæ non impleta non damnificaret proximum notabiliter. Licet

Sacerdos potest vera taxatam eleemosynã aliquid aliud exigere ab eo qui aliquid speciale in missæ postularet.

Sylvest.

Sylvest. verb. Missa, peccatum esse mortale contendat, cùm dicat infideliter agere, & non satisfacere, quòd tunc verum dumtaxat putarem; cũ ob has conditiones & similes (vt quod missa dicatur in hoc loco, quo etiam casu loquitur Sylvest.) eleemosyna notabiliter augeretur.

Tertio est animaduertendum, adhuc præter valorem illum triplicem ex opere offerentis ministri, & alium triplicem ex opere oblati Christi, imo etiam verè offerentis esse etiam alium triplicem valorem ex fide & deuotione ecclesiæ offerentis illud sacrificium. Quia vt ex Canone constat, ecclesia offert illud medio ministro. Sunt enim missa, orationes, & cæremoniæ actus quidam publici ex institutione ecclesiæ ordinati: atque idem dico de Horis Canonicis, & de aliis orationibus ab ecclesia compositis. Et quamuis Scotus Quodlib. 20. art. 2. & Gabr. in 4. distinct. 1. & 45. vt citat Cordub. appellant hunc valorem ex opere operato, quia inuenitur in hoc sacrificio vlera meritum operantis ministri, tamen melius docet Cord. in libro 1. quæstio. q. 3. & Couarr. in capite Alma mater parte priori. §. 5. num. 6. Sylvest. verb. Missa in principio. Nauarrus capite 25. num. 111. pertinere ad opus operantis, cùm habeat efficaciam ex Ecclesiæ deuotione vel fide, alioquin etiam Horæ cano. & aliæ publicæ ab Ecclesia institutæ haberent effectum ex opere operato, cùm vltra sacerdotis meritum habeant valorem alium, scilicet ex Ecclesiæ merito, quod non verè diceretur, quidquid idem Gabriel velit, lectione 57. litera B. Quòd idem, & à fortiori docet de Oratione dominica, & Medina C. de oratione. cap. de oratione pro seipsa. Gerson 3. part. Alphab. 7. Id enim solum est verum, quia præter motum priuatæ personæ habent valorem ex deuotione Ecclesiæ, vel Christi orationum præcipientis, & instituentis. Idem est dicendum de valore eiusdẽ Missæ ex opere operãtis, petentis (inquã) illam, & fidelium audientium & offerentium. Nam ij si etiam respondent suum meritum & satisfactio, si in gratia sint, vt dictum est de ipso sacerdote offerente.

Sacerdos nõ potest non adimplere cõditionẽ pro qua notabiliter augetur eleemosyna.

Præter triplicẽ valorẽ ex opere operato, & ex opere operantis, est aliud triplex respondens ecclesiæ illud sacrificium offerẽti, & idẽ est de aliis orationibus ab ecclesia institutis

252

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

253 Sed antequam vlterius progrediar, placet breuiter regere tria. Primum, an valor Missæ, prout est ab ecclesia, sit maior semper, quã prout est à ministro? Alterum an ex in deuotione ministri minuatur valor ille, qui ex ecclesiæ opere consurgit? Postremum, an possit sacerdos hunc qui ex ecclesia est valorem, cui volet applicare, an verò satisfaciat offerendo, quod ex opere operato est Christi?

Valor Missæ prout est à ministro offerente, quantumuis creseat, nũquã poterit adequare valorem ecclesiæ.

Primæ dubitationi respondeo, me putare quãtũuis creseret ministri etiam sanctissimi deuotio nunquam peruenturam, vt æquet prædictum valorem. Nullus enim in particulari etiam sanctissimus dilectior atque acceptabilior esse potest Deo in terra, quam ii tota eius ecclesia, sancta, immaculata, non habens maculam neque rugam: contra cuius firmissimam fidem & charitatem inferorũ portæ non præualebunt. Maxim. æquis corpus totum, multò maioris virtutis esse debet, quam singulare membrum. Vnde sicut Christi meritum est in infinitum maius, quã ecclesiæ, & ita valor huius sacrificij non potest habere æqualem, ita valor eiusdem, prout ab ecclesia est, longé superat valorem ex deuotione optimi cuiusque sacerdotis: quód magno solatio esse debet iis, qui Missas dicere iubent, cũ participes sint vltra Christi meritum & satisfactionem, etiam tot sanctorum (qui in ecclesia sunt) meriti & deuotionis, quod vt statim dicemus non impeditur ob malum ministrum.

254 *Valor Christi in sacrificio est infinitus, in infinitum quemcumque valorẽ excedens, valor vero ecclesiæ cum nullius offerentis valore potest adequari.*

Secundæ dubitationi respondet Syluest. verbo Missa in principio, prædictum valorem minui vel augeri ex deuotione & bonitate maiori, vel minori ministri, quia (inquit) minister est instrumentum ecclesiæ, at verò instrumentum, quò aptius est operatur melius. Si minister igitur est in gratia vel maiorem habet deuotionem, fructuosior erit missa, quoad orationes & preces ecclesiæ. Quam ego sententiam non omnino probo: Quippe ex qua sequeretur Missam mali sacerdotis nullius penitus esse valoris, non modò valore ab ecclesia recepto, verùm etiam quoad sacrificium & meritum Christi oblati, quod ipse & omnes tanquam erroneũ ejicere debemus. Consequutio ex eo valet. Nam minister est Christi instrumentum, quemadmodum

255 *Valor ecclesiæ, in sacrificio minuitur ex malipia offerentis ministri, secundũ Syluest.*

modum etiam in sacramentis, vt Christi instrumentũ gratiam confert. Cũ igitur tam respectu Christi quã ecclesiæ minister exhibeat nudum ministerium, non debet eius malitia totaliter impedire, aut infirmitas & indeuotio enerua re siue Christi, siue Ecclesiæ meritum & valorem, neque omnino quidquam officere, sicut nec malus famulus dans eleemosynam, vt instrumentum sui domini quicquam illius merito ob est, aut præiudicat. Rectius ergo docet Angelus, quod missa boni sacerdotis, quo ad orationes & accidentalia missæ annexa, melior est melioris, prout oratio nes illæ pendent ab eo, vt priuata persona est, non tamen vt publica persona gerens vices ecclesiæ. Sic enim à quocunque dicatur, æque fructuosa oratio est, sicut & ipsum sacrificium. Sed rogas curiosius, quid si non vt minister ecclesiæ, sed verbi gratia laicus Horas Cano. recitat, & Orationem dominicam, nunquid si in peccato mortali eas fundat proderunt saltem his pro quibus oratio sit? Sotus dist. illa 15. quæst. 2. art. 1. putat non prodesse: quia ex quo non est ecclesiæ minister, non habent illæ preces aliã vim, quàm si ab eo essent factæ: sed longé melius Nauar. & Couarr. oppositum existimant. Quia ex quo ecclesia eas instituit, & per se sunt Deo gratiores, & ecclesia eas quolibet suo membro Deo offerri voluit.

Malitia ministri per quam dominus confert eleemosynam, nõ inficit actum eleemosynæ domini.

256 *Malitia sacerdotis non minuit valorẽ missæ correspondẽtẽ ecclesiæ, qui tamen ab ipso ministro est, maior est secundũ bonitatem ministri.*

Tertiæ dubitationi respon. Vt mihi quidem videtur, non esse in potestate sacerdotis valorem illum ecclesiæ offerentis, sicut neque aliorum offerentium, pro quocunque volet applicare. Nam ipsa ecclesia offert pro communibus necessitatibus, pro Papa, Rege, & omnibus fidelibus viuis & defunctis, & ita non est in eius facultate illam dispensare, sicut nec meritum, nec satisfactionem audientiũ sed solum suæ potestatis est, Christi valorẽ ex opere operato, & suum ex opere operantis applicare, pro quacunque priuata persona ipse volet.

Valorem ecclesiæ in sacrificio missæ correspõdentẽ, non potest minister cui vellet applicare.

257 *Tribus modis opus bonum alicui applicatur communissimè specialissimè, & mediomodo*

Quarto adnotare debemus id, quod omnes ex Scoto animaduertunt, quod hoc sacrificium, & quodlibet bonum opus tribus modis potest alicui applicari. Primo generalissimè, & sic valet omnibus in charitate existentibus iuxta articulum quo credimus, *Sanctorum communionem*. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc non ex intentione vel applicatione faciẽtis tale opus, sed ex natura rei, quia sumus omnes vnum corpus, & ita bonum vnius membri naturaliter participatur à cæteris. Ista autem bona (inquit Cord. quæst. illa 3.) sunt gaudiũ spirituale, dæmonũ debilitatio, reseruatio à malis temporalibus, & alia plura bona temporalia, & spiritualia, quæ Deus confert ob bona opera factáque amicorum. Vnde quando sunt plures in Ecclesia sancti, & plura bona opera fideles in gratia præstant, plura Deus confert Ecclesiæ beneficia, & aliis fidelibus cõiunctis in charitate, sed hic modus procul est à proposito, cũ eleemosyna Missæ non detur ob hunc fructum, qui naturaliter sequitur ex ipso sacrificio & ex quocunque bono opere. Secundo modo contra, specialissimè, quando nulli alteri quàm offerenti prodest, vt meritum condigni, impletio præcepti, & alij fructus merè personales, & neque hic modus est ad rem, cùm per Missam non applicetur, nec possit. Alioquin plures dato argento, vt sacerdos vel alius pro ipsis præceptum impleret, & gratiam & gloriam de condigno mereretur, aliis se negotiis implicarent. Quod absurdum est. Tertio igitur medio modo, quando scilicet dirigitur, & applicatur oratio, seu missa pro aliquo, vt communiter fieri solet speciali quadã ratione. Differt à primo hic modus: quia non est communis omnibus ex natura amicitiæ, sed fit communis fructus, secundum specialem voluntatem offerentis. Vnde sæpè pro peccatoribus offert ecclesia. Differt à secundo: quia est alteri applicabilis.

258

De sacrificio missæ pro multis oblatum.

SVMMARIVM.

Tam de cõgruo quã satisfactorio, minusquisq; participat de merito ex opere operantis, cũ sacrificium pro pluribus, quam pro pauciori-
bus offertur, num. 258

Meritum impetratorium maius est, & magis accepta ac Deo gratior oratio, quo pro pluri-
bus

bus offertur, num. 258
Secundum Gab. meritum impetratorium minuitur, cum pro pluribus offertur oratio, & certe fallitur, num. 260
Meritum sacrificij missæ ex opere operato minuitur respectu cuiuslibet, si pro pluribus offeratur, secundum plures Doctores, num, 262
Sacrificium missæ deseruit ad ablationem malorum & collationem bonorum, num. 263
Fructus satisfactorius & meritorius sacrificij missæ ex opere operato, tantum valet singulis si pro pluribus applicetur, ac si pro vno tantũ, secundum plures Doctores, & veritatem, nu. 267
Ad valorem sacrificij requiritur intentio offerentis, tali tamen intentione non limitatur virtus infinita rei oblatæ, num. 268
Tam est infinita intentio & oblatio Christi se offerentis, quã res ipsa oblata, etiam a sacerdote finita intentione oblata, num. 269
Differentia inter sacrificium cruentum, & incruentum, num. 270
Quo ad fructum ex opere operato, tantundẽ prodest sacrificium missæ ei pro quo offertur, tã a malo, quam a bono sacerdote oblatum, num. 272
Intentio sacerdotis applicat sacrificium, deuotio vero facit vt magis prosit pro quo applicatur, n. 273
Nihil a bono sacerdote maius, nec a malo minus offertur in sacrificio, num. 273
Ex eo quod plures ministrent, vel audiãt missam, non minuitur fructus vnicuiusque, num. 274
Fructus sacrificij missæ maior communicatur, secundũ dispositionẽ eius pro quo offertur, num, 274

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fructus ex opere operato sacrificij missæ qui debetur, secundũ dispositionem eius pro quo offertur, nõ minuitur, etsi pro pluribus offeratur, nu. 275
Non est determinatus gradus in fructu sacrificij qui si pro pluribus offeratur sit diuidendus, num. 276
Fructus sacrificij, respondens deuotioni eius pro quo offertur qui finitus est ex infinito, diuisus in pluries, minor est quam si in pauciores, nu. 277
Eucharistia vt est sacramentum tantum fructũ cõmunicat suscipiẽti, sicut et vt est sacrificiũ, n. 278
Virtus sacrificij missæ indeterminata, & infinita, limitatur secundum dispositionem recipiẽtium, sicut virtus sacramentorum num 279
Nihil fructus minuitur ei pro quo offertur sacrificium, etsi pro pluribus sacerdos oret in memento num. 279
Nihil fructus sacrificij pro aliquo in primo gradu offerti, detrahitur ex oblatione in infinitũ pro aliis in secũdo & tertio gradu num. 280
In sacrificio missæ non solum representatur Christi passio, sed ipse Christus offertur incruentè, & ipsa realis eius passio, num. 283
Christi passio tam est recens & accepta æterno Patri, ac si modo Christus pateretur, num. 284
Virtus satisfactoria sacrificij in missa, limitatur ex deuotione eius pro quo offertur num. 285
Missæ fructus principaliter prodest ei pro quo offertur, secundum mensuram suæ deuotionis, n. 287
Ex missæ fructu respondet aliqua portio ipsi sacerdoti offerenti secundum suam deuotionẽ, & eam portionem poterit cur velit applicare, nu. 287

Mediatè

Mediatè offerentibus respondet et sua portio in fructu Missæ, dummodo sint causæ principales, num. 288
Fructus Missæ vel Sacramenti crescit, vel minuitur ex deuotione ministri, vel ecclesiæ, num. 289
Si sacerdos rogatus ab vno offerat sacrificium pro pluribus, minor erit portio fructus in singulis, quã esset in vno, num. 290
Quamuis sacerdos offerens, et is pro quo offertur sacrificium, sint in peccato mortali semper tamen sacrificium sortitur aliquem effectum, nec enim omni suo fructu frustrari potest nu. 291
Ex eo tantum quod quis est orthodoxus, non respondet ei aliqua portio in sacrificio, vt si sit in peccato mortali nec de condigno, nec de congruo, num. 294
In sacrificio missæ non respondet portio totiecclesiæ vt constat omnibus fidelibus vnitis in fide secus vt constat membris vnitis in charitate, quæ est communio sanctorũ, nu. 295
In missæ sacrificio sunt plures portiones in equales, quæ pluribus distribuuntur, & in equaliter, num. 296
Si habeant æqualem deuotionem, in æqualiter tamen percipient fructum missæ ratione quadã speciali, primo is pro quo offertur, secundo qui celebrat, tertio procurans vt sacrificium offeratur prebens eleemosynam, vel precibus, &c. num. 296
Quatuor fructus quos percipit, qui audit, & qui ministrat in sacrificio missæ, num. 297
Qui sunt in charitate, non solum ratione communionis Sanctorũ percipiunt fructum missæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& absentes, sed quia pro illis specialiter offertur, num. 298

Ex quocumque sacrificio omnes fideles & absentes triplicem fructum percipiunt si sint in charitate, ex opere operato, & iustitia, si in peccato excongruo, num. 299

Cæteris paribus maiorem fructum percipiunt qui altari peculiarius deseruiunt, num. 300

Is pro quo offertur ex natura rei maius ius habent ad fructum sacrificij, quã cæteri omnes. 2. qui offert. 3. procurans, num. 301

Licet varietur quantitas fructus missæ secundum gradum in quo quis percipit, sed in vnoquoque gradu, semper quis percipiet, secundum mensuram suæ deuotionis, siue plures, siue pauciores sint in illo gradu num. 303

Tam de cõgruo quã satisfactorio, minus quisque participat de merito ex opere operantis, cũ sacrificium pro pluribus, quam cum pro paucioribus offertur.

Quibus suppositis quæstio est grauis. An missę sacrificiũ pro multis obaltum valeat vniquique tantundẽ, ac si pro eo solo fieret? & sanè quod attinet ad fructum ex opere operantis, siue id sit ex motu boni ministri, vel ecclesiæ, vel offerentium, satis alibi ostendimus minui, scilicet exeõ sortio participantium in tali oratione, vel bono opere, nõ solum in satisfactione de condigno, sed etiam in merito congrui. Quia reuera præmium etiam de congruo debitũ minus est, cùm pro multis offertur. Fides enim atque deuotio iuxta quam de congruo merentur impetrare, finita est, & consequenter præmium respondens finitum. Quãuis impetrationem non putamus minui, imo augeri laudẽ actus & vim impetratiuam, cũ pro multis oramus, quàm cùm pro paucis.

Cuius diuersitatis ratio est. Quia cùm satisfactio de iustitia habeat perfectam rationem debiti, & meritum congrui etiam habeat rationem debiti, licet imperfectam, saltem

tem secundum quid. Respicit enim omne meritum præmium ipsum, sicut, aliquo pacto debitum. Hinc enim est, quod cum offertur pro multis, talis satisfactio & meritum necessarium sit minus deberi vnicuique, siue debitum sit ex iustitia, vt in satisfactione alteri applicata, siue debitũ sit secundum quid ex quadam congruentia: at impetratio non respicit præmium, aut meritum vllo modo, sed meram (eius quem oramus) liberalitatem. Hinc est, quòd ex eo quòd plures in oratione apponamus, non minuatur aliquid. Nam neque eius liberalitas impeditur, cùm limitata non sit, vt contingit in creaturis, vbi ij, qui pro pluribus orantur minus habent quod dent, & ita nolunt sæpius, & pro multis rogari ob limitatam eorum virtutem: at Deus cuius virtus, & liberalitas non minuitur dando, non recusat aliquid sibi, & pro multis peti, imo illi placet. Vnde cùm oramus pro multis, magis est accepta omnino, & non minoris efficatię pro vnoquoque, præsertim quod non est dividendum aliquid inter eos, pro quibus rogatur, vt est in satisfactione, & merito etiam congrui, sed pro multis orare idem est, ac si iterum, ac iterum orares pro vnoquoque per se. Quid enim quo ad Deum attinet, an pro 20. roges vna oratione, aut pro vno roges, deinde pro duobus? Virtualiter enim oratio pro multis est multę orationes. Vnde Deus cùm non minus concedat rem, quę sæpius petas, imo id ipse cupit, vt sci licet simus importuni petendo, hinc est quod nihil minuitur ex multorum consortio. Sed de his aliàs latiùs disputauimus. Hic enim solum agimus de merito ex opere operato sacrificij, an scilicet minuatur fructus sacrificij ex eo, quòd media illa speciali intentione pro multis offeratur.

Meritum impetratorium, maius est, & magis accepta. 6 Deogratiorata tio, quo pro pluribus offertur.

259

260

Neque verò moueri oportet in hac parte, quamuis contrarium sentiat Gabr. qui lect. 27. sub litera L. putat impetrationem esse minorem. Quia inquit aliàs posset quis impetrare primam gratiam quotcumque peccatoribus sicut vni, cùm ad impetrandum non requiratur pœnę solutio, sed sola impetratio, quod ipse reputat inconueniens. Secundò, inquit, quia si multæ pœnę minores

Secundum Gabrielum, meritum impetratorium, minuitur cũ pro pluribus offertur ratio, fallitur tamen,

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquiualent vni maiori, & ideo non relaxantur, nisi per
261 opus satisfactionis magnum, vel per plura opera minora
illis æqualia, ita (inquit) est debonis impetrãdis, quôdæqui
ualet vni bono magno, & ideo non nisi per plura bona im
petrari potest vnum bonum maius. Tandem quia maius
est dare bonum, quã delere malum: sed ad delendum ma
lum, scilicet pœnę, requiritur proportio & quantitas bo
ni operis, ergó idem requiritur ad impetrationem bo
ni. Denique id probat ex humana amicitia, in qua dile
ctus meretur maius bonum pro vno, quã si supplicaret
pro multis. Pro vno enim exauditur, si magnum bonum
petit eius, sed non exaudiretur pro multis, aut non tantũ
bonum impetraret. Sed hęc solum vera sunt in quantum
tale opus impetratorium cõsideratur, vt meritorium etiã
de congruo, non vt impetratorium. Impetratio enim, vt
impetratio non respicit meritum, sed liberalitatem dantis
sicut rationem, maximé apud Deum, qui peccatores ex
audit sola sua bonitate. Dices saltem de lege etiam con
grui, non exaudit illos, & ita impetratio ex lege amicitiæ
erit minor? Respon. iam recurri ad meritum congrui, cũ
iam ponamus aliquam rationem debiti, & legis. Impetra
tio enim inliberalitate sine vlla ratione legis & debiti etiã
262 congrui fundatur. Adde, quod debitum ex congruo non
est etiam ex lege, aliãs esset condigni & iustitiæ.

Meritum sacrificij Missę exoperę operatur minuitur respectu cuius libet, si pro pluribus offeratur, secundum plures Doctores

Igitur Scot. Quodlib. 20. Bonauent. in 4. distinct. 45.
art. 2. quęst. 3. Ricard. arti. 5. quęst. 2. Duran. quæst. 5.
Palud. q. vltim. Addimus Quodlib. 8. art. 3. quod re
fert Cord. q. citata, fol. 45. docet minus valere vniqui
què Missę sacrificium, quã si pro vno tantum offeratur,
quamuis Bonauent. Ricard. Duran. Adr. & Palud. tan
tum loquũtur de satisfactione, non de merito, quorum
etiam sententię est Holcot. vt refert Med. tract. de Ora
tione q. 3. Gabr. in can. lect. 27. litera S. qui hanc dicit
esse communem, & penè omnium sententiam, quo ad pœ
næ solutionem, quo ad bonorum verò collationem, existi
mat diminui multorum participatione. Hoc enim sacrifi
cium duos præcipuè habet effectus. Primus est pœnę so
lutio seu satisfactio. Secundus malorum ablatio, & bono-

rum

rum gratuitorum collatio, tã gratię gratum facientis quã
gratis datę. Respectu ergo vtriusque putat Gabriel, non 263
tantum valere missam pro pluribus, ac si pro vno tantum
diceretur. Eandem sententiam sequitur Nauar. in sum.
lat. cap. 25. num. 92. & 111. & in cap. quando de cons.
dist. 1. not. 1. num 77. Sotus hoc ipsum latè tenet & pro
bare conatur lib. 9. de Iust. q. 2. art. 2. conc. 2. & 3.

Sacrificiũ Missę deseruit ad ablationem malorum, & collationem bonorũ

Hęc sententia probatur ab his Doctoribus. Primò &
præcipuè, quoniam hoc sacrificium est finitum. Nam li
cet res oblata sit in infinita, scilicet corpus & sanguis Chri
sti veri Dei, tamen sacrificium non est res oblata, sed ipsa
oblatio facta vel à Sacerdote, vel ab Ecclesia, vel ab
offerentibus, aut petentibus missam, quam oblationẽ con
stat esse finitam actionem, & hinc est, vt quando Christus
in cruce se obtulit, tum erat sacrificium infinitum. Quia
offerens erat infinitè gratus atque acceptus Patri, & con
sequenter eius oblatio erat infinitæ valoris: at modò non
offert Christus immediatè, nisi impropriè in quantum ip
se iussit nobis offerri. Vnde Paulus scribit, *Christus semel*
seipsum obtulit, & ad Hebr. 9. *Introiuit semel in sancta æternæ re* 264
demptione inuenta. Et prima Petri 3. *Christus semel pro pecca*
tis nostris mortuus est. Si ergo hoc sacrificiũ à sacerdote ob
latum finitum est in valore, ergo pluribus applicatum mi
nus vnicuique contingit. Vnde Gregor. homilia 21. nõ
quantum, sed ex quanto in ipso sacrificio offertur Deus
pensat. Hanc rationem latiùs prosequitur Gabriel sub lit
tera K. Quia inquit, Christus in cruce immediatè se obtu
lit verè moriens, at in sacrificio non iteratur mors, Chri
stus enim resurgens ex mortuis iam non moritur, sed so
lum iteratur illius mortis repręsentatio & memoria. Quis
autem dubitat, quin sit maioris efficatię & acceptationis
apud Deum mortem veram cum acerrimis doloribus of
ferre, quam mortem semel passi memoriam. Vnde Am
brosius super epistolam ad Hebræos. Christus hostiã ob
tulit, ipsam offerimus & nunc, sed quod nos agimus, recor 265
datio est sacrifi ij. Igitur missa, quę quotidie fit in eccle
sia, non æquiualet passioni & morti Christi quantum ad
meritum, sed longè illa fuit maioris valoris, quanto ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis est vera mors, quã veræ mortis recordatio, non ergo
266 Missa est infiniti valoris, sed minoris, atque finiti in nu-
mero, pôdere, & mensura, iuxta Dei institutionẽ. Adde,
quôd inde sequitur, quôd sicut Christus passus est ad to-
tius mundi redemptionem, ita vna Missa sufficeret pro re-
demptione animarum omnium ab omnibus pœnis purga-
torij, & ad impetrationem totius boni, quôd non est di-
cendum.

Secundo, quia hęc sententia multum seruat laudabilem ecclesię morem, & contraria destruit, quo scilicet plures missas celebrare consueuit pro viuis & defunctis, & in par-
ticulari fideles pro se suisq; plures missas deuoté expo-
scunt, quę omnia cum magno ecclesiæ malo frigescerent, si
doceremus vnam missam infiniti esse valoris, alioquin frus-
strà essent tot sacerdotes, frustra tot missæ, pro variis im-
petrandis ab ecclesia ordinatæ. Est ergo fructus missæ re-
spondens, secundum diuinam iustitiam minor eo, qui cor-
respondet merito passionis Christi, & per consequẽs est
finitus in certo gradu. Cũ ergo finitum per partes diui-
sum minus sit, sequitur missam pro vno vel pro paucis ce-
lebratã plus valere cuicunque, quã celebratã pro multis.

Tertio, quia cętera sacramenta, quæ operantur ex ope-
re operato habẽt limitatum & taxatum gradum gratiæ &
remissionis pœnæ, & ipsummet sacramentum Eucharis-
tię, vbi est substantialiter & realiter Christus gratia in-
creata, & gratiæ author, ergo idem erit dicendum de sa-
crificio, non enim maioris virtutis est, vt sacrificium, quã
vt sacramentum.

Quarto obijcitur pro hac sententia Sotus in 4. dist. 13.
q. 2. art. 1. vbi plura conferens argumenta pręcipuè sic ar-
gumentatur. Quia intentio, inquit, sacerdotis finita est, er-
go quando pro pluribus offert est minor, secus ait quan-
do à pluribus offertur, tum enim falsam putat hanc sen-
tentiam. Quia ex quo crescit numerus offerentium, etiam
crescit acceptatio sacrificij & fructus, & ita in hoc recedit
267 ab hac sententia, sed vt suprà diximus friuola est ista ratio.

Contrariam sententiam tenet Caiet. 3. tomo Opuscu-
lorum, q. 2. de celebratione Missarum. Sylvest. verb. Missa
1. q.

1. q. 9. Ang. eod. verb. q. 52. Cannus de locis Theolog.
lib. 12. cap. 13. ad 10. S. Thom. 3. p. q. 79. art. 5. & ibi
Caiet. & in 4. d. 45. q. 2. art. 4. ad vltimum. & d. 2. q. 2.
quæstiunc. 4. Cord. q. illa 3. opin. 5. conc. 3. & videtur
eiusdem Soti in 4. distinct. 13. quæst. 2. artic. 10. & ita eũ
citat Cord. pro hac opinione. Sed profecto vix Soti men-
tem percipias in prædictis locis. Nam modô hanc, modô
illam sententiam videtur amplexus, semper tamen in pri-
mam sententiam magis inclinat. Hi ergo Doctores fru-
ctum meritorium, & satisfactorium ex opere operato, ex
condigno valere tantum singulis (cùm pro multis offer-
tur) ac si vni tantum applicaretur, docent: & mihi magis
placet hęc sententia. Quia reuera quidquid dicat Sco-
tus & alij, virtus huius sacrificij infinita est sincategore-
maticè (vt aiunt) id est, non tantum prodesse potest hoc
sacrificium ei, pro quo offertur, quin plus posset iuxta 268
quantitatem fidei & dispositionis. Licet enim sacrificium
prout dicit oblationem, seu actum, quo sacerdos & alij offe-
runt, sit finitum, & ita minor sit eius valor in singulis, ta-
men hic non est sermo de hoc genere sacrificij, quod per-
tinet ad opus operantis, vt patet, quôd commodius sacri-
ficatio, seu sacrificij oblatio diceretur: sed loquimur de sa-
crificio pro opere operato, id est, de re ipsa oblata Deo à
sacerdote (cum intentione tamen ministri offerentis) quã
constat esse infinitè acceptam Patri. Vnde licet valor
huius sacrificij requirat intentionem ministri & ecclesiæ
imo etiam deuotionem ministri, vel eorum quibus prodes
se debet, quod attinet ad quantitatem effectus, vt benè
Caiet. in d. Quodlib. animaduertit tamen deuotio mi-
nistri vel ecclesiæ nullo pacto requiritur, nec ab ea vllo
modo dependet virtus sacrificij ex opere operato, sed so-
lum habet valorem & dignitatem ex re oblata, quæ infi-
nita est.

Imo si paulô attentius rem ipsam perspicere velimus,
non secludimus actum offerentis à virtute infinita sacri-
ficij, imo non modo damus rem oblatam infinitam, ve-
rumetiam oblationẽ, quæ essentialiter & directè sit sacrifi-
ciũ. Demus enim de ratione sacrificij esse, non solùm rem
269 oblatam

Fructus satisfactorius & meritorius sacrificij missæ exopere operato, tãtum valet singulis si pro pluribus applicetur, ac si pro vno tantum, secundum plures Doctores, & veritatem.

Ad valorem sacrificij requiritur intentio offerentis, tali tamen intentione, non limitatur virtus infinita rei oblatæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

oblatam cum intentione offerentis, sed etiam deuotionem seu actionem offerentis; vt contrariæ atque oppositę sententię volunt Doctores, tamen nihil inde contra nos haberetur. Quia, vt constat, Christus seipsum obtulit Patri factus pro nobis hostia, & offerens. Quiergo illum ipsum Christum mortuum in cruce offert, sanè non modò rem oblatam à Christo, id est, vitam Dei infiniti valoris, sed etiam oblationem & deuotionem, eiusdem Dei offert. Sit ita licet sacrificium sacerdotis vel ecclesię, idest, oblatio facta, vt emanans à sacerdote & ecclesia infinita non sit, tamen sacrificium, id est oblatio, seu deuotio Christi, quę à sacerdote offertur (licet finita oblatione à se elicita) infinita est, & ita non tolum damus sacrificium infinitum pro re oblata, sed etiam pro actu offerendi, vt cum omni proprietate dici possit, sacrificium à sacerdote oblatum esse infinitum.

Tam est infinita intentio, & oblatio Christi se offerentis, quam res ipsa oblata, etiã à sacerdote finita intentione oblata.

270 Dices, ergo nulla est differentia inter sacrificium quod nos quotidie offerimus incruentum & quod Christus semet in cruce obtulit prout oblatio est. Respondeo imo est certè differentiam. Quia actus quo nos offerimus est finitus, licet res à nobis oblata infinita sit, siue rem oblatam appelles ipsam Christi substantiã, siue appelles ipsam oblationem, & actũ infinitum, quo se Patri obtulit, at actus quo Christus se obtulit, erat infinitus simpliciter ac infinitè acceptus. Ratio differminis est, quia nos primò offerimus ipsum Christum agnum immaculatum, & secũdo offerimus ipsam eius oblationem, seu sacrificium. Christus autem nullius alterius sacrificium obtulit, imo neque ipsius oblationem actu distincto, sed semetipsum offerẽs oblationem fecit, non in actu signato (vt dicunt) sed in actu exercito, non actu velut reflexo, vt nos, qui eiusdem actũ habemus pro obiecto, cũ offerimus, sed actu directo, eodẽ inquam & non distincto. Nam immediatum obiectũ suæ oblationis erat, non oblatio, vel alterius, vel sua, sed ipsemet agnus Dei, nunc tamen nostræ oblationis finitæ mediatus terminus est oblatio, & actio, qua Christus se obtulit, & immediatè Christum offerimus: magna ergo differentia est. Nam oblatio personalis Christi erat simpliciter

Differentia inter sacrificium cruentum & incruentum.

271 infinita

infinita, quoad acceptationem, quia erat oblatio Dei: at nostra quę est ex nobis, est quidẽ finita, sed eadem nostra (id est terminus nostræ) quæ est à Christo est infinita. Cũ igitur non solũ rem oblatam, verum etiam oblationem infinitam offerat sacerdos, non potest dici valorem missæ esse finitum, & eius fructum, sed esse maiorem, & maiorem sincathegorematicè, iuxta maius, & maius vas deuotionis quo ille valor infinitus exhauritur. Sicut enim vnius deuotio alteri non prę iudicat, illam minuendo, ita nec fructus, ex infinito sacrificio oblato minui potest ex multorum participatione. Et hæc est prę cipua ratio huius opinionis. 272

Aliàs ex oppositа sententia sequitur. Primum quod missa mali sacerdotis, vel quando in ecclesia sunt paucio-res iusti offerentes, non æquè prodesset ei pro quo dicitur quoad id, quod est ex opere operato sacrificij, quod est cõtra communem sensum Ecclesiæ, & August. cap. vtrum, de consecratione, dist. 2. *Nil à bono maius, nil à malo minus offertur.* Dices imo inde colligitur, esse certum gradum meriti, & satisfactionis ex opere operato, & Dei ordinatione. Quia nec maius à bono, nec minus à malo confertur. Respondeo imo econtra. Ideo enim (inquit Aug. nihil à bono maius, & nihil a malo minus offertur, quoniam ab vtroque infinitum offertur meritum, infinita satisfactio, quã nec maiorem facit bonitas in ministro, nec minorem malitia. Non enim dixit confertur, sed offertur: quia non loquebatur de effectu, sed de Christo & eius merito, quod offertur. Non enim negare posset August. quin fructus ex opere operato huius sacrificij sit maior, & minor iuxta quantitatem dispositionis, & deuotionis eius pro quo offertur, vt de sacramentis statim dicemus. Et esto, diceret, *confertur*, sensus esset, quôd intentio ministri etiamsi mala sit, quia est verbi gratia, inimicus eius pro quo celebrat, non aufert quidquam de fructu (iuxta deuotionem eius, pro quo offertur) debito, nec contraria bona intentio conferet maiorem fructum, quam esset quantitas deuotionis & dispositionis eiusdem, pro quo celebratur. 273

Quoad fructũ ex opere operato tantundem prodest sacrificium missæ ei pro quo offertur, tã à malo, quam à bono sacerdote oblatum.

Notandum enim putamus veram & acutam doctrinã

Caietani

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intentio sacerdotis applicat sacrificium, deuotio vero facit vt magis prosit ei pro quo applicatur.

Caietanus in dicto Quodlib. quòd aliud est intentio aliud est deuotio. Intentio enim applicat sacrificium, sed non quantificat fructum, sed deuotio. Intentio siquidem ministri prout minister est, quæ facit vt huic vel illi, vel sibi ipsi applicetur virtus sacrificij: deuotio verò facit huic, vel illi pro quo offertur (etiam si sit ipse sacerdos, qui per se offert) maiorem vel minorem consequatur effectum.

Nihil a bono sacerdote maius, nec a malo minus offertur in sacrificio.

Loquendo ergo etiam de fructu, qui confertur ab hoc sacrificio, & non tantum de eo, qui offertur, verum est nihil à bono maius, nihil a malo minus conferri. Nam intentio mala & bona sacerdotis, non quantificat fructum, sed deuotio eius pro quo offertur. Est enim propria & naturalis dispositio sacrificij in eo pro quo offertur. Sicut enim sacramentum dicitur, inquit D. Thom. 3. parte citata, respectu sumentis, ita sacrificium dicitur respectu eius pro quo offertur. Vnde sicut naturalis & præcipua dispositio Eucharistiæ, vt plus aut minus operetur, non est in intentione ministri dispensantis sacramentum: nam nihil à malo minus, nil à bono maius gratiæ & effectus sacramenti dabitur suscipienti, ita debita dispositio eiusdem Eucharistiæ, vt sacrificium est, debet esse in eo pro quo offertur, ita vt iuxta fidem & dispositionem fructum recipiat, nihil à malo minus, nihil a bono maius consequendo. Vides quemadmodum nihil refert, quòd intentio seu oblatio sacerdotis sit finita, vt propterea dicere debeamus, fructum huius sacrificij debere esse ad certum gradum limitatum?

274

Ex eo quod plures ministrent, vel audiat missam, non minuitur fructus vnius cuiusque.

Secundo ex hac sententia sequitur, quod esset melius dicere missam quando essent pauciores audientes & ministrantes, quod certè non est dicendum. Itē sequitur, quòd dum duo homines faciunt singuli singulas missas per se celebrari, vnus cum fide & deuotione magna, alter cum remissa, non plus fructus sacrificij participaret vnus, quàm alter, quod concedi non debet. Cū Deus etiam gratiam, quæ ex opere operato est in sacramentis det secundū mēsuram fidei & dispositionis. Quod verò sequatur probo, quoniam si est certus gradus solutionis pœnę & collationis bonorum in hoc sacrificio, diuina ordinatione institu-

Fructus sacrificij missem ior cōmunicatur, secūdū dispositionē eius pro quo offertur.

tus,

tus, cum qua rogo dispositione conferretur? Sanè significare non poteris, si tamen gratia exempli, vt quatuor. Rogo, an qui haberet deuotionē, vt 3. vel omnino remissam, consequatur illā ipsum gradū gratiæ? Si consequitur. Primum præiudicaret diuinæ iustitiæ, vt tantū conferat, de fructu sacrificij remissa fide & dispositione, quantum intensissima, & maxima: cū tamen (vt dixi) Deus conferat sua dona, secundum mensuram fidei. Et deinde sequitur, quod si nullam omnino haberet deuotionem, putà quia dormit, vel non cogitat, consequetur tantū, quantū maximè intentus, & deuotus, quæ certè cōcedi non debent. Si non consequitur. Iam ergo. Primum, non attenditur, nisi quantitas deuotionis, illimitato existente sacrificio.

275

Fructus ex opere operato sacrificij missæ, qui debetur, secundum dispositionem eius pro quo offertur, nō minuitur, etsi pro pluribus offeratur.

Præterea fieret vt aliquis existens in gratia attentus & deuotus actualiter, nullum ex sacrificio fructum acciperet. Et deinde, si maiore existente deuotione, datur maior fructus eidem, quam taxatum est, ergo consortio alterius, non minorabitur effectus. Quid enim refert, an sit distinctus homo vel idem, si certus gradus est dividendus. Si enim illi excessui deuotionis in eodem homine debetur, maior fructus secundùm quantitatem excessus (vt si adhibuit dispositionem maiorem in quarta parte, debetur illi vltra taxatum gradum, quarta noua pars fructus, si in duplo maiorem debetur illi duplex) cur rogo si illa quarta pars deuotionis, vel dupla esset in alio homine, non responderet illi, quod in alio respondebat, cum Deus non personam, sed merita respiciat. Si igitur quoniam augmentum deuotionis non impedit deuotionem præcedentem, consequitur ille augmentum in fructu, cùm certum sit, quod deuotio alterius non impediat deuotionem meā, certum quoque esse debebit eidem, mihi socio facto tantundem deberi, nec mihi detrahi quidquam ex alterius cō sortio, sicut nec mihi detrahebatur ex meo maioris deuotionis augmento.

276

Nō est determinatus gradus in fructu sacrificij qui si pro pluribus offeratur sic dividendus.

Non (ergo vt rem ampliùs declaremus) putare debemus, vt Gab. & prædicti imaginantur, quod Missæ debetur certus gradus solutionis pœnæ & collationis boni, scilicet octo, & quod ille dividendus est inter mul-

tos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non est determinatus gradus in fructu sacrificij, qui si pro pluribus offeratur sit diuidendus.

multos si pro multis,& inter paucos, si pro paucis, & dandus vni,si pro vno missa dicatur. Sic enim si idem haberet maiorem & maiorem deuotionem, nunquam daretur maior gradus, quod nullus dicet,& qui haberet minorem & remissam nō haberet minus. Sed imaginari debemus hoc sacrificium esse velut flumen aut mare quoddam bonorū a quo, qui maius habet vas deuotionis, siue idem, siue diuersi sint, maiorem impleat mensuram. Et sicut si vnus homo accederet ad mare, cum vno etiam vase, & illo impleto, quantum capere posset, postea multis offeratur, & distribuatur, minus multis quā paucis contingeret, ita fortè putamus (quod optimè Caiet. adnotauit) quod si sacerdos, vel is pro quo missa celebratur illam pro multis offert, non cogitantibus, neque ad eorum petitionem, seu sua sponte illis nescientibus applicat, minorem fore fructum pro multis quā pro paucis, in quo prima opinio verū habere potest. Hac enim ratione vera est, & quod fructus vnius Missæ finitus est, quippe quod vna est deuotio finita, cui fructus finitus (licet ex infinito) respondet & quod inter plures distributus minor est, & quod plures celebrare Missas fructuosius est, quā vnam vel paucas, cum plurificentur fructus, licet semper vni deuotioni respondeāt, & quod vna missa non potest valere ad omnis pœnę siue viuentium, siue defunctorum solutionem, & alia plura, quę Soto. Gabrieli, & cæteris lubentes concedimus.

277

Fructus sacrificij respondens deuotioni eius pro quo offertur qui finitus est ex infinito, diuisus in plures, minor est quam si in paucioribus.

Vltimo tandem addò pro huius sententiæ confirmatione argumentum ex sacramentorum similitudine ductum. Constat enim sacramentorum fructum esse illimitatum sincategorematicè, ita vt ex se se non sit limitatus ad certum gradum gratię, sed non tantam gratiam conferant quin possint maiorem, secundum dispositionem suscipiētis, & non tot quin pluribus, modo omnes sint dispositi. Si ergo omnia sacramenta, & ipsamet præcipuè Eucharistia, in qua est autor gratię, & bonorū omnū, vt sacramentū est idē maiorem habenti fidem, maiorē fructū confert, & diuersis diuersos, nulla facta diminutione ex multorum consortio, sed vnusquisque portat fructum iuxta mensuram

278

Eucharistia vt est sacramentum tantū fructum communicat suscipienti sicut & vt est sacrificium.

ram fidei, cur non æque dicemus idem de eadem Eucharistia, tam, vt sacrificium, respectu horum pro quibus offertur, quā vt sacramētum est ijs, à quibus sumitur? imo quodammodo magis. Quandoquidem omnia sacramenta operantur virtute passionis Christi, in qua passione & morte consistit essentialiter ratio sacramenti & sacrificij, & ita vt sacrificium est, abundantioris fructus esse oportebat. 279.

Vnde sicut in sacramentis, non est determinatus gradus gratiæ, sed velut causę vniuersales modificantur secundum fidem aut dispositionem suscipientium, nec sunt determinati homines, quibus prosint, sed non tot quin pluribus: ita virtus huius sacrificij ex sese indeterminata est & infinita, sed limitatur eius effectus, secundum eorum (pro quibus offertur) mensuram dispositionis, aut deuotionis, sine vllo paaticipanti ū detrimento. Sicut si quis plures baptizaret, vel absolueret, dicēs: *ego vos Baptizo, vos Absoluo*, &c. nihil minus vnusquisque acciperet de fructu sacramenti ob aliorum consortium, si eadem esset dispositio, ac si solus baptizaretur, vel absolueretur.

Virtus sacrificij missę indeterminata & infinita, limitatur secundum dispositionē recipientium.

Postremò ex dicta opinione sequitur, quod malè faceret sacerdos, si in memento plures commendaret. Si enim finita virtus est ex opere operato faceret, vt minus ei contingeret, pro quo dicitur, & ita illi faceret iniuriam, quod tamen concedi non potest. Libet vlterius ad hominem argumentari. Scotus enim, Gabr. & alij Doctor. illius opinionis fatentur, quod postquam missa applicata est alicui specialiter ex prima intentione, si postea applicetur alteri, & alteri, nihil minus (inquiunt) consequitur ille primus, etiam si millies applicetur in gradu posteriori, & similiter secundo nihil detrahitur ex tertio, nec tertio ex consortio quarti, &c. Hoc enim si verum est, virtus sacrificij est omnino infinita, si esset enim finita, doctrina hęc stare non posset, vt constat. Igitur si in primo gradu duobus applicetur, non minus continget quantum est ex parte sacrificij. Adde quod si totum illud residuum consideretur, quod applicatur post primum in infinitis gradibus simul sumptum, longe maius est, quàm id quod applica-

Nihil fructus minuitur ei pro quo offertur sacrificium, etsi pro pluribus oret Sacerdos in memento.

280

Nihil fructus Sacrificij pro aliquo in primo grada offerti detrahitur, ex oblatione in infinitum pro alijs in secundo & tertio gradu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est primo quod erat finitum. Iam ergo equè & plus participabunt alij, quàm si vni soli totum applicaretur, & ita iam tandem concedere oportebit nihil fructus imminui primo ex secundi consortio. Non valet (inquis) fructus secundi gradus ex iustitia ijs, pro quibus offertur sacrificium, sicut fructus primi gradus, sed id totum est
281 positum in voluntate sacerdotis, & Dei acceptantis. Hoc enim fictitium est, & sine fundamento. Cũ constet potius oppositum, ex lege scilicet Dei hoc sacrificium omnibus hominibus pro quibus offertur prodesse, saltem ad pœnę solutionem, iuxta illud *qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Quod si obijcias, quod sic missa dicta pro paruulo, iam haberet fructum infinitum, cũ non sit vnde determinetur effectus, atque eadem est difficultas de missa dicta pro defuncto, quando de hoc ille non ordinauit, sed alius suaspõte dicit, & alius sacerdos est malus, & fortasse illi inimicus, & similiter qui mandat missam dici est etiam malus, & sine vlla prorsus deuotione. Tum enim secundum prę dicta erumperet effectus infinitus. Respon. primum id esse per accidens, cum nulla sit omnino dispositio, ex parte illorum, neque illius qui missam dicit, neque eius, ad cuius instantiam dicitur, neque eius pro quo dicitur, & ita tunc vel nullum omnino habet effectum, cum omnino passum sit indispositum: vel certè in eo Metaphysico, & raro contingente casu Deus taxaret fructum, quem certè nullo modo taxaret si haberet motum liberi arbitrij quo magis vel minus mouentur in Deum: sed quantum est ex parte sacrificij, quod est velut causa & instrumentum vniuersale illimitata virtus exiret. Non quod exiret quia nulla existente dispositione, non exiret, sed quòd
282 nõ coarctaretur ad certũ gradum, vel certè ex deuotione ecclesiæ limitaretur effectus in eo casu, sed id Deo soli notum est, cùm earum sit, & præter legem. Accipe simile de Baptismo. Vnde enim rogo limitaretur eius effectus in paruulo, in dormiente, & omnino nullam dispositionẽ habente? certè vel nullum haberet effectum, si omnino in omnibus intẽtio, & dispositio deficeret, vel ex ecclesiæ fide,

fide, quę deficere nunquam potest. Et ita docuit Syluest. soluens hoc idem argumentum verb. missa, q. 9. versi. sed circa prædicta. Vel denique Deus ipse fructum ex sua 283
prædestinatione taxaret.

Quare etsi argumenta oppositę opinionis ex dictis satis resoluta esse videntur, tamen breuiter illa percurramus, vt omnino si quid erit relictum, explicemus. Ad primum ergo iam est probatum omnino falsum supponere, quòd sacrificium à sacerdote oblatum sit finitum. Ad illud ex Gregorio (non quantum sed ex quanto in eius sacrificio Deus attendit) pro nobis est. Quid enim est aliud quam dicere, non rem oblatam seu sacrificium oblatum, quod infinitum est Deus attendit, vt fructum concedat, sed ex quanto, id est, cum quanta deuotione & fide offertur. Si enim iuxta deuotionem operatur, iam ergo de se infinitum est, & omnino illimitatum.

Ad illud quod non iteratur Christi passio, sed Christi passionis memoria. Fatemur, sed non est pura memoria puràque recordatio, sicut in comœdia quadam repræsentaretur, aut sicut eius natiuitas commemoratur & repræsentatur, singulis annis, resurrectio, & alia diuina mysteria. Non enim Christus singulis annis nascitur, aut resurgit, sed nati & resuscitati recolitur memoria, neq; etiã Christus patitur, sed semel passi recordatio ac monimentum repetitur, at non ita est de sacrificio. Nam veraciter offertur idem ipse Christus agnus immaculatus non signum eius, aut soli Christi memoria. Si enim perditi quidã homines huius seculi, impiè docere conantur, non verè nos manducare Christum Iesum agnum realem & substantialem, sed tantum signum quoddã, & figuram peracti à Christo veri & subsistantialis sacrificij: An nõ sic tamẽ ecclesia Christi docet, quin potius non figuram, non repręsentationem aut signum, non puram recordationem atque memoriam, sed rem ipsam & substantiam Christi veraciter offerre, æternum sacrificium, licet sanguinei & acerbi sacrificij sit sola memoria. Christus enim iam non moritur aut nascitur, vel resurgit, & ne moriatur tãti beneficij in mẽtibus nostris, sed maneat semper nullaynquã

In sacrificio missæ, non solũ repræsentatur Christi passio, sed ipse Christus offertur in cruentè & ipsa realis eius passio.

284

Universidad de Deusto
Biblioteca

obliuione delẽda, recordatio, id circo singulis annis castissimè, & sanctissimè ecclesia nostra recolit eius memoriã, & melle dulciora monumenta modò resurrectionem, modò passionem, modò natiuitatem, sed verè realiter & substantialiter ille idem offertur Christus, & illud sacrificiũ (licet sine sanguine) neque minoris est nunc valoris Christus, quàm tunc erat, licet modo non patiatur dolores acerrimos, &c. Quia licet non offeratur patiens, offertur tamen passus verè & substantialiter, nec temporis decursus imminuit gloriam & virtutem suę passionis, quæ quo ad Dei acceptationem est ita præsens, ita recens ac si modo pateretur. Aliàs dicere debebis Christum, tunc cùm patiebatur magis acceptum magisque gratum, quàm modo est, Patri fuisse, & contra minus acceptum esse modò, quàm tunc, quòd nefas dictu esse videtur. Nam Christus heri, & nudius tertius, ne vllum quidem, vt ita dicam, apicem gratiæ & acceptationis post resurrectionem amisisse est credendus. Et sicut tunc quoad sufficientiam omni generi humano profuit, sed non quoad efficaciam nisi credentibus, & iuxta fidei quantitatem, ita modò hæc eadem hostia sufficeret pro omnium hominum satisfactione, sed efficaciter solum prodest ijs, quibus applicatur iuxta fidei & deuotionis mensuram.

Christi passio, tam est recens & accepta æterno Patri, ac si modo Christus pateretur.

285

Virtus satisfactoria sacrificij missæ limitatur ex deuotione eius pro quo offertur.

Vnde egregiè D. Thom. 3. illa par. quem pro nostra retulimus sententia, sit ait: *Eucharistia in quantum sacrificium habet vim satisfactoriam, sed in satisfactione magis attenditur affectus offerentis quàm quantitas oblationis. Quamuis ergo hæc oblatio ex sua quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel offerentibus secundum quantitatem suæ deuotionis.* Hæc D. Tho. & in solutione ad tertium *quòd per hoc sacrificium* (inquit) *tollatur pars pœnæ, & non tota pœna, non contingit ex defectu virtutis sacrificij, sed ex defectu deuotionis humanæ.* & art. 7. ad secundum illis (inquit) *scilicet pro quibus offertur, prodest plus, aut minus secundũ rationem deuotionis eorũ.* Vnde immeritò Gabr. vbi supra ex D. Tho. suam sententiam cõfirmare voluit, citãseũ in 4. d. 45. q. vnica. quæstiũc. 2. Vbi inquit D. Th. (ait Gabr.) magis valet suffragium alicui, quòd pro eo singu-

286

lariter fit, quàm quòd fit pro eo communiter, & pro multis aliis. Sic enim effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos, pro quibus fit. Hæc enim verba D. Thom. quæ habentur quæst. 2. illius distinctionis art. 4. quæstiunc. 2. in corpore, non sunt ad propositum. Cum ibi D. Thom. loquatur de suffragijs, et orationibus in communi, non autem specialiter de hoc sacrificio, de quo in d. 3. part. planè sensit ex sese non esse limitatum. Et quamuis de illo loqueretur esset intelligẽdus, vt supra ex Caiet. docuimus quando aliquis sua sponte offert pro aliis eis nescientibus, vel deuotionem non habentibus. Tum enim planè diuiditur effectus ex diuina iustitia, vt dictum est.

Sed rogabis. An deuotio hæc secundum quam virtus huius sacrificij quantificatur sit, tantum eius, pro quo fit sacrificium, an etiam sufficiat aliorum, scilicet, & sacerdotis applicantis, & exequentis sacrificium, vel quorum instantia missa fit, & denique omnium offerentium? Mihi videtur primum, quod præcipuè prodest missa iuxta quantitatem deuotionis eius, pro quo specialiter offertur. Id enim est ad quod directè ordinatur sacrificium, vt sacrificium est, ad eum, scilicet pro quo offertur expiandũ â pœna. Sicut Sacramentum, vt Sacramentum, respicit suscipientem ad expiandum eum à culpa, & ad conferendam ei gratiã. Vnde Christus *qui pro nobis* (inquit) *effundetur*, &c. Et antiquitus omnia fere sacrificia ordinabantur, non tam pro offerentibus, quã pro iis quibus offerebantur.

287

Missæ fructus principaliter prodest ei pro quo offertur, secundum mensurã suæ deuotionis.

Secundo putarem etiam offerenti prodesse, non solum quando pro se offert, tum enim habet rationem eius, pro quo offertur, sed etiam solum vt offerens est, si tamen habeat deuotionem. Nam si solum haberet intentionem, vt si esset malus sacerdos, nulla portio sibi responderet. Igitur si sacerdos offerens immediatè aliquam habet deuotionem, credi potest respondere fructum ex sacrificio, secundum illius quantitatem, quem poterit cui velit applicare. Nam D. Thom. in dict. artic. 5. planè id docuit, dum dicit: *Fit satisfactoria illis pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis.* Ita sensit Syluest. quæst.

Ex missæ fructu respõdet aliqua portio ipsi sacerdoti offerenti, secundum suã deuotionẽ, & eã portionẽ poterit cui velit applicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæst. illa 9. notab. 5. vbi explicat D. Thom. quôd clarius docuit artic. 7. Vnde & in can. dicitur: *pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt pro se suisque omnibus, &c.* Et vtrũ

288 que modum proficiendi inquit D. Thom. expressit Dominus Matth. 6. & Luc. 22. *qui pro vobis*, scilicet sumentibus, *& pro multis*, scilicet aliis, *effundetur in remissionem peccatorum*. & Caiet. q. illa 2. Quodlib. prædicto. Ita sensit (vt diximus) Sylvest. de offerentibus principaliter, quod ob id dixisse existimo, quia sunt multi fideles, qui non offerunt principaliter, id est, non sunt causa, vt offeratur, & tamen ipsi reuera offerunt. Secundô intelligit de offerentibus etiam mediatè, modô tamen principaliter, id est, causaliter concurrant. Vnde licet sacerdos sit malus, qui est immediatè offerens, tamen deuotio ex imperio Ecclesiæ, vel defuncti præcipientis facit idem, quôd exequentis. Dicũtur etiam offerentes ait Sylvest. ij qui rogant, vt pro alio dicatur missa, de quo infra latius. Cętera argumenta resoluta satis ex dictis videntur.

Mediatè offerẽtibus respõdet & sua portio infructu missæ, dummodo sint causæ principales.

289 Ex dictis colligo. Primum quo pacto verum sit, quod docet Gabr. loco citato & alij, quos refert Cord. quôd virtus huius sacrificij, & sacramentorum ex opere operato crescit, vel minuitur ex deuotione ministri, vel ecclesiæ, quôd etiam docuit Sot. lib. 9. de Iust. quæst. citata de hoc sacrificio, licet non de sacramentis. Quia vt dictũ est, quantificatur virtus sacrificij & Sacramenti ex quantitate fidei & affectus, vt D. Thom. sæpe docuit, & ita sensit Cord. vbi supra. Secundô colligo, quidquid dicat Cordueram esse Caiet. limitationem quam recipit Syl. vbi suprà de causaliter concurrentibus. Ij enim docent, vt supra diximus, tũ demum dumtaxat esse verum, quôd nihil detrahitur vni ex consortio alterius, quando vterque causaliter aliquo modo concurrit, cum aliqua deuotione ad hoc sacrificium, vt supra explicauimus, ex qua limitatione colligunt ipsi & benè, quôd sacerdos, qui rogatus ab vno pro multis Missam dicit, non satisfacit. Quia cũ tum non sint plures deuotiones, sed vnica, tantũ est vnica portio ex opere operato, quæ si inter multos diuidatur, minor erit in singulis. Nam tunc non fit distributio immediatè ex

Fructus missæ, vel Sacramẽti crescit, vel minuitur ex deuotione ministri, vel ecclesiæ.

290

Si sacerdos rogatus abuno offeratsacrificiũ propluribus, minor erit portio fructus in singulis, quã esset in vno.

ex infinito cumulo meritorum, & satisfactionis Christi, sed ex merito debito deuotioni offerentis.

Hanc limitationem non recipit Cord. quia sequitur (inquit) quôd sacerdos celebrans in peccato mortali pro 291
defuncto vel viuo ignorante pro se offerri, nihil etiam proderit missa, quia nullus causaliter concurrit aliqua dispositione & deuotione. Sed ad hanc obiectionem respõd. Caiet. quod etiam defuncto & ignoranti prodest missa, licet non tantum ac si ipse specialiter concurreret, vt causa. Nam generaliter (inquit) saltem concurrit. Defunctis enim prodest secundum eorum deuotionem præcedentem, vel in communi, vel in speciali, & secundum deuotionem eorum, qui preces offerunt. Nam licet sacerdos & faciens Missam dici, in peccato mortali sint, tamẽ semper sunt in ecclesia, qui pro defunctis offerant, viuentibus vero remotis & nescientibus prodest inquit Caiet. generaliter, tanquam communicantibus iuxta eorum deuotionem. Cum enim sacerdos offerat in persona ecclesiæ, & quilibet fidelis sit membrum ecclesiæ, consequẽs est, vt quilibet per sacerdotem oret, & celebret, & causaliter concurrat, ac per hoc quælibet Missa prodest singulis fidelibus etiam satisfactorié, iuxta communem deuotionem & affectum, quem habet in communibus Ecclesiæ orationibus & sacrificiis, sicut habentes deuotionem in orationibus, & missis alicuius priuatæ personæ, participes sunt illorum iuxta suam deuotionem ex generali communione sanctorum, quæ doctrina, vt statim dicemus, est verissima. Nunquam enim omnino sacrificium frustrari potest suo effectu. Tum ob rationes has Caietani generales. Tum quia semper sunt specialiter offerentes, siue causaliter concurrant, siue non vt audientes, &c. In quibus suo ordine sacrificium habet effectum, vt infra dicemus. Sed quia singula persequi instituti nostri nõ est, emunctius ista nõ examinabimus. Nobis enim 292
limitatio Caiet. quã maximẽ placet.

Quamuis sacerdos offerẽs, & is pro quo offertur sacrificiũ sint in peccato mortali, semper tamen sacrificiũ sortitur aliquem effectũ, nec enim omni suo fructu frustrari potest.

Ad argumentum Cord. iam supra satis diximus, cũ de paruulis ageremus. Nã in eo casu rarõ, & Methaphysico,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel taxabit Deus effectum sacramenti, vel ex deuotione
293 ecclesiæ, sicut in Baptismo paruulorum, vel vt hic Caieta
nus docet, saltem missa talis proderit secundum generalẽ
communionem sanctorum, iuxta deuotionem, saltẽ vir-
tualem eius pro quo offertur, licet non tantus sit fructus
ac si causaliter & specialiter concurreret.

Ante tamen, quã hic discedo placet inquirere, suppositto quôd sit impar fructus, vt bene Caiet. notauit ex sacrificio hoc causaliter concurrentibus, & tantũ offerentibus specialiter, vt sunt circunstantes & audientes, & generaliter, vt nescientes & remoti, quomodo intelligatur ista diuersitas? Nauar, num. 111. quinque portiones diuidit ex quacunque missa. Prima particula deputatur cuicunque, ex eo solum, quôd est orthodoxus. Secunda ex eo, quôd est circunstans. Tertia toti ecclesię & specialiter nominatis in Canone, nempe Papę, Regi, &c. Et has tres dicit esse stabiles, quia non minuũtur ex maiori copia participantium, non crescunt ob minorem, quamuis non diceret ille esse æquales. Quartam dicit conferri sacrificã ti. Quintam ijs, pro quibus sacrificium sit, vel qui pithã tiam porrigunt, & has dicit crescere, vel decrescere iuxta maiorem vel minorem numerum participantium, essęq; maioris, quã sint tres priores. Huius autem diuersitatis to tiusque doctrinę ratio (inquit Nauar.) est. Quoniam illis tribus datur fructus, vt singulis, at duobus posterioribus datur, vt diuersis. Huius vero rationis ratio (inquit) desumitur ex quadam vnitate, quam habet missans (sic ille loquitur) & voluntariè ab eo nominati, & ex quadam alia
294 vnitate quam habent facientes fieri cum iis pro quibus faciunt fieri

Hæc est opinio Nauar. quæ satis confusam, ne dicam voluntariè confictam (pace eius dixerim) doctrinam con tinet. Primum enim non placet quôd docet, eo solo quod quis est orthodoxus, habere certam portionem satisfactionis ex opere operato, cũ possit esse in peccato mortali, & ita nihil habet ex opere operato, & iustitia conducẽte ad satisfactionem. Sicut nec valent indulgentiæ existẽti in mortali nisi loquatur de congruo, qua ratione etiam ad

Ex eo tantũ quodquis est orthodoxus, nõ respõdet ei aliqua portio insacrificio, vt si sit in peccato mortali, nec de cõgruo nec decongruo.

ad primam gratiam valeret, quod alibi probauimus, & tunc neque hoc etiam videtur verum. Alioquin consequitur, vt nullus in ecclesia esset in peccato mortali, etiã si vna tantum missa in tota ecclesia celebraretur. Siquidẽ per illam eo solo quod est fidelis meretur de congruo primam gratiam & partem satisfactionis. Quod enim de cõgruo meremur dari solet à Deo, licet non ex lege aut iustitia. Fortasse loquitur Nauar. nomine orthodoxi, de fideli in charitate, quod ipse non explicauit. Deinde de 3. parte respondenti toti ecclesiæ, cũ tota ecclesia ex fide solũ talis dicatur, iam ergo cuicunque in mortali existenti obueniet sua portio ex condigno, quod est omnino falsum.

295

Si vero loquitur de ecclesia, quę est in charitate, quę sanctorum dicitur communio, & impropriè loquitur, & nihilo à prima portione differt. Imo quocunque modo loquatur, non est distincta prima & secunda portio. Quid enim est ecclesia, nisi omnes orthodoxi. Et etiam vlteriùs quod dicit has partes esse stabiles non probat vlla ratione. Dicere enim, quôd dantur omnibus, vt singulis voluntariè dicitur. Cur enim non etiam dicemus eam, quę datur eis pro quibus missa dicitur, dari omnibus, vt singulis & ita stabilis erit? Præterea quid refert dari vt singulis vt verum sit quod non minuitur ex numero participantium. Quin potius ex eo contrarium colligitur, si enim illis omnibus datur, ac si esset vna persona, & non prout multi: ergo si illud totum per accidens sit maius, aut minus illud quod toti datur magis participabitur, quando in ea societate pauciores sint: qua ratione Sylvest. probat loco citato in tertia opinione, quam ipse sequitur (& est nostra) quôd quando sacerdos à seipso motus, offert pro multis simul per modum vnius est minor, &c. Deinde falsum est illas tres portiones esse stabiles. Quia cũ fructus huius sacrificij ex mente D. Thom. sæpe citati, & omniũ
296 sit maior, aut minor secundum quantitatem deuotionis, perspicuum est, quod si est maior deuotio, & multitudo iustorum in ecclesia, magis magisque fructus communicabitur à Deo ex dicto sacrificio. Et idem est de 2. par. id est

In sacrificio missæ nõ respondet portio toti ecclesiæ, vt constat omnibus fidelibus vnitis in fide, secus vt constat mẽbris vnitis in charitate, quæ est cõmunio sanctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de circunstantibus. Nam ex eo quod plures circũstent & maiori deuotione, maior erit fructus sacrificij.

In missæ sacrificio sunt plures portiones inæquales, quæ pluribus distribuuntur, & inæqualiter.

Quare ego, saluo meliori iudicio, aliter dicerem in hac re. Primũ non esse parem fructum huius sacrificij in omnibus, sed esse quosdam, quibus plus, quosdam, quibus minus obuenit, esseque plures portiones, & omnino inæquales, & ita sensit Caieta. in dict. Quodlib. Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 1. versi. Et ideo. Et Nauar. nu. illo 111.

Si habeãt æqualẽ deuotionem, inæqualiter tamẽ percipient fructum missæ ratione quadã speciali, primo is pro quo offertur, secũdo qui celebrat, tertio procurans vt sacrificium offeratur prebens eleemosynam, vel precibus, &c.

Secundo putarem, quôd datur illis maior pars, qui Missæ causæ sunt propinquiores (loquor autem semper cęteris paribus in deuotione) verbi gratia: Primus erit is, pro quo fit sacrificium specialiter. Secundus est ipse celebrãs. Tertius procurans, vt Missa fiat seu eleemosyna vel prece, vt si pro se Missam dici iubeat, habebit etiam primam & omnium maiorem portionem, quod si sit ipse sacerdos qui & celebrat & pro se: habebit omnes tres portiones. Qui est pro quo fit, & qui celebrat, & qui procurat. Quartus erit ministrans, & quouis modo adiuuãs, & inter hos qui propinquius accedit, vt diaconus plus quã subdiaconus, & is plusquam acolyti, & cęteri, qui in suo ordine, & gradu Eucharistiæ sacrificio ministrant, vt lector, hostiarius, sacrista, &c. In quinto gradu erunt circunstantes, nã pro illis specialiter offertur, & ipsi sua authoritate & præsentia deseruiunt. Maximè, quia offerunt, vt in missa plebani populus, & in missa episcopi diœcesis, vt Sot. notauit, quamuis Caiet. in d. opusc. & Syluest. citati solũ loquantur, idque concedunt de iis, qui ita assistunt, vt causaliter concurrant aliquo modo. Vnde Caiet. vt saluet omnes audientes, imo remotos & ignorantes fructum

297

percipere, inquit, quod omnes illi causaliter aliquo modo concurrunt, in quantum membra ecclesiæ, & sacerdos in persona ecclesiæ offert, & per consequens quicumque de ecclesia potest dici celebrare, & offerre per sacerdotem. Sed profecto licet id verum sit (vt infra dicemus) & ex hac parte ex omni missa quilibet fidelis etiam remotè, & non cogitans fructum aliquem percipiat, tamen speciali ratione, qui adest, licet nullo modo cooperetur, vt fiat sacrificium, specialem fructum percipere est credendus, vltra illum generalem, quem Caiet. ponit. Quia non opus est, vt ipse concauset sacrificium, sed vt suo ordine, offerat specialiter, ex quo particeps erit aliquo modo fructus sacrificij. Secundò, quia est ille pro quo offertur, dicente ecclesia: *Et omnium circunstantium, quorum tibi fides cognita est, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt.* Et ita ex hac parte habebit fructum,

Quatuor fructus quos percipit, qui audit, & qui ministrat in sacrificio missæ.

Tertio denique, quia aliquo pacto causat sua præsentia approbando & authorizãdo illud sacrificium, cui assistit. Habes igitur quatuor modos, quibus is qui audit sacrum, participat fructum sacrificij, vide quã sit vtile Missam singulis diebus audire, vel quãm sæpe fieri poterit sacris mysteriis assistere. In sexto grado sunt absentes, de quibus mẽtio fit in missa, nempe Papa, Rex, Antistes, pro quibus nominatim offertur, vel cũ sacerdos in oratione de infirmis, vel de defunctis, vel in canone nominatim commendat. In septimo erunt omnes fideles de Ecclesia in charitate existentes, non modo ob generalem rationem, cõmunionis sanctorum (quia id in quouis bono opere fit, etiam si non fiat eorum mentio) sed quoniã in orationibus Dominicatum præcipuè per annum, & etiam in canone pro illis offertur tam viuis, quã defunctis (licet in communi) hoc sacrificium. Imo etiam, quia participat de fructu tertij ordinis, etiam si sint peccatores, modo sint fideles. Nã totus populus Christianus, & quilibet de illo fidelis, licet generali quadã ratione celebrat & offert singulas Missas per manus sacerdotis, iuxta verbũ Dñi Exod. 5. *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi.* & Leui. 23. & Num. 28. populus iubebatur sacrificia offerre, quod fieri debebat per manus sacerdotis, quod sentit Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 1. verfic. offerentes. Et Caie. in d. quodlib. reddens rationẽ. Quia cũ sacerdos gerat personã Ecclesiæ, & quilibet fidelis sit membrũ eiusdem Ecclesię, consequens est, vt vnusquisque per sacerdotem offerat, & ita sequitur vnum apprimè notandũ, & quod magnę certè cõsolationis materia nobis esse debebat, scilicet, quod ex quacumq; missa in ecclesia vniuersali celebrata participat quicũque fidelis & absens, & nõ cogitans triplicem fructũ ex opere operato

298

Qui sunt in charitate, non solum ratione communionis Sanctorum percipiunt fructũ missæ, & absẽtes, sed quia pro illis specialiter offertur.

299

& iustitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ex quocunque sacrificio omnes fideles, & absentes, tripli cem fructū percipiunt, si sint in charitate, ex opere operato, & iustitia, si in peccato excongruo.

& iustitia modò sit in gratia, & ex congruo si non est in ea. Primo ratione communionis sanctorum, vel quia mē brum ecclesiæ. Secundo, quia pro eis offert ecclesia generaliter. Tertio, quia ipsi sunt quodammodo offerentes, vt explicatum est licet quantitas horum graduum, vt Nauar. & alij docent nota soli Deo sit.

Tandem, sed non ex opere operato, neque ex iustitia valet pro peccatoribus generaliter, aut specialiter concurrentibus causaliter, vel offerendo tantum, vel assistendo. Horum ratio ea est, quātum ego possum existimare. Quoniam omnis causa melius ac magis operatur in propinquum, quā in remotum ex natura rei, igitur si omnes isti sint æqualiter dispositi, magis participabit de virtute sacrificij, qui magis de propinquo se habet, idque ex lege, & ex natura rei. Et hunc sanè sensum Sot. sequutum esse video in 4. distinct. 13. quæst. 2. art. 1. col. 9. dicentem eos plus habere de fructu huius sacrificij, qui altari peculiarius deseruiunt, vt ipse latiùs prosequitur. Quamquam id non placet, quòd annumeret primo loco eum, qui eleemosynam contulit, vel prece missam procurauit, quem nos tertio loco collocauimus, & vt videtur verius. Loquor autem de dante eleemosynam, vel procurante, non pro se, sed pro alio. Si enim pro se eā procurat, tunc non, quia procurans, sed quia est is pro quo offertur, primum locū teneret.

300

Cæteris paribus maiorē fructum percipiūt, qui altari peculiarius deseruiunt.

Id autem mihi persuadeo: quoniam illud est principale, & veluti essentiale in sacrificio, vt pro aliquo offeratur, sicut in sacramento, vt ab aliquo suscipiatur. Vnde sicut proximior persona magisque de virtute sacramenti participans, est suscipiens ex natura suę institutionis: ita prima & præcipua persona, quam principaliter respicit sacrificium, est ille pro cuius expiatione & salute offertur, & ita ille ex natura rei, maius ius & propinquitatem habet. Secundò loco succedit, offerens, vt de ecclesia specialiter de ijs dicit: *Pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt.* Inter hos autem manifestum est sacerdotem immediatius concurrere, sicut exequens alterius iussionem seu precem. Tertio loco est procurans per eleemosynam, vel alia via

301

Is pro quo offertur ex natura rei, maius ius habet ad fructum sacrificij, quā cæteri omnes. secūdo qui offert, tertio procurans.

præcisè

præcisè: quoniam exhibet ministeriū. Et hinc clarius perspicere poteris falsitatem opinionis refutatæ, definito fructu sacrificij. Si etenim esset certus gradus ex opere operato Missæ cuicunque assignatus, iam ergo vbi essent plura personarum genera ex octo assignatis, & in quolibet genere plures (vt si essent plures procurantes missam plures audientes, plures in ecclesia iusti, &c) esset fructus minor in singulis, quod certè concessu indignum est, & sequitur necessariò ex illa sententia, Imo maior est, vt benè Caietanus adnotauit, non quia fructui meo, si ego essem solus aliquid accrescat, vt Caie. videtur sentire, id enim nō probo, sed quia sunt plures deuotiones, quo plures sunt participantes, & consequenter plures fructus ex opere operato, respondet, sicut si essent plures ad mare vas deferentes, plus aquæ hauriretur.

302

Secundo igitur (quidquid dicat Nauarrus) putarem, in nullo genere dictorum, aut personarum crescere, vel decrescere fructum ex multitudine aut paucitate, sed vnicui que dari, secundum mensuram deuotionis, ita vt quamuis sint multi missam audientes, si ego habeo deuotionem vt quatuor, accipiam effectum vt quatuor, si etiam solus ego sim, eadem deuotione, id ipsum accipiā. Licet fatear equidem variari fructum secundum genera personarū. Et ita stabilis est, & varius, stabilis in eodē genere, vt dixi: quia siue pauci, siue multi sint cōcurrentes in illo genere, vt si multi darent eleemosynam, aut rogarent, si multi celebrarent, vt in ordinibus fit, si multi audiant, &c. non minus cuique obueniet, sed iuxta deuotionem. Varius autē in comparatione huius generis ad aliud, quia ille pro quo offertur cum pari deuotione, quam habet circunstans, magis consequitur de fructu. Neque ex hoc sequitur taxatū esse effectum ex parte sacrificij, sed esse minorem, in hoc vel illo genere ex diuina institutione, quitamen magis aut minus participatur, illimitatè, iuxta dispositionem. Nam sacerdos offerens deuotione vt quatuor, & circunstās eadem deuotione, cum hac inquam æquali deuotione, maior satisfactio, & fructus applicabitur sacerdoti, quā circunstanti, sed non est limitata in vtroque, sed si alter magis

303

Licet varietur quātitas fructus missæ, secūdū gradum in quo quis percipit sed in vnoquoque gradu, sæpe quis percipiet secundū mensuram suę deuotionis, siue plures, siue paucliores sint in illo gradu.

304

disponatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

disponatur, magis accipiet in suo ordine, & ita licet comparatiuè sit magis & minus, & comparatiua quædam taxatio, tamen quælibet persona in suo ordine, non tantum accipiet, quin plus accipere possit, sicut, si superficiem compares ad lineam maior est, & écontra linea minor, tamen quælibet est syncategorematicè infinita, vt constat.

305 Iam igitur quæstionem illam grauem, in practica vtilè, in speculatione difficilem, satis explicatam esse arbitror. Num ex multorum consortio, virtus fructusque sacrificij diuinę Eucharistiæ minuatur, ostensumque satis videtur, minui quidem, cum vnica tantum est specialis deuotio & specialiter pro multis non habentibus offertur, nō minui tamen cū pro multis offertur, suam quibusque deuotionem habentibus, imó verò augeri, vt dictum est. Sequitur vt ad alia properemus.

De eo qui plures eleemosinas pro vna Missa accepit.

SVMMARIVM.

Secundum Cordubam, peccat qui vltra vnam eleemosynam accipit pro vna missa, nu. 309

Secundum Sotum potest sacerdos accipere duas eleemosynas pro vna missa, siue sit pauper, siue diues, num. 308

Secundum Caiet & alios potest triplicem eleemosynam pro vna missa accipere, num. 310

In sacerdotibus non est attendenda laboris quantitas vt assignetur congrua sustentatio ex officio, num. 313

Si tres, aut plures missas quis possit celebrare alio die, posset nihilominus pro singulis argentum recipere ratione taxationis, num. 314

Quid

Quid debeat intelligi nomine congruæ sustentationis, num, 314

Fideles tantum tenentur alere suos ministros eorum familias, num 315

Cum vna persona iubet plures missas sibi dici, sacerdos sub mortali, & restitutionis onere tenetur eas dicere nec vna satisfaciet, num. 318

Cum quis accipit plures eleemosynas non potest sacerdos vna missa satisfacere, et si non defraudentur ex fructu ij quibus applicatur missa, num. 319

Eleemosyna non datur pro fructu missæ, sed in stipendium quo indiget celebrans, vt administrando viuere possit, nu. 319

Si eleemosyna daretur pro fructu missæ, esset Simonia, num, 319

Qui viginti, aut centum argenteos sumeret pro stipendio laboris vnius missæ in iustitiam cōmitteret, num. 320

Cum quis magnam quantitatem furatur a pluribus, licet a singulis modicum acceperit, tenetur ad restitutionem, num. 320

Si ad congruam strictam sustentationem sacerdos indigeret duabus aut tribus etiam eleemosynis, posset eas pro stipendio vnius missæ accipere, num. 321

Si ad strictam sustentationem sufficit vnica eleemosyna, nequaquam vltra eam potest sacerdos accipere, num. 320

Etiā si sacerdos sit diues, poterit pro vna missa accipere duas, aut plures eleemosynas, quæ sufficient ad strictam sustentationem, num. 323

Clerici

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericus pauper, quæ desunt ad congruam sustẽ tationem, non ex negotiatione, sed ex labore manuum debet quærere, num. 324

Puniendi sunt clerici qui postposito ecclesiæ officio negotijs vacant, num. 325

Sacerdos non debet quærere victum, exercendo artes mechanicas, nu. 325

Clerici qui in foro, vel nundinis deambulãt, non emendi aliqui causa, ab officio degradari debent, num. 325

Sub graui pœna interdicitur clericis, ne sint interemptores hoc est corredores, nu. 326

Si accipiens eleemosynã vnam promissa, pro aliis etiam simul offerret liberaliter nihil ab eis accipiendo, nec peccaret, nec aliquid restituere teneretur num. 327

Non tenetur sacerdos offerre fructum sibi respondentem ex opere operato, pro eo a quo accepit eleemosynam, num. 328

Si sacerdos applicet fructum sibi respondẽtem ex opere operato, tunc melior erit missa melioris sacerdotis, illi pro quo offertur num. 328

Si aliquis ex causa alicui promittit missam etiã sine stipendio, tenetur in conscientia illam dicere, secus si illam promisit, vt Hispanè dicitur por cumplimiento, num. 329

Qui promittit missam, non satisfacit si tantum applicet impetrationẽ, nu. 329

Ridiculum est quod vulgo dicitur, de intentione prime, & secunda in missa, & talis locutio falsè imputatur laico, num. 330

Septima dubitatio.

Sit septima dubitatio, an sacerdos plures admittens ad vnum sacrificium & eo fine eleemosynam acceperit: An ipse qui promiserit, teneatur ad restitutionem aliquam faciendam: id enim instituti nostri præcipuum est. In quo primo certum est iuxta primam opinionẽ mortaliter peccare, & ad restitutionem teneri spiritualium damnorum, aut temporalium eleemosynarum, cũ planè lædat commutatiuam iustitiam, & proximum iniustè damnificet in spiritualibus bonis, cũ minus de fructu missæ, ob aliorum petitionem acceperit. Ita sentit in specie Nauar. num. 92. & num. 111. & cæteri illius oppinionis. Suppotsia tamẽ veritate nostrę opinionis, quæ profecto verissima est, difficiliorem habet exitum quæst. prædicta, in qua nonnullã varietatẽ apud Doctores inuenio: nã Cord. cõc. 5. conatur probare, nõ licere vltra vnum stipendiũ accipere: quia licet fructus ex opere operato non minuatur, tamen minuitur fructus ex orationibus ecclesiæ, quem finitum esse diximus, & ita defraudantur petentes missas. Secundo quia defraudatur ecclesia, cũ impediat diuini cultus ampliationem vna missa satisfaciendo. Tertiò, quia nullus potest vno actu satisfacere pluribus promissionibus & obligationibus: qui ergo stipendia duo accipit, tenetur ex vi promissionis, vnicuique distinctum laborem & ministerium soluere. 306

Secundum Cordubam, peccat qui vltra vnam eleemosynã accipit pro vna missa.

Aliis rationibus conatur hoc ipsum probare Cordu. q. 4. dicti lib. 1. dub. 2. Primùm, inquit, quia pithantia non datur pro missa spirituali, esset enim simonia: nec vt eleemosyna, aliàs diues sacerdos non posset accipere: sed vt merces laboris corporalis, sed non meretur labor vnius horæ totius diei sustentationem, secundum iustitiam. Ergo, &c. Secundò probat, quia si licitè posset plures in die celebrare, contentus esset, tanquam iusto, consueto, licet paruo stipendio, ergo eò quòd semel celebret, non poterit vnius dicti stipendium, quod iustum erat excedere: sicut Diaconus, qui plura caneret Euangelia, posset quidẽ plura, licet parua stipendia accipere quæ constarent decentem sustentationẽ: sed non liceret pro vno decantato Euãgelio, integram sustentationem petere, quamuis sufficiẽs 307

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset. Tertio, quia aliàs, si sacerdos esset honorabilior in dignitate, haberetque magnam familiam, posset plus accipere, quam pauper, quòd absit: nam paupertas, vel abundantia, nihil ad iustitiam facit. Quartò tandem, quia habens tenue beneficium, tenetur deseruire, neque potest plus extorquere prætextu decentis sustentationis. Igitur à simili, &c. Has Cord. rationes omnes, licèt sub brevitate ponere volui, tum quia obiicit ille, ne insoluta relinquatur vlla: tum quia quælibet requirit specialem doctrinam ad veritatis huius quæstionis congruam explanationem.

308

Alij vero existimant, quòd poterit saltem duas eleemosynas accipere, si est pauper, imo etiam si diues: ita sensit Sot. 9. de Iust. quæst. 3. arti. 1. & in 4. d. 13. q. 2. versic. quo circa sub 2. concl. *quia* (inquit Sotus) *vtitur suo iure de altari viuendo.* Aliam tamen limitationem ponit in quarto citato, scilicet, quòd illa duo stipendia non excedant argenteum vnum, aut paulò plus, loquitur Sotus quo tempore pro vna missa dimidium, erat taxatũ in Hispania. Vnde, quòd tũ erat dimidium, modo est vnum argenteũ, & ita plane in eius sententia duas eleemosynas liceret accipere modo tamen duos argenteos non excedant, & quòd hic planè sit Soti sensus patet. Primũ, quia vt dixi, suo tempore ab hinc scilicet triginta annorum, imò ab hinc viginti, non nisi dimidium argenteum erat pro missa taxatum, vt qui meminerunt, tradunt, & multæ cappellaniæ illius tẽporis prorsus ostendunt, quę non nisi ad rationem dimidij argentei pro missa redditus habent, & non dubiũ quin eo tempore facilius dimidio, quam modo integro argẽteo, sacerdos viuere poterat.

Secundum Sotum potest accipere duas eleemosynas: pro vna missa, siue sit pauper, siue diues sacerdos.

Secundo id colligitur, quia dicit duas pithantias posse accipere, si pauper est: imo etsi diues, quæ argenteum non excedant: esset autem implicatio dicere duas, & vnius argentei, nisi id quod diximus verum esset. Denique, quia id probat ratione victus, vt scilicet viuere possit. Quis igitur sacerdos vno argẽteo honestè viuit? igitur ex Soti sententia duas pithantias accipere posset, etiamsi diues sit, modò tamen duos argenteos non excedat, quibus satis limitatè viuere posset. Quòd verò plures accipere nequeat,

309

probat

probat Sotus in dict. artic. 1. 4. sent. col. 14. Quia inquit, minus obueniet vniquique, quòd sic ille probat. Quia licet plures, dantes eleemosynam, quia specialẽ habẽt actũ circa tale sacrificium, censeantur offerentes, & hac ratione nemo propter aliorum societatẽ, suo fructu defraudetur: tamen quatenus ex intentione sacerdotis, qui pro aliis offert, minus obueniet singulis, quia intentioni sacerdotis respondet taxatus fructus, & ideo minor erit in singulis. Et confirmatur (ait Sotus) quia satisfactio respondens dictioni sacerdotis, si pro multis offeratur, minor est in singulis, ex omniũ sententia: pari ergo ratione effectus oblationis precum ecclesiæ, quæ liberè à sacerdote applicantur, erit minor inter plures. Et confirmat secundò Sotus, quia nemo ambiget, quin si vnusquisque eorum, qui præsentes sunt, qui in suo ordine offert, si pro aliis ipse offerat minus sibi de satisfactione reseruat, imo si totũ alicui, vel aliis offerat, nihil sibi relinquit, ergo pari ratione sentiendum est de sacerdote offerẽte pro ipsa parte effectus, quã ipse, vt ecclesiæ minister, liberè offerre potest.

310

Tertia opinio est eorum, qui censent, eum qui promisit v. g. tribus missam dicere, satisfacere vnam tantum pro omnibus celebrando. Ita sensit Caiet. Syluest. Angel. & Armill. Palud. vbi supra, & Anton. vt refert Armill. Quod quidem fatentur sine vlla limitatione esse verum, quamuis Syluest. plures apponit conditiones verbo illo Missa, quæstione decima. Sed quæstione 11. apertè fatetur, quòd secundum tertiam opinionem, quam ipse sine dubio verissimam putat, id est tenendum, imo quod maius est, etiamsi ab eo petatur, sine participatione aliorum. Quia (inquit) non est bonum, sed tutus erit, etiamsi pro multis dicatur vna. Et probari potest hæc sententia, quia nulli detrahitur ex consortio aliorum, de fructu operis operati, qui præcipuè intenditur in missa, quem solum sacerdos applicare tenetur, vt supra ostẽsum est, ergo nulli facit iniuriã, alios admittẽdo, sicut qui obligatus aliquẽ baptizare, vel absoluere extra necessitatẽ, ob certũ stipendiũ, nõ faceret illi iniuriã, ex eo quod alterũ, vel plures simul cũ illo baptizaret, dicens: *Ego vos baptizo*, vel, *absoluo*,

Secundũ Caiet. & alios, potest triplicem eleemosynam pro vna missa accipere sacerdos.

311

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum nihil primô de fructu, vel de sacrificio subtrahat. Vn
312 de patet friuolam esse illam tertiam rationem Cord. quia ecce vbi quis vno actu multis satisfacit obligationibus etiam in specie, nec reus promissionis dicitur, quia alterũ admittat. Prima verò, & secunda, non conuincit peccatũ mortale, sed ad summum veniale: quia fructum illum ex opere operantis ecclesiæ, diminuit in altero, & quia non ampliat cultum diuinum. Hęc enim materia grauis peccati, mortalis scilicet, non apparet. Vnde neque esset veniale, si ipse sua deuotione suppleret, vel in aliis orationibus satisfaceret spirituali illi, & non graui læsioni, aut si expleta missa, repeteret orationes, & preces ecclesiæ quia vt suprà ex Nauarro, & Cord. docuimus, orationes ab ecclesia institutæ, etiamsi priuatim dicantur, habent valorem, qui ex ecclesiæ deuotione nascitur, vel denique horas Canonicas, aut Psalmos, pro defraudatis recitando, vt Angel. Armill. & alij docuerunt. Neque verò rationes ab eo, ad eandem sententiam adductæ, in dicta quęstione quarta, rem conuincunt.

Prima enim minimè oberit conclusioni nostrę, si intelligas, non modò ob laborem, verumetiam ob sustentationem ministrorum, pithantiam dari. Sed demus (quod
313 modò non disputamus) vt mercem laboris duntaxat dari, quid consequentiæ est, quod quia est vnius horę labor non mereatur victum diei. Non enim corporalis sudor attendendus est sacerdotibus Domini, vt eis sustantationem congruam, ac iustam præbeamus, sicut attenditur in colono, & agri cultore, qui fodit, arat, vel in alio mechanico officio seruit: sed id duntaxat oportet attendere, vt si in spiritualibus præbendis maximè in pane cœlesti ministrando occupatur fideles illi materialem panem præstent, vti doctissimus Canonista infra citandus adnotauit. Quòd enim labor grauis sit aut leuis: longior aut brevior, impertinens est. Maximè, cum illi non permittitur plus laborare, id est nõ plus vna missa celebrare. Sane indignum esset sacerdotali dignitate, vel laborẽ totius diei, vel tantum exigere, quantum à rustico exigitur, vt ei sustentatio præbeatur. Ad secundum dices, tum meritò

In sacerdotibus non est attendenda laboris quantitas, vt assignetur congrua sustentatio ex officio

fore contentum paruo stipendio, quia ex multis vnum sufficiens constatur. Non enim dicimus, ius habere ex
314 quocunque sacro eodem die facto, integram eiusdem diei sustentationem excipere, sed id dicimus, ex officio ab eo secundum iura prestando, in eodem die posse victum requirere. Vnde ille, qui in die Natiuitatis Domini tria peragit sacra non posset pro vnoquoque duos (verbi gratia) argenteos accipere, si duo sunt congrua sustentatio. Neque verò negamus posse tria accipere pro tribus illis sacris, etiamsi excedant congruam sustentationem, prædicti Ecclesiastici ministri, tria inquam stipendia distincta à diuersis. Tum enim non iure victus necessarij illa accipit, sed iure taxationis, & consuetudinis pro vnaquaque vnum argenteum accipiendi. Quo fit, vt si decies eodem die celebraret, decem argenteos posset accipere. Neque est simile de Diacono, siquidem ille pro duobus offerens, siue Euangelica verba, siue orationes aliaque eius in ministrando munia minus vniquique daret, ac proinde defraudaret alterum, vel vtrumque, cum sit valor finitus ex opere operantis. Et per hæc patet solutio ad vltimum. Ille enim, qui tenue habet beneficium tenetur seruire, sibique imputare, quòd se in eo fecerit intitulari, nec cum damno & fraude tertij victum requirere, sed vel ex artificioso, vel aliunde, vt habetur in capite clericus 91. distinct. at celebrans sine vllius damno, & fraude quæret (idque meritô) sibi congruam sustentationem.

si tres aut plures missas quis posset celebrare aliquo die, posset nihilominus pro singulis argenteum recipere ratione taxationis.

Reliqua est tertia ratio, cui occurres, si intelligas, quid nomine congruæ sustentationis intelligamus. Nam vt refert Cordu. in d. quæst. 4. ex nostra opinionis sectatoribus variè iudicatum esse videtur. Quidam nomine decentis sustentationis intelligunt alimenta parentum pauperum, si habet, & filiorum olim ex matrimonio habitorum, quibus iure naturali succurrere tenetur. Ego verò strictam suæ personę sustentationem, & eorum quę necessaria sunt, simpliciter ad illam duntaxat intelligendã
315 puto. Scilicet, victus, vestitus, domus, & ei seruientis. Non enim postulat ius naturę, & diuinum, nisi vt sibi ex

Quid debeat intelligi nomine congruæ sustentationis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

altario succurrat. Nec fideles tenentur alios alere, quàm ministros. Vnde aliunde quærere debet ad ista supplenda. Ex quo patet, quod nec honorabilior plus, nec minus honorabilis minus: nec è contra, pauper plus, aut diues minus, suscipere potest, sed omnes æqualiter, id possunt accipere. Quòd si id ad eius pompam sustentandam non sufficiat, quæret aliunde. Et si contra, id sibi non est necesse, quia diues est, & patrimonium habet, poterit nihilominus accipere. Id enim & non aliud agimus in hac controuersia, quàm vt probemus, si stipendium solitum sit insufficiens ad honestam sustentationem, posse à duobus præfata iusta alimenta accipere. Vnde cessant incõueniẽtia Cordub. qui non probè istum dicendi modum videtur assequutus, ob quod pati docuit angustias

Fideles tantũ tenentur alere suos ministros non vero eorũ familias.

316

Ratio verò Soti, & eius confirmationes, etsi apparentes sint, nihil probant, quia vt bene Caiet. adnotauit in dict. Quodlib. intentioni ministri, vt intentio est, non respondet aliquid ex sacramento, sed deuotioni. Non enim intentio est dispositio ad fructum consequendum, sed vt sacrificium, atque eius virtus applicetur, quędam conditio est. Vnde qui in peccato mortali existens nullam habet deuotionem sibi respondentem, habet tamen intentionem, qua vt Ecclesię minister, & Christi applicat sacrificium. Et cui applicat sua intentione in illo sacrificium operatur. Falsum ergò supponit, quòd intentioni ministri respondeat taxatus fructus, & sicut non tenetur lege iustitię ad proximum esse deuotus, vel in gratia: ita non tenetur fructum suæ deuotioni respondentem applicare alicui: sed solum tenetur habere intentionem applicandi sacrificium ijs, qui eleemosynam dederunt, quorum fructus non minuitur, vt ipse Sotus fatetur. Si enim peccaret mortaliter, quando plures admitteret, quia fructum respondentem finitæ intentioni diminuit, multo minus satisfaceret, cũ pro vno solo offert, cũ est in peccato mortali: quia nullus fructus illi missæ (prout ex intentione sacerdotis est) respondet. Quid igitur existimabimus? num dicemus licere plures eleemosynas accipere vna tantum missa satisfaciendo? Respond. Primum in hac reputa

317

mus,

mus, quod si sacerdos sua sponte pro duobus offerat, minimè requisitus (atque idem dico si ab vno requisitus, pro aliis offerat) vno sacro non æquè prodesse omnibus sed minorem fore in singulis sacrificij effectum. Et ita teneri ad restitutionem eleemosynę acceptę. Quia, cum in hoc casu respondeat finitus fructus (cũ tantum sit vnica deuotio, vel sua, vel eius, qui rogauit) quidquid pro aliis offerat detrahitur primo. Fateor, quod ex iustitia non tenetur apponere suam deuotionem in missa, & ita fructum suæ deuotioni respondentem posset pro altero offerre, sed si pro multis offerret minor esset, vel si nullam habet deuotionem, cum tantum deuotio eius, qui petit, cum fructus prodeat finitus, facit iniuriam illi plures ad illius participationem admittendo. Vnde quando vna eademquè persona iubet plures missas sibi dici, vt in testamentis vsu receptum est, tenetur sacerdos sub mortali & restitutionis onere omnes dicere, nec vna posset satisfacere. Quia cũ sit tantum vnica deuotio si vnam tãtum dicit missam, vni cus tantum esset fructus, & si plures missæ, plures fructus quo fit, quòd vna missa non possit spoliari purgatorium, vt Gabriel arguebat. Quoniam cũ respõdeat taxatus fructus iuxa deuotionem celebrantis vel iubentis missas celebrari, minor erit singulis. Dixi, quod quando sua sponte dicit missam pro pluribus, non satisfacit, non quòd peccet, vel restituere teneatur, sed quod erit minor effectus in singulis. Si enim sua sponte à nullo requisitus, vel obligatus facit, non peccat plures admittendo, imo maiorem charitatis actũ extensiuè elicit, at quando ab vno requisitus siue pithantiam accipiat, siue non, pro aliis offert sua sponte omnino non satisfacit.

318

Cum vna persõna iubet plures missas sibi dici Sacerdos sub mortali, & restitutionis onere tenetur omnes eas dicere.

319

Secundo videtur, quod si plures accipit eleemosynas, in quo casu, cum sint multi petentes, non videtur defraudare aliquem, tamen non posse vna missa satisfacere, sed ad restitutionem teneri, si vltra vnum stipendium accipiat, vt prima docet opinio, vel certè si vltra duos argenteos, aut vltra id, quòd ad eius strictam sustentationẽ sufficeret cũ secunda. Licet enim argumẽta primæ & secũdę opinionis soluerimus, & pro tertia magnũ argumentũ

Cum quis accipit plures eleemosynas nõ potest Sacerdos vna missa satisfacere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à nobis sit factum, ob quod non omnino absurdam putamus esse: tamen prima nobis opinio Cordu, & Nauarr. vel certé secunda Soti celeriter, vt verisima amplectenda videtur: quę hac ratione vrgētius à nobis probari posse videtur. Quoniam stipendium missæ non datur ob fructum sacrificij applicandum, id enim est spirituale, & simonia committi videretur, vt si daretur pecunia, vt beneficium Ecclesiasticum mihi prelatus applicaret atque cōferret, sed datur in stipendium temporale, quo indiget celebrans, vt administrando viuere possit, at illud siue consuetudinem, siue legem positiuam attendas, non nisi vno argenteo iuste æstimatur, vel si naturalem legem attendas (cui cedere debet consuetudo & positiua lex) non nisi duos, vel id, quod ad strictam ministri sustentationem sufficit, valet aut valere debet. Qui ergo viginti, aut centum argenteos pro illo stipendio recipit, etiamsi ab vno petente vnum tantum accipiat iniustitiam committit: cū plus longè corradat pro labore quàm labor prędictus meretur, & licet nullum in particulari, damnificet, quia de fructu (vt sæpè probaui) nihil detrahitur, & vnusquisque vno præsito argenteo tantum accipiat, quantum si pro se solo diceretur, tamen omnes simul, & respub. sunt rationabiliter læsi, quia ille pro paruo labore tam magnam summam accipiat, cū id sit iniustum & inæqualitas magna, vel laboris ad mercem, vel stipendij ad sustētationem.

Eleemosyna nō datur pro fructu missæ sed in stipendiū quo indiget celebrans.

Si eleemosyna daretur pro fructu missæ esset simonia.

320

Qui viginti aut centum argenteos sumeret pro stipendio laboris vnius missæ, iniustitiam cōmitteret.

Accipe simile: furatur quis modica à diuersis, ita vt ex illis paruitatibus magnam sibi quantitatem pepererit, certum est tum, quod nullum in particulari notabiliter dānificauerit, tenetur tamē restituere, vt infra probauimus. Idque nulla aliā ratione, quàm quia omnes simul sunt rationabiliter læsi, quòd ille diuersi furto, etiam nullum notabiliter damnificando, idque est omnino contra ius naturę: si igitur rationabiliter sunt læsi omnes illi, vt quis pro modico labore iustē taxato vno, vel duobus argenteis magnam sibi summam conquirat & retineat, id enim contra naturę ius est, & debitam æqualitatem seruandā inter datum & acceptum. Licet igitur permitti posset, vt Sotus docet, vt Dei Sacerdos duas eleemosynas accipiat,

Cum quis magnam quantitatem furatur à pluribus, licet à singulis modicum acceperit tenetur ad restitutionem.

321

vel

vel eas, vt mihi videtur, quæ erunt necessariæ ad suā strictam sustentationem, non tamen vnquam licebit plures accipere, vt probatum est. Nisi quando non sufficerent. Si enim reuera tres essent necessariæ à diuersis accipere posset, quod non solum debent fateri, Syluester, Angelus Caietanus, & alij ex tertia sententia: verū prædictus Sotus, vt ex ratione eius colligitur.

Si ad congruā strictam sustentationē sacerdos indigeret duabus aut tribus etiam eleemosynis, posset eas pro stipendio vnius missæ accipere.

Quam sententiam satis expressè in specie video Canū tenuisse, libro duodecimo de Locis Theolog. cap. 13. his verbis: *Omnis autem opinio tu hoc conueniat necesse est, sacerdotem, siue pro piacis, siue pro multis offerat vitæ necessaria suscipere iure suo posse, quem cibum si vnus non dederit, nulli facit iniuriam, si expectat à pluribus. Imo tu illi iniurius es si cogis sacerdotem vt solum pro te hostiam probeat, nisi tu illi præbeas cibum. Qui quantus qualisque sit homini necessarius prudentia magis, quā Theologia dinulicat vno enim tempore, & loco non satis erit num mus argenteus, &c.* & citari solet pro hac sententia, Petrus Sotus lectura nona de Eucharistia, Houcala de valore missæ artic. 11. & 16.

322

Ex quibus patet, & quod sacrificij virtus non minuitur ex multorum participatione, & quod simul stat non posse plures eleemosynas accipere quàm vnam, si illa sit sufficiens ad suam strictam sustentationem, dixi sæpe *ad strictam sustentationem*. Quia ex quo contra iuris ordinem ordinatus est sine beneficio, vel alio titulo, non mirum si cogi debeat ad strictè viuendum. Et certè nisi hac ratione non video quo pacto in nostra sententia quę, vt dixi, verisima est, defendi posset non licere plures pro vno sacro pithantias accipere, vt modò ostendi, nec Cord. nec Soti rationes id conuincunt. Imò certè putarem, quodetiā si diues sit poterit duas eleemosynas accipere, vel eas quę æquent strictæ, honestæ tamen sustentationi illius. Quod apertè Sotus fatetur in dict. lib. 9. de Iustitia, nec correxit, sed confirmauit in distinct. 13. 4. Sent. Ratio est plana, quia, vt idem Sotus, & Nauar. fatentur numero 92. & 111. paupertas, vel diuitię sacerdotis nihil cōferunt ad æqualitatem iustitiæ, & ad debitum. Vnde si pauper nullam facit iniustitiam, quia illud est iustum sui

Si ad strictam sustentationē sufficit vnica eleemosyna, ne quæ quamultra eam potest sacerdos accipere

323

Sacerdos diues poterit pro vna missa accipere duas aut plures eleemosynas, sufficientes ad strictam sustentationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laboris stipendium, non ob id quia abundet aliunde, priuatur iure accipiendi iustum stipendium. Diues enim sacerdos, si non quia diues, at quia sacerdos, ius habet de altario viuendi sicut pauper, modò officia debita præstet. Vnde sicut potest vnam eleemosynam accipere, non æquantem iustæ sustentationi & necessariæ, poterit duas, quæ æquēt accipere, etiamsi sit diues, sicut econtrà licet sit pauper, nō
324 poterit accipere etiam duas, si excedant debitam sustentationem, & honestam. Vnde male Nauar. retulit Sotum quasi dicentē diuiti non licere, cū oppositum Sotus dicat.

Sed obicit Nauar. contra hanc nostram assertionem. Quia clericus pauper non potest victum ab spiritualibus quærere, sed manibus laborando, vt habetur in cap. clericus victum, 91. distinct. item, quod esto, ita esset, tamen non ex sola missa, itavt eum sustentet dans eleemosynam sed ex aliis officiis quæ præstat. Verum respon. in dict. cap. & cæteris illius distinctionis solùm prohiberi, ne clericus negotiis vacet, & sic victum, quærat, sed quod si Ecclesia ei non sufficiat, potius ex honesto artificio (exemplo A postoli, qui de labore manuum viuebat) victum quę rat, non ex negotiatione. Vnde Gratianus in principio illius distinctionis, sit ait: *Qui autem turpi lucro, vel inhonesto negotio prohibetur, ne de oblationibus eccl esiæ stipēdia consequatur*
325 Quod si Ecclesia ei sufficere nō possit, proprio artificioso vel agricultura, &c. Vide quàm sit alienum à proposito velle iura, quod de Ecclesia & officio suo non viuat, sed id intendit ne ex turpi negotiatione quærat, si Ecclesia non sufficiat. Sed manibus victum, & vestitum paret. Vnde fatemur iuxta Apostolum Act. 2. & 1. Cor. 4. & in 1. ad Thessal. 2. & 2. Thessalo. 3. & ita in cap. 1. illius distin. Pelagius Papa præcipit clericos esse puniendos, qui postposito ecclesiæ officio negotiis vacant. Vnde in dicto cap. clericus. stipendia clericorum appellat Carthagenense Concil. 4. cap. 42. & 49. quod clerico ob officium debetur. Maximè quia his temporibus, vbi Ecclesia ita creuit ministrorum varietate & dignitate, necessariaque auctoritate apud laicos, non decet sacerdotes domini officia, & artes mechanicas exercendo victum quærere. Vnde argu-

Clericus pauper, qui desint ad congruā sustentationem, non ex negotiatione, sed ex labore manuū debet quærere.

Puniendi sunt clerici qui posthabito Ecclesiæ officio negotijs vacant.

Sacerdos nō debet quærere victū, exercendo artes mechanicas.

argumentum illud Nauarri parum vrget.

Et sanè, vt intelligas præcipuam prędicti Concilij Carthaginens. 4. in dicto capitulo intentionem fuisse prohibere, ne clerici negotijs, sed arte potiùs honesta viuerent, subdit in cap. sequenti, quod est desumptum ex capit. 51. & 52. 48. & 50. eiusdem Concilij, & habet But. lib. 2. ca. 102. & 51. & Iuo. par. 6. cap. 179. & 183. & 285. his verbis: *Qui verò non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur.* Vbi odorem ipsum, vel conspectum fori & nundinarum ita grauiter prohibet Concilium, nedum ea exercere. Vnde statim adiungit: *Interemptores autem ab officio declinantes, vel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.* Quæ quidem verba perdifficilia sunt intellectu. Non enim videtur, quos appellet interemptores. Posse igitur dupliciter intelligi, existimo. Primò, vt sint duę dictiones, scilicet *inter* & *emptores*, quasi idem prohibens, quod paulò ante nempe inter emptores & venditores deambulare in nundinis vel foro. Secundò ita vt sit vna dictio, nam interemptores proxonetæ vocātur, vt ait ibi glossa de quibus habetur ff. de Proxonetis l. 2. His fanè dicuntur *corredores*, Quia scilicet inter emendum mediatores existunt, & ob id interemptores dicuntur, quasi inter emptores & venditores existant tertij. Siue ergo hoc, siue vllo modo clerici negotijs se implicent grauiter in d. iuribus prohibentur. Animaduertere autem diligenter lectorem volumus, in alijs codicibus aliter legi. Nam
327 in exemplaribus Concilij etiam manu scriptis sic habetur. *Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligenter agentem*, &c. Sicut contra legimus in canone 42. clericum inter tentationes ab officio suo incubantem gradibus sublimandum. Propter glossam autem prędictā non esse mutatum huiusmodi textū testatur editio Gregoriana in d. cap. clericus quantum, 91. dist. quasi hęc sit certior & vera lectio. Quę verò sint huiusmodi tentationes ob quas clericus ab officio declinaret, non explicat glossa Gregoriana in d. c. Prędpua esse videtur tyrannorum persecutio, & alię de quibus agit Ambros. epist. 17

Vnum adderem prędictis, quod scilicet, si plures alios admitteret

Clerici qui in foro, vel nundinis deambulāt, non emendi aliquid causa, ab officio degradari debent.

326

Sub grani pœna interdicitur clericis, ne sint interemptores, hoc est corredores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si accipiens eleemosynam vnam promissa, pro alijs etiam simul offerret liberaliter nihil ab eis accipiendo, nil teneretur restituere.

admitteret nullam ab eis eleemosynam accipiendo, sed liberaliter promittẽdo, nõ peccaret nec restituere primo teneretur. Quia & neminem in particulari damnificat, nec omnes simul vel rempub. cum nõn plus stipendij accipiat quàm valeant eius operę, vel exigat eius sustentatio, ob quas duas tantum rationes stipendium missæ, vt dixi accipi potest, vt Cordub. docet quæst. illa 5. Item colligo, quod non tenetur, imo nec potest sacerdos applicare ominem fructum, qui est ex opere operato ei pro quo dicit, sed tantum tenetur pro eo celebrare, & ei valorem missæ offerre quem tamen ille participabit iuxta quantitatem suę deuotionis. Vnde fructum ex opere operato sibi, vt offerenti respondentem iuxta suam deuotionem potest sibi, vel alteri retinere. Sicut nec etiam debet sacerdos nec potest fructum audientium, & aliarũ supra numerata rum personarum applicare, cui volet. Vnde etiam colligo, quòd Missa melioris sacerdotis est melior, etiã ex opere operato ei, pro quo dicitur, si sacerdos velit illi fructum suę deuotioni respondentẽ applicare, non est tamen melior secũdum, id quod ei debetur, pro quo dicit, ex lege. Nã etiam si melior sacerdos sit non minus sacrificiũ operabitur in eo pro quo dicitur iuxta eius deuotionem & Dei legem.

328

Non tenetur sacerdos offerre fructum sibi respondentem ex opere operato pro eo a quo accepit eleemosynam.

Tertio colligo, an sit in conscientia tutus, qui nulla eleemosyna accepta promittit Missam dicere, & non dicit. Si enim verè & ex animo vult se obligare tenetur ac si accepisset, sicut in omni promissione rei proximo vtili, & ab alio acceptatæ contingit, & ita non dicens tenetur restituere, si tamen non ex animo, sed vt Hispanicè dicam, *per cumplir cõ el*, ne illum contristet, & ne parcus videatur, poterit sine pecato mortali, non dicere. Est enim promissio ex metu saltem reuerentiali, qui euacuat promissionis obligationem, & ita qui non acipiunt eleemosynam vllam vel stipendium ex ratione sui instituti, vel sua volũtate, promisis quas dicunt, etiam *si para cumplir* promittant, non tenẽtur sub mortali, imo nec sub veniali, si aliqua rationabili causa non impleant.

329

Si aliquis ex animo alicui promittit missam etiam sine stipẽdio, tenetur in conscientia illam dicere,

Quarto colligo, malè facere quosdam, qui dum missam

missam alicui promittunt, vel planè liberè, vel ob stipendium illi applicant, vnum ex fructibus, scilicet vel impetrationem, vel satisfactionem, dicentes, quod dum quis missam petit pro aliqua necessitate, solũ videtur velle impetrationem, non satisfactionem, & dum quis pro suo defuncto, vel pro anima sua, aut pro peccatis missam petit, solum vult satisfactionem, & ita vna missa posse satisfacere vtrique, quam sententiam à doctissimis audisse me fieri posse memini, quod etiam si non omnino improbabile existimem, tamen probabilius puto non licere, vt Nau. docet vbi supra: nam licet principaliter & explicitè velit impetrationem, tamen virtualiter vult etiam fructũ, qui ex opere operato sibi respondet pro quantitate suę deuotionis.

Quipromittũt missam non satisfaciunt si tã tum applicent impetrationẽ.

330

Quinto colligo, quod id quod communiter dici solet de missa, pro secunda vel tertia intentione, esse omnino ridẽdum, quam dicunt esse Caiet. opinionem, adeò vt missam Caietanam vulgo vocent ex secunda (vt illi dicunt) intẽtione: hoc enim nullo Doctorum fundamento innititur, & primũ Caiet. qui nostram tuetur sententiam, nihil vtique de missa primę vel secundę intentionis commemorauit: nec quisquam ex nostræ sententię authorib. qui dicũt ex societate secundi, vel tertij, non minui fructum missę: imo omnes fatemur, missam pro illis multis oblatam, non minus secundo quã primo (imo quandoque magis, si maiorem habet deuotionẽ) prodesse, nec est vlla prima vel secunda intentio, sed omnes æque admittuntur, pro ratione suę deuotionis. Authores verò alterius opinionis fatẽtur fructum respondere finitum, ex eorum sententia missæ, & secundũ hos posset melius saluari, quod isti dicunt communiter de missa primæ & secundę intentionis, quòd scilicet missa secundæ intentionis minus prosit: & ita in specie docuit Gabr. lectione illa 27. quòd applicata missa pro aliquo, in gradu priori, etiam si consequatur fructum finitum, tamen applicatur alteri, in gradu posteriori, etiam si multis applicaretur, non minuetur fructus primi, quod tamen supra impugnaui.

Ridiculum est quod vulgo dicitur de intẽtione prima & secunda in missa & talis locutio falsò imponitur Caiet.

331

Sexto colligo, quod cęteris paribus melior esse potest

missa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fructuosior est missa boni quã mali sacerdotis vt offerens considerati.

missa boni sacerdotis & fructuosior quam mali, non solũ quantũm est ex operãte, sed etiam ex opere operato: nam gradus ille, qui ex opere operato respondet celebranti, vt celebrans & offerens est non inuenitur in Missa mali sacerdotis. Non dicimus ergo, quôd ei, pro quo dicitur, sit minus bona quantum est ex opere operato, quia vt omnes fatentur, non minoris est valoris sacrificium in se, ob malum sacerdotem offerentem, nec etiam in effectu, & fructu eius, pro quo offertur, cùm secundum suam deuotionem sit fructum recepturus, & nihil minus â malo sacerdote de fructu recipiat, sed dicimus esse fructuosiorem simpliciter, quia maiorem haberet ex opere operato, si esset à bono: quoniam haberet effectum respondentem offerenti, vt offerens est, sicut etiam esset maior fructus cũ sunt plures, vel concurrentes causaliter, vel assistentes, &c. Quia vt dictum est, plura vasa, plus aquæ, è flumine haurire necesse est: imo etiam ei, pro quo offertur, posset esse vtilior missa boni sacerdotis, etiã quoad id, quod est ex opere operato. Dixi *posset*, quia sacerdos bonus, si vellet, posset fructum sibi, vt offerenti peruenientem, illi applicare, pro quo celebrat. Sicut ergo fructum sibi ex opere operante respondentem applicare, non tenetur ei, pro quo celebrat, sed posset: cũ missa esset illi vtilior, ita posset fructum ex opere operato, &c. de lege tamẽ & ex obligatione, nihil à bono maius, nihil à malo minus accipiet, sed iuxta mensuram suę fidei & deuotionis. Non nego, me plus fortasse prætergressum, quam restitutionis requirebat disputatio: id mihi tamen ignoscendum: nam vt restitutionis ratio plenior esset, & res ipsa disputatu grata impulit. Quam ob causam, & illud etiam disputabo libenter (quoniam de missę sacrificio disputare cœpimus sæpiúsque illud, tanquam verum accepisse videmur) nempe sacrificium habere effectum ex opere operato.

332

333

De

De fructu Sacrificij Missæ ex opere operato.

SVMMARIVM.

Aliqui negant in sacrificio missæ esse effectũ ex opere operato, nec circa culpas, nec circa pœnas, num. 333

Alij dicunt valere ad remissionem pœnæ, & culpæ mortalis num. 334

Alij dicunt valere ex opere operato ad remissionem tantum peccati venialis, num. 335

Sacrificiũ missæ valet ad remissionem pœnæ & culpæ, etiam mortalis, num. 336

Per hoc sacrificium aufertur ex opere operato aliqua pœna nostris peccatis debita, num 337

Sacramenta secundario respiciunt ablationẽ pœnarũ, sacrificium vero missæ primario, num. 338

Sacrificium missæ abluit culpas veniales ex sua institutione, num. 339

Missæ sacrificium non abluunt mortalia, nec confert primam gratiam ex opere operato, nu. 340

Remissio peccatorum mortaliũ est actus iurisdictionis qui nõ est annexus potestati ordinis, n. 342

Ministri ecclesiæ non possunt remittere peccata quæ non cognoscunt, num. 342

Missæ quæ offerũtur pro peccatoribus valẽt vt illis Deus auxilia præstet vt conuertantur, num. 344

ERITQVE octaua difficultas: num id verũ sit, & an is effectus sit circa culpam, vel circa pœnas peccatorum. Prima enim opinio docet, tantum habere effectum ex opere operantis, sicut quodlibet opus pium ieiunij, orationis, &c. tã circa culpas, quã circa pœnas, & cõsequẽter nõ ex lege, sed per modũ impetrationis. Ita sensit Caiet. loco citato

Octaua dubitatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citato, pro qua sententia refertur Gab. lect. 26. sed immeritò: nam planè contrarium sensit lect. 57. col. 2. dicens: *Ex opere operato, quia scilicet ex opere exhibito, etiam circũscripta dispositione operantis, quantum ad eius esse acceptum habent suum effectum sacrificium altaris. & Ecclesiæ Sacramenta quæ effectum habent ex institutione Christi, & non ex dispositione offerentis, &c.* & aliis locis, quos infra citabimus. Huic similis est secunda aliorum sententia, quòs refert Cord. quòd pœnas habet auferre ex opere operato, culpas tamen etiã veniales, nõ nisi ex opere operantis. Et probatur hæc sententia, quia non videtur vbi sit data hæc virtus sacrificio, vt sacrificium est: nam vt sacramentum, id est, quatenus suscipitur, non dubium quin culpas abluat, & pœnas tollat ex opere operato. Vnde illud solum videtur esse priuilegium sacramentorum, quòd culpas ex opere operato tollant.

Aliqui negant in sacrificio missæ esse effectum ex opere operato, nec circa culpas, nec circa pœnas.

334

Secunda opinio est huic contraria, quòd valet ad remissionem peccatorum, quoad pœnas & culpas etiam mortales. Hanc sententiam expresè tenet Gabr. in can. lect. 85. litera L. & probat. Primùm, ex D. Thom. in 4. sent. distinct. 12. q. 5. art. 2. dicente: Eucharistia, in quantum est sacrificium, habet effectum spiritualem in iis, pro quibus offertur, id quibus non præexigit vitã spiritualem in actu, sed in potentia, & ideo si eos dispositos inueniat, eis gratiam obtinet, & ita D. Thomas eius sententię videtur. Secundo probat Gabr. quia quidquid Christus Saluator noster meruit, se offerẽs in cruce generaliter pro omnibus, hoc sacrificium applicatur particulariter singulis, vnde ecclesia orat, vt omnes ipsum participantes omni benedictione cœlesti & gratia repleantur. Cũ ergo sacrificium Christi in cruce, valuerit ex opere operato, ad deletionem peccatorum & pœnarum, & cũ ecclesia non oret pro aliquo, cui huius sacrificij virtus conferri non possit,

Alij dicunt valere ad remissionem pœnæ & culpæ mortalis

335

sequitur, &c. Tertio id probatur ex illo Christi: *qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*: ergo ex institutione diuina habet peccata remittere. Quarto nos probemus ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. *Reliquit ecclesiæ sacrificium altaris* (inquiunt Patres) *vt illius salutaris virtus in remissionem*

missionem eorum, quæ à nobis committuntur delictorum applicaretur. Certum est autem, quòd nõ solũ venialiter, sed etiam mortaliter peccamus: & apertius in cap. 2. sic dicitur: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit.* Quid planius? & quòd sermo sit de Eucharistia, non vt sacramẽtum, sed vt sacrificium plenissimum est legenti.

Mediam tamen sententiam sequitur Cordub. libr. illo quæst. q. 3. §. ideò quarta. Sotus in 4. distinct. 11. quæst. 2. art. 5. & 7. & d. 13. quæst. 2. conc. 1. Canus, & Couar. vbi supra, quòd hoc sacrificium licet ex opere operato, valeat ad remissionem pœnarum omnino, & culparum venialiũ, non tamen mortalium, nisi forsan de congruo, hęc sententia probatur ab eis, quia aliàs frustrà esset sacramẽtum pœnitentiæ.

Alij dicunt valere ex opere operato ad remissionem tantũ pœnæ & culpæ venialis.

Mihi videtur primũ, quòd non solùm de congruo valet hoc sacrificium (longè melius quã quodcumque opus pium) ad remissionem pœnæ & culpę, etiam mortalis ad primam gratiam. & eius augmentum, ad bona temporalia

336

salutis aut pacis, &c. Sed etiam valet ex iustitia ad remissionem pœnarum peccatorum, & mortalium, quidquid dicat prima opinio; satis immeritò. Constat enim Christi meritum & satisfactionem applicari per hoc sacrificium, sicut per sacramenta, cui debetur ex iustitia pœnę solutio, non solum cũ pro viuis offertur, vt Cordub. & cęteri fatentur: sed & cũ pro defunctis, quidquid Cord. dicat. Putat enim, quòd tantum valet hoc sacrificium per modum suffragij defunctis; & consequenter non ex condigno, sed de congruo: hanc enim opinionem, quòd valere per modum suffragij, sit valere de congruo tantum, alibi latius oppugnaui: imo valere per modum suffragij, est valere non per modum absolutionis: non enim cum Papa pro defunctis indulgentiam concedit, actum iurisdictionis circa illos exercet, liberando à pœna, sed tantum valent illis

Sacrificiũ missæ valet ad remissionem pœnæ & culpæ, etiam mortalis

337

indulgentię per modum solutionis, ex iustitia tamen & infallibiter. Sic ergo priuatus sacerdos offerens sacrificiũ pro defunctis, ex iustitia proficit illis ad diminutionẽ pœnę, per modum suffragij, id est, nõ per modũ absolutionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed solutionis. Secundò id probo, quoniam satisfactio priuati hominis, applicata defunctis, valet illis ex iustitia, ad solutionem pœnę. Multo ergo magis Christi satisfactio in hoc sacrificio pro illo oblata, valebit ex iustitia, &c. Eadem ratione reijciendus est Sotus, qui art. illo 1. q. 2. d. 13. putat solum valere illis de congruo, si Deus voluerit acceptare.

Per missæ sacrificiū auferitur ex opere operato aliqua pœna nostris peccatis debita.

Secundo mihi videtur, in hoc sacrificio conferri, non solum de lege, & ex iustitia, sed etiam ex opere operato, solutio pœnę nostris peccatis debitę, ita vt vltra gradū debitum ex deuotione operantis, respondeat quidā gradus ex ipso sacrificio, sicut de gratia dicimus in sacramentis: ita sensit Gab. & D. Thom. in 3. opinione citati, & Catharin. quem refert Cord. ita docuerūt Couar. Sotus, Canus, Cordub. & alij de tertia opinione. Et ratio est plana, quia in eo operatur virtus passionis Christi, sicut in sacramentis, & ex sua institutione est ablatiuū peccatorū, iuxta illud: *Qui pro vobis, &c.* Cum ergo sit specialis lex, quòd aufert peccata, saltem quoad pœnas debet intelligi, iam quòd demus non intelligi, quoad culpas, igitur virtute operationis operatæ â Christo, aufert peccatorū nostrorū pœnas debitas. Nisi quòd hæc est differentia inter hoc sacrificiū & sacramēta: nam illa per se & principaliter sunt instituta ad iustificationem & gratiam conferendam. Sūt enim signa visibilia inuisibilis gratię, licet etiā secundariò pœnam auferant, at sacrificium hoc etiā primò & per se respicit pœnarum expiationem, & consequenter culparū, vt optimè D. Tho. docuit tertia parte citata.

338

Sacramenta secundario respiciūt ablationem pœnarum, sacrificium vero missæ primario.

339

Sacrificiū missæ abluit culpas venialesex sua institutione.

Tertio videtur, quòd veniales culpas etiam abluat ex sua institutione, vt Cord. & authores tertiæ opinionis sentent. Et potest probari ex illo: *Qui pro vobis,* &c. Cum enim pœnæ peccatorum non sint propriè peccata, sed culpæ, vt propriè verba accipiantur, oportet saltem dicere, quòd culpas veniales auferat, quod aperte decernitur in Concil. Trid. sess. 22. cap 2. vbi post multa dicit, *Offertur hoc sacrificium pro viuorum peccatis, pœnis, & satisfactionibus, &c* Quòd si vera est Soti sententia, quam statim referemus, quam Cord. non reijcit, quòd hoc sacrificium cōfert gratię

tiæ augmentum, sicut de eodem, vt sacramentum est, idest quatenus sumitur, omnes fatentur, planiùs erit culpas ve- 340
niales tollere ac remittere.

Missa sacrificium non abluit mortalia, nec confert primam gratiā ex opere operato.

Quarto igitur videtur, quòd licet opinio Gabr. de ablatione peccatorum mortalium, & consequenter de conferēda prima gratia, non omnino falsa videatur, non tam ob eius rationes, quàm ob verba Sanctorum Patrum in Synodo Trid. suprà citata præcipuè illud: *Crimina & peccata etiam ingentia dimittit,* &c. tamen procul dubio putamus, oppositum esse longè verius, quòd scilicet peccata mortalia non deleantur, non dico cùm missa dicitur pro eo, qui vel est in actuali proposito peccandi, vel certè existens in mortali, non cogitat, hoc enim planum est, sed neque etiā si sit dispositus, nisi forsan per accidens: quod statim tractabitur. Moueor ergo, quia sequeretur, quod sacramentum pœnitentię non dico, esset frustra, vt Canus, & Cordub. argumentantur, id enim non sequitur: sed quòd eius dignitas & virtus, maximè eneruaretur. Cum non esset (inquam) medium ad salutem necessariū lapsis post baptismum, quod est contra sententiam omnium Doctorum, & Patrum, in Concilio Tridentino. Vnde & dicitur secunda post naufragium tabula. Quod verò sequatur, patet siquidem sine sacramento pœnitentię, per hoc sacrificium posset peccator iustificari, & omnino primam iustificationis gratiam adipisci.

Dices, semper tenetur confiteri, fateor: sed tunc non esset confessio necessaria, vt medium, sed in vi duntaxat præcepti, cum alia posset via peccator iustificari, quod certè derogat maximè sacramento pœnitentię, & eius strictè (vt verissimè censent Doctores) necessitati. Quis rogo ab sacramentū pœnitentię accederet, si vno argēteo pręstito sacerdoti (loquor autē extra tēpus pręcepti) posset cū ea dispositione, qua esset cōfessurus, â peccato iustificari ex lege, & primā cōsequi gratiā? Certè si duo essēt remedia â peccatis lapsis post baptismū, satis esset vnius vel alterius, votū habere ad iustitiā, & ita posset quis non habens cōfessoris copiam nolle habere votū cōfessionis, sed solum huius sacrificij, quod certè concedi non debet. 341

Universidad de Deusto
Biblioteca

342 *Remissio peccatorum mortalium, est actus iurisdictionis, qui nonest annexus potestati ordinis.*

Ministri ecclesiæ non possunt remittere peccata quæ nō cognoscunt.

Moueor secundò quoniam peccatorum actualium remissio (mortalium inquam) est actus iurisdictionis, vt omnes fatentur, cum pertineat ad claues Ecclesiæ: si autem per hoc sacrificium peccata mortalia remitterentur, cum sit annexum essentialiter potestati ordinis, iam tandē posset quis mortalia peccata remittere sola ordinis potestate, nulla iurisdictione conquisita, nulla approbatione postulata, quod absurdum videtur, & contra Concil. Trident. & Patrum sententias, & in damnum sacramenti pœnitētiæ, & Reip. Cōristianę cuius maxima columna, & ornamentum est confessionis sacramentum. Addo quōd ministri Ecclesiæ non possunt peccata remittere, nisi illa cognoscant, vt iusti iudices esse possent, quod fieri non valet, in hoc sacrificio. Contingeret enim vt tam habens multa & enormia peccata eodem labore & stipendio dato, quā habens pauca liberaretur, & iustus euaderet, quōd omni rationi & iustitiæ videtur aduersum. Aliqui probant hāc nostram conclusionem ex illo Augustu. *quis offerat corpus Christi, nisi pro his, qui sunt membra Christi*, Bene enim respōdet Gab. pro mēbris Christi offerri, quādo offertur pro eis, vt sint mēbra Christi. Quāuis ego aliter respōderē, peccatores in mortali esse mēbra Christi ob fidem, quæ est nexus membrorum Ecclesiæ licet non sint membra viua. Præterea quia nullus negat saltem de congruo prodesse hoc sacrificium peccatoribus, vt cōuertantur. Vnde nihil impediret, quo minus pro eis offerretur corpus Christi: rationes igitur à nobis factæ constantiores procul dubio videntur.

Ad rationes igitur Gabr. respon. Ad primā: fateri nos eam fuisse D. Tho. sententiam. Ad secundam, quōd licet sacrificium Christi in cruce fuerit pro peccatis mortalibus etiam quo ad culpas, & ex condigno tamen propterea simul ex latere Christi illic pendentis sacramenta manarunt, vt hæc directē ad culpas, illud verō, id est sacrificium, directē ad pœnas tollendas ordinaretur vt hac mira remediorum varietate, copiosa foret apud Deum redemptio. Non ergo sacramento pœnitētię instituto, vel certē instituendo hanc virtutē ex opere operato huic

343

huic sacrificio conferri oportebat, si autem ecclesia orat, id probat ex congruo, fatemur enim prodesse hoc sacrificiū de congruo, vt peccator conuertatur ad Deum. Et propterea Concil. Triden. vbi supra docuit, quod hoc sacrificio placatus Deus donum pœnitentiæ concedit, & ita vti lissimum esse non negamus missas pro peccatoribus celebrari, quo Deus illos ad se conuertat. Et propterea ecclesia, cū illa verba dicit, non loquitur de sacrificio, vt sacrificiū est: sed vt sacramētum. Dicit enim: *quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur, &c.* Perpende quemadmodum de sumentibus loquitur, ac proinde de eo, vt sacramentum est.

344 *Missa quæ offeruntur pro peccatoribus, valent vt illis Deus auxilia præstet, vt conuertantur.*

Ad obiecta ex Concil. Trident. respon. loqui, vel de pœnis peccatorum, vel si de culpis, tantum ex congruo. Dices, quod in dicta Sess. cap. 22. dicitur: *Illud sacrificium est vere propitiatorium, vt si cum vero corde & recta fide, cum metu & reuerentia contriti & pœnitentes ad Deum accedamus misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore oportuno.* Respon. enim id de prima gratia intelligi non posse, nisi vt dixi de congruo, cū dicat: Si accedamus contriti & pœnitentes. Iam ergo supponit primam gratiam recuperatā per confessionem & contritionem.

De effectu qui est gratiæ augmentum.

SVMMARIVM.

Missæ sacrificium secundum aliquos Doctores, confert gratiæ augmentum ex opere operato ijs pro quibus offertur, num. 344
Dicta sententia ostenditur esse falsa multis efficacissimis rationibus num. 346
Sacrificium ex sua institutione offertur ad placandum Deum iratum, num. 347

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui offert sacrificium potest recipere augmentũ gratiæ, non vi sacrificij, sed vi sacramenti, num. 348
Notabiliter differens missam dicendam, peccat mortaliter, num. 350
Sacerdos mercenarius poterit pro missis dicẽdis sumere aliquas paucas eleemosynas anticipatas, num. 351
Sacerdoti licet missas in futurũ dicendas anticipare cum pro certa intentione sunt offerendæ, nu. 354
Sacerdos potest dicere pro eius intentione qui habet mãdare missas & illo inscio, & licitè ab eo accipiet stipendia, num. 355
Sacerdos licitè potest anticipare aliquas missas reseruando aplicationẽ intentionis vsque quo ab eo aliquis exigat missam, num. 356
Pontifex applicat merita præterita reseruata in Ecclesiæ thesauro, num. 357
Cum Deus sciat certo sacerdotis intentionem, statim ac dicere missa pro ea intẽtione acceptat, n. 358
Potest sacerdos dicere missam pro alquo cui suus amicus applicare velit, tiã quando non dum aplicauerit, num. 360
Forma sacramentorum ante susceptam materiam applicare non potest, num. 360
Potest quis bona opera facere intentione vt sibi fructus eorum fructetur ad tempus alicuius specialis necessitatis, num 362
Omittens dicere vnam vel duas missas sciente eo qui dedit eleemosynã, non peccat mortaliter, n. 363
Omittens vnam missam in eo illo qui tribuit eleemosynam, peccabit mortaliter, num. 364

QVAE-

Nona difficultas.

QVAESTIO nona esse potest de gratiæ augmento, in quo video Cor. & Sot. quæst. 2. artic. illo 1. apertè docentes hoc sacrificium ex ratione suæ institutionis gratiæ augmentum conferre, sicut cætera sacramenta à Baptismo & Pœnitẽtia, neque omnino videtur à ratione aliena ista sententia: Cum enim ex scriptura constet hoc sacrificium offerri in remissionem peccatorum, videtur consequens, quod ex lege habeat gratiam conferre & reconciliationem cum Deo, quamuis ad hoc dici posset, vt supra dicebam, nomine peccatorum intelligi posse, vel eorum pœnas, vel si culpas veniales tantum ad quarum remissionem gratia non est necessaria.

Missæ sacrificiũ secundum aliquos doctores, confert gratiæ augmentũ ex opere operato, iis pro quibus offertur.

345

Nulla tamen ratione probant suam sententiam ij Doctores, posset tamen ex eo probari, quia cuicunque operi in gratia facto respondet sua merces augmẽti scilicet gratiæ: cum igitur hoc opus ratione rei oblatæ, nempti Christi meritis, sit gratius Patri, est verisimile, vt aliqua merces vltra eam, quæ debetur deuotioni operantis ea ratione respondeat. Imo id videtur satis lucidè ex Trid. Syn. comprobari. Cum dicat hoc sacrificium esse verè propitiatorium, vt si cum vero corde, & recta fide, cum metu & reuerentia contriti & pœnitentes (id est in gratia: hoc enim significant omnes illæ particulę) ad Deum accedamus misericordiam consequamur, & gratiam in auxilio oportuno. Quid enim rogo est consequi gratiam eũ, qui cum prima gratia contritus, & pœnitens accedit, nisi augmentum consequi gratiæ? Cui coniunge illud eiusdem Concilij *Huius hostia oblatione placatus Deus gratiam & donũ pœnitentia concedit.* &c.

345

Sed verè, vt dicam difficilis semper mihi visa est ista sententia. Primum ex ea sequitur, quod primam gratiam conferret semper omni attrito, sicut cætera sacramenta præter Baptismum & Pœnitentiam, ideo primam gratiã causant per accidens, quia augmentum causant per se ex sua institutione: vt ergo illa ratione gratię collatæ faciũt de attrito contritum, & primam gratiam conferunt: ita certè de hoc sacrificio fateri cogeremur, si gratiæ augmentum conferret ex sese, modo adsit dispositio in eo pro quo

Dicta sententia ostenditur esse falsa multis efficacissimis rationibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

offertur. Quam non est putandum requiri maiorem, quã
347 in eo, qui Eucharistiam & alia sacramenta suscipit, imo lõ
gè minorem. quanto maior reuerentia requiritur ad susci-
pienda, & contingenda diuina sacramenta, quàm vt à lon
gè (vt aiunt) existens pro eo offeratur. Nec refert, quòd
sit per accidens: nam quo ad mores attinet, si semper attri
tus in peccato mortali existens iustificatur, quid interest
Sacrificium ex sua institutione offertur, ad placandum Deũ iratum. an id sit per se, vel per accidens? Secundò, quia si semel cõ
cedamus gratiam conferre, certè primam, & non solũ au-
gmentum confiteri debemus. Ex ratione enim suæ insti-
tutionis sacrificium ad reconciliandum, & placandũ Deũ
pro peccatis iratum, offertur, & per consequens non sup-
ponit ex sua institutione vitam spiritualem in eo, pro quo
offertur, vt D. Thom. & Gabr. docuerunt. Ex natura er
go suæ institutionis primam gratiam conferret, sicut sacra
mentum pœnitentiæ, quod est mortuorum sacramentum
quod quidem supra reiecimus. Præterea sequeretur, vt nõ
solum is pro quo missa dicitur: sed etiam offerens, assistõs
& procurans, & aliæ personę supra recitatæ reciperent au
gmentum gratiæ. Omnes enim hi consequuntur effectũ
& fructum, qui est ex opere operato eius sacrificij, vt su-
pra diximus. Tandem, quia sequitur, quod existentibus
in purgatorio conferretur augmentum gratiæ virtute hu
ius sacrificij, sicut datur pœnę solutio. Sunt extra viam,
inquis. Sed quid refert? Quia si de lege hoc sacrificium
pro illis offerri potest, cur etiam de lege non consequen-
tur illius effectum. Sicut si sacramenta de lege illis applica
ri possent, ex lege illi gratiæ augmentum susciperẽt. Vn
de Cord. cum rogaret, an saltem per accidens conferat
primam gratiam, cum per se conferat augmentum, non
audet quidquam affirmare. Quia non est eadem ratio (in
quit) sacrificij & sacramenti. Hanc autem diuersitatem,
348 ille silentio assignat, inquit tamen, quòd saltem sacrifican
Qui offert sacrificium, potest recipere augmentum gra- ti non auderet negare: non tamen concederet non sacrifi-
canti. Sed hoc leniter dicitur. Quoniam de sacrificãte cer
tum est gratię augmentum posse recipere vi sacrimenti,
cum sumat hostiam, de hoc autem non est quæstio. Si au-
tem sensit, quòd sacrificanti datur prima gratia per acci-
dens,

dens, non vt sumẽs est vi sacramenti, sed vt offerens vir
tute sacrificij, & ita ante sumptionem per actum oblatio-
nis redditur iustificatus: cur id non conceditur aliis, qui sa
crificium offerunt, vel illis pro quibus offertur, cum reuere-
ra longè propinquius accedat ad hoc sacrificium ille, pro
quo offertur, quã sacerdos offerens, cum pro se non offert
vt supra ostensum est.

tie, nõ vi sacri fi cij, sed vi sacramenti.

349

Nos igitur in hac re nihil decernimus. Nam neque pluſ
quam oportet tribuere huic sacrificio volumus, in sacra-
mentorum eccleſię præiudicium. Neque contra, minuere
eius in eccleſia summam virtutem, nostrę religionis vnicũ
ornamentum, propitiatorium, spem, iustitiam, sanctifica-
tionem, redemptionem, & (vt verè dicam) propriam sa-
lutem & gloriam. Satis apertam viam relinquere videmur
sapientioribus iudicandi. Dubitasse enim non arrogantiæ
loco poni posse putamus. Nos interim dum à doctis ho-
minibus edocebimur de his & aliis multis, quę ignorare
apertè profitemur, quoniam admodum in hac materia di
gressi sumus, ad institutum nostrum de restitutione re-
deamus.

Nona dubit.

Nona igitur quæstio sit, vtrum sacerdos anticipãs, vel
post ponens notabiliter hoc sacrificium, teneatur ad resti
tutionem, his à quibus accepit stipendium. Sunt v.g. plu
res sacerdotes, qui nimiam missarum multitudinem sub
fua fide accipiunt, anticipato stipendio: quas per longum
tempus non perficiunt. Sunt, & alij ediuerso, quicum non
habeant eleemosynas dicunt missas anticipatas; vt po-
stea cum venerit aliquis, cum eleemosyna, ea accep-
ta, satisfeciſſe arbitrantur vnam ex dictis missis illi
applicando: quorum vtrique videntur defraudare spiri-
tualiter proximum. Quæritur igitur, an id liceat. Et sanè
de postponentibus planior est nodi solutio, cũ constet il-
los peccare, si notabiliter sint in mora. Si enim missa dici
iubebatur ratione impetrationis, vt potè pro aliqua ne-
cessitate salutis, pacis inter aliquos conuersione alicuius
propter agẽte, aut alio bono successu fieri potest, vt sicito
missa decretur proximus consequeretur finem intentũ:
ob moram autem sacerdotis, vel nunquam si iam tempus

350

Qui notabiliter differens missam dicendã peccat mortaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessitatis lapsum est, vel tardè, cõsequatur, quorũ vtrũ
351 que in damnum spirituale, vel temporale fratris (idque in
iustè illatum) cedit. Si verò Missa dicitur ratione satisfa-
ctionis præcipuè animarum purgatorij, plana est iniquitas
cum acerbissimis doloribus detentas, non liberet debito
ab eo suffragio. In quo etiam damno sunt testamentorũ
executores, quorum negligẽtia similia mala patiuntur de
functi. Hos igitur sacerdotes mortaliter peccare, & ad re
stitutionem teneri modò possibili, vel saltem ad missas
quam primum possunt dicendas, nemo ambigere de-
bet.

Sacerdos mercenarius potest pro missis dicendis sumere aliquas paucas eleemosynas anticipatas.

Illud fateor non teneri sacerdotem præcipuè mercena-
rium, statim missas dicere, si enim ita se gereret, vt nullam
eleemosynam acciperet, nisi quando nullam aliam obliga
tionem priorem haberet, sed illam solum: viuere certè nõ
posset, & dum aliam quærit, oporteret sæpe in vacuum mis
sas dicere. Poterit ergo nonnullas habere eleemosynas
anticipatas, non multas & longinquo tempore, quòd arbi
trio boni viri, & suæ conscientiæ, & commoditati honestę
relinquendum censemus. Qui certè abusus adeo increbruit, vt sicut vecordes seculares ad mortem vsque debita
remittunt persoluenda: ita nonnulli clerici, magno missa-
rum onere alieno onerati vsque ad mortem procrastinando
mandant sibi quàm plurimas dici missas, quas rudis plebs
pro se mandare putat, cũ tamen sit vera restitutio deten-
tarum missarum. Quod quã esse debeat alienum â Dei sa
cerdotibus, ipsi inducent, & suo honori, & conscientiæ cõ-
sulant, tantò cupiditatem minuendo, quantò addendo di-
ligentiam in persoluendo. Vnde planè Sylvest. verb. Mis-
sa. q. 10. in fine sic ait: *Si Sacerdos dicere tardat, peccat mortaliter, quia faceret iniustitiam expectantibus. Soluere enim tenetur, quã citius possit.*

De secundo verò puncto maior est dubitatio, vtrum li-
352 ceat missam dicere sine applicatione ad aliquẽ, & postea
cũ missa aliqua ab eo petitur illam præteritam applicare.
Et quoniam videtur id licitè fieri non posse: quoniã hoc
sacrificium consistit in vsu. Tandiu enim est sacramentũ,
quandiu durat consecratio, oblatio, & sumptio, ergo vir-
tus

tus illius iam non est, & ita nec fructus, nec effectus: sed
missam sine fructu offerre est plane defraudare eum, qui 353
petiit, ergo non licet pithantiam pro illa missa accipere.
Secundò, quia missa & quodcunque bonum opus, nisi pro
certa intentione offeratur, non subiacet potestati sacerdo
tis illud opus, sed ad ecclesiæ thesaurum pertinet, cuius dis
pensatio solius est Papæ, vt communiter dicunt, cũ ergo
illud sacrificium non sit oblatum pro certo fine, iam non
est sub potestate sacerdotis illud cui volet applicare.

Licet sacerdoti, missas in futurum dicendas anticipare, cũ pro certa intentione sunt offerendæ.

Hanc nos quæstionem non legimus apud vllum Doct.
nec disputatam audiuimus, quod certè magnopere velle-
mus. Quamuis video Cord. quæ. illa 4. lib. 4. quæstiona-
rij dub. 6. tenentem non licere. Difficiles enim iudicio
nostro, habet explicatus: placet tamen more nostro sigil-
latim nostrum sensum aperire. Primum ergo mihi vide-
tur licitum esse sacerdotem missas dicere non habentem
aliquas anticipatas ex ijs, quas imposterum debet dicere,
pro certa intentione v.g. habet quis cappellaniam, qua te 354
netur singulis hebdomadibus ter celebrare pro fundato-
re, & alijs defunctis, fecit tria sacra, quibus satisfecit heb-
domadæ, omnes alias tres missas poterit certè in eadem
hebdomada dicere, quæ in sequenti hebdomada dicere de
bebat, & deinde sequẽti hebdomada omnes alias pro alia
intentione dicere. Ratio est plana, quia ille dicit missas
pro certa intentione, & ex alia parte persoluit anticipatè
quod boni debitoris est. Quis enim non laudaret debito-
rem debentem ad terminum, soluentem verò multò ante?
Magis enim & citius proderunt suffragia illa defunctis
quã si terminum expectaret, vt patet, & hoc intelligo, ni-
si specialiter haberetur contrarium in fundatione, vt scili-
cet nulla hebdomada prætermitteret sacra, quod ad de-
corem & honorem fundationis fieri, & præcipi potuis-
set.

Potest sacerdos dicere missas pro eius intentione qui habet mandare

Secundo videtur, quòd si quis diceret pro intẽtione eius 355
qui habet mandare missas, etiam si ille nesciat, poterit pro
missa taliter dicta, stipendium accipere, verbi gratia. Non
habet sacerdos missas, celebrat pro intentione cuiusdam
alterius, vel sacerdotis, vel amici, quem scit plures habere
missas

missas, & illo inscio, & licitè ab eo accipiet stipendia.

Missas ad dicendum, posset certè commonere, se pro eius intentione tot Missas dixisse, & accipere illarum stipendia. Is enim pro certa intentione dixit, & quia non fuerit admonitus ab alio nec ille sciuerit, non eneruat vllo modo sacrificij effectum, vt constat: neque in his duobus pũctis quemquam dubitare posse arbitror, quibus plane assentitur Cord. in d. dub. 6.

356

Potest licitè sacerdos anticipare aliquas missas, reseruãdo applicationem intentionis vsquequo ab eo aliquis exigat missam

Tertio igitur ad quæstionem nostram respondendo videmur intelligere, licitè illud fieri posse. Pro cuius explicatione animaduerto dupliciter posse aliquem dicta sacra facere. Primum nihil cogitando de illius reseruatione, qua ratione opus illud ad Ecclesiæ thesarum aduolauit. Vnde pro illo nec eleemosynam recipere, nec de illo promissionẽ, vel applicationẽ facere posse: sed esse bona cõmunia â solo Pontifice dispensãda arbitramur, id quod probat secũda ratio facta: alio modo fieri potest cum expressa volũtate vel virtuali, reseruandi illud sacrum in posterum applicandum pro certa intentione, vt statim applicando ei, quem Deus scit primô fore petiturum, & hac ratione existimari posset licitè illud applicando recipi eleemosynam posse, vel promissionem, vel applicationem illius fieri pro determinata persona, licit contradicat Cord.

Hoc suaderi potest hac ratione. Quia quãuis illud opus sit præteritũ respectu nostri, tamen in Dei acceptatione atque eius æternitate manet præsens. Vnde quod ad Deũ acceptantem attinet, ita recens est, ac si eo momento offerretur, at si modô tamen offerretur valorem haberet sibi debitum. Ergo modo applicatum tantundem valebit. Erat enim retentum, & quasi depositum vsque ad tẽpus applicationis. Estq; simile, ac si quis artifex vas aliquod pretiosum fingeret, vt regi offerret, apud seq; retineret, idoneũ tempus expectans. Nec refert hoc esse permanẽs,

357

illud verô, vt dixi, successiuum & præteritum. Nam respectu Dei neque præterita prætereunt neque futura expectantur, vt veniant: sed omnia tempora supergreditur, suaque æternitate, recentia ac præsentia retinet ex omniũ sententia. Aliàs neq; Roma. Pont. posset applicare missas, & orationes, & omnia bona opera, quæ retenta sunt & reseruata in ecclesiæ thesauro, siquidem iam præterierunt. Nec modô passio Christi Patri placeret, cum non extet. Satis ergo est extare in æternitate & diuina acceptatione. Si enim merita mortificata reuiuiscunt & valẽt & hoc sacrificium reseruatum valere debebit, cum nec tẽpore senescat, nec Dei acceptationem & æternitatem fugiat.

Pontifex applicat merita præterita, reseruata in Ecclesia thesauro.

358

Ex ijs enim facilè constat primæ rationis solutio. Et sanè contrà Cord. existit ratio. Quoniam ipse fatetur missam dictam pro Petro valere ei, cui Petrus est applicaturus: etiam si quando missa dicebatur Petrus nondum applicuisset. Quia inquit, cũ Deus statim, ac distinctè sciuerit, quis ille est cui Petrus applicabit, statim Deus pro eo acceptauit, fecitq; quod facturus est postea Petrus applicando. Quod si Petrus nulli posteâ applicabit, neq; Deus vlli applicauit. Hæc Cord. Cur igitur non æquè dicemus quod cũ Deus sciat distinctè eum, qui est petiturus, statim illi applicet, vel si forte nullus sit petiturus, tũ Deus nulli applicauit? Adde, quod ipse Cord. probabile dicit esse, quod non statim, ac quis celebrat pro Parrocho, verbigratia, qui missas habet (quas nondum vlli applicauit) fructus consequitur: sed etiam quòd à Deo suspenditur effectus missæ, quod ad vsque Petrus Parrochus eam applicet: sicut cum Papa (ait Cord.) concedit indulgentiam ei, cui applicauerit is, cui dederit talem quantitatem. Nam sicut Papa est minister applicatorque thesauri ecclesiæ: sic sacerdos respectu fructus missæ. Hæc ille. Si igitur hoc probabile censet, cur non probabile censebit, vt Deus effectũ suspendat in nostro casu, quousque applicet sacerdos ei, cui voluerit?

Cum Deus certo sciat sacerdotis intentionem, statim ac dicitur missa acceptat proea intentione.

Sed respondet Cord. non este simile, quia in casibus ab eo concessis est iam dispositio petentis in actu, & ita iuxta illam Deus acceptat sacrificium, at in nostro casu nulla est petentis dispositio, cũ nullus petierit, sed contra est.

359

Tum quia licet operatio sacrificij exigat dispositionem petentis, tamen veritas & substantia illius sine petẽte saluatur: sicut veritas sacramenti sine dispositione petentis saluatur, licet non effectus, qui suspendi potest, vsque ad tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempus dispositionis. Adde, quod licet sit dispositio: tamen non est intentio applicantis vlla, vt supponimus: non est autem minus necessaria intentio applicantis sacrificium, quàm deuotio suscipientis. Si igitur nulla existente intentione in applicante Deus siue statim, siue postea, quando erit applicat sacrificium: sic sanè etiam si nulla sit actu in petente dispositio, verum erit, & Deo acceptũ sacrificium, vt ratione illius effectum conferat iuxta eam dispositionem, quam scit fore habiturum, vel saltem suspendet effectum, vt secundum eam (quando iam tandem erit sacrificium) valere incipiat, sanè discrimen vix reperio. Denique, si licet missam dicere pro Parrocho amico, qui me non admonuit, vt illam prout volet applicet, cur non pro me ipso dicere licebit, vt ego pro quo voluero applicem. Quod enim sit eadem, vel tertia persona nil refert, si semper sit sacrificium sine certa & singulari applicatione.

360

Potest Sacerdos dicere missam pro aliquo cui, suus amicus applicare velit.

Pro cuius confirmatione obiicio, quòd sacramenta, non habent effectum reseruata, verbi gratia. Si quis diceret: Ego te absoluo, & postea dum alicuius confessionem audiret, diceret se applicare illi absolutionem iam olim factam intra domesticos parietes. Id enim vel absurdum, vel certè ridiculum videtur. Respond. non esse simile. Quia sacramentum, sine subiecto dari non potest cum supra sæpè dixerimus sacramenta respicere suscipientem. Vnde absolutio in aere facta nulla est, cum ad veritatem sacramenti idoneum subiectum requiratur, sicut requiritur materia, & forma, & ministri intentio: at sacrificium hoc non requirit subiectum, id est quòd sacrificium insit ei, pro quo offertur: sed in consecratione, & oblatione, & sumptione perficitur. Imo essentialiter in sola consecratę hostiæ oblatione, vt alibi diximus, etiam si sumptio nõ sequatur. Vnde sicut ipsa Eucharistia, quę subiectum non requirit, reseruari potest, & reseruata, cũ applicatur habet effectum, ita &c. Sicut cętera sacramenta, quę cũ fictione suscipiuntur, quia vera sunt sacramenta operantur, veluti reseruata, cũ subiectum est dispositũ de quo alio fortasse tempore.

Non potest forma sacramentorum applicari, ante subiectam materiam

361

In

In quo licet diuersam esse rationem dicat Cord. in fine dict. quæst. 4. tamen diuersitatem ipse non ostendit. Asserit namque neminem posse fructum misse, vel alterius boni operis reseruare in posterum pro quo tempore indigebit, quod ipse non admitto. Cum ille non aliter probet, quàm, quia si est capax statim ei valet: aliàs in thesauro Ecclesiæ reseruatur. Dicimus enim ad hoc: tum solum ad Ecclesiæ thesaurum pertinere, quando, vel illi superest, vel ipse sine vlla intentione, vel applicatione facit, vt sunt permulta Christianorum bona opera sine certa intentione facta: at quando expressa intentione fiunt sibi reseruandi, & applicandi, cũ erit oportunum, non probat ipse mei dominij limites excedere. Et sicut hoc ipsum sacrificium ei, pro quo offertur in thesauro ecclesiæ defacto reseruatur: ita profecto à priuato sacerdote, vel alio causaliter concurrente ad illud, reseruari potest, à se postea pro voluntate dispensandum, vt dictum est. Et hæc sub correctione doctioris dicta esse volumus.

362

Potest quis opera bona facere ea intẽtione, vt sibi reseruetur fructus ad tempus, alicuius specialis necessitatis.

DECIMA difficultas sit, vtrum sacerdos defraudans in vna vel duabus missis teneatur restituere submortali. Videtur enim, quòd non teneatur, siquidem vnum, vel duo argentea, non sunt materia peccati mortalis, vt infra dicemus. Alia verò ex parte videtur esse mortale, quoniam in spiritualibus defraudat plurimum in gratia, scilicet, satisfactione, impetratione, aliisque inęstimabilibus huius sacrificij effectibus, vt supra tradidimus. Fieri enim posset, vt necessitas, vel rei impetrandæ, vel satisfactionis, maximè defuncti impediretur, eo quòd sacrificium offerre desiuerit, ad quod ex lege iustitiæ tenebatur.

Decima difficultas.

363

Mihi videtur sub distinctione esse respondendum. Nam vel ille, qui missam dici iusit, cognouit eam esse omissam, quia vel ex ore sacerdotis audiunt, vel alia via, & tunc putarem, nullam illi restitutionem esse faciendam sub mortali. Non enim ratione damni temporalis, quod voluntariè patitur, quia vnius vel duorum argenteorum quantitas non est materia peccati mortalis: neque vero ratione damni spiritualis. Quia ipse recognita poterat aliam

Qui omitteret dicere vnam vel duas missas, sciente eo qui dedit eleemosynã non peccaret mortaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliam missam commendare ad leues expensas, si voluisset. Quamobrem si non iubet missam dici, iam videtur remittere, vel saltem non grauem reputare spiritualem illâ iniuriam. Sicut supra copiosè prævidimus, cum de restitutione damni spiritualis (quod qui sciens volensq; patitur) tractauemus. Si verò nescit, tenetur sacerdos sub mortali missam per se, vel per alium dicere, alioquin efficiès causa erit magni dâni spiritualis, vel certè satis erit, vt à mortali liberetur illi significare, vt dictum est, quo pacto se à mortali liberabit. Sed non omnino à peccato. Nam ratione eleemosynæ fraudulenter acceptæ peccatum furti cõmittit, quę verò quantitas sit materia peccati mortalis infra dicemus in hoc ipso 2. lib.

364 *Omittens vnam missam in scio illò qui tribuit eleemosynam peccabit mortaliter.*

Hic disputari posset de redditibus Ecclesiasticis quomodo sint restituendi, de aliorum bonorum Ecclesiasticorum cura, administratione & residentia. Sed hæc potius in damnis temporalibus computanda videntur, cũ pauperes, vel ecclesiæ, quorum sunt ea bona temporaliter, non spiritualiter defraudentur. Ipsi certè malè dispensantes, se ipsos spiritualiter defraudant, qui (vt supra vidimus) suæ vtilitati spirituali cedere possunt. Solum de simoniç restitutione ad extremum placet differre, hac enim ratione spiritualibus bonis ecclesia, & alij priuati detrimentum pati solent.

365

De Restitutione eorum quæ simoniacè acquiruntur.

SVMMARIVM.

Quid sit simonia, num. 365
Simonia ad iniustitiam, & irreligionem pertinet, num. 366
Quatenus simonia est actus iniustitiæ ad hoc opus eius tractatio pertinet, num. 366

Tam

Tam in emptione, quã in venditione, potest committi simonia, num. 367
Alia est simonia quæ in venditione, vel emptione vera, rei spiritualis inuenitur, num. 368
Alia est simonia pro quauis commutatione etiã rei spiritualis, pro re spirituali sumpta, num. 368
Simonia in merè mentalem, conuentionalem, & realẽ diuiditur. num. 370
Secundum Caietanum, simonia mentalis obligat ad restitutionem, tam beneficij, quam precij, num. 370
Secundum aliorum opinionem adquisita per simoniã prohibitã lege naturali, sunt obnoxia restitutioni, secus adquisita per simoniam lege positiua prohibitam, num. 371
Per simoniã merè mentalem, non tenetur quis resignare beneficium, sed tantum agere pœnitentiam, num. 375
Optima explicatio cap. mandato. de simonia, numero 375. & 377
Solo humano iure introducta est introductio, simoniacè acquisitorum, num. 378
Mentalis simonia non obligat ad restitutionem num. 378
Quis dicatur simoniacus mentalis, num. 379
Dominus pecuniæ, aut rei temporalis iure naturali potest in alium suæ voluntate transferre dominium, etiamsi simoniacè conferat, num. 380
Conferens simoniacè expacto, peccat mortaliter sed contractus non efficitur nullus, num. 383
Quæ recipiuntur simoniacè per simoniam conuentionalem, aut realẽ in sacramentis con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferendis, sunt restitutioni obnoxia, nume. 384
Res spiritualis dicitur non esse precio æstimabilis, quia est suppositum omne pretium, num. 385
Religio dicitur pars potentialis iustitiæ, num. 386
Simonia essentialiter est irreligiositas, num. 386
Si permutatio rerum spiritualium pro spiritualibus, fiat authoritate superioris simonia mẽtalis ex vtraque parte, non inducit obligationẽ restitutionis, num. 387
Pontifex non potest dare aliquid spirituale pro spirituali, num. 387
In his quæ sunt contra ius diuinum, Papa non potest dispensare, num. 388
Restitutio simoniæ est iure humano imposita, mẽtalis vero nullo iure, num. 389
Conuentionalis simonia dupliciter potest contingere, num. 389
In simonia conuentionali, in qua deest voluntas emendi aut vendendi simoniacẽ, non est obligatio restitutionis, secundum Sotũ, & alios, nu. 390
In simonia conuentionali in qua est animus vendendi aut emendi spirituale pro temporali, est obligatio restitutionis, secundũ D. Tho. nu. 392
Contractus & conuentio simoniaca, facit omnino inhabiles contrahentes, ad retinenda acquisita per talem pactum, num. 393
Non tantum beneficium simoniacẽ acquisitum, sed fructus percepti, & qui percipi possent a viro diligenti sunt restituendi, num. 394
Pœna lata contra simoniacos obligat ipso facto, sicut etiam excommunicatio incurritur, nu. 396

VNDE-

VNDECIMA difficultas, vtrum simoniacẽ accepta sint restituenda? Hæc materia de simonia latissima est, in qua nos propter operis breuitatem, quam sequi studemus id dumtaxat, quod ad restitutionem pertinet disputare intendimus: libet tamen quædam præponere quo ea, quæ de restitutione simoniæ sumus dicturi, lucidius intelligantur. *Vndecima difficultas.*

Primum igitur suppono simoniam (vt placet D. Tho. 2.2. quæst. 100.) esse studiosam voluntatem emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Dicitur *voluntas* (ait D. Thom.) quia iniustitia omnis in voluntate consistit: sicut & iustitia. Ita docet in solutione ad secundum. Ex quo deducitur simoniam ad vitium iniustitiæ essentialiter pertinere: licet etiam ad irreligionem pertineat ob irreuerentiam factam rebus spiritualibus cum pretio comparantur. Quomodo ergo D. Thom. ad iniustitiam mortale vitium reducit? Responderi potest, essentialiter quidem, & directè esse irreligionem, vt apertè dicit in fine corporis, & ita D. Thom. inter vitia opposita religioni tractat de simonia. Est enim natura sua & principaliter iniuria Deo, & spiritualibus rebus illata, consequenter tamen, & minus principaliter esse iniustitiam: in quantum rem alienã (cuius nullus in terra est dominus etiam Summus Pontif. sed dispensator) vendere tentat. Vnde & qui vendit iniustitiam cõmittit, & qui retinet, quod suũ non est, nec eius qui vendiderat. Et secundum hanc partem pertinet (hæc de simonia disputatio) ad nostrum institutum, qua scilicet parte est iniustitia, & ad restitutionem obligans. Additur autem, *studiosa*, ait D. Tho. ad significandũ electionem voluntatis. Sed id necessariũ non est. In omni enim vitio electionem voluntatis consequi necesse est, & electionem imperium, &c. Aliàs actus humanus non esset vituperio dignus. Sicut etiam in omni actu virtutis electio omnino requiritur. Fortasse iudicio meo addita est illa particula: quoniam simonia â patribus hæresis est semper appellata, non quia reuera sit actus infidelitatis essentialiter: sed vt explicat D. Tho. vel secundũ exteriorem protestationem, quia ex quo aliquis *Quid sit simonia.* 366 *Simonia ad iniustitiam & irreligionẽ pertinet.* *Simonia quatenus est actus iniustitiæ ad hoc opus eius tractatio pertinet.* 367

Universidad de Deusto
Biblioteca

vendit donum Spiritussancti quodammodo protestatur se esse illius dominum, quod est hæreticum: vel quia Simon Magus, hæreticus fuit. Docebat enim mundum non esse à Deo creatum, sed à quadam superna virtute (vt idē D. Thom. ex Isido. in lib. Etymol. docet) & ob id simoniaci hæretici sunt appellati à Patribus. Quia igitur hęresis est, *falsa ex electione sententia, &c.* ob id fortasse simonia definitur per voluntatem studiosam, seu ex electione. Dicitur *emendi, & vendendi*, quia in vtroque committitur irreligio, & iniustitia. Emere fane voluit Simon Magus: vendere Giezi. Vnde possent etiā appellari Giezitę, vt D. Thom. docet ad quartum, sed quia contractus emptionis principalior est ad quem ordinatur venditio, ideo à Simone emere volente. Simoniaci sunt appellati. Dicitur autem spirituali annexum propter beneficia, & dignitates Ecclesiasticas.

Tam in emptione quā in venditione, potest committi simonia.

368

Alia est simonia stricte sumpta que in venditione, velemptione vera, rei spiritualis inuenitur.

Secundo presupponо duplex esse genus simoniæ. Quædam est verē, & propriē. ea scilicet, qua res spiritualis, vel ei annexa, pecunia, aut alia re temporali venditur, aut emitur, quę est iure naturali prohibita, & intrinsecē mala. Tū quia res spiritualis non est pretio æstimabilis, & ita sine magna irreuerentia, & iniuria non potest rei temporali cōparari. Tum quia nullus est dominus rerum spiritualium, atque ob id peccatum est mortale, & intrinsecē malū, adeo vt D. Thom. ad 7. doceat Papam dispensare non posse, sed vitium simonię incurrere, sicut quilibet alius homo.

Alia est simonia pro quauis commutatione & rei spiritualis, pro re spirituali sumpta.

Alia autem est simonia large sumpto vocabulo, quando scilicet res spiritualis, pro alia spirituali datur, vt cum permutatur vnum beneficium pro alio, vel missa pro sacramento, aut grano aliquo benedicto, vel Agnus Dei, &c. ex pacto, & hæc saltem in beneficiis prohibita est iure tātum humano, vt infra dicemus. Imo vt D. Thom. docere videtur in sol. ad 5. dicens, quòd nomine emptionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, vt est permutatio præbendarum, &c. afferēs illud Christi Matth. 10. *Gratis accepistis gratis date.* Vnde simoniaci in iure appellantur, qui sine Papæ authoritate beneficia permutant. Imo certē si præceptum est illud Matth. 10. *Quod gratis accepistis*

369

accepistis gratis date, sine dubio, nec Papa posset dare præbendam cum pacto alterius præbendę renunciandæ, nec Papæ authoritate fieri posset inter duos conuentio de permutandis beneficiis, sed oporteret vnumquemque liberē resignare in manus prælati, & deinde resignatione facta, supplicare, vt hodie fieri audio satis laudabiliter, sed id alio fortasse tempore latius examinabimus.

370

Iam igitur est dub. an accepta simoniacē sint restituenda. Et primum de adquisitis per simoniam mentalem, an sint necessariò restituenda, siue sit beneficium adquisitum per pecuniam, vel obsequium à manu vel lingua, vel aliud munus temporale. Et fanē pro intelligētia præmitto, eritque tertium, quod præsupponimus, quòd simonia tam intrinsecē mala, quā ea, quę tolum est mala, quia prohibita: tripliciter fieri potest. Primo tantum mentaliter, quia sci licet in affectu velit quis beneficium conferre, vel accipere pro pecunia, vel pro alio beneficio: id tamen à nullo declaratur exterius. Secunda dicitur conuentionalis, quādo scilicet proceditur de mente praua ad pactū, & conuentionem exteriorem verbis, aut aliis signis explicatam, vel implicitè pactum intercedit. Tertia dicitur realis, quando vltra pactum exterius, fit realis traditio, vel beneficij, vel pecuniæ, vel vtriusque simul, quę dicitur realis ex vtraque parte.

Simonia in mente mentale, cōuentionale, & reale diuiditur.

Dicunt ergo aliqui indistinctē, quod simonia mentalis obligat ad restitutionem tam beneficij quàm pretij. Hāc sententiam firmat Caiet. 2. 2. quæst. centesima art. 6. Primum, quia regula (inquit) generalis est, quòd quando tam dare, quàm accipere est iniquum, non potest retineri, cum igitur tam dare, quàm accipere mēte simoniaca sit iniquū sequitur, &c. Secundo, quia sicut vsurarius mentalis omni pacto excluso tenetur restituere quia scit oblatum nō spōte dari, ita cum cognoscat simoniacus mentalis pecuniam seu beneficium, non sponte dari, sed coactē, scilicet principaliter ob illam, sequitur, &c.

Secūdū Caiet. simonia mentalis obligat ad restitutionē, tā beneficij quàm pretij.

371

Secundam opinionem refert aliorum, qui docent, quòd in simonia non intrinsecè mala, non est necessariò restituē dum simoniacè adquisitum, iuxta cap. mandato de Simo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum aliorum opinionem adquisita per simoniam prohibitã lege naturali, sunt obnoxia restitutioni, secus adquisita per simoniã lege positiua prohibitam.

nia. In adquisitis autem per simoniam iure naturali prohibitam tenetur: quorum ratio est. Quia tex. ille solũ loquitur de simoniacis ex iure positiuo, vnde nõ est extendendus ad adquisita simoniacè ex iure diuino, & prima dicit opinio. Hanc tenẽt Host. & Ang. vt refert Syl. simonia. q. 20. sed rectè impugnatur â Caiet. hæc sententia. Nam tex. planè loquitur de simoniacis cõtra ius diuinũ. Vnde Greg. 9. in d. Decretali dicit, *ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto: sed affectu animi præcedente vtrinque taliter adquiruntur, eos pro simonia huiusmodi non teneri, sed per solam pœnitentiam suo satisfaciant creatori.* Secundo,

372 quia vt infra probabimus nulla simoniacorum restituti est de iure diuino, aut naturali necessaria: sed merè ex iure humano, frustrâ igitur ex rei natura distinguere voluit hæc opinio inter simoniam malam, quia prohibitam: vel prohibitam quia malam, cũ iure humano (quo solo restitutio est necessaria) non sit facta distinctio. Maximè, quia lex humana de interioribus non disponit, vt ait Syl. q. 20.

Tertiam refert sententiam, sed eadem est cum prima. Docet enim non ratione pœnæ Ecclesiasticę, sed ratione iuris naturalis prohibentis acceptionem spiritualium, & corporalium tanquam iniustam, esse restituendum, sed tã hæc quãm prima opinio falsa est, & meritô â Caiet. reijcitur, quod etiam docuerunt D. Thom. artic. illo 6. ad 6. dum docet simoniacum sola voluntate nõ teneri abrenũciare beneficium: sed agere pœnitentiam, atque idẽ Caio. in sum. verb. simonia, versus finem. verfic. aduerte. Nauar. cap. 23. num. 102. Sylvest. verb. simonia. quæst. 20. dict. 1. Armill. simonia, num. 58. Victoria. relect. de simonia.

Per simoniã merè mentalẽ, nõ tenetur quis resignare beneficium, sed tantum agere pœnitentiam.

Hanc sententiam docet Nauar. esse communem, & pro ea, quidquid Sylvest. dicat citat Host. Innocen. & Ioann. And. Eam omnes probant ex d. c. mandato, & euidenter quantum ego possum existimare, quidquid Sot. Adrian.

373 & alij doceant. Inquit enim Greg. 9. indict. cap. vt paulò ante referebam. *Ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, vtrinque taliter adquiruntur, eos pro simonia huiusmodi non teneri, sed per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori.* Quid apertius?

Verum

Verum ad hoc cap. Adri. Sot, & alij permulti, qui contrariam sententiam tuentur, plures afferunt solutiones, ex quibus, quia fere omnes non placẽt iis adhuc qui eas afferunt, idcirco eam libet referre ac refellere, eam Sotus 374
ex Adrian. affert, sibique quammaximè placere docet. Respondet (inquam Sot.) litteram illius textus aliter esse legendam, ac cõmuniter legitur. Inquit ergo Sot. quid cum quidam praua voluntate pretium dedissent cuidam monasterio, vt reciperentur. Postea compuncti petierũt dispensationem: Papa vero misit mandatum, vt fieret, sed tamen dubitauit postea Abbas de extensione mandati, & respondet Pontif. extendi ad Abbates, vt ipsi valeant dispensare, extendi etiam ad resignationes temporalium & spiritualium, si modò nullum extet pactum, vt sicut licet Abbas etiam possit dispensare ne resignatio fiat spiritualium & temporalium receptorum. Ex quo (inquit Sot.) potius colligitur eos antea teneri ad restitutionem, cum dispensatio, ne resignatio fieret, esset necessaria. Ex quo colligit Sot. & quòd rubrica rem obscurauit, peruertitque lectionẽ, vt intelligeretur non teneri talẽ simonia cum ad restitutionẽ seu resignationẽ. Et secundo colligit apud se per quam abunde hanc responsionẽ capituli vim explicare. Atque adeo (ait Sot.), cum communis opinio (quòd simonia mẽtalis non obliget ad restitutionem) in eo solo c. fundetur, non est cur ei adhibeatur fides.

Sed vt verum fatear, hoc mihi videtur plus sapere, quã oportet, neque enim ob leuissimas has (ne dicam inanes) coniecturas â communi Doctorum sensu est ita facile recedendum. Vnde Nauar. num. illo 102. tã manifestẽ (inquit) cap. prædictum loquitur, vt nimiæ cuiusdã audatiæ fuerit illud insiciari adhibendo glossas omnino dissonas. 375

Optima explicatio, cap. mandato, de simonia.

Primum igitur Sot. non rectè intellexit mentem tex. & Pontif. Dicet enim Rom. Pont. rogatum fuisse, an facultas dispensandi esset extẽdenda ad prælatum, seu Abbatẽ monasterij ita vt ipse posset cũ monachis dispẽsare, respondisseq; Pont. affirmatiuè nempe posse Abbatẽ dispensare cũ illis. Ad hoc valdè extraneũ est à mẽte Pont. & quo ostenditur Sotum non maturè tex. expẽdisse. Vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim id explicat glos. & Doct. omnes, aliter se res habet: Isto scilicet modo. Nam cum quidam reciperet in mandatis à Rom. Pontif. vt (secundum constitutionem generalis Con. Consta. relati in cap. quoniam, eodem tit.) dispensaret cum monachis, qui locum in monasterio pretio
376 dato fuerant adepti, nulla facta mentione de Abbate, qui pretium recepit, cõsuluit ille Papam, an authoritate & virtute illius mandati, posset etiam cum Abbatibus dispensare, cui respondet Gregor. mandatum Apostolicum ad Abbates extendi, ita vt etiam cum illis sicut cum monachis simoniacé locum adeptis possit dispensari. Et hæc est prima pars tex.

Secundo rogatus fuit Pontif. An tales simoniaci siue monachi, scilicet dantes, & Abbates recipientes, teneantur spirituale, & temporale abrenunciare, ita vt, nec Abbates pretium, nec monachi habitum & locum (quæ spiritualia sunt) debeant resignare. Cui secundæ interrogationi respon. Et ad resignationes spiritualium, &c. non teneri: sed ad solam pœnitentiam suo creatori faciendam. Et sanè iuxta Soti opinionem, & expositionem, sensus Decretalis ineptus quodammodo videretur. Ait enim sic esse legendum, *Respondemus mandatum Apostolicum extendi ad Abbates, extendi etiam ad resignationes temporalium & spiritualium, vt scilicet Abbates possint dispensare, ne resignatio fiat*. Si enim hoc ita esset, cur addit, eos pro huiusmodi simonia non teneri. Hoc declarare est, non facultatem dispensandi Abbatibus dare, vt non fiat resignatio. Quid? quod omnino falsum est, quod dicit dari facultatem Abbati, vt dispensent in eo secundo, ne scilicet fiat resignatio tempora-
377 lium, vel spiritualium adquisitorum, sicut dixerat dari facultatem eidem Abbati dispensandi in delicto & pœnis. Vtrumque enim est alienũ à veritate, & mente Pontif. iuxta glos. & communem sensum. Ibi enim loquebatur Papa cum suo legato, qui ex mandato suo dispensaturus erat, ad quem scribit. Primum, quôd eius mandatum de dispensando, cum illis monachis extenderetur ad Abbatem, vt etiam cum ipso posset dispensari, qui in simonia particeps fuerat. Secundo ad aliam interrogationem respondet,

pondet, dicens: *Et ad resignationes spiritualium & temporaliũ, quæ vtrinque prauo animo adquisitæ sunt, eos non teneri si modo pactum non interueniat, sed solam pœnitentiam sufficere, respondemus*. 378 Quid planius? Vnde Med. adeo est textus vi conuictus, vt dicere audeat, quôd Rom. Pontif. secutus est opinionem probabilem, sed opinio hęc est, magis probabilis hæc ille.

Sed dimittamus modò curioso lectori textus ponderationem. Ratione eam sententiam probemus, quã inter omnes nostrę sententiæ authores solus retigit Sylvest. quæ talis est. Quia ea quę restituenda sunt ratione simonię, nõ sunt restituenda vigore iuris naturalis, aut diuini, cum omni iure & dispositione positiua secluſa nulli fiat iniustitia, nullusque esse possit rationabiliter lęsus, sicut in omnibus turpiter datis & receptis, voluntate tamen libera contrahentium, vt infra lib. 3. c. 2. docebimus. Igitur solo humano iure introducta est restitutio simoniacé adquisitorum: at nulla est dispositio humani iuris, vt accepta ob mẽtalẽ simoniã (modò adsit omne pactũ & conuentio, non possit retineri, imo neque fortasse esse posset talis iusta lex: cũ nulla lex humana iuxta magis cõmunẽ sententiã de actibus humanis, non possit disponere interioribus, & ob id fortasse Pont. Rom. in d. c. *Sola*, inquit, *necessaria est pœnitentia suo Creatori*: cõfessio enim de actibus mẽtalibus, solo iure diuino introduci potuit, vt alibi ostendi, igitur, &c. Et sanè, si Soti sentẽtia vera esset, vix esset vllus Prę latus, vllusve Prælatorum famulus â restitutione liber. Quis enim est horum talium, qui non spe beneficij, vel seruiatur, vel seruiat. Tales ergo, si principaliter eo animo tẽporalia vel exhibeant, vel recipiant, propter beneficium consequendum, mortaliter peccant, vt Caiet. & cæteri adnotarunt, & sunt in statu damnationis ęternæ, quamdiu perseuerant in tali animo, sed restituere non tenentur omni pacto secluso.

Solo humano iure introducta est restitutio simoniacé requisitorum.

Mentalis simonia non obligat ad restitutionem.

Neque prætereunda silentio est Soti expositio ad D. 379 Thom. cum Diuus Thomas (inquit Sotus) ait in prędicta solutione ad 6. sufficere simoniaco mentali, de mala intentione pœnitere, respondeo (inquit) nõ loqui de simo-

Universidad de Deusto Biblioteca

nia mentali, vt cõmunis opinio intelligit, d. cap. mandato, aliàs ipsum citasset D. Tho. sed vocat simoniacũ mentalẽ eum, qui mente vellet dare, aut recipere rem spiritualẽ, aut temporalẽ: sed non veré dat. O præclarã expositionẽ! Quid enim tã manifestũ, quã simoniam mentalẽ, quæ exterius non prodiit dando, vel recipiendo, non obligare ad restitutionem? Quid enim restituet, qui cupit beneficium etiã per pecuniam habere, sed nũquã habuit? aut fur qui cupit furari, vel vsurarius, re tamen ipsa nunquã furatus est, vel vsuras accepit? Quare de hoc D. Tho. intelligere rideridũ videtur, pace dixerim tanti viri: maximè, quia apertè est contra tex. D. Thom. ista expositio: dicit enim *Mentalis simoniacus non punitur pœna Ecclesiastica, vt abrenuntiare teneatur beneficium, sed debet de mala intentione pœnitere.* Iã ergo supponit D. Thom. adquisisse mentali vsura beneficium. Cur non citauit hoc cap. D. Thom. ait ille, cui ego cum verba aut certè sensum totius decretalis refert, quid opus est alia citatione: non enim oportet in actu (vt aiũt) signato, omnia scribere.

Qui dicatur simoniacus mẽtalis.

380

Cum igitur contrariam nobis sentẽtiam sequatur præfatus Dominicus Sot. lib. 8. de Iustitia, quæst. 1. articu. 1. Henricus quodlib. 6. quæst. 20. Barth. Med. cap. 14. §. 21. libr. secundo sum. Mai. in 4. d. 15. quæstione. 1. artic. 7. Andr. Quodlib. 9. Med. C. de restit. c. de vsur. restituenda, §. iam ad rationes. Oportet, pro eorum sententia sic argumentari. Primum, quia vt supra tangebamus ex sententia D. Thom. simonia iniustitiam continet, cũ Prælati non sint domini beneficiorum Ecclesiasticorum. Igitur iure naturali & diuino, contractus est nullus, ac per cõsequens restitutio erit facienda. Hac ratione conuictus Couar. in reg. peccatum. 2. part. §. 8. num. 8. fatetur, putat quæ esse sententiam D. Tho. quod iure naturali & diuino

381

est contractus nullus, quãuis fateatur esse cõmunem Doctorũ sententiã, quod nullitas colationis non est ex natura conuentionis simoniacæ, neq; ex diuino iure, sed ex pœna tantũ Ecclesiastica. Vnde neq; ipse Couar. à cõmuni ac nostra sententia discedit. Id tantũ docet hãc sententiã refragari verbis D. Tho. in d. art. 6. in quo certè nõ placet.

Quare

Quare respondeamus ad argumentum ac D. Thom. authoritatem. Primum ista ratio nihil omnino probat de restitutione pecuniæ, siue cuiuscunque alterius temporalis simoniacè adquisiti, etiam pacto intercedente, iure diuino aut naturali. Homo enim dominus est talis pecuniæ, aut rei temporalis, eam autem voluntate dat, voluntate verò transfertur dominium iure naturali. Cum igitur recipiẽs iure diuino incapax non sit dominij adquirendi, est manifestum contractum tenere, quoad adquisitum temporale, nec esse iure naturali restituendum. Quoad hoc autem replicat Sot. dicens, quod talis pecunia inuolantariè datur, quia mallet sine pecunia habere beneficium. Sed friuola est ista instantia: nam vt bene Nauarr. & Caiet. docent, non sufficit ad auferendum requisitum, in contractibus voluntarium, quod mallet alter rem aliter fieri. Aliàs, qui ob necessitatem, rem in publico foro vendendam exponit, & in mohatris minori pretio, posset conqueri, & esset restitutio ei facienda, quia non voluntariè vendidit: mallet enim non vendere, aut non vende re illo pretio. Item *en los cohechos* infra probabimus non esse restituendum. cundãs tamen mallet sine pecunia fieri quod postulat. Et quamuis alius mallet siue pretio â meretrice corpus obtinere, tamen illa non iniustè retinet.

382

Dominus pecuniæ, aut rei tẽporalis, iure naturali potest in alium sua voluntate trãsferre dominium, etsi simoniacè conferat.

Verum respondetur in specie nostra: Quod argumentum factum, solum probat collatorem peccare mortaliter contra ius diuinum simoniacè ex pacto conferendo, non tamen quòd contractus sit eodem iure nullus: licet enim non sit dominus tamen est administrator, ac per consequens, licet malè administret, tamen validum est, quod efficit, tanquam potestatem habens in administratione: recipiens enim beneficium, non vt suum etiam recipit, sed vt Ecclesiæ, quoad dominium eius, tamen quoad vsumfructum, & administrationem. Tandẽ quia etsi daremus in simonia ex pacto collectionem esse nullam, iure naturali, & non solum ex pœna Ecclesiastica: tamen in simonia, in qua nullũ pactũ, nullaq; conuentio intercedit, secus est, cum in hoc gratis detur & recipiatur:

383

Conferens simoniacè ex pacto, peccat mortaliter, sed cõtractus non efficitur nullus.

licet

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet enim mala adsit intentio, tamē gratis dari dicitur, cū
384 nullū pactum adsit, sicut de vsuris infra dicemus suo loco
secluso pacto, nullā esse restituendi obligationē, etiāsi prā
ua mente detur, & recipiatur, modò tamen omnino nullus
eorū suā declarauerit mentē. Vnde multi ex nostrę sen-
tentię Doctorib. qui docent acceptum ex mentali vsura
esse restituendum, multum laborant in assignanda diuersi
tate vsuræ mentalis, & simoniæ: sed non opus est, cū nec
vsura mentalis ad id obliget, vt infra latius.

Secundo obijcies, quia sequitur, quod acceptū per simo
niā conuentionalē, imo etiā realem, non est restituendū,
quando simonia est in sacramentis, si quidem solū acceptū
per simoniā in beneficijs iure statuitur restituendū, at ne-
mo dixerit, non esse restituendū acceptū pro mala sacra-
mentorū administratione. Signū ergo est restitutionem
esse de iure naturali. Resp. quidā quid mirum si non ne-
cessariò sit restituēdū? neque id vlla ratione probāt. Ego
verò restituendum existimo, quoniam iure positiuo reti-
neri non potest. Vt enim patet ex c. fin. de pactis, *omnis pa-
ctio, omnisque conuentio in spiritualibus cessare debet, & nullius est
momenti.* Si igitur annullatur pactū, atque cōuētio, manife
stū est retineri non posse, & ita omnino restituendum.

Tertio obijcies, quia in simonia venditur, quod nullum
habet pretium, igitur venditio iure naturali est nulla, &
385 iniusta, ac per consequens obligat ad restitutionem. Resp.
primùm quòd res spiritualis non dicitur carere pretio,
quia sit infra omne pretium, sed potius, quia excedit om
ne pretium. Vnde danti pecuniam, non fit iniuria vlla,
vt possit conqueri de re sibi data pro pretio, quasi non
habeat pretium: sed potius ei beneficium impenditur,
& multò plus ei datur, quàm pecunia valeat. Cum au-
tem res caret pretio propter sui vtilitatem, tum iniusti-
tia esset pro pretio vendere: vt peccatum quod nec dele-
ctationem, nec vtilitatem haberet vllam, vel quid simile,
quod vendibile non est, quia est infra omne pretium.
Quid? quod titulo donationis ob causam retinetur, sicut
in dicto exemplo de peccato: nam reuera, etiam si nullius
pretij, & vtilitatis, vel delectationis esset, potest datum

Quæ recipiun tur simoniacè per simoniā con uentionalem, aut realem, in sacramētis cō ferendis, sunt restitutioni ob noxia.

Res spiritualis dicitur non es se pretio æsti- mabilis, quia est super omne pretium.

voluntariè

voluntariè ob eam causam licitè retineri: maximè quia in
iis non fit iniuria vlla proximo, sed Deo, ad quem nō est 386
iniustitia specialis virtus, quæ ad restitutionem obliget:
sed si à Diuo Thoma dicitur iustitia (vt scilicet dicebam)
est reuera religio essentialiter, quæ pars iustitiæ dicitur
potentialis. Quomodo enim idem actus in duabus specie-
bus esse posset? Est igitur simonia essentialiter irreligiosi
tas, vt planè concludit D. Thom. art. illo 1. in fine. ac pro
inde, quęcunque iniuria fiat vel à Prælato, seu alio ven-
dente beneficium, seu ab emente, non iniustitia, quæ ad
Deum non est, sed sacrilegium est essentialiter, sicut om-
nis iniuria facta proximo, iniustitia est. Hinc igitur est,
quòd nulla simonia iure naturali aut diuino, iniustitia est,
ac proinde, nec ad restitutionem obligans. Quòd si alicu-
bi legamus apud Patres, vt haberi videtur 1. quęst. 1. per
totam, quòd simoniacus est in statu dānationis, nisi abre
nuntiet sic adquisitum, de simonia ex pacto intelligere de
cet.

Religio dicitur pars potentia- lis iustitiæ.

Simonia essen- tialiter est ir- religiositas.

387

Ex iis colligit quædam Nauarr. loco citato. Primum,
quòd hæc vera sunt, etiam in simoniacè quæsitis, contra
ius naturale & diuinum, & non solum in adquisitis cōtra
ius humanum, vt prædictum caput planè decernit, & ex
dictis satis constat, sed hoc planum est: cū enim iure natu
rali prohibita non sit beneficiorum permutatio, vel vnum
spirituale pro alio dare, solumque iure humano pactum in
his sit prohibitum, sequitur apertè, quod mentalis simo-
nia in iis non obligat ad resignationem adquisitorū, dum-
modo auctoritate superioris permutatio, seu renunciatio
fiat.

Si permutatio rerū spirituali- liū pro spiritua libus, fiat au- thoritate su- perioris, simo- nia mētalis ex vtraque parte, non inducit o- bligationem re stitutionis.

Secundo colligo, esse etiam vera in foro animę, vt ex di
ctis, & ex dicto capite finali constat, licet contra sentiat
Bartholomęus Med. fo. illo 140. Tertio infero, esse etiam
vera, quando non modo altera pars, verum vtraque men
tali simonia recipit, vt in dicto capite dicitur, quando di-
cit vtrinque adquisitum, &c. Vnde Innocentius quartus
ponit exemplum in duobus quorum alter seruit pro bene
ficio, alter confert pro seruitio. Quarto colligo, quòd li-
cet Papa dispensare non possit in simonia intrinsecè ma

Pontifex nō po test dare ali- quid spirituale pro spirituali.

la,

Universidad de Deusto
Biblioteca

388 la, cum scilicet spirituale datur pro temporali, ita vt licitè fiat: nam reuera, si cum eodem Papa fieret conuentio, ipse etiam Papa mortaliter peccaret, tamen potest dispensare in retentione, & restitutione, ita vt collatio valeat, & resignatio seu restitutio (etiam pacto & traditione sequuta) non sint facienda.

Et hinc certè non leue (iudicio meo) argumentum pro nostra sumitur opinione: nam si simoniacus contractus in re naturali & diuino est nullus, apertè sequeretur, quòd collatio beneficij à Papa simoniacè facta, esset nulla, neque ipse validam efficere posset, quod dici non posse videtur. Neque etiam inter alios contractus factos posset dispensare, ac confirmare, vt non fiat resignatio: imo quod maius est, si verum est Soti fundamentum, neque etiam in permutatione duorum beneficiorum dispensare posset vt contrahentes sine licentia Papæ retineant, vel si ipse Papa daret beneficium pingue, ea lege, vt alter renuntiet minus pingue non esset validum, siquidem fundamentum istorum est, esse prohibitum iure diuino, apud Matth. 10. *Quod gratis accepistis, gratis date*, vt Sotus arguit. Constat enim ex sententia D. Thom. quòd ibi est prohibitus omnis contractus non gratuitus, cum ergo sit contra ius diuinum, non posset authoritate Papæ fieri. Igitur certum esse debet, omnis simoniæ restitutionem esse de iure humano, mentalem verò adhuc non esse prohibitam humano iure, vel præ ra restituendi, vel in capacitate retinendi: nõ intelligit autem lector, nos asserere prædictã Christi sententiam esse præceptum, ne ex pacto, spirituale pro spirituali detur, licet D. Thom. id valdè significet.

In his quæ sũt contra ius diuinum, Papa nõ potest dispensare.

389 *Restitutio simoniæ est iure humano imposita mentalis vero nullo iure.*

DVODECIMA difficultas sit, vtrum accepta per simoniam conuentionalem sint restituenda? ita vt nequeãt sine præiudicio animæ retineri, absq; dispensatione Rom. Pont. Et quidem dupliciter potest contingere cõuentionalis simonia. Primum, sine voluntate interiori emendi, sed tantum pacto exterius adiecto. Secundo, ita vt voluntate emendi exterior conuentio informetur. Circa primũ sunt non nulli: qui non censeant eam esse simoniã, ac proinde secundum illos, nulla erit restituendi obligatio, nec ob

Duodecima difficultas.

Conuentionalis simonia dupliciter potest contingere.

eam iuris pœnę contra simoniacos latę incurrentur. Huius sententię ratio est, quia simonia est, *studiosa voluntas*, &c. vt supra diximus: vbi igitur voluntas non est: veré simonia esse non potest, sed apparens, & diminuta, sicut homo pictus. Ita sensit Caiet. in tract. de simonia, q. 2. tom. 3. opusc. & sequitur Sotus, artic. illo 1. versic. *dubium hinc autem*, qui expressè fatetur antequam condemnetur, non teneri ad resignandum beneficium in cõscientia: benè tamen fatentur 1) Doct. peccare mortaliter multiplici nomine. Primum, quia participat peccato simoniæ mentalis alterius, scilicet vendentis, ad quod dat operam efficaciter: Secundo, quia scandalizat malo exemplo proximum. Tertio, quia mentitur, & se infamat, quod idem Caiet. mortale peccatum esse cẽset, vt infra c. 4. dicemus.

390 *In simonia cõuentionali, in qua deest volũtas emendi, aut vendendi simoniacè, non est obligatio restitutionis, secundũ Sot. & alios*

Verumtamen Nauar. in Sum. c. 23. num. 106. contra existimat esse peccatum vere simoniæ & obligare ad restitutionem adquisitorum, si ad traditionem ventum sit vt dub. sequenti dicemus. Probat Nauar. quia ad veram rationem simonię non est necessaria voluntas emendi, sed satis est voluntas dandi spirituale pro temporali, vel contra, quòd in hoc casu sit, cum vnus velit dare spirituale, & alius promittere temporale per illo per publicum instrumentum.

Verum ego sententiæ Caiet. magis acquiesco. Nauarr. enim non expendit verã rationẽ emptionis & vẽditionis. Constituit enim diuersitatem inter dare spirituale pro tẽporali, & venditionem, cum tamen sint idem prorsus, vt enim infra ostendemus, omni sententia vẽditio est tradi 391
tio rei pro pecunia, emptio econtrà, traditio, seu saltẽ obligatio tradendi pecuniã pro re, sicut cambium est commutatio rei pro re. Impossibile igitur est habere voluntatẽ dandi spirituale pro tẽporali, & non habere voluntatem vendendi, & econtrà. Cum enim hic sit voluntas dandi spirituale pro temporali, quæ rogo cõtractus species erit? Sicut igitur fieri non potest, vt quis habeat voluntatem dandi pecuniã pro tritico, & non habeat voluntatẽ emendi ita, &c. ad rationẽ ergo Nauar. facilis est solutio. Negari enim debet, qd ille talis habeat volũtatẽ dãdi spirituale

Verior est opinio Soti, & Caietani.

pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro temporali, vel econtrâ, imo longè secus. Nã solo ver-
392 bo & instrumento id profitetur: animo tamen non inten-
dit pro spirituali pecuniã illã dare, aut econtrà, quod est
non habere animũ vẽdendi, aut emẽdi spirituale. Fateor
equidem ab ecclesia puniendum, quæ iuxta verba cense-
ret, ita in animo habere voluntatem dandi rem spirituale
pro temporali, vel certè etiam si constaret de animo â si-
monia alieno, ob iniuriam apparentem, & alia quę ibi mis
centur crimina meritò puniret.

In simonia conuentionali, in quæ est animus vendendi, aut emẽdi spirituale pro temporali, est obligatio restitutionis, secundũ omnes Doctores.

Sed tamen difficultas sit de simonia conuentionali in
secundo sensu, quando scilicet animus adest dandi spiri-
tuale pro temporali. In quo omnes fatentur vnanimiter
sic adquisita esse obnoxia restitutioni, nec vllo modo sine
animæ periculo retineri posse: non distinguo modo, an sit
facta traditio vel alterius, vel vtriusque rei. Id enim sub
dubio Doctoribus est, vt statim explicabimus. Modo ab
solutè loquimur de simonia exteriori prout pactionalem
& realem omnino comprehendit, vt iura loquuntur.

Sic sanè docuit D. Tho. art. illo 6. Caiet. opusc. citato
& in sum. & d. art. 6. Sot. art. illo 1. Conar. reg. peccatũ. 9.
8. nu. 8. Nauar. & cæteri omnes citati. Id autem conatur
probare D. Thom. ex natura rei: quia scilicet id quod
contra domini voluntatem adquiritur retineri non po-
test, adquisita autem per simoniam adquiruntur contra
voluntatem domini Ecclesiarũ, qui est Christus. Prælati
enim sunt dispẽsatores. Cũ ergo Christus dicat, *quod gratis*
accepistis gratis date, sequitur, &c. sed vt suprà dicebam, id
non est de iure naturali vel diuino probãdum, sed meré
ex dispositione Ecclesiæ. Ratio autem D. Thom. con-
gruentia quædã est supposita Ecclesiæ ordinatione, qua
ostendit D. Tho. maximè diuino & naturali iuri cõgruere
vt sic adquisita relinquantur. Aliàs, vt suprà arguebam,
ne authoritate Papæ posset dari beneficium cum pacto
permutationis alterius. Est enim contra illud *gratis date*.
393 Nomine enim gratiosæ dationis non intelligitur contra
ctus permutationis, nec vllum pactum teste eodem D.
Thom. ind. art. Maximè, quia illa ratio nihil de pecuniæ
restitutione probat, cuius dans est verè dominus, &
ita

ita prælatus non contra domini voluntatem retinet.

393 *Contractus & conuentio simoniaca, facit omnino inhabiles contrahẽtes ad retinenda adquisita per talem pactum.*

Præcipua ergo ratio est, quia iure humano sanctissimè,
& consultissimè talis contractus, & pactum est annulla-
tum, & ita contrahentes facti sunt incapaces adquisito-
rum. Quo fit, vt ad abrenuntiationem vtrinque adqui
sitorum in animę iudicio teneantur. Ita sanè decernitur
in capite finali de pactis, vbi sic ait Gregor. 9. *Pactiones fa*
ctæ á vobis audiuimus super quibusdam spiritualibus obtinendis,
cum in huiusmodi omnis pactio omnisque conuentio cessare debeat,
nullius penitus est momenti. Vbi præcipuè est notandum,
non solum pactum rei spiritualis pecunia, quæ est simo-
nia intrinsecè mala, sed etiam permutationem beneficio-
tum, & omnem contractum non gratuitũ penitus anul-
lari. Et in cap. Præterea, de Transact. Lucius 3. Pont.
Rom. sic ait: *Cum igitur ipsa pactio simoniaca meritò videatur,*
respondemus, quod de iure non tenet, &c. Et in cap. cum vni-
uersorum. de Rerum permutatione ait Innocen. 3. *Ipsi per*
se de iure non possunt Ecclesiastica beneficia permutare, &c. In
aliis etiam per multis iuribus prohibetur omnis conuen-
tio, & pactum in spiritualibus, licet non clarè dicat annul
lari vt patet ex cap. Quam pio. 1. quæst. 2. & ca. Vt no
strum, vt Ecclesia benefic. & cap. Tua nos, & cap. Tan-
ta, & cap. De hoc autem, & cap. Insinuatum, & cap. Cum
esset. & cap. Sicut simoniaca, de Simonia, & cap. Cum pri
dem, de pactis, & cap. Cum olim, & cap. Quæsitum, de re
rum permutatione, & cap. Maioribus, de Præb. & dig. &
394 in cap. De regularibus, de Simonia.

Etiam in permutatione beneficiorum, sine licentia Pontificis.

Ex quo colligitur, et docet D. Thom. in dicto artic. 6.
ad 3. & 4. & cæteri ex eo, quòd non solum beneficium,
sed etiam fructus percepti, imo etiam ij, qui percipi po-
tuerunt à diligenti possessore, sunt restituendi, quod ve-
rissimum est. Cũ enim beneficij collatio ipso iure sit nul-
la, consequens est, & quòd beneficij est possessor iniustus
& quòd fructus non facit suos, & consequenter ego dice
rem, quòd si res temporalis, quam accepit pro beneficio,
est fructifera, tenetur etiam fructus perceptos restituere.
Quòd verò D. Thom. ait teneri ad restitutionem eorum

Non tantũ beneficium adquisitum per simoniam sed fructus percepti, & qui percipi potuerunt à viro diligẽti, sunt restituendi.

T fructuum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructuum, qui percipi potuissent, sanè est intelligendum.
395 Nam vt latè infra dicemus, non tenetur quis fructus ex re aliena restituere, quos de facto dominus non percepisset, etiamsi percipi potuissent, facta diligentia. Hos igitur fructus, quos reuera esset percepturus ex beneficio alius possessor diligens, vel certè negligens eo tempore (eos inquam solos) tenebitur iudicio meo restituere. Nã si v. g. decem percipi potuerunt, tamen alius possessor iustus tã tum esset percepturus, siue casu, siue sua negligentia. In illis igitur iste damnificauit. Verum est, quod si fructus extent, etiamsi non tot alius esset percepturus, tenebitur omnes restituere deductis expensis, vt D. Thom. docet in dict. solutione 3. Quia semper sunt ex re aliena, & non sui.

Si fructus extent, omnes tenetur restituere, etiam si alius minus diligens non esset tot percepturus, expensis deductis.

Sed tamen de hoc infra latius, atque ita in specie docuit Couarr. reg. peccatum secunda parte §. 8. numero septimo, citans ad dict. cap. dudum. el. 1. de Elect. vbi nec in 2. cap. eiusdem tituli quicquam ad rem inuenio, citat etiam Dynum in regul. 1. de Regul. iur. in 6. Innocen. in cap. cum nostris, de Concess. preb. Felin. in cap. 2. de Rescrip. col. 3. Lamb. de iure patro. lib. 2. part. 1. q. 9. artic. 4. Milis in repen. verb. irregularis. Paul. Paris. consil. 136. numero. 40. libr. 4. Rebuffum in tractat. pacif. posse numer. 226. Sed Tandem in Extrauagan. 2. de Simonia hęc veritas in expresso declarata est, his verbis: *per electiones verò, postulationes, prouisiones, confirmationes, seu quasuis alias dispositiones, quas simoniacæ contigerit labefieri, & quæ viribus omnino careant in Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officijs Ecclesiasticis, & quibusvis beneficiis aut aliquo eorum, cuiquamvis nullatenus adquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed ad illorum omnium quæ percepit restitutionem, sub animæ periculo sit adstrictus.* Hæc Paulus Vetus Papa secundus. Quam pœnam sicut, & excommunicationem, quam ibidem statim adiungit ipso facto incurrere declarat tam manifestum, quàm occultum simoniacum.

396 *Pœna lata contra simoniacos obligat ipso facto, sicut etiã excõmunicatio incurritur.*

Qui

Quinam simoniaci incurrunt pœnam ipso facto.

SVMMARIVM.

OMnes Doctores tenent, nec obligationem restitutionis beneficij & fructuum incurri in contractu simoniaco, vbi non est peruentum ad traditionem. num. 397

Grauiter peccant non reuelantes contractus simoniacos, nõ tamen incurrunt excõmunicationem, num. 398

Pœna excõmunicationis & restitutionis incurritur si sit traditio simoniaca, tã rei spiritualis, quã pecuniæ, quod late cõstat ex iure, nu. 398

Difficile apparet quod ante traditionem non incurratur pœna contra simoniacos, num. 399

Vt minimum requiritur in simonia conuentionalis traditio ex altera parte, vt incurratur prædicta pœna, num. 401

Tam rei spiritualis quam pecuniæ traditio requiritur, vt incurrãtur prædictæ pœnæ, num. 403

Si contractus sit simoniacus ignoratur tamen a contrahentibus, ablata ignorantia instat obligatio restitutionis, num. 404

Inuincibiliter ignorans excommunicationem latam contra simoniacos, illam non incurrit, peccat tamen mortaliter, num. 405

Etsi occultissimè contrahantur simoniaci, tam excõmunicationẽ quã peccatum incurrunt, nu. 406

Universidad de Deusto
Biblioteca

Priuatio beneficij aliquando est pœna simoniæ, aliquando ex incapacitate per simoniam inducta oritur, num. 405

Pontifex conferens scienter beneficium simoniacè recipiens illud non tenetur deserere, num. 403

Permutantes beneficia sine licencia, non incurrerēt pœnas simoniæ etiam traditione subsequuta, num. 410

Pœnæ quas iura dicunt incurri per simoniam, non debent extendi ad permutātes beneficia, n. 411

Permutantes beneficia quouismodo permutatio fiat, non strictè, sed latè, in iure simoniaci appellantur, num. 412

Vltima dubitatio.

PRAECIPVA tamen difficultas circa hanc rem est. An prædicta iura priuātia ipso facto adquisitis per simoniam, & excommunicationem seu alias pœnas apponentia sint accipienda de simonia conuentionali tantū, an etiā requiratur simonia realis, id est, quod ventum sit ad traditionem. Et quidem omnes quos ego legerim Doctores, præcipuè Theologi, sentire videntur simoniacorum pœnas (saltem duas, quę præcipuè sunt, de quibus nos solū in præsentia agimus) non incurri, scilicet de beneficiorū priuatione, & fructuum restitutione, & de excommunicatione ipso facto, de quibus loquitur prędicta Extrauagans Pauli 2. cuius meminisse video Gasa. Gomez. & Nauar. locis citatis, Felin in cap. de cætero col. vlt. de Re iudicata, & in cap. in nostra, col. 2. de Rescrip. Rochus de iure patronatus verb. Et vtile. quæst. 3. Bernar. in Prā ctica crimi. cap. 85. D. Anton. 3. part. titu. 24. cap. 65. Sylvest. ex eo 7. casu 42. & simonia. quæst. 19. Couar. n. illo 7. Et Pius V, in Extrauag. quæ incipit: *Cum primum & vt simoniaca prauitatis*, per quā inuiolabiliter hæc constitutio obseruari mandatur.

397 *Omnes Doctores tenent, nec obligationē restitutionis beneficij & fructuū, nec excōmunicationem incurri in cōtractu simoniaco, vbi non est peruentum ad traditionem.*

Vbi

Vbi obiter adnoto, eam cōstitutionem antea fuisse traditam à Martino 5. in Concil. Constan. non quidem quoad excommunicationem latam in non reuelātes simoniacos vt Couar. placet, sed solum quoad priuationem beneficij, fructusque restitutionem, & etiam quoad excommunicationem Papalem contra ipsos simoniacos. At tamen Sylvest. & Ant. etiam quoad eam partē docent editam esse à Concil. prædicto: & vt non reuelantes incurrant excommunicationem Papalem, quamuis dissuetudine, quadam abolitam esse affirment, ijdem Sylu. & Ant. c. 66. tit. illo 14. Sed profecto quod hi Doctor. etiam Couar. docent non modò in dict. Concil. nulla inuenitur excommunicatio contra non reuelantes, sed nec in dicta Extrauag. si benè legatur talis est excommunicatio Papalis. Solum enim ibi Paulus secundus, vt patet ex editione Gregoriana iniungit in virtute sanctæ obedientię, vt quantò citius poterint reuelent, quòd si non faciant absolui non valeant donec reuelent. Meritoque, quia sunt in peccato mortali at nec excommunicationem, nec absolutionem etiam peccati ad Sedem Apostol. reseruat.

398 *Grauiter peccant non reuelantes contrarius simoniacos, non tamen incurrunt excōmunicationē*

Secundo omnes conueniunt in hoc, quòd si traditio facta est tam rei spiritualis, quā pecuniæ, prædictæ pœnę incurrūtur. Neque hoc eget probatione alia, quā lectione prædictorum iurium, in quem ego sensum facilius venio, quàm in primum. Non enim satis possum intelligere, quid tot Doctores in eam mentem impulerit, vt existiment ante traditionem reisaltem spiritualis, vel vt aliis placet vtri usque, non incurrantur prædictæ pœnę. Cōstat enim omnia iura prędicta ob pactum, & conuentionem, (in quo ratio simoniæ exterioris completur) prędictas pœnas imponere, nihil aliud prorsus exigendo, atque ita videri posset alicui de iure potius incurri ante omnem traditionem post concluſum pactum inter partes, quod ea ratione probatur. Quia, vt ex dictis iuribus constat, præcipuè ex illa Extrauagante constitutione Paul. 2. dictæ pœnę imponuntur simoniacis, at negari non potest, quin verè & propriè sit simoniacus, qui concludit contractum dandi spirituale pro temporali. Ei enim planè conuenit simoniæ

Pœnæ excōmunicationis, & restitutionis incurritur, si sit traditio simoniaca, tam rei spiritualis, quā pecuniæ, quod latè constat ex iure.

399

T 3 desi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

definitio, cum sit, *emptio & venditio exterior rei spiritualis.*

Difficile apparet, quod ante traditionẽ nõ incurratur pœna contra simoniacos.

Perspicuum est sanè, vt infra ostendemus esse veram emptionem & venditionem, quando deliberatè factus est contractus, & obligatio ex vtraque parte, quamuis res nondum sit tradita: igitur, vt in temporalibus est vera, emptio & venditio, quando vltrò citrôque est facta obligatio, maximeque si res tradatur, vt in creditis, vel si pecunia tradatur, vt in anticipatis, ita licet credatur solutio pecuniæ, vel beneficij, imo vtriusque, vera est emptio, & venditio rei spiritualis, atque ita voluntariè dici, requisitam esse traditionem vel rei, vel vtriusque, vt Nauarr. & Couar. docent. Aliâs ex Nauarr. sententia sequeretur, quod non incurreret pœnas, qui daret v. g. canonicatum pro mille aureis soluendis ex fructibus eiusdem beneficij. Item esset situm in potestate simoniaci differre solutionem pecuniæ, & ita differre excommunicationem, & beneficij priuationem, imo nunquam incurrendi si nunquam soluere velit. Ex quo sequitur absurdum. Nam vel tenetur soluere pretium, & tum sequitur, quòd ex peccato suo non soluendi, commodum reportaret, vel non tenetur, & tum pro libito posset incurrere censuras & pœnas, quę dicenda non videntur. Adde cap. sicut 1. quæst. 6. vbi Grego. damnans dare pecuniam pro spiritualibus subdit, *si quis verò pecuniam promiserit, vel soluerit pro electo ignorante, non nocet ignoranti.* Sentit ergo quòd si eo sciente sit soluta, vel promissa incurritur pœna.

400

Addeôque Caiet. qui contrariæ sententiæ est, istà vti considerans, ait in dict. quodlib. *Si intentio, inquit, cum pactione absque executione est secuta, quibusdam videtur esse simoniam ab Ecclesia punita, & satis rationabiliter, quia vbi est intentio eum pactione, ibi est vera venditio, & vera emptio spiritualium. vnde nulla apparet ratio, cur pœnas iuris pactione facta statim simoniaci incurrere non debeant. Simonia enim in contractu emptionis & venditionis consistit. Executio vero nihil aliud est, quàm ponere in possessione rei iam emptæ seu pretij promissi. Vnde nulla ratione cogente, sed sola antiquitate virorum creditur requiri, tertium, scilicet executionem.* Et hanc sententiam tenuit gloss. vt probabilem in cap. tua nos de simonia, & refert pro ea. Tanc.

401

Et

Et Sot. in d. quæst. 8. lib. 9. de Iust. art. 1. versi. *His denique eadem tenet.* Quam assertionem indubitanter censet ex sẽ. Thom. & probat rationibus supra à me factis, quia inquit: Qui creditò vendit, verè vendit, neque (inquit) venditio potest dependere ex futuro contingenti, siue executioni mandetur, siue non venditio est, & simoniaca.

Quamuis hęc igitur de rigore iuris ita videantur, tamẽ omnium sententia cęterorum est, quòd non sufficit sola mentalis, nec conuentionalis simonia, sed requiritur realis, saltem ex vna parte, vt Ecclesiasticæ pœnæ incurrantur, & ita obseruat communis praxis, & stylus in curia, vt testatur Nauar. consuetudine sic iura interpretante, atque ita tenendum est. An autem vtriusque rei traditio requiratur, an sufficiat rei spiritualis dationem subsequi, magna Doctorum controuersia est. Caiet. locis citatis in d. scilicet Quodlib. & 2.2. quæst. 100. articu. 6. & in Sum. verb. simonia, Sot. 9. de Iust. q. 8. art. 1. docent, & requisitam, & sufficientem esse rei spiritualis traditionem. Ratio Caiet. est, quia res spiritualis in hoc contractu tenet principalem locum, & est radix totius repugnãtiæ ad venalitatem, & ita penes illius executionem attendi debet executio simoniaca. Secundo probat ex cap. si quis, de Simonia, vbi quis iudicatur simoniacus conferens ordinationes ex pacto rei futuræ.

Vt minimum requiritur in simonia conuentionali, traditio ex altera parte, vt incurrantur prædictæ pœnæ.

402

Verum Nauar. vtrumque putat esse necessarium executioni mandari, vt simonia ab ecclesia punita, ac proinde vt excommunicatio & beneficiorum priuatio incurratur. Ita docuit capit. 23. numero. 103. Armill. simonia, §. 4. Couarr. reg. peccatum. 2. p. §. 8. nume. 7. versic. *sic qui*, & Sotus quidquid dicat Nauar. ita sensit 9. de Iust. quæ. 8. artic. 1. in corp. versic. *his denique prælibatis.* Idem tenuit Cassa. decis. 5. Gom. in reg. de trien. cap. 12. Probat autem Nauar. quia ita seruatur in Rom. curia. Quę etiã opinio probari potest ex d. Extrau. vbi illę pœnæ videtur apponi cõtra dantes vel recipientes, & ita supponit præcedere debere traditionem. Quę autem ex ijs opinionibus verior sit, nõ est difficile iudicare ex prędictis à me

403

Universidad de Deusto
Biblioteca

supra inductis. Si enim de iure loquamur, longè verior est Caietani Sotiquè sententia, vt supra obiiciebam, & fortasse neruosè. Si verò de consuetudine loquamur, verior est sententia Nauarri, & aliorum, cum eam dicant in praxi obseruari, ita vt licet veniat priuandus beneficio, & excommunicãdus, tamẽ non ipso facto priuatus est, nisi quãdo vtraque ex parte traditio rei spiritualis & pecuniæ facta est, vt prædicti Doctores docent, & curiæ Stylus habere traditur.

Tam rei spiritualis, quã pecuniæ traditio requiritur, vt incurrãtur prædictæ pœnæ.

404

Si cõtractus sit simoniacus, ignoratur tamen á contrahentibus, ablata ignorantia, instat obligatio restitutionis.

Ex iis ergo colligere quædam oportet. Primum, quòd si contractus ipse simoniacus fuerit, & quidem alia ratione ignoranter factus, putà, quia qui retinet beneficiũ per simoniam ab alio, ipso ignorante commissam, tenetur fructus restituere, quàm primùm sciuerit simoniacam fuisse collationem, beneficiumq; ipse restituere, & dimittere in foro conscientiæ, vt docuit Diuus Thomas prædicto art. 6. ad quartum, & Couar. num. 7. Et probari videtur ex c. penultimo cap. A nobis, cap. Ex insinuatione de Elect. & præcipuè ex cap. De simoniacè, de simonia. vbi Lucius 3. sic ait: *Quidam licet secundum quandam speciem simoniæ vt potè ipsis ignorantibus ordinati sunt, possunt, quia simoniaci non sunt in suis ordinibus remanere*: quod dispensatiuè factum docet gloss. in dict. cap. De iure enim tenetur dimittere dignitatem, & beneficium, cum sciuerit, vt habetur in cap. de Regul. eodem titulo, ait enim Clemens tertius: *Si autem ipsis ignorantibus pecuniæ data fuerit, cogas eos ad renuntiandum locò eidem, & postmodum in ipsum reducere, &c.* vt habetur in iuribus citatis, & prima quæstione, primo capite Præsentiũ. Vnde sentit Couarr. validam fuisse electionem, licet sit rescindenda ratione iniqui contractus. Quæ sententia in foro exteriori videtur accipienda. Aliàs maximè refragatur sententia D. Thom. in solutione ad tertium, cum dicat restituendos esse fructus extantes: si autem valida esset collatio, suos fecisset, & restituendi non essent.

405

Inuincibiliter ignorans excõmunicationem latã cõtra simoniacos, illam non incurrit, peccat tamen mortaliter.

Si autem ignorantia esset ipsius contrahentis, quia dedit ipse pecuniam pro beneficio, non putans se malè agere, ab excommunicatione certè liberarem, etiamsi sciret esse iniquum, sed nesciebat excommunicationem esse latam

tam, & annexam tali actui, vt suo loco probaui, si inquam excommunicationem inuincibiliter ignoraret: collationẽ verò non putarem esse validam, etiam in foro exteriori. Vnde de cõsumptis teneri videtur, cũ non videatur esse ex bona fide, sicut si quis rem proximi, eo inuito, furaretur, vel per vsuram haberet, putans crassa ignorantia licitè retinere.

406

Etiam si occultissimè contrahant simoniaci tam excommunicationẽ, quã peccatum incurrunt.

Secundo colligo, quòd etiam si occultissimè facta sit simoniaca electio, non tenet, & tam excommunicationem, quã peccatum, seu incapacitatem beneficiorum, incurrit talis simoniacus, vt adnotauit Couar. in fine dicto numero, & est aperta decisio Concil. Constan. & d. Extrauag. 2. licet plures, vt Goim. tractat in illa quæstione duodecima, contrà senserint ante dictas constitutiones.

Priuatio beneficij, aliquando est pœna simoniæ. aliquando ex incapacitate per simoniã inducta oritur

Tertio colligo, quòd priuatio beneficiorum, licet quandoque habeat rationem pœnæ, vt potè cum scienter est facta, vel ignoranter crassa ignorantia, vt in prima illatione dicebam, tamen ex se nõ est pœna, sed incapacitas quædam ad beneficium. Aliàs non posset stare illa Diui Thomæ sententia, in solutione tertij, quòd tenetur beneficiũ, & fructus extantes restituere, ignoranter ordinatus, vel electus, quando ab alio peccatum est commissum, non enim ob peccatum alterius, par est alium puniri. Non igitur est pœna, sed quia iura voluerunt incapacem efficere omnem detentorem & possessorem beneficij simoniacè collati, licet ipse nihil peccauerit, sicut fecit ad matrimonia clandestina inhabiles, & sicut irregularitas, quæ quandoque est pœna, vt in occidente priuata authoritate. Nõ est autem pœna, sed incapacitas quædam in iudice, & ita docuit Couar. in dicto numero octauo, in principio, quãuis ipse malè sentiat, colligens id ex Diuo Thoma, quod hæc incapacitas retinendi beneficium, est ex iure naturali, quia, inquit, materia vendibilis non est, & ita lege iustitiæ commutatiuæ dimittere tenetur beneficium, & fructus restituere.

407

Vnde titulus emptionis (diuino, naturalique iure impediente) nequit adquiri, & ob id Diuus Thomas ait ad tertium, quòd id quod aliquis priuetur beneficio, non est so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum pœna peccati, sed effectus adquisitionis iniustę, quia emit rem, quæ vendi non potest: hanc enim iam supra re-
408 iecimus, cum solo humano iure impediatur translatio dominij in conuentione simoniaca. Ad eam verò rationem Couar. quòd res non est vendibilis, aut pretio æstimabilis, iam supra respondi. Exemplum etiam à Couar. adductũ de re temporali, quæ nullius est pretij, vel quia venditor vẽdere nõ poterat, quæ ab initio emptori non adquiritur, etiã si bona fide emerit, supra est scriptum.

Quarto colligo, quid dicendũ, si Papa conferat beneficiũ simoniacẽ ob pecuniam, sunt enim qui doceant, quod etiamsi ex certa scientia conferat, adhuc est excommunicatus, & tenetur beneficium deserere, qui pecunia emit: nisi enim expressè dispensauerit, putant non ex hoc censeri tacitè pœnas remittere. Ita docuit Adrian. Quodlib. 9. art. vlt. ad quartum. Panor. in c. 1. de Simonia. Mai. in 4. dist. 15. q. 3. col. penul. in quam sententiã dubius Caiet. inclinat. q. illa 100. art. vlt. Sed melius docent Syluest. verb. Simonia. quæst. 4. & 19. Palud. in 4. dist. 25. quæst. 4. Soto lib. 9. q. 5. artic. 2. ad finem, & quæst. 8. artic. 2. Felin. in cap. 1. de Simonia, &c. De cætero de re iudicata, col. vlt. Turre. in c. Latorem 1. q. 1. nu. 4. Couar. reg. peccatum, 2. part. §. 8. num. 9. versic. *Hinc etiam.* & ratio est, quoniam princeps sciens aliquem iure humano impeditum, dignitatem habere eam illi nihilominus conferens: non dubium, quin visus sit eum capacẽ dignitatis efficere. Aliàs frustra vaneque ageret, & ita sensit Panorm. in ca. Cum in cunctis, §. inferiora, col. 3. Idem Felin. in c. Præterea, num. 9. de Testibus cogendis.

Si Pontifex conferat sciẽter beneficium simoniacẽ, recipiẽs illud non tenetur deserre.

Vltimo tandem colligo, an prędicta de excommunicatione & restitutione, tam beneficij, quàm fructuum accipienda sint de simoniaco, contra ius positiuum, ita vt,
409 si duo permutant beneficia trãditione secuta, sine licentia superioris, fiat excommunicati, & vtroque beneficio, ipso facto, priuati, fructusque perceptos & consumptos restituere teneantur? Et sanè videri posset alicui, quòd dictæ pœnæ à talibus simoniacis incurrantur. Primum, quia in capite Cum olim, de rerum permutatione, prohibitu[m]

bitur pactum inter beneficia, sub priuatione beneficiorum. Secundo, quia in dicto Extrauag. 2. fulminantur illæ pœnę contra simoniacos. Constat autem in iure esse verè simoniacos, qui sine licentia superioris, dant vnum 410
spirituale pro alio, vt supra latè probaui. Vnde in cap. Quæsitum, de Rerum permutatione, dicitur labem continere simoniæ. Si igitur in iure tales simoniaci dicuntur, sequitur sub illa constitutione Pauli 2. comprehendi, maximè, quia ibi dicitur quomodolibet dando, vel recipiendo, quasi dicat, etiam si non detur spirituale pro temporali, sed vnum spirituale pro altero, ex pacto, secuta traditione. Atque hæc quidem videtur communis sententia.

Permutãtes beneficia, sine licentia, non incurrerent pœnas simoniæ, etiam traditione subsequuta.

Ego si audiendus sum, nunquam credidi sic agentes esse excommunicatos, aut priuatos beneficijs ipso iure: atque idem est de reseruantibus sibi pensionem, sine Papę authoritate. Moueor ea, ratione, quia nullum est ius, quod de hoc genere simoniæ loquatur, scilicet de beneficiorum permutatione, vel vnius rei spiritualis pro alia quod habeat aliquam pœnam ipso facto annexam. Nam in cap. Cum olim, de rerum permutatione, quod loquitur de permutantibus beneficia, solùm habet pœnã priuationis beneficiorum ferendam tamem, excommunicationem verò nullam, cap. autem, Cùm pridem, de Pactis &c. Cùm esset, &c. Sicut, &c. Tanta, &c. De hoc autem, &c. Insinuatum, de Simonia, omnia loquuntur de pœna ferenda. Neque in vllo eorum de excommunicatione aliqui. Imò si rectè consideres. Nec ad hanc pœnam ferendam agunt ad propositum: cùm ibi sit sermo de simonia propriè et strictè, quando accipitur temporale pro spirituali.

Vnde solùm potest probari contraria sententia per d. Extraug. 2. de simonia: & Concil. Constant. quod in ea relatum est. At nec ex hoc probatur prędicta opinio: cũ enim prędicta constitutio nihil aliud dicat, quã quod simoniaci illas pœnas ipso facto incurrant, non debet extendi ad eos, qui permutant beneficia: est enim materia pœnarum, & earum grauiũ, atque adeò restringi debet vocabulũ, et in propria accipi significatione: constat autẽ 411

Pœnæ quas iura dicũt incurri per simoniã, nondebẽt extẽdi ad permutãtes beneficia.

propriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

propriam significationem, & strictam verbi. *simonia esse emptionem, & venditionem, rei spiritualis pro temporali,* quod est
412 iure naturali & diuino, prohibitum. Licet enim verumest vt supra diximus, iure vocari simoniam, dationem vnius spiritualis, pro alio non gratuito, sed ex pacto, tamen reuera hoc est in lata significatione & extensa vocabuli, nó in propria & stricta, in qua mea sententia comperio Couarr. lib. 1. Varia. resol. cap. 5. num. 3. in fine, & nume. 5. versic. Item, quod vidimus non displicuit, imo Nauar. clarius loquentem cap. 23. nu. 105. in fine.

Per hęc patet, ad rationes à me pro hac ratione factas, cap. enim Olim, priuationem habet beneficiorum ferendam tamen, vt patet legenti. Ad secundum etiam solutio patet: licet enim tales permutantes, vel pensionem reseruantes, aut quouis alio modo conuentionem exequentes in rebus spiritualibus, in iure veré simoniaci appellantur: tamen in materia pœnarum, non oportet eos intelligi, cũ non stricté, sed extensione quadam vocabuli, dicti sint simoniaci. Ad illud, quod Extrauag. dicit: *Quomodolibet dãdo, vel recipiendo.* Respon. solum prohiberi modum, non obiectum. Non enim dixit quodcunque dando, vel recipiendo: sed quo modocunque dando, vel recipiendo: nam eo ipso, quòd datur spirituale pro temporali, quomodolibet fiat, siue pecunia, siue seruitio, siue munere à manu, vel lingua, incurruntur prędictæ pœnæ ipso facto, in beneficijs.

Permutãtes beneficia quouis modo permutatio fiat, nõ stricté sed latè in iure. simoniaci appellantur.

413

Hic de eo, cui restituendum esset per simoniam adquisitum, poterat commodè disputari: sed locum tamen habet infra libro 3. cap. 2. illuc Lectorem remittimus.

(?)

CAP-

De lædente in bonis corporis.

CAP. III.

BONA corporalia & tẽporalia non sunt eadem, vt ad nostrum attinent institutum. Temporale enim bonum latius patet, & est omne illud, quòd spirituale non est (vt gratia, virtutes, doctrina, intellectus, ordo, cætera sacramenta & spiritualibus annexa. vt beneficia, &c. De quibus omnibus cap. superiore satis ad modum locuti sumus.) Huiusmodi autem sunt vita, fama, res familiaris, &c. Corporale verò bonum est velut species, quædam, vt sunt ea quæ intrinsecus sunt in homine vt vita sanitas, &c. Cum igitur inter temporalia bona pręcipua sunt bona corporis, vt vita cui opponitur mors: salus cui opponitur morbus: integritas cui opponitur mutilãtio, vulnus, corruptio. Propterea ordine procedentes post bonorum animæ restitutionem agendum est de restitutione corporalium bonorum. I

PARS PRIMA DE LAEdente in vita propria, id est de homicida.

SVMMARIVM.

Multiplex modus occisionis, num. 2
Homicidij definitio, num. 2
Iudices iustè occidentes verè homicidæ non sunt, num. 2
Falsum est imo hæresis asserere nullam hominẽ etiam publica authoritate iustè occidi posse, num. 3

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

In illo præcepto (Non occides) omnis occisio hominis etiam nocentis prohibitur secundum aliquos, num. 4

Secundum consuetudinem & legem, latrones, adultera, & ob crimen læsæ maiestatis occidi debent, num. 6

Verba Christi (Neque ego te condemnabo) nō sunt reuocatoria, sed ostendētia Dei benignitatem, num. 7

Præceptum Christi (Non occides) de occisione innocentis intelligendum est, secundum Caietanum, num. 8

Secundum alios de occisione etiam nocentis priuata authoritate intelligitur, num. 9

Secundum alios, omne homicidiū intrinsecè malum vel iniustum intelligitur, num. 9

Homicidiū iure naturali prohibitum est, num. 11

Multiplex modus occisionis.

DVPLICITER potest quis esse homicida vel sui vel alterius, alterius autem, vel authoritate publica, vel priuata. Item aliquando innocentis, aliquando malefactoris. Rursus ex intētione, vel casu, &c. Inuestigandū ergo primum est in his omnibus, quis iustè, quis iniustè agat, vt restitutionis obligatio planior sit. Homicidiū, vt cut parricidiū, vel fratricidium patris, vel fratris occisio. Et sanè si largè sumatur, vt Doctoribus placet, est quædā hominis occisio siue iusta, siue iniusta, proprié verò est hominis iniusta occisio, & ita cōmuniter est peccatū. Vnde iudices iustè occidentes non proprié dicuntur homicidę. Atq; ita Aug. 1. lib. de Ciuit. Dei c. 20. *Qui sine publica ad ministratione maleficum occiderit velut homicida iudicabitur.* Vnde Cicer. 2. Philip. *homicidij rei sunt, an vindices libertatis?* Quare in præcepto quinto decalogi, prohibetur absolutè

Homicidij definitio. 2

Iudices iustè occidētes verè homicidæ nō sūt.

solutè homicidium, cū dicitur, *non occides*, quasi homicidiū secundū se sumptum, sit peccatum, cū cōstet illud esse prohibitū â Deo, quia malū, & ita docet Sot. art. 2. in fine, & est communis Theologorum consensus. Nomen autem homicidij pro licita, & laudabili necatione reperitur acceptum, sed rarò, Horatius siquidem Hectorem homicidam cum laude dixit. 3

Prima igitur difficultas sit de intelligentia illius præcepti. *Non occides*, & an tantum sit Dei vel iuris naturalis prohibitio. Primo est reijcienda hæresis Valdensium, quā Guido recēset, & Castro lib. 11. de Hæresibus verb. *occidere*, qua docent nullum hominem posse occidi iustè, etiā publica authoritate. Quē errorē postea tenuit Nicolaus Galecus ex Bohemia oriundus, qui fuit ex legatis Bohemia missis ad Conc. Basil. Hic tamē error apertè est contra rationē & scripturā. Contra rationē quidē, quia eo admisso omnē reipub. pacē, quietē & humanū conuictū tollere necesse est, vt ex se patet. Itē bella damnare oporteret, quæ tamē licita & necessaria in repub. esse. ratio aperta ostendit, & Dei authoritate esse facta sæpissimè legimus. Vnde Dauid magnorū bellorū gestor fuit. Item Apost. Petrus morte puniuit Ananiam, & Saphiram, vt legimus Actorū 5. ob fraudem factam. Sed obijciunt hæretici illud Dei præceptum, *non occides* cuius intelligentia iam à nobis explicari debet. Vnde Hiero. super cap. 22. Hieremiæ ait, *homicidas, & sacrilegos & venerarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum ministerium.* *Prima difficultas.*

Falsum est imo hæresis asserere, nullū (hominem etiam publica authoritate, occidi posse iustè.

Hac igitur hæresi breuiter reiecta Victoria in relect. de homicid. num. 11. refert opinionem quorundam, qui ita vniuersaliter illud intelligebant, vt illo præcepto prohibeatur à Domino omnis occisio hominis siue nocentis, siue innocentis: siue publica, siue priuata authoritate: quod si magistratus aliquem occidunt, id dicunt prouenire virtute exceptionis diuinę, quæ in scriptura expressè reperitur. Vt cūm dicitur, *ne patieris viuere maleficos.* Vnde secundū istos, quando expressa exceptio non est in scriptura, vt erat, de maleficis, blasphemis, homicidiis, & adulteris, nō licet etiā publica authoritate occidere quēcunque male- 4

In illo præcepto non occides omnis occisio hominis etiam nocentis prohibitur, secundum aliquos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

malefactorem. Vnde colligunt isti, quod fures non licet occidere. Imo neque adulteram: Quoniam dicunt eam legem reuocatam esse, à Christo cùm dixit, *Neque ego te condemnabo*. Ita Scot. in 4. dist. 15. q. 3. litera G. Eam quę Gabr. nonnullam habere probabilitatem docet. Imo videtur Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei. cap 21. *Quasdam* (inquit) *exceptiones diuina fecit authoritas, vt liceat hominem occidi, &c.* Probat etiam Gabr. dist. 15. quęst. 15. dub. 2. Quia inferior non potest derogare, aut dispensare in lege superioris, ergo nulla humana authoritate potest contraueniri illi legi, *Non occides*.

5

Hæc sententia meritò impugnatur à Caiet. 2. 2. q. 64. art. 2. & Victo. relect. de homicid. num. 11. Med. q. 4. de Restit. Soto art. 2. citato. Et quamuis Soti & Victorię rationes & aliorum non tam planè conuincant: inde tamē conuinci potest, quod leges & consuetudo omnium receptissima id præcepit, vt latrones, adultera, & ob crimen læsæ maiestatis, proditionis, incendij, &c. occidantur. Et ipsa naturalis ratio demonstrat, quam. D. Thom. artic. 2. reddit. Quia pars licitè & salubriter aufertur, pro salute totius. Constat enim fures & adulteros, & similes esse perturbatores publicę pacis, & communi bono inimicos. Quis enim nisi tantę pœnę metu perterritus ab his malis desisteret, imo his non obstantibus respublica scatet his criminibus. Laudabiliter ergo tales ciues ex repub. abscinduntur. Et sanè ex hac sententia sequitur nonesse absoluendos iudices, imo ad restitutionem teneri, quod est satis absurdum. Vnde Cicero lib. 3. de Offi. *Illud natura nō patitur, vt aliorū spolijs nostras facultates, copias, opes augeamus:* nec hoc solum natura, sed etiam legibus populorum. Hoc enim volunt leges incolumē esse ciuium coniunctionem. quam, qui dirimunt eos morte, exilio: vinculis, dāno, coercent. Atque hęc multò magis ipsa naturæ ratio, quę est lex diuina, & humana, cui parere, qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam viuere volunt) nunquā committet, vt alienum appetat, & id quod alteri detraxit sibi assumat. Cogitare debebant ij authores, quòd lex illa vetus erat non iudicialis: sed moralis, sicut etiam, *Non furaberis*,

6

Secundum consuetudinē & legē, latrones, adultera, & ob crimen læsæ maiestatis, occidi debent.

7

furaberis, quæ est naturalis iurisque diuini præceptio, & ita exceptio, aut dispensatio in illa non magis expectāda est quàm in præcepto non furtum faciendi, vel aliud malum proximo inferendi. Vnde quòd ait de reuocatione legis per illa verba, *neque ego te condemnabo*, friuolum est, & extortum. Tum, quia vel erat lex moralis, & sic non esset à Christo reuocata: si iudicialis per eius mortem illa, sicut, & cæteræ de blasphemo, malefico, & huiusmodi cessarunt. Et ita neque modo liceret hos homines occidere, quod illi negant. Imo neque principibus licuisset, tum tēporis occidere adulteram, cum lex illa huiusmodi pœnam imponens reuocata esset à Christo, quod dicendum non est. Adde, quòd non sunt illa verba reuocatoria, sed ostēdētia Christi benignitatem, vt Sotus, & Caiet. docēt. Vnde neque Augustinus eius est sententiæ. Subdit enim statim. *Nequaquam contra hoc præceptum hoc faciunt, qui personam gerēres publica potestatis, secundum eius leges id est iustissime, rationes imperium sceleratos morte punierunt.* Vide de quo pacto Augustinus legem Dei appellat iustissimę rationis imperium, seu dictamen practicum rectæ rationis, quæ dictat tales esse morte puniendos. Lex ergo illa diuina *non occides*, quamuis sit de moribus, recipit interpretationem ad maiora mala vitanda, secundum iustissimæ rationis imperium, & ita non oportet bullam de cœlo quærere, aut dispensationem, vt ait Scot. quem merito in hac parte eius perennis sectator Gab. de seruit. in 4. d. 15. q. 15. dub. 2. Mai. in 4. d. 27. Sot. in 5. de Iust. q. 3. art. 2.

Verba Christi, (neq; ego tecō demnabo) non sunt reuocatoria, sed ostendentia Dei benignitatem.

8

Secunda ergo sententia est Dar. in 4. d. 48. q. 1. n. 19. q ibi est sermo de occisione innocētis, quod (inquit) magis explicatū fuit Exo. 23. Sed cōtra est, quia priuatus occidēs malefactorē peccat, imo & iudex prætermisso ordine iuris, & tamen agit contra hoc præceptū. Vnde meritō à Soto hic dicēdi modus reijcitur art. illo 2. Tertia expositio, est quòd intelligitur de occidēte authoritate priuata siue nocētis, siue innocētis. Ita Dar. lo. cit. & Castr. de Hære. li. 11. vers. *occidere*. Sed cōtra est q innasorē licet occidere priuata authoritate, vt infra dicemus. Itē si magistratus innocētē occideret, faceret cōtra hoc præceptum,

Præceptū Christi, non occides, de occisione innocētis intelligēdum est, secundū Caiet.

9

Secundū alios, de occisione etiam nocentis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuata autho ritate intelligi tur.

& tamē nō occidit authoritate priuata. sed publica. Quar ta expositio est. quā refert Dur. n. 18. & sequitur Vict. n. 14. ꝙ illo prꝫcepto prohibetur adꝫquatē omne homicidiū quod sua natura est malū vel iniustū. Quia hꝫc decalogi præcepta solū sunt prohibitiones eius quod iure naturali est malū. & ideo ad id est respiciendū. Cætera verō, quꝫ id excedūt, vel aliomodo prohibētur, iudicialia potiusquā naturalia seu moralia cēsenda sunt. Atq; ita docet Caiet. in d. ar. 2. Hāc sententiā reiicit Dur. quia cū prꝫcepta decalogi negatiua prohibeant ea, quæ sunt mala secundū se,

Secundū alios, omne homicidium intrinsecē malum vel iniustum, intelligitur.

10 & iniusta, vt ipse Victoria fatetur, sit, vt sine extrinseca additione iniusti & mali debent esse prohibita, aliās similis additio fieri posset in quacunque materia, scilicet non ibis in agrum iniustē & malē, & ita tot erunt præcepta decalogi, quot erunt actus qui fieri possunt malē.

Nihilominus mihi placet Caiet. & Vict. explicatio. Ad id enim quod Dur. obijcit facilē est respondere. Absq; additione enim illius particulæ, *malè vel iniustē*, damus simpli cē materiā illius præcepti esse secundū se malā atq; iniu-

11 stā, scilicet occidere hominē se vel aliū, vno ex tribus mo dis, vel authoritate priuata extra defensionē, vel publica extra maleficiū, vel vtroq; modo extra altiorē finem, ob bonū, scilicet cōmune reip. vel salutē spiritualē proximi. In his enim casibus, vt dicemus dub. sequēti licet se occidere negatiuē vel aliū etiā positiuē. Extra hos autē nō licet ipsa natura & ratione dictāte. Sed quia nō est aliqua cōmunis vox, quæ cōprehendat homicidiū extra hos casus factū, ideo illud homicidiū, ꝙ sic prohibetur, appellamus nomine malitiæ nō quasi in cōceptu homicidij hꝫc prohibiti nō sit intrinseca, & inseparabilis malitia: ita vt indifferēs homicidiū ibi prohibeatur, & extrinseca additione mali cōtrahatur: sed quoniā ita vocibus exprimere cogimur. Sicque Vict. sententia explicata vera est. Et ita docuit Sot. ar. 2. in fin. corp. Et videtur esse D. Tho. 1 2. q. 100. art. 8. dicētis homicidiū, ibi prohibitū esse, ꝙ habet

Homicidium iure naturali prohibitum est.

12 rationē indebiti, id est, quod iure naturꝫ indebitū est, vt Sot. explicat, scilicet ꝙ est genere suo malū. Aliter explicauit Vict. dictū prꝫceptū à nu. 17. vsq; ad 20. vt occide-

re hominem ex intētione, sit quod prohibetur in hocpræcepto priuatæ personæ. Et sic intellecta sentētia Dur. esset vera. Sed nō placet, eo quōd putet, quōd occidere inuasorem: sed defendēdo non est ex intentione occidere. 13
Hāc enim doctrinā infrā impugnauimus. Et etiam, quia aliās iudex contra ordinem iuris occidens nō ageret contra hoc præceptū, quod falsum est. Ideo melius explicatur, vt diximus. Et sanè cū ista prꝫcepta sint moralia, nō melius quid sit præceptū, quidque prohibitū intelligi oportet, quā quod vel natura exigit, vel cū illa repugnet. Ex his cōstat hoc non esse prꝫceptū iudiciale: sed esse iuris ipsius naturalis, vt ex se patet, & Caiet. adnotauit.

De occidente se ipsum.

SVMMARIVM.

Fines quibus occisio potest honestari, num. 13
Positiuē & negatiuē potest se aliquis occidere, id est se occidendo, vel morti se offerendo. num. 15
Occidere se positiuē nullo fine, nisi impulsu & ordinatione Dei, licitum est num. 17
Hæretici sunt asserentes, aliquem positiuē se posse occidere, num, 19
Tres rationes assignatæ à D Tho. & alijs, in quibus malitia homicidij consistit, num. 20
Non solū peccaret qui Deū odio haberet positiuē verum qui non diligeret cum teneretur, num. 21
Licitū est se vltro morti offerre pro salute reip. nu. 22
Ob salutē corporis totius, mutilare se licitū est, nu. 23
Malefactor in pœnā peccati mortē sibi inferre potest, ad sententiam iudicis & quomodo num. 23
Licet Christus secūdū partē rationalē mori cupiebat, nō tamen vt viuens, nu. 25
Inclinatio hominis ad generationem via matrimonij licita est, num. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationes a D. Tho. & Aug. de homicidio sui tã indirecto, quã directo optimè probare, nu. 26
Occisio sui indirecta fine bono sufficienti facta licita est, num. 27
Iniustè damnatus se suspendere non pote, authoritate etiam iudicis, num. 28
Illicitũ & peccatũ mortale est, se quocũque fine bono fiat interimere citra Dei dispensationẽ, nu, 28
Occidere se directè, vel indirectè, contra rationem rectam & in Dei iniuriam est, num. 29
Se ob remp vel proximi spiritualem salutem occidi permittens non peccat, imo laude digna est, num. 29
Se occidere pro peccato commisso, peccatũ est, nu. 30
Razia licet de castitate laudetur, de homicidio vero vituperatur, num. 31
Etiam si castitas periclitetur, se occidere licitũ non est, num. 32
Desiderare sui necem a se exequendam licitum nõ est, licet mortem in cõmuni potest desiderare. num. 34
Se occidens, contra iustetiam peccat, secundum D Thom. & alios, num. 35
Se negatiuè occidere, vel occidi permittens, contra iustitiam non peccat, num. 37
Occidens se, si nulla sint damna secuta, non peccaret contra iustitiam, num. 38

Secunda difficultas.

SECVNDA difficultas sit, vtrum aliquo casu, vel fine liceat se ipsum occidere? Fines quibus occisio sui honestari posse videtur hi sunt. Vel desiderio æternę vitæ, vt olim frequentissimum erat, & quotidie apud Gentiles videmus, vt narrant Epistolę Patrum Societatis Iesu, ex Iaponicorum Insula, hominum vrbanorum bono ingenio, ac

Fines quibus occisio potest honestari,

ac indole. Et ita fecit philosophus quidam Theobrotus, Platonis lector, teste August. 1. de Ciuit. Dei. Secundo, ad euadendum miserias huius vitæ, ignorantiam, paupertatem, &c. vt quotidie (quod non sine magno dolore dici potest) apud Christianos nostros videmus, ita Architophel 2. Regum 17. & Saul 1. Regum vltimo, Razias 2 Machab. 14. & Cato Vticensis audita Iulij Cæsaris victoria, vt refert August. eodem lib. 1. de Ciuit. Dei. Tertio, propter peccatum commissum, vt fecit Iudas Matt. 27. qui sanè maiorem, quàm cæteri iniuriam Deo facere videtur. Cũ non solum homicidij, sed de speracionis de Dei misericordia peccatum committat, quasi maior sit eorum iniquitas quã Dei misericordia, ita vt vtriusque peccati locum pœnitentię sibi præcludant. 14

Vel quarto ob salutem spiritualem alterius, ne crimen committat, sicut iuxta Ecclesiasticam historiã fecit quædam mulier impetita à Dioclesiano, quæ cum videret maritum resistere non posse, se interemit. Quinto ad vitandum proprium peccatum, ne scilicet consentiat in delectationem veneream, vel in pœnam peccati, vel exemplum aliorum, vt fecit Lucretia, de quibus vide 23. q. 5. c. si nõ licet maxime. §. hoc dicimus.

Pro explicatione, ergo huius dubij, notandum est dupliciter posse aliquem se occidere, sicut alium, primò directè & positiuè operando, vt se iugulando, sumendo venenum, se præcipitando, vel flammis immittendo, &c. Secũdo negatiuè & indirectè, scilicet, non faciendo id, quo posset vita conseruari, vt non sumendo cibum, non fugiendo manus inimici cum posset, vel se offerendo certæ morti. Et quidem de isto secundo modo cooperandi ad propriã mortem dub. sequenti dicemus. Est enim inter hos modos magnum discrimen. In secundo enim casu sæpe licet, vt si fiat pro salute spirituali proximi, vel temporali rei publicæ, imo vt alij volunt cuiusque amici, permittere se occidi, cũ vitare posset, & se ad id offerre, at seipsum positiuè interficere, non ita vt iam explicare volumus, an id aliquando licet aliquo fine ex prędictis. Videtur enim quòd liceat cum ita sanctos viros fecisse legamus. Nam 15

Positiuè, & negatiuè potest aliquis se occidere, id est, se occidẽdo, vel morti se offerendo

16

Universidad de Deusto
Biblioteca

ica fecit Sanson Iud. 19. & plures mulieres, quæ se persecutionis tempore occiderunt, quarum facta probat, & memoriam colit Ecclesia. Et Razia. qui laudari videtur 2. Macchab. 14. Ita Cato fecit, & omnes supra dicti, præcipuè Lucretia, cuius factum tota laudare videtur antiquitas, de quo vide Liuium, & antiquiores historicos. Secundo id probatur ex Hieronymo relato 22. quæst. 5. c. Non est nostrum. *In persecutionibus, inquit, non licet mihi propria perire manu, ab fque eo vbi castitas periclitatur.* Tertio, quia non est de se malum, cum Dei instinctu, & authoritate fieri possit. Sed quod non est malum intrinsecè potest aliquo bono fine fieri, cum ergo supra dicti fines videantur satis honesti, saltem ob illos fines liceret seipsum interficere. Quartò, quia licitum est optare mortem. Sic enim Christus Dominus coarctabatur, desiderio moriendi, sic Paulus cupiebat dissolui, &c. at quod desiderare licet exo cutioni mandare, cur non licebit?

17

Occidere se potisitiuè, nullo fine, nisi impulsu & ordinatione Dei, licitum est.

Verumtamen certissimè est tenendum, id nullo pacto nisi Dei impulsu & ordinatione, qui dominus est vitę, licitum vnquam esse, aut fuisse, nullo quantumcunque opti mo fine quispiam moueatur. Quin potius esset intrinsecò malum, haberetque inseparabilem repugnantiam cum ratione. Est hęc aperta decisio Conc. Barcha. 1. cap. 34. vbi sic dicitur *Placuit: vt ijs qui sibi ipsis, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut suspendium, aut quolibet modo violentia, inferunt mortem, nulla pro eis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur.* Idem sensit Augustin. 1. de Ciuit. Dei cap. 17. *Profecto qui seipsum occidit homicida est*, &c. & refertur 23. quæstione 5. can. Si non licet. Qui cap. 26. lib. 1. de Ciuit. Dei, vt ibi refertur §. Hoc dicimus, in hunc modum scribit. *Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales: ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium, quem non polluebat alienum. Neminem propter sua præterita: propter quæ magis hæc vita opus est, vt possint pœnitendo sanari. Neminem velut desiderio vitæ melioris, quo posti mortem speratur.*

18

Quia eos, quæ mortis, melior post mortem, vita non suscipit. Et libr. 2. contra literas Petili. cap. 49. & habetur can. Tu dixisti eadem causa, & quæst. Et Hieronymus in cap. 1. Ionæ ad finem. Can. non est nostrum, eadē causa. Est etiam optimorum philosophorum communis sententia, vnanimisque Doctorum nostrorum consensus. Et oppositum, vt hæreticum habendum, vt docet Castro. verb. Martyrium libr. 10. de hære. Et Augustin. de Hæres. hær. 69. dicens. Huius hæresis authores fuerunt circunceliones, eos vocant genus hominum agreste, & famosissimæ audacię, non solum in alios immania facinora perpetrando: sed nec sibi eadem insania, & feritate parcendo. Nam per mortes varias, maximè præcipitiorum, aquarum, & ignium seipsos necare consueuerūt & in eum furorem alios deducunt, dicentes se eo modo martyres fieri, quam diabolicam doctrinam, vt scribunt Patres sanctissimæ Societatis Iesu seruant Gentiles Iaponicæ insulæ. Hos hæreticos appellat Philaster circuitores. Nam ad hæc facinora patranda per diuersa loca circuibant.

19

Hæretici sunt asserentes, aliquē positiuè se posse occidere.

Tota ergo controuersia est in reddenda ratione huius veritatis. In quo scilicet stat ista homicidij sui malitia. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 5. Sotusque ex eo 5. de Iust. quæst. 1. articul. 5. Victor. relect. de Homi. à num. 2. Sylueſt. hominū 5. §. 1. distinct. 2. Ang. §. 2. & 3. Castr. 10. de Hære. vbi supra, Couar. 1. Varia. resol. ca. 2. num. 9. Tres assignant rationes huius conclusionis. Prima, quòd homo facit contra naturalem inclinationē conseruandi se, & contra charitatem sui. Secunda, quia facit iniuriam reipub. cuius est pars, vt docet Arist. 5. Ethi. capite vltim. Sed hęc reduci potest ad tertiam, quòd scilicet homo non est dominus vitæ, & ita peccat in Deū cuius est seruus, sicut peccat occidens seruum alienum. Et quamuis hæ rationes impugnari possint, vt impugnauit Sot. & Victor. eas tamen impugnationes missas facio.

20

Tres rationes quę assignantur à D. Tho. & alijs, in quibus malicia homicidij consistit.

Ego enim aliter obijciendum existimo. Si enim attētius contenderemus: hæ rationes non probant singulariter

Universidad de Deusto
Biblioteca

de occisione directa, de qua hic loquimur, sed de occisione sui absolutè, etiam indirectè, & ita vel nimis, vel nihil pro
21 bant. Si enim naturalis inclinatio, & charitas sui obligat propriam vitam conseruare, eam non licet voluntariè perdere. Rursus si nullus est dominus vitę, peccat ergo eius iacturam liberè sustinendo, & ad id se sponte offerendo, cum tamen id licitum esse probaturi simus dub. sequenti ex omnium sententia, si enim naturalis inclinatio est diligendi Deum tempore, loco, & aliis debitis circunstantiis, profectò peccaret, non ille solum, qui Deum odio habaret positiuè: verum qui non diligeret, cū posset, suppositis debitis circunstantiis, quibus existentibus est talis inclinatio naturalis. Præterea si ego custos sum rei alienę peccarem, non solum, quando equum illius vel illum occido: sed & quando permitterem ab alio occidi, cum tenerer, & commodè possem illius mortem vitare, & rem saluam habere.

Non solum peccaret qui Deū odiohaberet positiuè, verū qui non diligeret, cū teneretur.

22 Si dicas in his casibus excusari, qui negatiuè se habet quia facit ob altiorem finem, scilicet ob salutem spiritualem proximi (imo, vt aliis videtur etiam temporalem) & ob salutem reipub. Fateor id verum esse. Sed cur similiter non dicemus à malitia liberam positiuam occisionem, quando ob excellentiorem finem sit, quàm sit vita mea, si aliud non est remedium nisi me directè occidere. Non enim positiua sui occisio habet intrinsecam malitiam, qualem habet mendacium, & odium Dei, &c. Siquidem Deinit se necari, & ad mortem se offert pro salute reipub. vel tertij, non facit contra inclinationem naturalem conseruandi se: quia maior est inclinatio ad salutem reipub. Nec facit contra charitatē sui, quia maior est charitas reipub. Nec etiam vsurpat dominium alienum. Quia tum ius naturæ interpretatur Deum potestatem tribuere ob maius bonum. Cur non æquè existimetur de positiua occisione? vel explicare oportet specialem deformitatem alteram ab ea, quę est facere contra naturalem inclinationem & dilectionem sui, & vsurpare dominium reipubl. vel Dei.

Licitum est se vltrò morti offerre pro salute reipubl.

23

Secundo

Secundo, quia licitum est seipsum mutilare ob salutem totius corporis, etiam positiuè, vt dicemus. Cur ergo occidere se non licebit ob salutem totius corporis reipubl. Tam intrinsecè enim est mala mutilatio, quā occisio. Cū etiam sit naturalis inclinatio & charitas ad membra, sicut ad vitam, & non magis est dominus membrorum quàm vitæ. Tertio, quia saltem si esset malefactor, in pœnā peccati sibi mortem inferre posset ad sententiam & imperium iudicis. Licet enim ad id non teneatur, tamen non videtur illicitum si iudex aliquem condemnaret, vt veneno moreretur, illud directè accipere, ac per consequens seipsum interficere. Quæ enim tum esset deformitas? Prę terea non minus cooperatur morti alicuius, qui imperat quā qui exequitur, imo maior est malitia in imperante, vt dicemus. Sed licitum esset reo rogare consulere & imperare, maximè si esset iudex & dignus morte, vt in se pœna exerceatur se sua sententia condemnando, ergo liceret etiam exequi.

Ob salutē corporis totius mutilare se, licitū est.

Malefactor, in pœnam peccati mortem sibi inferre potest ad sententiam iudicis, & quomodo.

24

Vlterius contra prędictas rationes obijcio argumenta Soti, & Victor. quia cum inclinatio hominis sit ad malum, potius colligitur esse bonum facere contra illam. Sed respondet Sot. & Victor. quòd licet inclinatio hominis generica vt animal est, sit ad malum, cum ex appetitu sensitiuo rationi contrario oriatur, & ita nonnunquā bonum sit agere contra illam: tamen inclinatio specifica hominis, vt homo est, bona est, & ad bonum inclinat, cum rationalis sit, vt ad esse beatum, & huiusmodi est inclinatio ad propriam vitam. Sed contra hoc est. Primū, quod falsum supponit, quòd inclinatio viuendi sit rationalis, imò certè naturalis est homini, vt animal est, omne enim animal naturaliter appetit esse, & viuere, suique conseruationem. Vnde Christus Dominus licet secundum partem rationalem mori cupiebat, tamen naturaliter, vt viuens erat, mortem fugiebat. Nec est dicendum, quòd Christus faciebat contra naturalem inclinationē specificā & rationalem, cum mortem optabat, sed solum contra naturalem genericā, qua viuens erat. Vita enim intellectualis non perditur morte, vt patet cum anima sit immortalis. Item

25

Licet Christus secundū partē rationalē mori cupiebat, nō tamen vt viuēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

inclinatio hominis ad sciendum, conuenit homini, vt homo est: & tamen non semper est bona, imo facere contra
26 illam sæpe bonum est. Non scilicet plus sapere, quã oportet sapere, cùm tamen ad omne genus scientię homo naturaliter inclinetur. Nam *omnis homo*, teste Arist. *naturaliter scire desiderat*. Vnde sæpe secreta, & alia quę non oportet, scire naturaliter desideramus. Sed demus esse bonam omnem inclnationem hominis, qua homo est, non inde infertur, quòd facere contra illam sit malum. Constat enim inclinationem naturalem hominis ad generationem via matrimonij licitam esse, & bonam: & tamen benefacit imo melius facit qui matrimonio non iungit virginẽ suam, teste Paul. Sed respondet Castro, quod hæc est inclinatio naturæ rectę non deprauatę, cuius signum est (ait ille) quod in Christo fuit, quia naturaliter refugiebat mortem. Siergo illa est inclinatio naturæ ad vitam, ergo recta est, & ita contra illam agens conuincitur malè agere, quod ex dictis videtur non sufficere.

Inclinatio hominis ad generationẽ, via matrimonij licita est.

Verum dicendum est rationes allatas ex August. & D. Thom. rectè probare de homicidio sui, tam indirecto, quàm directo, quando scilicet nulla causa vel insufficienti, quis voluntariè se occidit vel se permittit occidi. Tum enim homo contra sui charitatem facit. Contra Deum, & remp. cuius est. Vnde in fol. 2. D. Thom. de occisione indirecta loquitur. Et ita meritò Cast. vbi supra dicit esse hęresim, siue loquendo de eo, qui sibi infligit mortem, siue de eo, qui vltro patitur. Secundo videtur
27 quòd occisio sui indirecta licita est, modò fine bono sufficienti fiat. Quis verò sit is finis sufficienter bonus dubsequenti dicemus latè. Sed rogas, an liceat authoritate iudicis, vt damnatus, verbi gratia, suspendij, ipse se suspendat. Videtur enim esse licitum, licet non teneatur, vt infra dicemus. Quia iudex habet locum Dei potestatem ergo illi facere potest maximè cùm de esset carnifex. Sicut ipse Deus. Et cum cooperari iustæ morti sit licitum cum
28 publica authoritate fiat, & dominium vitę suæ non vsurpet. Et ita videtur sensisse Victor. nume. 30. Nam dicit esse licitam legem quæ damnaret aliquem, vt ipse sibi poculum

Rationes à D. Thom. & Aug. de homicidio, sui tam indirecto quam directo, optimè probare.

Occisio sui inde recta siue bono sufficienti facta licita est.

culum sumeret mortiferum. Sed nolumus in hoc dare sententiam. Illud est certum, quòd si esset iniustè damnatus non liceret. Est enim ac si sua sponte & priuata authoritate faceret.

Iniustè damnatus se suspendere nõ potest, authoritate etiã iudicis.

Tertio videtur quod sibi vitam directè adimere quocunque bono fine fiat citra Dei dispensationem sit illicitum, & peccatum mortale. Quod videtur posse efficaciter probari. Primum, quia est contra ius diuinum, & præceptum illud decalogi, *Non occides*. Vt enim argumentatur August. libr. illo 1. de Ciuit. cap. 20. qui seipsum occidit, hominem occidit, & fortasse innocentem, quod manifestè est à Deo prohibitum, & prohibitum, quia malũ. Ratio autem est, vt simul differentiam ponamus inter directam & indirectam occisionem. Nam qui se permittit occidi sine sufficienti causa, iam planè mortem intendit suam, & ita est, ac si se occideret directè quorum vtrumque est rationi repugnans, cùm homo non sit vitæ dominus, sed Deus iuxta illud Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam, &c.* & Sap. 16. *Tu es Domine, qui vita & mortis habes potestatem.* Vnde vel se percutere, vel occidere directè, vel indirectè sine causa est apertè contra rationem rectam, & in Dei iniuriam cuius res illa est. At ille qui se permittit occidi iustè & causa sufficienti, vt ob salutẽ reipub. vel proximi spiritualem, non tam mortem suam quã prędictum laudabilem finẽ intendit. Et licet sciat certò moriturũ, nil refert. Quia ex quo nullã sibi vim infert, nullã Deo, vel alteri facit iniuriam, sed magnũ obsequiũ.

Iniustè damnatus se suspendere nõ potest, authoritate etiã iudicis.

Illicitũ & peccatũ mortale est, se quocunq; bono fiat interimere, citra Dei dispensationẽ.

29

Occidere se directè, vel indirectè cõtra rationem rectam & in Dei iniuriam est.

Se ob rempub. vel proximi spiritualem salutem occidi permittens, non peccat, imo laudedignus est.

Et per hęc patet ad obiectiones nostras. Ad illã de mutilatione infrà dicemus, longè diuersam esse rationẽ. Deinde rogante & imperante non est eadem ratio, quoniam hi non sibi vim inferunt, vt constat, quod certè ipsa natura maximè abhorret. Quãdo enim aliã rationẽ reddere non possemus, quã quòd sibi manus & vim inferre ad vitã adimendã est naturaliter horribile, & rationi dissonãs, satis esset ad nostrã & omniũ sentẽtiã probandã. Adde, quod vel est innocens, vt erat Lucretia, & similis, & tũ apertè est contra rationem, & contra Dei præceptũ innocentẽ occidere, de quo præcipuè præceptum intelligitur, aut est

30

nocens

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocens, & sic etiam est contra rationem cum solius publicæ authoritatis sit iudicare & punire. Et quia sibi locum pœnitentiæ adimit, quod recte rationi est aduersum. Vnde vt refert Cast. 10. de hær. verb. martyr. hær. 2. Hæresis fuit Petiliani, quòd se occidere pro peccato commisso liceat, & debere martyrem appellari, vt infra dicemus,

Se occidere pro peccato cõmisso peccatum est

31 Ad rationes supra factas bene respondent doctores ex August. quosdam id fecisse Dei instinctu, vt Sanson, & ita dicit Innocen. cap. Gaudemus de Diuor. Et mulieres sanctæ quarum fit memoria in Ecclesia. Et potuit etiam in eas cadere inuincibilis ignorantia, vt Sot. docet. Raziam verò D. Thom. ad 5. illius art. non laudat, sed infirmitati, & molliciei animi tribuit, non valẽtis pœnæ mala sustinere. Et hac ratione licet de castitate laudetur ab August. 1. de Ciuit. cap. 19. tamẽ de homicidio vituperatur, dicit enim: *Quod ergo seipsa quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non pudicitia charitas, sed pudoris infirmitas fuit. Puduit enim eam turpitudinis alienæ in se commissæ, & humana mulier laudis auida, verita eii ne putaretur libenter passa, si viueret, sociam quippe facti se credi erubuit, si quod alius in ea fecerat turpiter, fer vet ipsa patienter, non hoc fœminæ Christianæ fecerunt, &c.* Et hac pusillanimitate se Cato occidit, ne Cæsaris dominatum subiret, & idem Sauli vituperio datur ob eandem rationem.

Razia licet de castitate laudetur, de homicidio verò vituperatur.

Ad dictum Hieronymi respon. vt glos. & Doctores explicant, quod illa particula, *absque*, non est exceptiua, sed inclusiua potius, quòd non licet perire propria manu absque eo vbi castitas periclitatur, id est etiam vbi castitas periclitatur. Vt est illud, *genæ tuæ pulchræ, &c. absque eo quod intrinsecus latet*, non vult quod intrinsecum non sit pulchrum, sed multò magis pulchrum, sic accipi hanc dictionem in cap. Ebron. 13. q. 2. & cap. Progeniem 35. q. 2. docet Syluest. & Ang. quam tamen ego non inuenio. Habetur autem dictio (*præter*) quę sensu eadem est, ibique tenetur inclusiuè. Et quæ sententia eiusdẽ Hiero. in quæst. Hebraicis in Genesim, de locis Hebraicis. Et in epitaphio Paulæ, quo loco ait Hierony. *Hebron est ciuitas quatuor virorum.*

32 *Etiam si castitas periclitatur, se occidere licitum non est*

Quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob, præter Adam. Vbi particula (*præter*) sumitur inclusiuè. Aliàs non quatuor, sed trium virorum esset ciuitas. Vnde cum olim legeretur trium virorum, nunc tandem emendatum est in Gregoriana editione, & ita legitur apud Hiero. locis citatis, & Hebraica dictio significat quatuor. In dicto autem cap. Progeniem, nihil penitus habetur ad rem. Adde quòd dictio. *præter*, quandoque sumitur pro *vltra*, ac proinde idem est dicẽdum de particula *absque*. Vnde Plin. lib. 10. *præter hominem* (inquit) *somniare equos, canes, boues, pecora, & capras, palam est*. Vbi constat exclusiuè sumi non posse, sed inclusiuè, & pro dictione *vltra*. Aliàs homo non somniaret ex huius philosophi sententia. Quo circa Couar. 1. lib. varia resol. c. 2. num. 9. versic. Tertio ex hoc, immeritò docuit plurimum prædictę veritatis refragari D. Hiero. sententiam in d. cap. Non est nostrum, & super Ionam Prophetam cap. 1. & Ambros. libr. 3. de virginibus, vbi de Marcellina tractat, & Euseb. lib. 3. hist. Eccl. c. 12. & 17. & deniq; ea, quæ scribit Claud. Speneus li. 4 de Continẽtia. c. 14. & 15. Nõ enim (vt putat Couar.) ij contrarium docent, vt videre est apud ipsos. 33

Ad tertium fatemur sui interemptionem non esse intrinsecè malam, vt est mendacium, vel Dei odium. Dei enim authoritate fieri potest, sed citra Dei dispensationẽ malum est intrinsecè, nulloque fine honestabile, sicut licet occidere alium non sit intrinsecè malũ ex obiecto, supposita tamen circunstantia, vt fiat sine publica authoritate citra dispensationem est intrinsecè malum. 34

Interimere se intrinsecè malũ non est, sicut mendatiũ vel Dei odium

Ad vltimum, quod sicut illicitum est se occidere, ita desiderare sui necem à se exequendam, est illicitum: mortem tamen in communi desiderare potest, quia intelligitur à Deo, vel ab alio inferenda. Vnde magnum esse putamus meritum apud Deum eorum, qui ardenter martyrium desiderant. An autẽ mortem sibi imprecari sit illicitũ, non est huius loci disputabitur, cũ agemus de maledictione.

Desiderare sui necem á se exequendam, licitum non est: licet mortem in cõmuni potest desiderare.

Id tamen merito rogabis, an is, qui seipsum occidit peccet contra iustitiam, an duntaxat contra charitatem? D. Tho. ad primum Sot. etiam art. 5. in corpore & ad primũ & li.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& lib. 4. quæstio. 2. articul. 3. concl. 1. Couar. 1. lib. Varia. cap. 2. num. 8. citatque in eam sententiam Hegesippũ de excidio Hierosol. lib. 3. cap. 17. Fatentur peccare contra iustitiam. Quia licet sibi iniustitiam non faciat: tamen reipublicę, cuius est pars, facit iniuriam. Quia lege iustitię prohibetur homo se occidere, & alios, quia non est magis dominus suę vitæ, quam alienę. Quia inquiunt licet se perimendo nulli faciat iniuriam: tamẽ vt est reipublicę pars iniurius est illi se necando. Id tamen ego probare non foleo. Si enim sermo sit de iustitia generali virtute: fateor equidem esse legem iustitiæ de se non occidendo, sicut de cæteris decalogi præceptis, honorandi Deum & parentes, quę iustitia dici solet. Et planè D. Thom. ita est locutus, cum dicat, respectu reip. & Dei esse iniustitiam, at cõstat non esse specialem iustitiam, cuius vitium iniustitia cõmutatiua vel distributiua sit. Si vero sermo sit de iustitia speciali, non video quo pacto verum sit, quod hi authores docent. Primum distributiua non est, cum non diuidatur aliquid commune inter multos, sed lex iustitiæ communis esse debet: at hæc nulla videtur, vel enim Deo fit iniustitia, vel reipub. nam proximo in particulari nulla fit, Deo fieri non potest, quia Dei ad homines non est iustitia commutatiua rerum temporalium vt patet. Neque reip. quia respub. non est domina vitæ ciuium, & ita nullum eius dominium vsurpat.

35 *Se occidens, cõtra iustitiã peccat, secundum D. Tho. & alios*

Dices saltem habet ius & ita iniustè damnat. Sed contra, quia quando non esset reip. necessarius illam non dãnificat. Quid enim interest ad reip. vtilitatem vnum, vel duos aut plures occidi. Præterea sequitur, quod occidens alium peccaret contra iustitiam commutatiuam in rempublicam, & ita teneretur, illi vitã restituere non solum post sententiam: sed in conscientia, quod nullus vixerit. Item saltem sequitur quòd quando resp. facultatem faceret remittendo suum ius, non peccaret contra iustitiam, cum tamen constet, quod non minus peccaret, qui sibi mortem inferret habita facultate, quã non habita à Rege, vel rep. Denique sequitur. vt si quis sibi membrum iniuriosè abscinderet teneretur restituere reip. Sicuti si alterum mutilaret

36

tilaret, teneretur restituere illi, vel membri valorem, vel damna secuta, quod non videtur concedi posse. Postremo sequitur, quòd etiam ille, qui se negatiuè occidit, id est, se permisit occidi sine rationabili causa, vel non comedendo, vel non fugiendo, &c. peccaret contra iustitiam. Non minus enim ille alienum, id est vitam prodigit, quam si se gladio iugularet.

37 *Se negatiuè occidens, vel occidi permittẽs, contra iustitiã non peccat.*

In vno tamen casu fortasse dici posset peccare contra iustitiam, vt si esset reip. necessarius Rex vel Dux à quo pax salusque dependet. Tum enim dici posset peccare cõtra iustitiam non ratione vitę, qua priuat remp. sed ratione damnorum, quæ inde sequuntur iniustè. Cum ex officio teneatur remp. defendere, sicut cuiuslibet membri officium præcipuum est toti inseruire. Dixi *fortasse*, quia ne que in hoc casu putarem certo definiendum esse peccare contra iustitiam. Quis enim ducem reipub. necessarium se tamen occidentem, vel mutilantem, vel ex negligẽtia nolentem arma sumere, in conscientia obligaret, vel eius hęredes, ciuitatis depopulationem, vel damna restituere in solidum? Id tamen certum sit, quod vbi nulla sunt damna secuta, non peccat contra iustitiam, vt probatum est. Sed nunquid pœna legis dignus erit? Non putarem ęquam legem, quę se mutilantem, vel suspendere volentem, aut occidere: suspendij damnaret. Quia vt dixi nulli iniuriam facit, & licet faceret, non esset tãta pœna dignus, cũ non sit pars vlla iniuria affecta: nisi ipse qui sibi remittere potest. Vnde in praxi nunquam vidimus mortis damnari eũ qui se suspendere, aut veneno necare tentauisset.

38 *Occidens se si nulla sint damna secuta, non peccaret cõtra iustitiam.*

De ijs qui se morti voluntariè offerunt.

SVMMARIVM.

Offerre se morti spõtaneæ propter amicũ licitũ est, secundum D. Tho. & alios, num. 39
Non solum pro vita proximi, sed pro eius honore

& re

Universidad de Deusto
Biblioteca

& re familiari saluanda se offerre morti licet, secundum Sot. num. 40
Vitam pro Deo & eius fide ponere, licitum & laudabile est, num. 41
Vitam ponere pro salute hominis priuati non licet, num. 41
Ordo charitatis, non solum in consilio, sed in præcepto est, num. 42
Homo plus se quam proximum diligere tenetur, num. 43
Homo in vita non est liber, & ideo nisi secundum ordinem charitatis, eam disponere non potest, num. 44
Infamans se vt alterius famam tueatur, mortaliter peccat, num. 45
Strictius præceptum est de salute spirituali proximi, & reip. seruanda, quam de propria temporali vita, num. 46
Implicat magis seipsum quam proximum diligere, & non magis teneri suam vitam seruare, secundum Duran. num. 47
Proximi vita cum periculo propriæ conseruare, non actus virtutis, sed contra charitatem est, num. 48
Quando est aliqua spes euadendi, lege charitatis & amicitiæ se exponere pro vita amici licitum est, num. 48
Lucretia non debuit occidere, sed de amore castitatis laudatur, num. 50
Christus per mortem nobis immortalitatem meruit, num. 51
Præstantius est vitam immortalem amico recuperare

quam suam conseruare corporalem. num. 53
Licet præstantius esset Christo vitam suam, quam nostram corporalem & spiritualem conseruare, ex præcepto tamen patris optimè ponere potuit, num. 53
Pro rege & patre vitam ponere, probabile est, num. 55
Pro libito vitam ponere, pro nullo licitum est, num. 56
Mortis se tradere pro bonis temporalibus, statui, vel naturæ superfluis, licitum non est, nu. 57
Si vita proximi, pecunia statui necessaria redimi potest, tenetur quis eam redimere, num. 57
Ad Indos per multa pericula transeuntes propter salutem animarum verè laudandi sunt, numero, 58
Societas Iesu laudatur, num. 58
Temporalia bona bello, vel nauigatione quærentes, nullo modo peccant, num. 59
Licitum est permittere se occidi ab inuasore, nu. 60

TERTIA quæstio sit, vtrum liceat se negatiuè saltē occidere, id est mortifè voluntariè offerre. S. Tho. in 3. d. 29. art. 5. ad 3. & lib. 1. de Regimine prin. c. 10. & 22. q. 26. ar. 5. ad 3. Vict. relec. de Homi. n. 27. Sot. 5. de Iust. q. 1. art. 6. & 4. de Iust. q. 2. art. 3. concl. 1. Dur. in 3. d. 29 q. 2. n. 20. Palu. ea. d. nu. 2. Merc. de Rest. homi. c. 5. Lact. lib. 5. Iusti. c. 18. Et Cor. li. 1. qq. q. 38. in sol. ad 4. fatētur esse licitū & laudabile offerre se morti spōtaneæ propter amicū. Et probatur primō ex Arist. 9. Eth. c. 8. qui dicit esse opus amicitiæ, imō Christi vox ista esse videtur dū planè dicit, *maiorem charitatem nemo habet, vt animā suam ponat quis pro amicis suis*, & Greg. li. 3. c. 37. hoc ipsū laudat. *Tertia dubitatio.* 39 *Offerre se morti spōtaneæ propter amicum, licitum est, secū D. Tho. & alios*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò ratione, quando præstantior est vita proximi nostris bonis temporalibus, sed pro his licet mortem subire, ergo. Tertiò, quia opus perfectionis est, vt inuasus sinat se occidi, quando nullum refugium manet, nisi inuasorem occidere, ergo multo amplius licitum erit & laudandum pro amico vitam perdere, cum magis teneamur, magisque sit laudabile ac meritorum amicum diligere quàm inimicum, sicut econtrà peius esset amicum odisse, quàm inimicum. 40

Nõ solũ pro vita proximi, sed pro eius honore & re familiari saluanda, se offerre morti licet, secundum Sotum.

Adde quartò, quod nulla videtur ratio, quare non liceat me, & patre meo, vel alio homine in extrema necessitate famis existentibus, dare illi panem, vel in naufragio tabulam, aut equum in bello. Imo docet Sot. non solum pro vita proximi, sed etiam pro eius honore & pro re familiari illius saluanda licitum esse vitam ponere, sicut liceret pro honore, bonisque exterioribus proprijs. In hanc sententiam plures, alias conficit rationes Sot. primũ, quia vita est bonum temporale, amicitia verò est pars fœlicitatis: Cum ergo bona vtilia ad fœlicitatem ordinentur, plus ris est facienda fœlicitas & per consequens vita proximi. Secundo, quia sicut pro Republica quæ est totum, ita pro proximo, qui est alterum membrum, licebit vitam dare. Cætera parui sunt momenti. Verum, quòd id non liceat tenere videtur Bona. 3. d. 29. quæst. 3. dum dicit stultũ esse, & reprehẽsibile salutem suam pro salute alterius exponere. 41

Vitã pro Deo & eius fide ponere, licitũ & laudabile est.

In hac re, primo arbitramur licitũ esse & excellentissimũ religionis opus, vitam pro Deo eiusq; fide ponere, quod, vt de fide certissimum esse debet de quo latius dub. 8. Secundo supponimus non esse licitum amittere spiritualem vitam pro spirituali proximi, vt Sotus ibi concl. 2. de quo aliàs. His suppositis verius nobis videtur, non esse licitũ pro salute temporali hominis priuati morti voluntariè se tradere. Ita docuisse videtur Bonau. loco citato. Estque Augustin. expressa sententia lib. de Med. cap. 6. Vbi docet doctrinæ regulam excedere, vitam temporalem perdere pro vita tẽporali alterius. Cui testimonio nihil respondet. Sot. quamuis illud citauit. Forsan quis respondeat Aug.

Vitã ponere pro salute hominis priuati, non licet.

Aug. doctrinę regulam excedere dixisse, non quod sit contra rationẽ, sed quod supra. Sicut quodlibet aliud perfectionis opus posset dici rationis regulam excedere. Sed hoc nihil est. Ibi enim Aug. intendit hoc dicto probare non esse licitum mendacium hac ratione. Quia dare vitã temporalem pro temporali alterius, rationis regulam excedit, ergo multò magis excedet dare æternam pro temporali alterius? Si autem in antecedente loqueretur, de excessu perfectionis nihil colligeret vitij in eo, qui vitam æternam commutaret pro temporali alterius, sed potius colligeret esse opus egregiæ perfectionis, essęque magis supra rationem: quod et falsum esse constat, & contra intentionem Augustini, loco citato. 42

Ordo charitatis, non solum in consilio, sed in præcepto est

Verum ratione probo hanc sententiam. Primò suppono, quòd ordo charitatis non tantũ est in consilio, sed in præcepto, saltem respectu eorum, quorũ homo non est dominus, vt vitę spiritualis, & honoris necessarij, &c. Hæc enim non sine prodigalitate perderentur, sine iusta & sufficienti causa. Cur enim in spiritualibus est in præcepto, & non in temporalibus? Item, quia illud præceptũ, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, absolutè loquitur: illa autem particula, *sicut*, vt omnes fatentur, non significat æqualitatem, sed proportionem. Ea ergo lege præcipitur homini, se & proximum diligere, quasi nec suæ, nec proximi vitæ sit dominus, vel suæ subiaceat potestati. Si ergo homo tenetur & se, & proximum diligere, & suam & proximi vitam conseruare, & inter has dilectiones debeat esse ordo, manifestũ est, quòd non proximũ, sed se plus diligere tenetur, & per consequens tenetur sibi maius bonum velle, quàm proximo. 43

Homo plus se quã proximũ diligere tenetur

Dices etiam, est ordo in rebus suis, & proximi, & tamẽ non ideò tenetur suas res conseruare in concurrentia bonorum proximi. Respondeo non esse simile: quia est animaduertendum, esse alium ordinem charitatis in posse, id est, quod potest homo, & ius habet, se suaque magis diligere, & ita fatemur, quod non peccat bona sua pro bonis proximi ponendo. Sic enim ordo de præferẽdis proprijs bonis, non est ordo præcepti, sed posse. At ordo præcepti 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, quo charitas non solum disponit, hoc posse illi anteferri, sed præscribit, ita esse prætferendum, & talis est ordo vitæ propriæ ad alienam. Præcipit enim charitas, non solum posse meam vitam temporalem, vitæ temporali proximi præferre, sed & præscribit, & præcipit, sic esse faciendum.

Cuius diuersitatis ratio est, quia bonorum temporalium homo est dominus, non autem vitæ, & ita ordo, qui est rerum ad res, est liber, ita, vt eas possit ponere, & non ponere. At in vita non est liber, sed præscriptus à Deo naturæ authore, vt nequeat pro libito eam dispendere, nisi secundum ordinem rationis, & charitatis, qui est, vt sibi magis, quàm proximo teneatur. Sicut ergo in bonis animæ, quorum homo non est dominus, ex Dei præcepto tenetur homo esse in gratia: & non possunt hæitè perdi, propter salutem animæ proximi, quia cum sit ordo obligationis, & ipse sibi magis proximus sit, magis tenetur suæ, quàm animæ proximi consulere: ita etiam cum sit in præcepto conseruatio propriæ vitæ, non potest sine peccato non conseruare iuxta ordinem debitæ dilectionis. Et idē dicerem de honore, & rebus familiaribus: si enim istorum dominus non esset homo, sed ea conseruare, sicut vitam, teneretur, proculdubio etiam peccaret, se infamando, vt alterius famam tueretur, rem familiarem prodigendo, vt alterius res conseruaret. Quare, cùm in aliquo casu fama ex præcepto sit conseruanda, putà, quia est necessaria in republica, propter alios, vt capite quarto dicemus, non licere eam perdere, pro alterius honore tuendo, & id, quia in eo casu famæ propriæ dominus non est, nec illi iuri cedere potest.

Homo in vita nō est liber, & ideo nisi secundum ordinem charitatis, eā dispenere non potest.

45

Infamans se, vt alterius famā tueatur, mortaliter peccat.

Dices ergo, nec pro salute reipublicę, nec pro spirituali proximi liceret vitam perdere, cùm non sit homo dominus vitæ, sed sit ordo necessitatis, & obligationis ad se? Respondetur. Primò, quod licet sit naturale præceptum de propria vita conseruanda, tamen recipit interpretationem, & epicheiam, vt cum aliud maius præceptum naturale simul occurrat, illo demisso sit seruandum, sic autem est in proposito: nā præceptū de salute spirituali proximi

46

seruanda, & de salute reipublicę strictius est, quàm de propria temporali vita conseruanda. Nam recta ratio præscribit, vt homo spiritualem proximi, & communem reipublicæ propriæ temporali vitæ anteponat: at non postulat ratio, imo diuersus ordo est, vt homo bonū vitę, cuius aliàs non est dominus, pro non maiori, sed æquali bono, stultè perdat, imo minus bonum maiori præferat. Cū ergo propria vita sit æquale, imo maius mihi bonum, & cuius ego non dominus, sed custos sum à Deo institutus, nulla est prorsus diuini, vel naturalis iuris, de vita proximi tuenda interpretatio: & ita semper stat obligatio iurisnaturalis de vita propria conseruanda.

46 Strictius præceptum est de salute spirituali proximi, & reipubl. seruanda quàm de propria temporali vita.

Illud verò quod Duran. docet, teneri hominem magis seipsum diligere, quàm proximam, non tamen teneri magis suam vitam seruare, implicatio quędam est, cū probatio dilectionis exhibitio sit operis. Dilectio enim efficax ex affectu prodit, & cognoscitur in effectu. Quis enim nō videt eum, qui pro amici vita seruanda, propriam perdit sponte illius magis, quā suam vitam diligere? iuxta illud: *Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Non enim intelligi potest, quòd in intentione & electione præferatur vita propria, & non in executione: sicut nec verè censeretur, Deum super omnia diligere, qui in effectu non sperneret omnia pro illo. Nec intelligi potest, quòd quis teneatur patrem, plusquā extraneum diligere, nisi simul teneatur ei succurrere, extraneo prętermisso. Si suam igitur vitam magis tenetur diligere, quā alienam, tenebitur certò illi magis prouidere, quàm alienę.

47

Implicat magis seipsū quā proximum diligere, & nō magis teneri suā vitam seruare, secundū Dur.

Deceptus autē videtur Dur. in hac doctrina, eò quòd ipse putat eum, qui pro amico moritur, vel pro republica, non pro amico, vel pro republica mori, sed pro bono virtutis. Et ita non amicum, vel rempublicam magis diligere quàm seipsum: sed bonum virtutis. Debebat enim medullitus considerare Dur. quod licet bonum virtutis, v. g. in eo, qui pro republica moritur, sit finis, & per consequēster minus intentionis: tamen bonum reipublicæ, proqua moritur, est medium, & per consequens, terminus electionis.

48

Constat autem electionem ita esse voluntatis, & amoris actum, sicut intentionem: media enim (licet propter finem) volita sunt, & amata. Si ergo finis virtutis est magis volitus, quã vita mea, similiter media ad illum finem, scilicet vita communis reipub. erit magis volita, quã mea. Sed, vt supra respondi, conseruari proximi vitam, cum periculo meæ non est actus virtutis, sed prodigalitatis, & cõtra charitatem: & secundo aliorum opinionem, contra iustitiam, quod est iniustum homicidium.

Proximi vitam cũ periculo propriæ conseruare, nõ actus virtutis, sed contra charitatem est.

Ad Aristotelem ergo, & alios, si qui sunt, qui tale opus laudant, vt Gregorius. Respondetur, id esse verum, quando est aliqua spes euadendi, tunc enim lex amicitiæ & charitatis est, periculo se exponere proliberãdo proximo. In quo casu vera sunt omnia, quæ Sotus in eo articulo congerit, ad probandam laudem egregiam huius actus: at quãdo certum est discrimen, & interitus, stultum & reprehensione dignum est tale opus, nisi maius bonum prętendatur, scilicet, vel salus animæ, vel commune bonum. Vt enim idem Sotus adnotat, conclusione secunda, non est

Quãdo est aliqua spes euadẽdi, lege charitatis & amicitiæ, periculo se exponere pro vita amici, licitũ est.

49 idem certæ amissioni vitam spiritualem exponere: ac eam periculo obijcere. Hoc enim licet, illud secus. Non ergo ex eo, quod licitum est, & laudabile, impetentes se gladiis cum aliquo sui periculo componere, inferre debuit, licitũ esse, quãdo certa mors est futura. Ipso enim teste, in secunda conclusione illius articuli, licitum est animæ, salutem periculo exponere, pro alterius spirituali salutilucrãda: at negat ipse inde sequi, vt liceat, si certò est amittenda propria, vt alienam salues animam, non ergo æqua vtitur argumẽtatione. Adde, quòd in exemplo ab eo adducto, de impetentibus se gladiis. &c. non est recta similitudo adducta: ibi enim non tam corporis, quàm animæ inpericulo versatur, cũ certum sit alterum saltem, & fortasse vtrunque decertantẽ peccare: at pro peccato vitando, pace & charitate componenda licitum esse non inficiamur. neci se obijcere.

50 Adde, quòd sæpè laudamus multa, quæ non sine peccato imitaremur: non enim laudamus factum, sed modum, aut circunstantiam facti. Lucretia enim nõ laudatur de ne

ce, sed de amore castitatis, quo impulsa se peremit: imo Scriptura videtur laudare Raziam 2. Machabæorum decimoquarto, cũ dicit nobiliter elegisse mori, &c. Et tamen Diuus Thomas vbi supra, ad secundum, docet illud esse dictum propter quandam speciem fortitudinis, & virtutis, cùm tamen reuera fuerit vitium. Sic fuit factum Piladis, & Orestis, quorum alter finxit se esse alterum, vt moriens, alterum liberaret à morte, siue id veritas fuerit, siue fabula, vt Cicero refert libro 3. de Amicitia: & Augustinus. quarto Confes. capite sexto. Augustinus vero libro de Amicitia, capite vigesimo, quem adducit Sotus, de salute spirituali proximi loquutus est, vt colligitur ex principio capitis, vbi dicit: *Primordia amicitia spiritualis, &c.* Vnde locus ille Euangelicus, ad quem alludit Augustinus libro de Amicitia, quem Sotus valde ponderat, non de tẽporali, sed de spirituali salute debet intelligi, vt ipse Augustinus expressè interpretatur capite sexto de Mendacio. Atque ita, cap. etiam illo 10. colligitur, eum loquutũ fuisse de spirituali amicitia. Sed vrget Sot. quòd Christus pro salute etiam temporali nostra, vitam posuit. Fateor libenter: meruit enim nobis immortalitatem. Nam sicut per Adam moriuntur, etiã morte temporali, ita per Christum omnes viuificabũtur, etiam vita corporali, per resurrectionem, quæ fuit effectus suę resurrectionis. Sed quid postea? Primùm enim, non ob illam solam, sed ob spiritualem vitam principaliter mortuus est, & resurrexit: *Mortuus est enim propter scelera nostra, surrexit propter iustificationem nostram.* Nunquid enim pro temporali duntaxat, vita nullo excellentiore fine, quàm amicitię temporalis causa Christum Dominum moriturum existimabimus fuisse? Hoc apertè excludit Augustinus capite illo sexto, libro de Mendacio, tomo quarto, dicens: *temporalem vitam suam Christus pro nostra æterna ponere non dubitauit: non enim quisquam est ita dissipiens, vt dicat aliud, quàm salutis sempiternæ hominum consulatisse Dominum, vel faciendo quod precepit, vel præcipiendo quod fecit.* Vbi absolutè negare videtur, eum pro temporali mortuum fuisse, sed intelligitur principaliter. Et quamuis id concederemus Soto, non in-

Lucretia nõ de nece, sed de amore castitatis laudatur.

51

Christus per mortem, nobis immortalitatẽ meruit.

52

Universidad de Deusto
Biblioteca

de argumentum sumi posset: nam ille pro omnium hominum vita mortuus est, & ita pro communi bono, nō vnius ciuitatis, aut regni, sed totius mundi. Tum etiam Christus
53 non perdidit omnino suam vitam temporalem, vt nos à morte liberaret, ne scilicet moreremur, cū etiam post eius mortem prœco eius clamet: *Statutum est hominibus semel mori* sed vt post primam mortem, resurrectionem nobis, & immortalē vitam corporis donaret, quod sane cuique homini licere fatemur. Cū præstantius sit, vitam immortalem corporis amico recuperare, quā suam temporalem conseruare: imo hinc obiter arguitur contra oppositam sententiam, quia vitam nostram corporalem immortalem non liceret post resurrectionem perdere, pro simili vita immortali corporali alterius. Tandē ratio non probat, quia Christus erat Deus, & ita author & Dominus vitæ, & ita potuisset pretiosissimam suam vitam, etiam pro temporali vnius ponere, imo etiam si non esset Deus, potuisset id ex Dei prœcepto facere, quod habebat moriendi, vt supra dixi, excusari Sanson.

Præstantius est vitam immortalem amicore cuperare, quā suam conseruare corporalem

Et hinc est, quòd licet perfectior esset sua vita corporalis, quām nostra, & corporalis, & spiritualis potuit eam pro nostra ponere, non solum (vt ait Sotus) quia nostra vita æterna in eius redundabat gloriam: sed etiam ex dicto Patris prœcepto salubriter nobis, & laudabiliter sibi ponere potuit. D. autē Tho. 2. 2. in d. q. 26. nō agit de salute proximi tēporali, sed de spirituali: tum quia non quærebat, an sit diligendum magis corpus proprium, quā corpus proximi, sed quām proximus. Itaque comparatio est nostri corporis ad proximum. Nomine autem proximi, quis dubitat, quia anima & corpus intelligenda sint? tum, quia id in corpore aperte distinxit, & de spirituali salute proximi, est aperte loquutus.

Sed ait Sotus, quod licet vita proximi, aut æquale, aut minus bonum sit, quām propria, tamen quia est pars nostrę fœlicitatis vita amici, redundat in meam gloriam &
54 fœlicitatem, quam pro illo moriendo conseruo. O prœclaram rationem? Quid rogo Sotus potissimum fœlicitatem appellat? an æternam? at id minimè, cum Philosophis nihil

nihil de æterna fœlicitate credentibus, licitum fuisse fateatur Sotus. Si de temporali, quæ rogo fœlicitas temporalis est, quæ mortæ finitur? imo potius finis tēporalis fœlicitatis esset dicenda. Post mortem enim nullus tem-
55 poraliter est beatus. Quid? quòd nulla est temporalis fœlicitas, nisi ex virtute, vt Arist. fatetur. Dum ergo docet Sotus, mori pro amico, esse fœlicitatem, consequenter dicit esse consequi virtutem, id verò ratiocinari magis, quàm supponere oportebat. Vnde enim ipse scitè docuit. Nulla est, inquit eorum ratio, qui probant id esse licitum, quia pro virtute ponitur vita, cum pro amico ponitur. Petit enim principium, ait Sot. Hoc enim ipsum est in controuersia. Vtrum ius amicitię & virtutis id permittat. Sic ergo ad eius rationem dicimus, id esse in quęstione an vera fœlicitas, quæ ex virtute esse debet consequatur ex tali actu, imo & miseria, stultitia, & vitium inordinatio quę naturæ, & naturalis inclinationis, & consequenter stultus est, & summa reprehensione dignus, qui certissimæ morti se committit pro liberandis bonis tēporalibus, honoris, vel rei familiaris alterius. Ad illud quod Sot. obijcit, quòd vnum membrum se exponit pro alio. Repond. Falsum esse quando sunt ęqualia. Stultum enim esset ad liberandum vnum oculum à læsione, alterum subire lęsionē: si tamen alterum esset excellentius fatemur, vt cum brachium sustinet vulnus, ne caput vulneretur. Atque ita pro rege, qui caput est reip. & etiā pro patre vitam ponere probabile sanè reputamus. Et hinc patet solutio ad aliud Soti argumentum, quòd vita est bonum vtile, & ita licet eam pro amico ponere. Non enim domini sumus nisi postulante, strictiore iure, quod hic nullum est, vt supra respōdi. Et ita si non est aliud præceptū obligans dare vitā pro amico, vt ipsi fatentur, sed possumus non dare, primū prœceptum de seruanda vita semper manet. Vnde inductiuè videre licet pro nullo licere vitam pone
56 re pro libito. Id enim esset habere dominium vitæ nisi simul teneamur id efficere. Si enim pro Deo & republica possumus vitam ponere, simul tenemur, neque in hoc datur optio homini. Quare vix credo licere pro patre vitam

Pro rege, & patre vitam ponere, probabile est.

Pro libito vitā ponere, pro nullo licitum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponere. Periculo tamen eam obijcere pro patre, cum aliqua spe euadendi, licitum est, vt supra diximus. Per quod patet ad argumenta Scoti.

57 Restat modo soluere nostra argumenta supra facta. Et primo soluemus secundum quod difficultatem facit. Vt enim infra dicemus licitum est pro bonis temporalibus nostris & honore vitam ponere, quæ sunt minora bona, quàm vita proximi: ergo multo magis licebit pro vita proximi. Verum distinguendum putamus, si enim bona temporalia pro quibus vita ponitur, sunt superflua statui, vel naturæ, nullo modo licet certæ morti se tradere. Quid enim ista proderunt sine vita? si ante sit mortuus ille, qui acquirit, quàm acquirantur. Sanè nihil. Stultum ergo est cũ illa sint longè minora bona, quàm propria vita, illam sic perdere, & cùm magis teneamur ad vitam proximi tuendam, quàm ad nostra bona temporalia non simpliciter necessaria ad vitam sequitur, quod si illius vitę succurrere, cum propriæ detrimento, non licet, multò minus licebit pro defensione temporalium rerum nostram vitã voluntariè ponere. Vnde si pro saluanda vita proximi, qui inuaditur â latrone, vt occidatur, teneor eam si possum pecunia redimere, etiamsi sit necessaria statui, quia est in extrema necessitate, vt ait Nauar. cap. 24. nume. 9. Syluest. homicidium 1. quęst. 6. Armill. eodem verb. ad fin. multò magis pro propria vita tuenda, tenebitur necessaria statui dare, suamque vitam redimere, vt etiam ibi docet Armill. & glos. in princ. d. 83. Quo ergo pacto pro dictis bonis licebit velle perire planè. Si verò sint simpliciter necessaria ad vitam licebit pro illarum acquisitione, & defensione propriæ se morti exponere. Si enim non se exponit, certò amittet vitam. Ergo etiamsi exponendo se, amittat, non est prodigus vitæ, cum potius sit naturalis tãtum inclinatio illo modo euadendi.

Morti se tradere pro bonis tẽporalibus statui vel naturæ superfluis, licitum non est.

Si vita proximi pecunia statui necessaria, redimi potest tenetur quis eam redimere.

58 Dices peccant ergo, qui ad Indos, & periculosas procellas terræ marisq; ie bella vagantur. Respond. Primò eos qui non argentum & aurum, nec bona temporalia quærunt: sed salutem animarum, non esse reprehẽdendos, sed vehementer laudandos, vt multi religiosi tum B. Dominici,

Ad Indos per multa pericula transeuntes propter salutẽ animarũ, verè laudandi sunt

nici, & D. Francisci, per se laudati: tum alij, vt sanctissimæ Societatis Iesu, qui exemplo ducis eorum Christi Iesu, vt multos fratres in gloriam adducant, mortem nõ dubitant oppetere, & vt veri Apostoli pro Euangelij prędicatione per passionem consummati, intelligentes se meliorem habere resurrectionem, & manentem substantiam. Quorum sanctissimorum hominum egregiam virtutem, & eximiam in omni genere, vel sapientiam, vel pietatem, nõ prosequimur. Nã neque id agimus modò, neque oportere existimamus eorum laudem nostris indignis vocibus efferre, quæ non in vno loco, vario & obscuro sermone aliquorum: sed omnium clarissima, & vna voce toto orbe perfertur.

Societas Iesu laudatur.

59 Secundò dicimus eos, qui temporalia bona quærunt, nõ esse damnandos: semper enim est aliqua spes euadendi in bellando & nauigando, & ideo non censentur sui homicidæ, si fortè terra, marue pereãt, vt enim nõ miserè & ignominiosè viuant, imò multos vt simpliciter viuant, se periculo vitæ exponere, licet non certę morti, nõ videtur cõtra rationem, cum præsertim sic viuere sit moraliter, & ciuiliter mori. Maximè, quia vt plurimum salui eunt & redeunt.

Temporalia bona, bello vel nauigatione quærentes, nullo modo peccant.

Secundum nostrum argumentum quærebat, an liceat sine re se occidi ab inuasore? Et sunt multi, qui ad id inuasum teneri existimant, sic Gerson, vt refert Sotus, quia dicunt plus tenemur ad vitam spiritualem proximi, quã ad nostram temporalem. Sed oppositum ex omnium sententia infra ostendemus. An verò liceat se sinere occidi? Gerson, & authores prędictæ opinionis necessariò ita dicere tenentur. Et mihi ita verum videtur, quod etiam sentit Caiet. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. Syluest. verb. bellum. 2. quęst 3. Mexia in prag. tritici num. 135. Vict. relect. de homicidio, num. 24. Et ratio est plana, quia tunc non pro corporali vita inuasoris se morti committit, sed pro spirituali, cum constet illum esse in peccato mortali quòd si occiditur fore damnandum. Cum enim obiectum sit præstãtius: non potest dici prodigalitas propriæ vitę: sed magnum abundantioris charitatis factum. Exemplo Christi, qui

60 *Licitum est permittere se occidi ab inuasore.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui pro salute spirituali nostra eorumque qui sui nequissimi, & nefarij aggressores fuerunt, mori non dubitabit, vt August. egregiè docuit lib. illo de mendacio, ca. 6. Vn de his argumentis nihil pro Soti sententia colligitur.

De ijs qui se priuant aliquo necessario ad vitam conseruandam.

SVMMARIVM.

TAbulam in mari pro Rege, repub. aut pro salute spirituali sinere licitum non est, secundum Sot. benè tamen eum non accipere, num. 61

Actus directè ad mortem tendenter facere nullo modo licet secundum Couar. num. 62

Martyres pro honore Dei mortem non fugientes, homicidæ sui non sunt, num. 63

Panem quo aliquis extremè indiget, etiam pro salute spirituali alterius dare non licet, num. 65

Pro salute spirituali, aut temporali Regis panem quo extremè indigeo dare licitum est, nu. 65

Manens in carcere cum fugere posset mortem sibi infert ex D. Thom. 69

Occisione positiua immediatè sibi mortem inferre, nullo modo licet, num. 70

Negatiuè se occidere ex fine bono, bonum potest esse. num. 70

Verba D Thom. quod non sumere cibum est se occidere, debent intelligi quando ob præstantiorem finem non fit, num. 72

Parrochus tenetur confessionem infirmo audire in peccato morituro, etiam sciens morbo pœ-

bo pœnitentis esse inficiendum, num. 73

Ex sententia Couarr. sequeretur regulas quarũdam religionum damnare, num. 74

Fugere de bello nemo potest sciens innocentem conculcaturum esse, secundum omnium sententiam, num. 76

Peccatum committere positiuè nunquam licitũ est, secundum Theologos, num. 77

Non vitare peccatum bono fine, id est illud permittere licitum est, num. 77

Licitum est patri peccatum filij permittere, quo illum postea melius corrigat, num. 77

Sumens venenum propriè & directè vere homicida est contra Victoriam, num. 78

Permittens se ab scorpione morderi aliquibus causis concurrentibus non licet, num. 79

Licitum est volitare, si ita velocitate polleat vt periculum nullum esse arbitretur, num. 80

Peccatum mortale est asperitatibus vei, aduertẽs sibi vita decurtari, secundum Nauar. nu. 81

Castigatio corporis de se, nec bona nec mala est, num. 82

Regula sanctissimorum patrum Societatis Iesu circa corporis castigationem, num. 83

Cibus delicatioribus ad vitam prolongandam vti nullus tenetur, num. 85

Abstinentiæ & vigiliæ ex regula institutæ licitæ sunt, num. 86

Afflictiones corporum a superioribus concessæ, vel voluntariæ sumptæ a subdito discretione sumendæ & continuandæ sunt, num. 86

TER-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarta dubitatio.

TERTIVM argumentum mouet quartam dubitationē. An liceat panem vel tabulā dare amico vel patriæ Sot. vbi supra ad 1. distinguit. 63. Nam si quis habeat tabulam in mari, non licet eam dimittere, nam illud est positiué se suffocare, & secundum hoc, nec pro rege, nec pro republica liceret dimittere. Imo videtur sequi, quod nec pro salute spirituali proximi, vt si esset alter in peccato mortali notorio, à quo moraliter loquendo, tunc exire non potest, propter magnam mentis turbationem, quæ tunc contingit, non liceret illi tabulam dare, cum nec pro salute animę liceat aliquem se occidere. Si tamen non accepit (ait Sotus) posset eam relinquere alteri: quia tunc solum negatiuè se habet ad mortem, scilicet nō faciendo id, quo posset viuere.

61

Tabulā in mari pro rege, reipubl. aut pro salute spirituali finere licitum non est, secundū Sot. bene tamen eam nō accipere.

Sed Couar. melius loquens primo libr. Variar. resol. c. 2. num. 8. Dicit quosdam esse actus, qui directè tendunt ad mortem, siue positiué, vt iugulatio, siue negatiué, vt nolle cibum sumere tempore necessitatis, & tales actus non possunt vllo fine fieri, sed est vere & propriè se occidere. Alij autem sunt, qui nón natura sua, sed ex accidenti mortem inducunt, vt non fugere ex carcere cuius possit quod negatiuū est, vel ire ad locū supplicij, qd est positiuū. Nō enim ex sola māsione in carcere vel ex solo aditu ad locum mortis, sequitur necessario & sufficienter mors, nisi alterius actus voluntatis interueniat, & tales actus boni esse possunt secundum rationem bonitatis finis, ad quem ordinantur. Si enim nullo bono fine, vel non sufficienter bono fierent censeretur planè homicida, non directè, sed sicut nauta est causa submersionis nauis sua culpabili absentia. Vnde martyres, qui pro magno fine, honore scilicet Dei, non fugiebant, imo se offerebant in manus inimicorum, & locum supplicij, non erant sui homicidæ, cum non immediatè ex illo actu sequeretur mors, sed mediatè, & ex accidenti. Primi verò actus ex quibus immediatè sequitur mors, siue negatiui, siue positiui, etiam pro religione non licent. Et ita Sanson qui fecit id, ex quo necessario sequenda erat mors, nisi ex spirituali Dei reuelatione non excusatur, vt supra (ex August. & Innocen. in cap.

62

Actus directè ad mortem tendētes, nullo modo facere licet, secundum Couar.

Martyres pro honore Dei mortē nō fugientes, homicidæ sui nō sunt.

cap. Gaudemus) diximus. Et huic doctrinæ consonat D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 4. ad 2. dicens eum, qui non acciperet cibum cùm fame periret, se occidere. Idem Caiet. ibid. & ead. 2. 2. q. 32. artic. 6. dicit non esse licitum dare eleemosynam de necessario naturæ, quia esset sibi vitam subtrahere. Quamuis cum ibi dicat fore laudabile id efficere pro rege, vel republica: non video, quo modo sit occisio sui secundum ipsum. Cohærere enim ista nequeunt.

63

Supposita ergo hac Couar. Caiet. & D. Thom. doctrina facilè responderetur ad argumentum nostrum supra factum in principio quęstionis. Non enim licet dare panē quo extremè indigeo etiam principi, imo nec pro salute spirituali alterius, vt si contingeret laico & clerico extremam necessitatem patientibus, vno panę ablato, quēdam tamen alium sine confessione mori. Tum enim nisi laicus clerico panem porrigeret, vt alium audire posset, in peccato mortali moreretur. Ratio autem est: quia illud est se directè occidere, quod nullo fine licet. Et hunc reijcitur Soti doctrina. Quia cū tabulam non accipere, quę locum habet panis sit causa proxima, & necessaria interitus, idē est ac si iam acceptam desererēt. Quid enim refert, an habeat in manu vel ante oculos, quā posset, si vellet apprehendere facilè? Sicut enim ille tantum negatiuè se habet non accipiendo tabulam, sic aliter non accipiendo cibum. Nec illud est se immergere cum passum non cōferat vim. Et si non vti tabula habita, est se occidere, non eam accipere idem erit prorsus. D. Thom. enim cū docuit eum, qui non apprehendit panem se occidere, nihil distinguendum putauit de habente in manu, vel in arca, vel ante oculos. Et secundum hanc sententiam est secus defugiente in bello. Pro salute enim spirituali, vel temporali regis bene liceret illum dare. Quia illa datio non est totalis causa, ac necessaria mortis: sed aliorum voluntas æqua, vel iniqua vt dictum est. Ac proinde non liceret pro amico deserere, nisi in secundo casu, vel si bellum esset iustum, & cōtra infideles. Quia martyr esse posset, si veller, cū iam sit causa finisque nobilior, vel si esset spes aliqua euadendi, vt supra dixi. Quia cùm non est maius bonum, non licet, vt di

Panem quo aliquis extremè indiget, etiam pro salute spirituali alterius dare nō licet.

64

65

Pro salute spirituali aut tēporali regis, panem quo extremè indigeo dare, licitum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xi, adhuc passim̃ se habere, voluntariè ad mortẽ. Ex qua doctrina, & discrimine plura satis erudité infert Couar.
66 præcipuè per 10. numeros illius cap.

Verum licet hæc rectè dicta ab his doctoribus, & à nobis explicata videantur, non tamen omnino difficultate carent, quantum conijcere possum. Primum contra hanc doctrinam Couar. & doctrinam Caiet. & D. Thom. q. illa. 69. art. 4. videtur militare, quòd ipse D. Thom. fatetur esse laudabile necessaria naturæ à se auferre pro Rep. Non ergo est se interficere, vt Couarr. docet. Tum etiá quis dicat in casu illo supra posito de moriente in mortali non licere dare cibum confessori? Tum etiam quia legisse me (ni fallor) memini apud August. & id refert ex Aug. Henric. quodlib. 5. quæst. 31. quòd si quis sciat cibum esse immolatum idolis, potest, imo debet abstinere, etiamsi fame moriturus sit, quod certé falsum esset, etiamsi ad scandalum vitandum fieret. Si quidem in his omnibus casibus immediatè sine vllo actu alterius sequenda mors esset & per consequẽs esset sui occisio. Imo & multi laudant factum Eleazari, qui vt refertur 2. Machab. 6. potius voluit fame mori, quã carnes porcinas manducare. Et ita sentit Adrian. Quodlib. 1. art. 3. litera R. & Gerson ab ipso citatus, Med. C. de pœnit. quæst. de integritate confessionis non semper facienda. Vnde scriptura ipsa factum illud commendat, dum dicunt: *secundum diuinæ legis instituta respondit.* Non ergo verum est, quòd cum ex actu positiuo, vel negatiuo immediatè sequitur, & ex natura rei mors tum est sui occisio. Licet enim ille ad manus tyrannorũ obierit: tamen mori fame potius volebat: quã carnes porcinas manducare, vt ex litera patet.

Contra veram sentẽtiam, non nullæ rationes obijciuntur.

Denique, quia D. Thom. quæst. illa 69. cit. docet esse sui homicidiam eum, qui manet in carcere, cũ fugere possit, & tamen constat non ex illo facto immediatè sequi
67 mortem, sed ex voluntate iudicis, & aliorum. Neque satisfaior vllo modo expositio atque responsio. Couar. in d. rum 10. opinantis eum esse D. Thom. sensum, & mentem, vt dicere solum intendat, quod quemadmodum condemnatus ad gladij mortem, nec tenetur, nec condemnatus

tus censetur, vt actum aliquem, ex quo mors sequatur, ipse agat, sed vt patiatur mortem: ita damnatus, vt fame pereat, non est damnatus, vt quidpiam, ex quo sequatur mors fiat: sed vt patiatur sibi non ministrari alimenta. Ex quo (ait Couar.) non sequitur censere D. Tho. æquale esse, non sumere cibum, & à carcere non fugere. 68

Non, inquam, satisfacit hæc interpretatio: nam D. Tho. in sol. 2. dict. artic. 4. sic ait: *Nullus damnatur, ita, vt ibi mortem inferat, scil vt mortem patiatur.* Vnde non tenetur facere id, vnde mors consequatur, quod est manere in loco. Rogo enim hac ratione à Couarrub. Num manere in loco, vnde ad mortem ducatur, est sibi mortem inferre, aut non ita, sed eam ab alio patiatur. Si primum conuincitur intentum nostrum. Si alterum quod ipse docet, inepta ergo est Diui Thomæ consecutio. Siquidem ex eo quòd nemo tenetur sibi mortem inferre, deduxit non licere manere in loco, ex quo ad mortem perducatur. Est enim argumentum à contrario sumere, non à simili. Siquidem manere in loco non est mortem agere, sed pati, vt Couarrub. vult. Sensit ergo Diuus Thomas sibi mortem inferre, qui manet in carcere, potens fugere. Et ob id, docuit non teneri ad manendum, sicut de non sumente cibum statim examplificat. Atque eadem ratione reijcitur expositio Caietani quæ vel eadem est, cum prædicta, vel parum ab ea dissidet. Neque verò in sententia Soti hæ difficultates euadunt: Nam Diuus Thomas quæstione illa 32. loquitur de eo, qui habet panem apud se, cùm loquatur de eo, qui facit eleemosynam. Deinde, quia concedere debet habentem tabulam, vel panem, non posse porrigere regi, vel confessori, pro salute alterius spirituali, quod non est dicendum. Tandem illud ex Augustino militat contra Soti sententiam. Dicendum enim esset, verum esse, quod Augustinus ait. Si non haberet iã panẽ: non tamen si haberet, quod friuolũ est. 69

Manens in carcere cum fugere posset, mortem sibi infert

Quare vt verè dicam, hę opiniones non omnino mihi satisfaciunt, putaremque aliter esse finiendam hanc controuersiam. Asserimus ergo secundo, posse quempiã suæ morti cooperari, vno modo, actione positiua, qua sibi im-

mediatè necem inferat, vt se iugulando, venenum potando, in ignem conijciendo, vel se aliter præcipitando, vel suspendēdo, & id nullo fine honestari posse, vt supra probauimus. Alio modo negatiué, scilicet non accipiendo id, quo vitam conseruaret, vt qui non sumit cibum, vel faciēdo id, quo amittatur, siue ex tali opere, per se & immediatè sequatur occisio, siue non, nisi alterius actu interceden te, vt Couar. docet, siue iam habeatur, siue possit haberi. Et hoc non est de se malum, sed ex fine potest esse bonū. Cum enim sic negare, id est, non conseruare vitam, etiam si possit, non ei imputatur, nisi quando tenetur: non autē tenetur secundùm rectam rationem, nisi quando maius bonum concurrit, scilicet spiritualis proximi vita, vel reipublicæ temporalis: ergo ius naturæ, vel diuinum nō obligat in tali casu cibum sumere: & ita mors inde sequuta, non imputatur ad homicidium non sumenti, etiam indirectè. Sicut nec imputatur nautæ, si eius absentia nauis demergatur, etiamsi possit succurrere, quando eius absentia erat ob maius bonum, scilicet ob vitam propriam tuendam, vel salutem suam spiritualem. At illam positiuè submergere nullo fine liceret, cùm ex se deformitatem includat. Cùm enim sit actio positiua & realis, non potest non esse volita, at quando est negatiua, potest non esse volita, si alio fine præstantiori moueatur.

70 *Actionem positiuam immediatè sibi mortem inferre, nullo modo licet.*

Negatiuè se occidere ex fine bono, bonum potest esse.

Et huius sententiæ est Cordub. libr. 1. quæst. quæst. 3 § in sexta ratione, & eius solutione. Victoria loco citato, nume. 26. quo docet, licere tabulam regi relinquere: & nume. 28. docet, quòd non licet condemnato non sumere cibum, quæ contradictoria essent, si non saluentur exdiuersitate finis, vt dixi. Huius autem discriminis ratio est, quam eleganter tangit Ioan. Med. C. de rest. quæstion. 9. versic. *Quinto obijcitur.* Quoniam aliud est damnum positiuè inferre, aliud illud permittere: nam vbi est pura permissio, reperitur, alia causa per se damni illati, cui damnū seu actio venit imputanda, quę certè causa nullatenus fuit ab ipso permittente adhibita, sicut adhibitur ab eo, qui positiuè concurrit ad damnum, atque iniquam actionem.

71

Et.

Et per hęc facilè Sancti Thomæ contraria dicta conciliantur, quæst. enim illa sexagesima nona docet, quòd non sumere cibum est se occidere, quod verum esset, quando non faceret ob prȩstantiorem finem, quàm sit vita propria: & idem docuit quæstione trigesima secunda: at quādo bono fine faceret, ex commutatione circunstantiæ mutaretur voluntarium, & ita non esset dicendus sui homicida, quòd ipse docuit, cùm subiunxit, quòd dare necessaria status, & naturæ alicui magnæ personę laudabile est, imo præceptum, vt benè ibi explicat Caietanus. Per eadem explicatur locus Diui Thomę, quęstione sexagesima nona citata. Vbi pro eodem reputat non sumere cibum, & manere in carcere, quidquid Caietanus & Couarrubias dicat: nam reuera vterque est sui homicida, si non conuenienti fine facit, quòd si debito fine faciat, reuera non erit talis, vt bene adnotauit Ioan. Mai. distin. 15. quæstione 22. §. in fine. Quidquid, vt dixi explicet Caiet. & Couar. num. 10. verticul. 8. ex prȩmissis Med. & Adrian. vt si quis maneret in carcere eo fine, vt in eo impleatur iustitia, & aliis se prȩbeat exemplum, licitum esset: imo se in carcerem conijcere, & iudici præsentare: est enim finis ille, bonum virtutis, vt constat. Eodē modo intelligitur locus Augustini: illa enim actio non est se occidere, sed cessare à sustinenda vita, propter magnum finem scandali, & religionis.

72 *Verba D. Tho. (Quòd non sumere cibum est se occidere) debent intelligi, quando ob prȩstantiorem finem non facit.*

Ob has ergo D. Thom. & Aug. auctoritates, & rationem factam nostra sentētia sic explicata probabilior fortasse appareat, quam tandem hoc exemplo cōfirmo: Quia ex sententia Caietani, & Couar. sequitur, quòd Parrochus, verbi gratia, qui se sciret morbo pœnitentis certò esse inficiendum, si illius confessionem audiat, vel aliud sacramentum ad salutem necessarium ministret, aliàs in peccato mortali morituro, non teneretur, imò nec licitè posset ministrare. Quod certè videtur contra omnium sententiam. Siquidem facit id, ex quo immediatè nullo alio posito, mors est consequenda propria. Eodem prorsus modo facit ille, qui non sumit cibum. Quam nostrā considerationem video apud Ioan. Mai. in 4 quæst. illa. 22.

73 *Parrochus tenetur audire confessionē infirmo in peccato morituro, etiam si scīēs morbo pœnitētis est se inficiendam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui asserit damnatum ad mortem, benè posse manere in carcere, etiamsi posset fugere. Et similiter, quòd posset nō
74 sumere cibum, si iustè damnatus est, vt paulatim fame pereat: ille enim habet finem virtutis, qui est præstātior sua vita, sicut eum habet pro fine salutem spiritualem proximi, vel temporalem reipublicę. Vnde Diuus Thomas cū negauit vtrumque casum, intelligi debet, quando vel iniustè esset damnatus, vel iustè: ipse tamen non eo fine faceret, sed ex ira vel passione, vel certè bono aliquo fine, insufficienti tamen, vt adnotauit ipse Couar. cap. illo 2. num. 10. §. 7. Adde, quod ex dict. Couar. sententia sequitur, quòd esset iniusta lex quę præciperet, ne aliquis cibū sumeret. Quam tamen fuisse multis temporibus in Hispania scimus. Item regulas quarundam religionum damnaremus, vbi tanta est pœnitentia, & vitæ asperitas, vt vix saluari possit, eos non sibi notabiliter vitam abbreuiare.

Ex sententia Couar. sequeretur regulas quarundā religionū damnare.

75 Qui per prędicta saluari possunt, cū negatiuè habeant nō sumendo omnia necessaria ad vitam, & præcipuè cum infirmi sunt ad valetudinem, & ob id, ob finem altiorem, de quo dubitatione sequenti sermo redibit.

Denique prędicta doctrina ex eo cōfirmari videtur, q̄ vt ait Ambrosius: *Si non pauisti, occidisti*, indirectè scilicet. An si quis non pręberet, quia vel ipse, vel suus pater, vel Respublica indigeat, non propterea diceretur occidere illum extraneum: cuius nulla ratio assignari potest, nisi, quia hîc se habet negatiuè ad mortem alterius, propter meliorem finem: quod tamen sibi non imputatur, ibi tamen nullus est melior finis, & ita meritò, si non pauit occidit: & tamen certum est, vt infra dicemus nunquam licere innocentem occidere positiuè, vt gladio, vel veneno, propter illum meliorem finem, scilicet salutem meam, vel patris: signum ergo est euidens nostræ doctrinæ. Et quod magni refert negatiuè, vel positiuè se habere, vt supra diximus, & in specie docet Cord. libro primo quęstionum, q. 33. in fol. ad quartū, & quod
76 multum refert ei etiam qui negatiuè se habet, quo fine moueatur ad permittendam suam, vel alterius mortem. Denique omnes fatentur, vt infra dicemus, hominem de

de bello fugientem, qui necessariò innocentem est conculcaturus, dormientem in via angusta, non posse fugere sed teneri gradum sistere, & tamen ex mansione sequitur eius mors.

Fugere de bello nemo potest, sciens innocētē cōculcaturum esse, secundum omnium sentētiam.

Dices cum Couar. quòd non sequitur necessariò, & directè, sed ex aliorum voluntate. Pone, quod pestis vrgeat vel grauis cœli influentia, vel fluminis submersio, vel bestiæ ferę impetus, quę fugere non potest, nisi innocentē occidat. Ecce naturales & directas causas mortis, & tamē manere tenetur. Iam ergo obligaretur se occidere, si vera esset sententia Couar. quòd non facere, vel facere id, ex quo mors per se & immediatè sequitur, est seipsum occidere. Hęc doctrina explicari etiam lucidius potest, per ea quę de peccato communiter docent Theologi: peccatū enim committere positiuè nunquam licet, quocunque fine moueris. Nam eo ipso, quòd directè facis, non potest non esse volitum peccatum, quod nullo fine potest esse licitum: at negatiuè concurrere, id est non vitare peccatū, cū possis, si meliori fine moueris (quod est permittere) licitum est, nec tibi imputatur, quod tamen imputaretur, si nullo fine, aut insufficienti faceres. Et ita Deus Opt. Max. qui à peccato longè abest, permissiuè & indirectè se habet, nolens impedire sæpe cū possit, ob fines, vel suæ iustitię manifestandæ in puniendo, vel misericordiæ in ignoscendo, vel ob alios sibi notos: imo vt Nauar. & alij docent, etiam homini id sæpe licet, vt si pater permittat filium sibi furari, vel aliud peccatum committere, quo illū postea salubrius & melius corrigat, quod infra latius explico capite sexto.

Peccatum committere positiuè, nunquā licitum est secundum Theologos

Non vitare peccatum bono fine (id est illud permittere) licitum est.

Licitū est patri peccatum filij permittere, quo illū postea melius corrigat.

Ad calcem huius dubitationis placet interrogare de sumēte venenum specialiter: an sit sui homicida, proprié & directè? Victoria numero illo tertio, putat non esse positiuam occisionem, & ita licitum esse, ob iustum tamen finem, & posse esse legem ad id obligantem. Cui addo id, quod de Socrate legimus, & à Cicerone, & aliis maximè laudatum, qui mortiferum bibit poculum, &c. Sed mihi nō placet ista sententia: si enim ille ignitum ferrū, vel plumbum ardenter liquidum sumeret, quis dubitat, quin se in-

78 *Sumēs venenū directè, & propriè, veré homicida est? cōtra Victoriam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terimeret. Si enim qui se in flumen inijceret, planè se occideret, ergo multò magis, qui aquam ipsam, respiratio-
79 nem, & vitam auferentem, sumeret intra stomachum, vel ignem ipsum, ergo & qui venenum. Quid enim refert, an calore, vel frigiditate nimia, mors eueniat, si vtrumque ab eodem applicatur? Præterea, liceret, etiam sibi venam abscindere, vt paulatim deficiēte sanguine, moreretur, vti quidā molles animo fecerūt, vt suauius morerētur. Quid enim interest, an in fundendo mortiferū, an effundendū quod est vitale, pereas? Denique ex Victoriæ sententia, qui non sumit cibum, seipsum occidit. Nonne ergo magis de proximo se habet ad mortem, qui potum venenosum in stomachum inijcit.

Et per hæc resoluenda est dubitatio de sumentibus venenum, vel permittentibus se ab scorpione, vel vipera morderi, vt triachæ virtutem experiantur â farmacopolis. In quo Nauar. cap. 15. nume. 8. refert opinionem dicentium non esse mortale, dum tamen quædam concurrant. Primum. vt componens illam pro homine legali habeatur. Secundo, vt in bruto animali periculo facto, virtus eius comprobata sit: & quòd sumens eam, credat esse talem, & nullum esse mortis periculum. Ipse verò putat post factum veram esse hanc opinionem: sed ante factum eam damnat. Sed certè id mihi displicet: si enim est homicidium, vel aliud peccatum mortale ante factum, non minus erit post factum, & peccati mortalis, & pœnitentia imponenda. Quòd si post factum non damnat peccati mortalis, & non ante factum, variat naturam rerum. Quare ego dicerem in hac re, quòd stantibus conditionibus prædictis, vel alijs quibus sit probabile, non sibi nocitu-
80 rum venenum, licitum est accipere. Est enim ac si non acciperet quoad effectum moriendi. Si vero talis probabilitas non adsit nullo fine, licitum putarem. Est enim directa & positiua occisio sui, vt infra dicemus.

Idem iudicandum est de eo, qui aliquo vtitur loco, cum periculo probabili vitæ, vt qui ambulat per funes altissimos volitans, vel qui ex turre vel ponte se influuium præcipitat, vt ait Nauar. nu. 8. & Syluest. verb. Ars. Secus si viribus

Permittens se ab scorpione morderi, aliquibus causis concurrētibus, licitum est.

Licitum est volitare si ita velocitate polleas, vt periculū

viribus & velocitate ita polleat, vt prudentis arbitrio nō sit tale periculum. Facit (ait Nauarrus) Extrauagans prima, de Torn. Ioann. 22. sed parum ad rem meo iudicio. Ibi enim. Primum, non approbantur torneamenta, 81
& Hastilidia, sed tantum prædecessoris sententia de excommunicatione reuocatur & cum irregularitate inde contracta dispensatur. Deinde, vt ibi constat, non erant torneamenta prohibita ob periculum homicidij, sed quia impedimentum præstabant profectioni ad terram sanctam & ita parum agit ad rem. Simile enim mihi videtur decretum illud, & illud, quod de reuocatione censurarum edidit Gregor. 13. Rom. Pontif. quas tulerat Pius V. eius prædecessor circa taurorum agitationem Gregor. enim non probauit factum: sed amouit censuras. Vnde ex eius Extrauag. argumentum sumi non potest, vt licitus sit huiusmodi ludus, de quo infra sermo redibit.

nullum esse arbitratur.

QVINTA difficultas sit, quæ etsi precedenti appendi potuisset, tamen placuit specialiter ac separatim tractare, an liceat asperitatibus, ieiuniis, & corporum afflictionibus ita vti, vt vel saluti noceat notabiliter, vel vita notabiliter abbreuietur. Nauar. capite 15. numero 120. putat esse peccatum mortale si aduertit sibi vitam decurtare, etiamsi non ea intentione faciat. Probat ex cap. non mediocriter, de Conse. distinct. 5. quòd sensit Coua. 1. Varia. cap. 2. nume. 10. Caiet. 2. 2. quæstione 147. art. 1. Quamuis si non animaduertatur vitæ diminutionon erit peccatum: si aduertatur, & prętuia causa pietatis, & mortificationis fiat, erit veniale, vt Caiet. & Couarr. docent: si non ea causa fiat erit mortale vt idem fatetur Sot. de tegendo secreto, membr. 1. q. 3. conc. 3. in consir. 5. arg. Cordo. in annot. super eum locum.

Quinta difficultas.

Peccatum mortale est asperitatibus vti, aduertens vita sibi decurtari, secundum Nau.

Et prob. Primum, quoniam vt dictum est nemo est dominus vitę vel salutis, ac per consequens sui homicidæ, cē seri posse videntur. Deinde, quia id Apostolum damnasse apparet, cum dixit, *rationabile obsequium vestrum*. Vnde ad Timoth. scribens, ait, *vtere modico vino propter stomachum & assiduas tuas infirmitates*. Præterea, quia corporis castigatio de se non est bona, aut mala, sed in quantum deseruit

82

Castigatio corporis de se nec bona, nec mala est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortificationi appetitus, & passionum animi inordinatarum, iuxta illud Pauli, *castigo corpus*, & illud eiusdem, *carnis curam ne feceritis in concupiscentijs*, quem locum Hier. in d. cap. Non mediocriter, adducit reprehendens immoderatas abstinentias. Ergo id tantum est licitum, quantum ad eum finem deseruit, vltra quod, & contra rationem agere videmur, & esse Dei cõditioni inimici. Deinde quoniam qui votum faceret immoderatarum afflictionum animę planè peccaret, & implere nõ teneretur, vt docet D. Tho. 2.2. q. 88. artic. 2. ad 3. id ergo est quia materia est illicita, & impedit maiora bona. Vnde in regula religiosissimorum ac sanctissimorũ Patrum Societatis Iesu à Sede Apostolica approbata sic scribitur: *Corporis castigatio immoderata esse non debet; nec indiscreta in vigilijs, & abstinentijs, & alijs pœnitentijs externis ac laboribus, quæ & nocumenta afferre, & maiora bona impedire solent.* Quę constitutio ac regula desumpta mihi ad verbum videtur ex Beato Hieron. relato in dict. cap. Non mediocriter, quem refert Polycarpus lib. 3. tit. 25. sine authoris nomine, *Non mediocriter (* ait Hieron.*) erant, qui bono magno præferunt mediocre bonum, vt propter abstinentiam immoderatam, & indiscretam psalmorum, aut officiorum decantationem, aut amentia, aut tristitiæ notam incurrant.*

Regula sanctissimorum Patrũ Societatis Iesu circa corporis castigationem

83

84

Facit & illud Apostoli: *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est pietas autem ad omnia valet.* Vnde Hieron. quem citat D. Thom. 2. 2. quæst. 147. art. 1. ad 2. & refertur in dict. cap. non mediocriter de cons. d. 5. Nõ differt vtrum magno, vel pauco tempore te interimas. Quia de rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel manducandi, vel somni penuria corpus affligit. Ac proinde D. Thom. ibidem ait contra rectam rationem esse, tantum de cibo subtrahere, vt natura conseruari non possit, vel vt homo reddatur impotens ad debita opera peragenda.

85

Cibis delicatioribus ad vitam prolongãdã vti, nullus tenetur

Sed quoniam ista parum ad restitutionem facere videntur, placet breuiter hęc resoluere. Dicimus ergo. Primũ neminem teneri etiamsi possit, ad vitam prolongandam, vti cibis delicatioribus: sed communibus naturaliter productis.

ductis. Ita sensit in specie Couar. vbi supra Mar. in 4. distinct. 38. quæst. 24. Adrian. quodlib. 4. articu. 3. ad 4. Gerson tractatu de abstinentia. Carthus. à carnibus, Sot. 5. de Iust. quæst. 1. arti. 5. ad 1. & Cord. libr. 1. q. q. 38. in fol. ad 4. Secundò certum est, quòd si animaduertens se vitam notabiliter minuere vtitur prædictis ieiunijs, vigilijs, abstinentijs, psalmorumque decantatione, nisi causa pietatis, vel ignorantia inuincibili faciat, peccat mortaliter, vt Caiet. & Couar. & cęteri planè confitentur, cum passionis, desperationis, & temeritatis opus sit in regraui. Tertio videtur, eas abstinentias, vigilias, & labores esse licitos & laudandos, qui ex regula sunt instituti. Ij enim putandi sunt non esse contra rationis & discretionis regulam. Cum & à Summis Pontif. sint probati, & multorũ Sanctorum doctorumque virorum in talibus congregationibus viuentium vsu confirmati, & ad veram animi & passionum mortificationem, & veras virtutes assequendas accommodatis & ad proximorum denique ædificationem, & singulare pœnitentiæ, & virtutis exemplum.

86

Abstinentiæ & vigiliæ ex regula institutæ licitæ sunt.

Quarto dicimus, eas afflictiones ac corporales labores, qui à priuatis eorum personis, vel superioribus concedentibus, vel præcipientibus, vel subditis ipsis voluntarie sumentibus, cum discretionis, & rationis regula esse sumendos, & continuandos. Qui verò sint tales, & qui contra: regulam certam assignare nõ possumus, quisque sibi iudex erit, secundum ea quæ in argumentando proponebantur, manifestando ea suis prælatis & confessoribus, ne dæmonum illusionibus decipiantur. Cui periculo magis sunt exposíti heremitę. &c. Qui non habent, quem consulant, & ideo debent frequenter pios, & peritos viros adire. Vt enim ait author illius summæ pietatis, & diuinę cuiusdam sapientiæ, libelli de Imitatione Christi, vulgo cõtemptus mundi, &c. Et vt ait regula sacræ Societatis Iesu, totam suam animam aperire debent, quàm integrè suis superioribus manifestam esse pergratum habeant: nec solum defectus aperiant, sed etiam pœnitentias, vel mortificationes ac virtutes omnes, voluntate pura optantes ab illis dirigi, si cubi à rectitudine deflecterent, nolentes suo pro-

Afflictiones corporum à superioribus concessæ, vel voluntariè sũptæ à subditis, cum discretione sumẽdæ, & continuãdæ sunt.

87

Universidad de Deusto
Biblioteca

prio sensu duci, nisi conueniat cum iudicio illorũ qui Christi Domini nostri locum habent, &c. Nam vt Apost. ait, sæpe Satanas in Angelum lucis se transfigurat. Sed cum hæc ad institutum non faciant, prætermitto.

Illud breuiter dicam, dubiam & difficilem mihi videri eam distinctionem quam efficiunt Caiet. & Couar. loco citato, de eo qui præuia pietatis causa bonoque zelo sibi vitam abbreuiat, quem peccare venialiter putant. Eum verò qui eo fine & intentione secluſa, fecerit, lethaliter delinquere.

Hæc inquam dicta facere difficultatem videtur. Si enim semel peccatum concedant, cum materia leuis non sit sed grauis, & alioqui motus non sit subreptitius, vix tandem intelligo, quo pacto sit tantum veniale peccatum, & non potius mortale. Si enim eo fine non faciens peccat, cur finem esse bonum tollet malitiam obiecti, & veniale efficiet. Quod si tolleret: tamen in totum tolleret, vt opus licitum redderetur. Quo modo enim si malum relinquitur, & circa idem obiectum ratione finis erit malum veniale? Itaque rogo ab his potissimum doctoribus, isto modo. Cum vitam sibi notabiliter minuere ac decurtare, sit
88 malum ex obiecto, sicut est grauem infirmitatẽ, aut morbum grauem procurare, aut id efficere ex quo sequatur, & sicut etiam est malum se mutilare, & occidere. Quemadmodum, si ista pietatis causa fiant non excusantur à mortali, nescio cur & illud excusetur: vel certé si excusatur, vt dicebam in totum deberet excusari, cùm neque ex parte materiæ sit paruitas, nec ex parte voluntatis. Et ita videtur liberé tradita illa distinctio. Quid ergo dicendũ? Iam sanè respondi, quid in ijs actionibus, ne erretur, agendum putarem. In eo casu magis posset recipi præfata sententia (si admittenda esset) quando quis ita pietate ac bono zelo moueretur, vt non aduertens: sed ignorantia quadam sibi licitum putaret forè, sicut etiam plures, qui prædicto zelo, & intentione bona sibi abscinderent digitos, vel virilia, vt quæst. sequenti explicabimus.

De

De mutilantibus seipsos.

SVMMARIVM.

Vt dicì non licet etiam si dignus sit morte, ad eam se condemnare, num 89

Sibi ex quacumque passione membrum amputans, mortaliter peccat, num 89

Sicut nullus vitæ ita neque membrorum dominus est, num. 90

Propter corporis salutem, licitum est sibi membrum abscindere, num. 91

Habens manum transfixam parieti, potest sibi brachium abscindere, pro vita saluanda, secundum Sotum num. 92

Se positiuè mutilare habet intrinsecam malitiã sicut se occidere. num. 93

Ob delictum commissum & reipubl. bonum, potest quis cogi admutilationem, num. 95

Nisi causa infirmitatis, vel mortis corporis, licitum nõe st se mutilare. num. 95

Bene potest aliquis cogi a prælato & repub. ad mutilationem, dum ingens dolor subeundus non sit, num 95

Ob mortẽ vitandam in fornicationem consentire, non licet, num. 96

Femina immota immannes si negatiuè se habeat licitè se sinere cognosci potest, num, 97

Exterius Christum negare hæresis est. num. 97

Se positiuè occidere nec pro fide licitum est. nu. 99

Se positiuè occidere ob peccatum non licet, & contrarium dicere hæresis est. num. 100

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martyrium nulla mala circunstantia depraua tum, licitum esse de fide tenendum est, num. 101
Se martyrio indiscretè offerre peccatum mortale est, num. 102
Qui Ecclesiæ esset maximè necessarius, martyrio se offerre non liceret. num. 102
Vt vitetur vituperium infidelium morti se offerre pro Christo tenentur Christiani, num. 103
Pro quauis virtute mortem oppetere verè martyrium est, num. 105
Extorquens mortem in odium alicuius particularis virtutis, mortem irrogat, num. 105
Pro quacunque virtute, vel culpa vitanda moriens, plenam pœnæ & culpæ remissionem accipit, num. 071
Ex quacunque sui occisione nulla restituendi obligatio est, nisi occisio sui peccatum esset contra iustitiam, num. 108

Sexta difficultas.

SEXTA dubitatio, vtrum liceat seipsum mutilare? Videtur enim esse illicitum quocunque fine fiat, etiam ad sanitatem. Quia vt supra dictum est, homo non est dominus membrorum, sicut nec vitæ, & cũ propterea dictũ sit se occidere non licere, etiam ob altissimum finem vel reipublicæ, vel animæ proximorum, vel propriæ, consequẽs est, vt neque mutilare se liceat ob aliquem finem.

Primo certum est, quòd si quis authoritate publica (quia alias est dignus) sibi membrum amputauit, an peccet mortaliter est eadem quæstio cum ea de occidente seipsum, cũ iustè ad id genus mortis est damnatus, vt in se mortis sententiam exequatur, quod supra sub dub. relinquere voluimus: minor tamẽ est difficultas de mutilatione, vt statim dicemus. D. Thom. 2.2. q. 64. ad 6. ad secundum, & Sot. lib. 5 de iust. & iur. q. 1. articul. 5. ad 2. planè fatentur, non esse licitum iudicẽ etiam si dignus sit morte, vel mutilatione,

mutilatione propter quodcunque peccatum seipsum occidere, quod non solum videntur sentire de executione sententiæ, ita vt non liceat in se manus iniicere, sed etiam de iudicio, ita vt non liceat se ad mortem condemnare sentẽtia. Subdit enim: *Licet autem ei se committere iudicio aliorum.* Quasi patenter dicat sibi non licere de se iudicium facere vel ab alio iudicatum sibi mortem inferre.

Iudici non licet, etiamsi dignus sit morte, ad eam se condemnare.

Secundo, certum est, quod si quis priuata authoritate, nullo fine, vel non sufficienti sibi membrum ipse amputaret, nempe ex impatientia, ira, vel verecundia, vel alia passione peccaret mortaliter. Dixi bono fine, sed non sufficienti propter eos qui vel ignorantia, vel bono zelo, sed non secundum scientiam id fecerunt. Vnde Origen. lib. 6. cap. 6. hist. Eccles. fertur se castrasse, vt ad litteram (vt putabat) verbum Christi impleret, de ijs, qui propter regnum cœlorum seipsos castrauerunt, vt securius per domos prædicaret mulieribus, quod illi flagatio tribuitur, vt habetur 55. distinct. cap. Si quis à medicis. Et Marci factum, qui sibi pollicem amputauit ex humilitatis abundantia ne sacris initiaretur, nisi ex Dei reuelatione (quam piè credi potest intercessisse) excusetur, laude dignum non est.

Sibi ex quacũque passionemẽ brum imperãs mortaliter peccat.

90

Ita docuit Sot. lib. 5. quæst. 2. art. 1. concl. 3. Nauarr. cap. 14. num. 8. & 11. Et ratio est plana, quia sicut nec vitæ, ita nec membrorum quis dominus est, & ita mortaliter peccat contra sui dilectionem, quam naturali & diuino iure seruare debet. Et denique omnia quæ supra de occidente se attulimus, eadem prorsus huius actus deformitatem probant. Et multò magis vbi quis non bono zelo & intentione, sed ex impatientia dedecoris, paupertate, aut alio infortunio id facit. Et de his loquitur cap. Si quis distinct. 55. Quamuis enim absolutè loqui videatur: tamen reuera loquitur extra necessitatem corporis, vt patet ex can. Si quis 2. & 3. eadem distinct. & cap. Si nõ licet 23. quæst. 5. Et apertius in cap. Ex parte, & cap. Significauit, de Corpor. vitiat. id decreuit Clemens 3. citans prædictum cap. Si quis à medicis, distinct. 55. his verbis, Sanè cum secundum statuta Nicæni Concilij, illi

Sicut nullus vitæ ita enquemẽ brorum dominus est.

91

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad clericatus ordinem prohibeantur accedere: si etiam in clericatu fuerint, cessare debeant, qui se ipsos sani abscinderunt, vel affectauerint, vt ab alijs abscindantur. Quod ipsum sancitum est ab Innocen. 3. in epist. ad Felicē Nucerianum Episcopum, vt refert Burchar. lib. 2. cap. 14. ex prædicto Concil. Nicē. cap. 10. Vnde isti tales sunt irregulares, & si clericus est, vt quibusdam videtur (ex quibus est Nauar. vbi supra) est excommunicatus. Sed de his alibi copiosius.

Propter corporis salutem licitum est sibi membrum abscindere.

Tertio videtur, quod propter corporis salutem non solum esset licitum permittere se truncari membro, sed etiā id in se exequi potest. Ita plane docuit D. Thom. quæst. illa 68. art. 5. ad tertium, Sotus, & Nauarr. locis citatis, Syluest. homicid. 1. quæst. 1. dict. 1. & homicid. 3. q. 3. distinct. 1. Ratio est plana, quia ius habet totum ad sui salutem cum damno partis non solum vt ait Sot. quia cū sit idem esse totius & partis, salus totius est salus partis, & ita si totum periret, pars consequenter periret: vnde videmus brachium naturaliter inclinari ad defendendum caput, vel totum corpus cum sui periculo: sed etiam quia totum est principalius bonum & finis partis, & ita etiam si per se haberet esse (vt patet de parte morali, quę non est coniuncta in vnitate suppositi) deberet exponi pro salute totius, & id plura iura docent. Nec iudicio nostro ille esset irregularis.

92

Sed rogas an id etiam verum sit, quando non ex morbo naturali, sed fortuitō, vel igne inuadente, vel ex hoste irruente. Et est casus Soti, vt si quis in bello haberet manū sagitta transfixam parieti, an liceret, vt mortem fugeret vi brachium extrahere ibi manu relicta. Sotus dicit in eo casu & similibus esse licitum, sicut de morbo omnes fatētur. Quia inquit illud est ab intrinseco, & idem est, si canis dentibus aliquem teneret, vel occulsus per fenestram exiret cum periculo frangendi membrum: at quando est ab extrinseco, quando scilicet quis mihi minatur mortem nisi resecem linguam, vel manum, non liceret secare ob rationem finem, sed certe vix ego discrimen esse qui possum inter ista duo. Si enim cum necessitas est ab extrinseco,

Habens manū transfixam parieti, potest sibi brachiū abscindere pro vita saluanda, secundum Sot.

93

seco, licitum est vel seipsum resecare, vel id volūt ariē pati ob ius maximum, & id naturale, quod totum habet ad sui conseruationem cum detrimento partis, non certe peioris conditionis debet esse innocens propter alterius malitiam. Vtile enim non vitiatur per inutile, vt patet. Quid enim refert, an ab homine, vel à cane, vel à ferro cogaris.

Dices, quōd licet id concedi posset de truncatione negatiua, vt si hosti manum porrigeres, vel linguam abscindendam ob salutem totius: tum id per te exequi, & efficere est intrinsecē malū, cū sit positiuum sui homicidium. Et ita nullo fine possit bene fieri. Respondetur. Primum, id argumentum mutilum, & ideo nihil probare. Sequeretur enim, quōd quando est necessitas, vt Sotus loquitur, ab intrinseco non liceret resecare membrum, sicut nec se occidere. Respondetur, vt simul argumentum in principio factum resoluamus, quōd se positiuè mutilare non habet intrinsecam malitiam, sicut se occidere. Cuius rationem reddit D. Thom. in illa solut. 3. Quia homo est lib. arb. in his, quæ pertinent ad præsentem vitam, & tale est membri mutilatio ob salutem, at trāsitus de hac vita in aliam, non est sibi commissus, sed Dei voluntatis est. Rectè sanē. Ego aliter respondeo non quod hanc D. Thom. solutionem minus sufficientem putem (quōd esto) nullus sit dominus vitæ, sicut nec membrorum: tamen qui se occidit ideo peccat, quia iniuriam infert corpori, illud vita priuando, cui iuri nullus potest renunciare, Deo sic iubente. At qui mutilat ob saluandum corpus, nullam ei iniuriam facit, sed potius eius bonum procurat, & ita non habet ex se vllam deformitatem, sed laudem.

Se positiuè mutilare non habet intrinsecā malitiam, sicut se occidere.

94

Dices. Liceret ergo se occidere ob bonū Reipub. quia eius bonum procurare licet, cum etiam sit membrum, & pars Reib. Respondetur, non esse simile: quoniam ius totius moralis, vt est Reipub. non est naturale: sed ciuile, at ius totius corporis, qui dat parti esse & viuere, est naturale & maximum, & propterea natura ipsa liberrimam facultatem præbente, licet pro salute corporis membrum resecare: non tamen pro salute Reip. se interimere. Sed non

liceret

Universidad de Deusto
Biblioteca

liceret pro salute reipub. vel speciali proximi se mutilare? id sanè pati, sicut & morti se offerre planè licet, sed exequi, dubitabilis est articuli, etiã si authoritate publica fiat vt supra dixi.

95

Ob delictum cõmissam & reipublicæ bonum potest quis cogi ad mutilationem.

Secundò rogas. An ad id cogi posset à principe, vel prælato, saltem vt pateretur mutilationem? Respon. ob delictum planè potest, sicut ad mortem cogi posset ferendã. Secundò propter reipub. salutem, etiam potest. Quia, vt infrà dicemus, ipse tenetur non solum membrum: sed vitam offerre. An verò ipse se ob eum finem resecare possit dubitatio est, vt dixi. Quia non videtur esse illud maximum & naturale ius, vt licitũ videatur, sibi manus injicere ad vulnus, vel abscisionem. Et primò, iura citata simpliciter docent non licere, nisi causa infirmitatis vel mortis corporis. Et Sotus planè docet lib. illo 5. quæst. 2. art. 1. concluſ. 3.

Nisi causa infirmitatis, vel mortis corporis licitum nõ est se mutilare.

Tertiò, putat Sotus cogi posse à prælato proprio, sicut etiam potest cogi, vt alia medicamenta sumat: quamuis si esset ingens dolor subeundus non teneretur: at à Repub. cogi non potest. Primum placet, quod ait de ingenti dolore. Non enim credendum est Deum obligare, vt vitam cum tanto dolore seruet. Deinde putamus concedi posse, quod ait Sot. quod à Repub. non potest, benè tamen à prælato cogi. Et probari posset: quia potestas iudicis tantum est respectu boni communis immediatè, ideo cedere potest huic fauori, & ita à Repubi. cogi non posset: at à patre vel à prælato cogi posset, cum illis priuatum bonũ huius, & cura sit commissa. Quamuis ergo aliter dicerem quod tam à Republ. quam à patre vel prælato cogi posset. Cum enim ipse teneatur iure naturali media licita ponere ad sui cõseruationem. Quis enim non damnaret eum qui absque magno dolore cum possit saluti corporis succurrere se mori permitteret? Cum ergo teneatur iure naturali & diuino, certè à principe ad id cogi posset. De irregularitate ex mutilatione voluntaria plura hic dici poterant notatu digna, quæ ne modum exceda mus dimittimus.

96

Bene potest aliquis cogi à prælato, & repub. ad mutilationẽ dum ingens dolor subeundus non sit.

SIT ergo septima dubitatio, vtrum pro vitanda fornicatione

97

septima difficultas.

nicatione liceat se occidi permittere, verbi gratia. Minatur tyrannus vel alius iniquus homo, vt rem cum viro, aut secum mulier honesta habeat. Alias eam interemptu rum, an illa possit vel teneatur mortem subire? Respond. Primum consentire etiam ob mortem vitandam in fornicationem non licere, cũ sit peccatum, vt cõstat: & ita mors illi non imputatur, cũ negatiuè se habeat ad mortem, & pro bono virtutis, quo tenetur non peccare. Secundò dicendum esse idem de viro, cui ob nullum mortis metum licet, coire vllo modo. Quomodo enim id facere potest sine consensu? Cùm enim actiuè concurrat, planè consentire debet.

97

Ob mortem vitandam, in fornicationem, cõsentire nõlicet

Tertio ergo putamus de fœmina, qnôd si eo casu negatiuè se habeat immota manens, licet in foro exteriori iudicaretur rea adulterij, vel stupri, quia tacuit, tamen in foro animæ, si intimus non consentiat licitè potest se finere cognosci. Ita docuit Sot. vbi supra. Dum enim nec consensus est, nec periculum consensus, non est peccatum. Et ita ad vitandam mortem potest finere se corrumpi, & per se consequens morti cooperaretur propriæ, si resisteret. Cùm possit se licitè liberare. Quæ enim in vita patitur, non solum absoluta violentia, sed etiam ex metu mortis virginitatem non amittit, cum non consentiat. Licet neque etiam dissentiat, sed negatiuè se habeat. Non enim inquinatur corpus, nisi de cõsensu mentis, vt B. Lutia aiebat. Vnde egregiè declamans quidam, de Lucretia, quem refert August. 5. de Ciuit. cap. 20. ait: Mirabile dictu duo fuerunt, & vnus adulterium commisit, cuius castissimam voluntatem laudat ibi August. & tamen constat non vi: sed metu mortis oppressam fuisse. Quia tamen difficile putamus ob vehementem naturæ, in hunc actum, inclinationem & delectationem, non consentire, ideo licitè poterit id periculi præueniendo resistere etiam morte spreta. Tum enim laudabiliter pro virtute moreretur, & ne inde offensam fortasse incurreret: sed ad id efficiendum non putarem teneri, vt dixi, nisi probabili periculo cõsentiendi se exponere. Est namque naturę vitęque tuendæ maximum ius.

Fœmina immota manens, si negatiuè se habeat, licitè se sinere cognosci potest.

98

Universidad de Deusto
Biblioteca

99 *Octaua dubitatio.*

OCTAVA dubitatio sit, quando licitum sit & sub præcepto mortem subire voluntariam pro Christo, & fide tuenda, vti martyres fecerunt. In quo suppono fuisse hæresim, vt refert Castro verb. martyrium Ecclesiastarum esse, exterius negare Christum. Quæ doctrina homines à martyrio auertebat. Quia dummodo corde fixus sit Christus, ore nihil refert negare tempore necessitatis. Ita refert Euseb. lib. 6. histor. Ecclesiast. cap. 28. Hic error planè conuincitur. Primum, quia est mendacium quod nulla necessitate licitum est. *Os enim quod mentitur occidit animam*, Sap. 1. Deinde, quia Matth. 5. planè dicitur, *qui me negauerit coram hominibus, &c.* & illud, *qui amat animam suam &c.* & ad Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem &c.* Item quia iure diuino tenemur esse testes resurrectionis, & virtutis Christi. Hoc enim significat nomen martyris, iuxta illud, *eritis mihi testes in omni Iudea, &c.* Actor. 1. Testimonium autem non datur solo corde, vt patet. Maximè si eam ore neget testificando contrarium, vnde sit falsus testis. Vnde Prouer. 21. *Testis falsus peribit.* Tenetur ergo veritatem palam confiteri, vt sit verũ, quod præstat tollerare mortem quam negare vitam vt simus testes fideles. Denique quia talis negatio est in dedecus Christi & contumeliam: quod apertè est illicitum, &

100 maximum crimen.

Se positiuè occidere, nec pro fide licitum est

Se positiuè occidere ob peccatũ non licet, & cõtrariũ dicere hæresis est

Secundo supponendum est, quod se positiuè occidere pro fide non est licitum, vt suprà diximus (nisi de speciali reuelatione atquè impulsu fieret, vt de Sansone & sanctis quibusdam fœminis supra diximus.) Nec id licet ob peccatum commissum, & oppositum est hæreticum, quæ fuit hæresis Petiliani, vt recenset Castr. libro. 10. verb. martyrium. Qui error satis conuincitur ex facto Iudę, qui dolens de peccato Matth. 27. se suspendit pœnitentia ductus. Atque idem est iudicandum de mutilatione propria quamuis id supra sub dubitatione reliquimus, vt aliæ mulieres sanctæ fecerunt, quę in martyrio linguam dentibus truncatam expulerunt. Quod verò aliq rogabant carnificem vel tyrannum, vt sibi mortem pro Christo inferret (vnde Laurentius dicebat, assatum est, versa & manduca)

non

non tam animo ei consilium illud dandi dixisse sunt credendi: quàm ostendendi propriam pro Christo fortitudi 101
nem, & virtutem, & tyranni indefessam malitiam. Vnde non sunt censendi propriæ mortis cooperatores, & ita iudicio nostro explicari posset istud Christi ad Iudã. *Quod facis fac citius*, non quod ipse consuleret nefandum scelus: sed quo ostenderet eius fortissimum & inuictissimum animum, quo mortem citò superare cupiebat iuxta illud: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam illud.*

Tertio suppono martyrium ex obiecto esse licitum, ni si aliqua mala circunstantia deprauetur, tanquam de fide tenendum, quod vt excellens religionis, & virtutis opus Ecclesia semper ita colendum putauit, vt ob id dumtaxat martyres in sanctorum numerum retulerit, censueritque per actum martyrij omnia condonari peccata, & veluti quodam baptismo sanguinis (sic enim à magistro suo appellatum videmus) homini gratiam & gloriam conferri. De quo aliàs. Huius autem virtutis perspicua laus est in Euangelio docente Christo. *Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam.* Et Paul. ad Heb. 11. Miras martyrum laudes narrans, ait: *Quibus dignus non erat mundus*, sanctos eos apertè nominans, cum dicit, *sancti per fidem vicerunt regna.* Vnde Stephanus primus martyr in ipso martirij actu *vidit cœlos apertos, & Iesum stantem á dextris virtutis Dei*, vt habetur Act. 7. Et ita superuacaneum putamus ista altius repetendo probare.

Martyrium in nulla mala circunstantia deprauetur, licitũ esse, de fide tenendum.

Quarto contrà putamus vitiosum ac mortale peccatũ 102
contrà propriam dilectionem martyrio se indiscretè offerre, vt ait Nauar. cap. 15. num. 12. Quod tunc contingit, si ex tędio vitæ vel non in fidei & Christi honore, sed potius in dedecus & irrisionem cederet. Vnde per multos sanctissimos viros legimus latuisse tempore persecutionum. Nec se morti, cum necessarium non esset inepte obtulisse. Idem etiam esset si quis in Ecclesia esset maximè necessarius. Tum enim non laudabiliter se exponeret. Sic enim prudenter plures sancti Pontifices & Prælati fecerunt, vt Syluest. Anna. & alij, qui sua vita, maioplus Ec

Se martyrio indiscretè, offerre, peccatũ mortale est.

Qui Ecclesiæ valdè esset necessarius, martirio se offerre non liceret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesiæ profuerunt, quâm morte profuissent. Vnde Christus R.N. *Cum vos* (inquit) *persequentur in vna ciuitate fugite in aliam.* Nec ij suæ vitæ amore, sed fidelium necessitate fecerunt. Et ita Paul. *infirmatus*, inquit, *sum vsque ad mortem, sed dominus misertus est mei propter vos, ne tristitiam super tristitiam haberem*, cum tamen aliàs (si ad se tantum respiceret) dissolui cuperet & esse cum Christo. Et S. Martinus: *si populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* Igitur quandoque martyrio se offerre vituperio, in vita verò manere laude dignum videtur, cùm præsertim non ad honores, & delitias, sed ad solicitudines Ecclesiarum, & labores pro Christo & fratribus perferendos manendum sit. Tum ergo est laudabile cum fructus speratur, vel in fide seminanda, & propaganda, vti nostris temporibus religiosi sanctissimæ Societatis apud Indos, nec non & alij sanctissimarum religionum viri fœliciss imè summa cum laude, atque constantia præstant: sed non quandocunque est laudabile, est obligatorium. Quare dicamus oportet, quando martyrium sit in præcepto. 103

Vt videtur vituperium infidelium, morti se offerre pro Christo tenẽtur Christiani.

Quinto ergo existimamus tum hominem teneri vitam pro Christo offerre cum si non faceret vituperio esset apud infideles ministerium nostrum. De ijs enim ait Christus, *qui me erubuerit coram hominibus, &c.* Et, *nolite timere eos qui occidunt corpus, &c.* Et illud: *Qui amat animam suã*, id est, vitam suam, *perdet eam*, & ratio est plana, quia pluris facere vitam quâm Christi honorem & fidei manifestum peccatum est. Vnde Beatus Petrus mortaliter peccauit Christum metu adhuc mortis negando, & omnes illi, qui tempore persecutionis publicæ retroceserunt, & Christiani, qui hodie apud Turcas Christum negant metu mortis, vel alterius damni, qui aptiores sunt ad æternum interitum, iuxta illud, *qui mittit manum suam ad aratrũ, & respicit retro non est aptus regno Dei.* 104

Dubitatio ergo est, an liceat sitque laude dignum pro quauis virtute mortem oppetere, & an sit verum martyrium. D. Tho. 2. 2. quæst. 124. art. vltim. Palud. & doct. in quarta distinct. 49. Sylu. & Summistæ in verb. martyriũ concorditer fatentur esse verè actũ martyrij. Dicunt enim

enim martyrium esse veritatis diuinę testificationem. Ratio D. Thom. est: quia opera bona facere, & mala vitare sunt fidei quædã protestationes iuxta illud Iaco. *Ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* 105

Pro quauis virtute mortẽ oppetere verè martyrium est.

Primum in hac dub. mihi videtur verisimum esse hãc doctorum resolutionem. Si quidem Ecclesia Ioan. Baptistę martyrium celebrat, quem constat non in odium fidei esse interfectum, sed quia adulterium reprehendendo testificabatur. Vnde in odium alterius virtutis est occisus. Secundò videtur, quòd martyrium non necessario includit veritatis diuinę testificationem, licet supradicti authores id docent. Quamuis enim martyrium â testificãdo dicatur: sed tamen aliud est â quo nomẽ imponitur, & aliud ad quod imponitur, & id est (iudicio meo) vitã pro Christo profundere, siue id fiat veritatem asserendo, quod est testificari, siue virtutẽ colendo. Quod ex eo constat: quia omnes fatentur, & est cõsuetudo recepta, aliquorum martyria celebrantur, quos constat non fuisse interfectos, vt fidei veritatem negarent, vt constat de Ioan. Baptista, & Thoma Cantuariensi Episcopo.

Dices cum D. Thom. iam illi operibus fidem protestabantur. Sed sanè id non videtur, cum constet illos actus non pertinere ad fidem. Quamuis enim protestatio exterior vocalis, qua quis firmiter dicit se esse Christianum, & etiam cùm non verbo, sed opere religionis veritatem profitetur, suscipiendo Christi sacramenta, & cæremonias nẽpe die Veneris carnibus abstinendo, &c. quę licet exterior, dicitur tamen fidei confessio, eiusdem prorsus rationis cum actu interiori fidei, vnde, *corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem*: tamen actus, quo Deum diligit, vel adulterium reprehendit, vel Ecclesiæ immunitatem defendit, non est fidei vel religionis actus, sed alterius virtutis esse potest. Vnde talis non propriè moritur pro fide, nisi valde remotè, qua ratione etiã diceretur mori pro spe, cum reuera spem etiam ex operibus profiteamur, & sit velut præsupposita, sicut fides ad actus aliarum virtutum. Adde, quòd extorquens mortem non in odium fidei, quę operibus profitetur: sed in odium alicuius particularis 106

Universidad de Deusto
Biblioteca

Extorquẽs mortem in odiũ alicuius particularis virtutis, mortẽ irrogat.

cularis virtutis, mortem irrogat. Non ergo ille dicitur in defensionẽ fidei mori: sed illius virtutis. Sicut puella, quę mortem sustinet, ne consentiat in stuprum, non sanè in fidei defensionem, at in defensionem virginitatis moritur directè, & immediatè, licet consequenter fidem profiteatur, quæ illud opus esse laudabile, & honestum docet. Tãdẽ esto daremus pro fide mori: nõ tamẽ mori pro fidei veritate tutanda, si quidem nullius veritatis asserendæ causa, moritur: sed ob bonitatem amandam, quod non est propria veritatis assertio. Solum ergo est de ratione martyrij, voluntas sustinendi pro Christo mortem opere subsecuto, & cum omnis virtutis finis sit Deus, erit propriè martyrium pro quacunque virtute mori, cum reuera mori pro Deo dicatur.

107

Pro quacunque virtute, vel culpa vitanda, morieus, plenã pœnæ culpæ remissionem accipit

Tertio ergo videtur, morientem pro quacunque virtute, & quæ tantum est in consilio, vel pro culpa vitanda, plenam pœnæ ac culpę remissionem accipere, vt omnes fatentur, cum reuera sit verum martyrium. Quod nõ tam probo ratione D. Thom. Quia vt vidimus, ea non tam videtur fidei protestatio proprié loquẽdo: sed quia nulla alia causa mors accepta ob fidei defensionem est tantę virtutis, nisi quia vita ponitur pro Christo. Vnde ipse de martyrio loquens, eam reddit rationem, quod animam suam ponit, quis pro amicis suis: sed qui vitandi quodcumque peccatum etiamsi non sit infidelitatis diligendæque virtutis causa mortem oppetit, vitam pro amico scilcet Christo ponit, ergo omnem laudem, & rationem martyrij habet talis actus. Et hęc de occidente sedicta sint. Plura enim alia explicari possent, sed cum parũ ad restitutionem attineant dimittendo duximus. Ostendimus enim nullam ex quacunque sui occisione deberi restitutionem, nec esse peccatum contra iustitiam specialem virtutem. Et certè, si quod peccatum esset contra iustitiam, tum restituendi obligatio, non Reipublicę (vt Sotus ait) & cæteri velle videntur: sed patri, si esset filius: vel vxori, si maritus esset facienda: cùm iniustè videatur, illorum vtilitatem impedire. Sed vt dixi nulli facit iniuriam, nisi suo corpori, cui iniustitia,

108

Ex quacunque sui occisione, nulla restituendi obligatio est

vel

vel restitutio nulla debetur. Iam agamus de occisione alterius.

SECVNDA PARS HVIVS CAP.
De occidente alium publica authoritate.

SVMMARIVM.

Aliquem morte punire publica authoritate cũ debitis circunstantiis, licitum est, num. 109

Ob bonum priuatæ personæ innocentem interficere, iudici priuata authoritate non licet, numero. 110

Innocentem interficere ob bonum commune, iudici & reip licitum est, num. 112

Rex Catholicus reipub. & ecclesiæ per necessarium a priuato homine, panem accipere potest eo nolente, & in extrema necessitate existente, num. 113

Innocens cogi potest vt solus exeat cum mille paganis ad pugnandum, si ex eius morte libertas populi sequeretur num. 114

Multa peccata non contra iustitiam, sed cõtra charitatem puniuntur â principe, num. 115

Cogere posset princeps diuitem morienti panẽ elargiri, num. 116

Absolutè â rep. innocens interfici non potest, secus verò si necessitas totius reipub. in eius occisione consistat, num. 119

Christus tantum ex præcepto Patris mori tenebatur, num. 120

Respubl. compellere potest innocentem ad certã mortem per viam pugnæ, num. 122
Innocentem paruulum ante vsum rationis nullo modo licet tradere occidendum num. 123
Vt Turca, vel aliud Regnum conuertatur, innocens occidi non potest num. 124
Si in occisione innocentis sola salus spiritualis regni, imo vnius hominis consisteret ad occidendum cogi posset num. 124
Dux in bello, vel in pace per necessarius ad mutilationem cogi posset, si aliud non esset remedium, num. 125

109 EXPLICATA propriæ occisionis ratione, proximè sequitur disputemus, de occisione alterius, in quo præcipuè restitutionis homicidij ratio consistit. Quod cũ duobus modis fieri possit, publica scilicet, & priuata authoritate, oportebit de occidente alterum authoritate publicæ potestati disseramus, solita nobis breuitate.

Aliquem morte punire publica authoritate cũ debitijs circunstantijs licitum est.

PRIMAQVE dubitatio erit vtrum liceat hominem occidere? Et primò certum esse debet, quòd nullo modo si debitæ circunstantiæ adsint licitum est publica authoritate aliquem morte punire, etiam extra casus expressos in scriptura, vt supra probauimus, exigente id naturali ratione, vt bonum commune, & salus totius salua sit per abscissionem pernitiosi membri, ac putridi. Quæ verò sint istæ circunstantiæ seruandæ à publica persona, vt licitè possit occidere aliquem, oportet sigillatim explicare.

Prima difficultas.

Est ergo prima difficultas, an liceat aliquo casu etiam publica authoritate innocẽtem ad mortem deputari, supposito etiam, quòd tam in re, quam in iudicio sit innocens.

110 *Ob bonum priuatæ personæ innocentem interficere, iudici priuata authoritate nõ licet.*

Nam de probato nocente, dubitatione quarta dicemus. Primò ergo certum est, quòd ob bonum priuatę alterius personæ non licet ipsi, vel alteri etiam iudici, innocentem interficere. In hoc enim casu (meo iudicio) eadem est ratio iudicis, & cuiuscunque priuatę personæ. Potestas enim publica

publica iudicis, solum est ei data ad bonum publicũ. Vnde quando de bono publico non agitur, non maiorem habet potestatem circa innocentem, quàm quæuis alia persona. Imo si circa nocentes habet, est ob idem publicum bonum. Et ita habetur Exod. 23. & in specie docet D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 6. Syluest. homic. 1. quæst. 2, estque adeo certum, vt superuacaneum sit rationibus probare. Sed an ob commune bonum directè id facere liceat magnę cuiusdam inquisitionis eget, vt si ciuitas esset obsessa à tyranno, certoque peritura, nisi alicuius innocentis caput, qui esset tyranno inuisus, illi concederetur. Aut si Turca promittat se cum regno ad fidem conuertendũ, vel Christianos persequi desiturum, redditurumque captiuos, terrasque iniustè possessas, &c. si innocens lapidaretur, aut interficeretur.

111 *Innocentem directè occidere ob commune bonum, nec iudici, nec reipubl. licitum est, secundum Sot. & alios.*

Prima igitur dubitatio sit de occisione directa innocentis ob publicum bonum. In quo Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 1. art. 7. Cord. lib. 1. qq. quæst. 27. in ratione 13. pro 3. opinione, & Tum 4. & in fol. ad 4. 2. opi. Ledes. 24. q. 8. artic. 1. fol. 221. conc. 2. Syluest. homicid. 1. quæst. 2, docent non licere iudici, vel Reip. in eo casu morti tradere innocentem. Ratio Soti est: quia nihil est in innocente quòd Reipub. ius faciat illum interficiendi, siquidem est Reipublicæ præcipua pars. Secundò probat ex D. Tho. 2. 2. quæst. 64. art. 7. qui absolutè negat licitum esse vnquam innocentem occidere. Tertiò id probari potest ratione Cordub. Quia aliàs excusandus esset Pilatus, qui Christum innocentem occidit pro communi bono, vitando quę populi scandalo. Tradidit enim eum voluntati eorum, videns populum clamantem. Deinde, inquit, quia nõ sunt facienda mala, vt veniant bona: est autem intrinsecè malum innocentem occidere. Denique, quia Respub. non est domina vitę ciuium. Vnde putat Cordub. oppositum esse erroneum assertum, quod non aliter probat, quam vt dictum est.

112 Veruntamen contra resolutionem istam, sic ego solitus sum argumentari. Primum: quoniam ille licet innocens, tenetur mortem subire pro communi bono, vt D. Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sot. cæteriq; fatentur, ergo obligari, & cogi poterit ad id ipsum per iudicem, aut Remp. Respondent enim Sot. & Cord. quòd scilicet non tenetur ex iustitia, sed tantum ex charitate, ac proinde cogi nō potest, nullius est prorsus momenti. Nam præterquam, quod non est certum, an membra Reip. teneantur solum ex charitate, eius saluti prospicere, an etiam ex iustitia: Cum veluti ex officio id facere debere videantur. Sicut contra ipsa Resp. & Princeps ex officio atque iustitia tenetur bono cuiusque ciuis consulere, malóque obuiare: tamen esto, ita sit solam intercedere charitatis obligationem.

Innocentem interficere ob bonum commune iudici & reip. licitum est.

113

Falsa tamen (pace dixerim tātorum virorum) mihi semper illa doctrina visa est. Quod scilicet quando quis ad aliquid faciendum tenetur ex sola lege charitatis, non potest cogi à principe ad id præstandum. Nunquid enim fideles non iustissimè compelluntur acceptam fidem retinere? semel in anno confiteri, Eucharistiā sumere, sacrum audire, ac ieiunia seruare & huiusmodi? Et tamen nulla est obligatio iustitiæ ita faciendi: sed solum ex charitate, qua tenentur diuina iura, & etiam humana adimplere, etiam citra materiam iustitiæ. Cur ergo cogi non posset vrgenti ex causa, vt hanc diuinam legem, & ius adimpleat & seruet? Præterea si priuatus homo habeat panem, quo ipse, Rex tum Catholicus, tum Reipub. & Ecclesiæ perneces-

Rex Catholicus reip & ecclesiæ perneces sarius, á priuato homine panē accipere potest, eo nolente & in extrema necessitate existente.

sarius, indigeret extremè, posset Rex, licitè ab eo accipere, eo dare nolente, vt regiam vitam præ illius vita conseruet. Ecce vbi cogit mori innocentem. Cur igitur æqua ratione Respub. non posset cibum auferre ab illo, si opus erit violenter, vel alia morte illi inflicta se liberare? Deinde Respub. & quoduis etiam naturale totum ius habet exponendi membra pro salute totius, vt patet brachio, quod innocens, licet sit, compellitur à toto, vt ictum vel

114

abscisionem sustineat, vt saluetur totum. Et in moralibus idem contingit, potest enim totum morale, vt respub. ciuem vel inuitum in bello certo discrimini & morti exponere.

Sed respondet Sot. & Cordu. in illa sol. 4. quòd in bello innocens ad pugnandum & resistendum est necessarius, & ita

& ita est medium per se ordinatum. Quando verò traditur morti innocens, non est medium ex natura rei necessarium, sed ex malitia alterius. Et ita docent, quòd potest Respub. obligare & cogere, vt ad bombardæ ictum se collocet, si id necessarium est ad victoriam. Sed non satisfacit meo iudicio hæc solutio. Nam quando exponitur per viam pugnæ, etiam est medium necessarium ex malitia aliorum. Semper enim bellum ex altera parte est iniustum & ita necessitas pugnę vel mortis ex malitia alterius ortum habet. Præterea finge, quòd tyrannus petat, vt illi innocens sibi exosus exeat solus pugnaturus cū mille: quod si præstetur, etiam si ille vindicatur, liberos omnes de populo se relicturum promittat. Nunquid non posset ille ad tale certamen, & pugnam ineundam cogi? Sanè fatebitur quisque. Et tum ex natura rei non est talis actus ad defensionem suorum necessarius. Cum certissimum sit fore vincendum, sed tantum ex alterius malitia.

Innocens cogi potest, vt solus exeat cū mille paganis ad pugnandum, si ex eius morte omnis populus liber esset.

115

Adde, quod siue sit medium necessarium, siue non sit, ille cogitur subire certam mortem. Quid ergo refert exponatur via pugnæ, vel alia via? Certe Sot. rationem hoc dico possemus in seipsum retorquere. Si enim pugnare cū periculo certę mortis non tenetur ille ex iustitia: sed ex charitate tantum, quo modo cogitur à principe bello vitā amittere? Tandem per multa peccata solū contra charitatem, & non contra iustitiam punit princeps. Vt est hæresis, blasphemia, periurium, clericorum fornicatio, & quæ dam meretrices, & mediatrices, quę dicuntur *alcahuetas*, ludi, &c. quæ omnia peccata, & similia constat non esse contra iustitiam. Si ergo vitia contra charitatem, religionem & alias virtutes à iustitia, punit, cur non poterit præcipere & cogere, vt aliarum virtutum actus à iustitia fiant? Vterius Sot. & Cord. consentire in sententijs suis non videntur. Ipsi enim putant, vt cap. 5. latius dicemus, quod eleemosyna etiā extremè indigenti non est facienda, lege iustitiæ: sed tantū charitatis, & tamē quis dubitat, quin princeps cogere posit diuitē elargiri morituro panē? imo in

Multa peccata non contra iustitiam, sed contra charitate puniūtur à principe.

116

necessitatibus multis extra extremā quotidie videmus iustissimè principes cogere habētes triticū, vt q eis supereſt

Cogere posset princeps diuitem, morienti panem elargiri

alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs vendant, vel ad seminandum, vel comedendum, &c. cùm tamen id ex iustitia facere non teneantur. Quis etiã dubitat, quin ipse extremé pauper possit accipere ab inuito? Ecce vbi per vim auferre potest debitum ex sola charitate. Ad hęc: Non video quomodo iustificari possit innocentis occisio, probati nocentis, vt Sot. D. Thom. & communis sententia tenet, nisi quia bono communi ita expedit, vt iuris ordo seruetur, &c. etiamsi certa scientia innocens intelligatur à iudice, & non multô magis in nostro casu, vbi maior populi necessitas vrget? Quôd enim sit probatus nocẽs, vt infra dicemus, nihil aufert aut minuit de innocentia occisi, tantaque illi iniuria, tamque contra rationem sit, ac si non esset talis probatus. Cuius rationis vi per motus Cord. quæst. illa 27. ratione 13. sensit eandẽ esse rationẽ prorsus, & vtrũq; illicitum, nosque infra dubitatione 4. ita censebimus. Quare ad hominẽ ista ratio valebit, sicut & precedens, contra Sot. & alios.

117

Quibus vehementer suffragatur lex 8. tit. 17. part. 4. sic scribitur (*Segũ el fuero real de España se viendo el padre ser cayado en algun castillo, que tuuiesse de señor si fuesse tan cuytado de fambre que non ay que comer, puede comer al fijo sin mal estanza ante que diesse el castillo sin mandado de su señor. Vnde si esto puede fazer por el señor, guisada cosa es, que lo pueda fazer por sí mesmo*) quo argumento probat prędicta lex posse patrẽ filium vendere ob extremam necessitatem. Videsne vt ex approbat homicidium innocentis ad commune bonum? Vnde Greg. Lopez licet planè fateatur, vt debuit, patri, aut vlli alteri licere ob extremæ famis necessitatem alterũ occidere, & comedere: tamen in casu dictę legis primę quãdo bonũ cõmune periclitatur licitũ putat, atq; ex ad huius probationẽ affert id. Quod legimus 4. Reg. 6. de muliere quæ postquã ex pacto cum altera filiũ comedisset, alter à nolente suum occidere, ad Regem itum est, quã Rex non puniuit. Affert etiam Beati Hieronymi sententiam lib. 3. super Amos. Nihil (ait) fame durius, quæ sæpe compellit obsessor vesci carnibus humanis, & in suam seruire naturam, ita vt neque parentes paruulis liberis parcant, &c. Verum vtrumque parum vrget, probaret etiam ob

118

ob priuatę vitæ conseruationẽ licuisse, quod nullus affirmauerit, imo ipse expressè negat, neque d. l. in casu necessitatis priuatæ loquitur.

Neque verô argumenta in oppositum ab his Doct. adducta conuincere videntur. Ad primum enim ex Soto respond. planè petere principium: sumit enim pro antecedenti, quod nihil est, quod Reipub. ius faciat talem occidendi, cum sit præcipua pars Reipub. Si enim loquitur absolutè fateor optimam esse rationem, quæ est Diui Thomæ in dict. artic. septimo. Si vero in artitulo necessitatis totius Reipubl. certè id probare deberet, quod nihil est, quod Reipublicę, &c. imo eo ipso quod est Reipub. membrum, sit ius Reipubl. illum exponendi pro totius corporis salute. Nec intelligere valeo, quomodo, si ipse teneatur, obligatusque est facere ex charitatis lege non habeat ius Respub. ex eadem lege ad id ipsum. Habet igitur ius Reipub. exponendi illum. Et per hæc patet solutio ad Diuum Thomam, qui absolutè loquutus est, non in casu necessitatis. Ad tertiam rationem ex Cordu. respondetur in multis deficere. Primùm Christus non tenebatur mori, nisi duntaxat ex præcepto Patris, quod habebat. Tale enim præceptum ei impositum fuit ratione suæ voluntatis, & ideô nullo iure ab homine vllo cogi poterat, at in nostro casu simpliciter tenetur ille id efficere. Secundô deficit, quia occidentes Christum præcipuè peccauerunt ex inuidia: hæc autem non est in nostro casu. Tertiô, illud erat in casu scandali tantùm, idque maximeque Phariſæorum. nos autem non dicimus scandalum, ma ximeque Phariſæorum sufficere ad occidendum innocentem. Scandalum enim reparabile est, & articulus extremę necessitatis non est, sed solũ in casu, quo perditio ir reparabilis timetur. Vnde ratione solius scandali (non dico cogi, etiamsi probatus esset nocens, vt infrà dicã difficultate 4.) sed nec ipse ad mortẽ se offerre tenetur.

119

Absolutè á republica innocens interfici non potest, secus verò, si necessitas totius reipubl. in eius occisione consistat.

120

Christus tantũ ex præcepto Patris, mori tenebatur.

Quarto deficit, quoniam Christus non erat priuatus homo, sed Rex ipsorum, non tantũ spiritualis, quia erat Messias lege promissus, qui liberaturus erat eos à iugo veteris legis: sed etiam erat temporalis illius regni, vt

alibi:

Universidad de Deusto
Biblioteca

alibi ostendi posset. Vnde sicut esset graue peccatum regem innocentem occidere pro scandalo vitando maximè passiuo, & accepto, ita, &c. Vnde Pilatus dicebat: *Regem*
121 *vestrum crucifigam?* Tandem quia erat Deus verus, quem non solum occidere, sed leuissimam, violentam, & cogentem in eum manum inijcere, erat nefarium sacrilegium & scelus. Denique, quid plura commemorem, vbi tam aperta est disparitas? Et demũ satis esset, ad disparitatem ollẽdendam, quòd populus non erat in articulo necessitatis, sed in extrema iniquitate & malitia, vt patet.

Illud verò argumentum, quòd non sunt facienda mala, &c. satis leue est, cum potius constet illum teneri, & Rempub. ius habere in illum. Vnde argumentum petit principium, vt supra dicebamus, dum Soti argumentum solueremus. Ad vltimum respond. rectè ex eo probari, non posse Rempubl. prolibito innocentem occidere: nõ tamen quòd non possit cogere, vt naturalia & diuina præcepta obseruet, vnde solũ est princeps executor eius, quòd dominus vitæ præcipit: alioquin quomodo posset exponere in bello, & ad certam mortem compellere per viam pugnę (quod ipsi concedunt) si Respubl. domina non est vitæ.

122 Respubl. compellere potest innocentem ad certam mortẽ, per viam pugnæ.

Ex quibus inferri posse videtur, minùs ad rem loquutum fuisse Cordub. cùm ait erroneam esse prędictam sententiã: ipse enim id nulla ratione probat. Quia enim Scripturæ, aut Concilij, Pontificisque Romani authoritate, & decreto, id ostendet? Rationes verò ab ipso allatæ, quando probarent efficaciter intentum (quod non probant, vt visum est) nihil prorsus conducerent, vt rem facerent de fide, vt quisque facilè illis inspectis, intelligere potest. In nullo igitur fundamento fidei, aut definitione, dicta sententia innixa est, vt opposita iure erronea appellari possit. Quod enim de Christi condemnatione affertur, satis ostensum est, quàm multis causis fuerit iniusta, iniqua, &
123 nonscelerata. D. autem Thomas, vt supra dixi, non loquitur in hoc casu, vt legenti patebit, nec Syluest. homicid. 1. q. 2. d. 2. nec Durand. in 1. d. 48. q. 1. num. 19.

Neque etiam arbitror Cord. erroneam ceasuisse eã sententiam

tentiam, quando ob dictam extremam necessitatem totius populi, aut regni, innocens traderetur, sed quando ratione scandali vitandi, vel ratione conuersionis infidelis regni, occidendus daretur, vt ex ipso constabit. Quo in casu, etsi veram eorum sententiam, falsamque oppositã putare conueniat, at non erroneam, nisi Ecclesię Rom. aliqua determinatio extet, quam ipsi non adducunt in hoc particulari casu. Secundò colligo, illud profectò in dubio Sot. & Cord. concedendum esse, si innocens esset paruulus ante vsuram rationis, nullo pacto licere eum occidendum tradere. Ille enim mori non tenetur, cum sit inca pax præcepti, & ita illi fieret iniuria, priuando eum iure, quod habet ad vitam, & tum habet locum, non esse faciẽda mala, &c. & quòd iudex non est dominus vitæ, &c.

Innocentẽ parvulum ante vsum rationis, nullo modo licet tradere occidendum.

Vltimo infero, num liceat hoc ipsum, quod in hac quæstione quærimus, vt Turca, vel aliud regnum conuertatur ad fidem? Videtur enim licere, quia homo lege charitatis
124 tenetur eam mortem acceptare pro salute spirituali proximorum. Anima enim proximi præferẽda est bonis corporalibus nostris, ordine charitatis ita præscribente: sed melius videtur, vt supra dicebam, docetque Cord. non licere. In nostro enim casu Respub. patitur iniustè, & ita est in art. necessitatis: at illi non sunt in extrema necessitate vitę spiritualis, sed eam alio modo habere possunt, & debent. Si tamẽ per impossibile talis accideret casus, quòd nullum esset aliud remedium, vt illi ad fidem, & agnitionem veri Dei peruenirent: cùm tum non ex eorum volũtate, sed ex necessitate illud medium esset necessarium: non dico pro salute spirituali illorum, sed vnius duntaxat hominis teneretur, ac per consequens compelli posset, & ita Perrochus quantumcunque innocẽs, si baptizare puerum morientem non posset, nisi ipse moriendo, vel rationepestis, vel inimicorum teneretur, & compelli posset ad id pręstandum: imo & non Parrochus ratione extremę necessitatis spiritualis proximi. Tandem colligo, idem esse dicendum de mutilatione: si enim dux in pace, aut bello, esset necessarius, tali autem vulnere laboraret, vt nisi mẽbrum abscinderetur, illi moriendum esset, etiam nolens,

Vt Turca, vel aliud regnum cõuertatur, innocens occidi non potest.

Si in occisione innocentis sola salus spiritualis Regni, imo vnius hominis consisteret, ad occidendum cogi posset.

125 *Dux in bello, l. in pace, per necessarius admutilationẽ cogi posset, si aliud nõ esset remedium.*

cogi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cogi posset ad abscisionem, vt viueret ad communis boni salutem.

Hęc igitur omnia, quę in hac quęstione diximus, non asserendi, sed disputandi gratia, dicta esse volumus: inferre enim in scholas nouas opiniones, aut plus sapere, quàm oportet, certè videri nolumus. Quare priori sententię, vt poté sapientissimorum hominum standum, nostrîsque rationibus ab studioso facilè respondendum esse censemus.

De indirectè occidente innocentem.

SVMMARIVM.

IN directè occisionem innocentis exequere, licitum est, secundum Caiet. num. 126

Fugere nullus potest si videat hominem in via, quem conculcare necesse est, dum non esset alia spes non occidendi num. 127

In via dormientem, nec directè, nec indirectè, licitum est occidere, num. 127

Prægnanti obbortiuam medicinam applicare, peccatum mortale est, secundum aliquos, num, 129

Sylvest. & alij tenent, ante animationem tantum fœtus, licitum esse num. 129

Non peccat mater summendo medicinam ante fœtus animationem, etiam aborso secuto, num. 131

Effusio seminis directè procurata ex obiecto, matri licita non est. num. 132

In mortis periculo temporali matris & pueri cum illius periculo mater saluari debet. num. 133

Si exsumptione medicinæ etiam cum periculo matris probabiliter proli mors non sequeretur tenetur mater mortem tollerare, num. 134

Licitum

Licitum non est ciuitatem igne succendere, in qua maior pars hæresi infecta est. num. 136

Quando aliquis cum alio pugnat, & secum fert innocentem etiam pugnantem, innocens a contrario licitè ob defensionem occidi potest. num. 139

Si innocens non pugnet, & contrarij sine illo noxij possint coerceri, talis occisio illicita est, secus tamen si non possint, num. 140

Milites qui mulieres puerosque ciuitatis captæ, sibi minimè resistentes interficiunt, peccant grauiter, num. 140

Quando in defensione ex eo quod aliter non posset fieri innocens interficitur, non per se, sed per accidens interficitur, num. 141

SECVNDA difficultas sit. An liceat id exequi indirectè? id est: An liceat facere id, ex quo mors innocentis est consequenda, vt sanguinem emittere prægnanti vel aliam medicinam abortiuam applicare, aut equo fugere ei, qui videt hominem in via quem conculcare necesse est aut si gradum sistat in manus venire inimici. In hoc enim & similibus casibus docet Caietanus 2. 2. quæstione 67. art. 2. præcipuè in sol. ad 1. & 2. esse licitũ. Inquit enim: *Occidere innocentem per se, ita quòd intendatur occisio innocentis est contra omnia iura, sed occidere innocentem per accidens, dando operam rei licitæ & necessariæ, non est contra ius naturale, diuinum, vel scriptum.* Cord. 1. lib. quæstio num, q. 38. dubio 2. de fugiente, in particulari idem ferè putat, quòd si directè pergat, & conculcet, peccat mortaliter, & est homicida: si verò indirectè, vt si cùm iam accedit, paulùm diuertat equum & calcaria applicet, vt saltu quodam vtriusque vita saluetur, non erit homicida.

Secunda dubitatio.

Indirectè occisionem innocẽtis exequere, licitum est, secũdum Caiet.

126

In quam sententiam citat Sylvest. homicid. 2. quæstione 26. sed non est ad rem: nam Sylvest. loquitur ibi de eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

127 qui impulsus percussionem declinans, alium occidit, cum non posset prœuidere. Vnde potius oppositum sentit, cũ reuera in nostro casu sciat, & præuideat mortem innocentis. Vt apertè verbo iudex. 2. quæstione. 5. col. 3. versic. Sed ista probatio planè fatetur, non licere hominem occidere, ne ego occidar à tertio. Vnde Sylvest. eius sententiæ non est, sed oppositæ potius. Friuola etiam videtur dist. Cordub. Quid enim refert diuertere, vel calcaria admouere, quando nihil profuturum prœuidet: quinpotius scit necessario fore conculcandum innocentem, & id actu naturaliter tendente ad mortem.

Fugere nullus potest, si videat hominem in via quem conculcare necessè est, dum non esset aliqua spes non occidendi.

In via dormitẽtem, nec virtutè, nec indirectè, licitum est conterere.

Quare dicendum est iudicio meo, vt Sylvester docet, id non licere, cum est moralis certitudo de morte innocentis. Quòd si aliqui esset probabilis spes de non occidendo licet eum fefellisset spes non esset reus homicidij. In quo casu vera esset Cordubę sententia, & tunc solum diceretur indirectè, & per accidens occidere, & ita apertè docet dubio 3. in fine: aliàs non excusabitur. Et licet de hoc particulari, cum scilicet est in via dormiens, licitũ aliquibus videtur eum occidere, ob aliam rationem: quia ille licet inculpabilis sit, impedit viam communem, ad quam hic habet ius, & ideò vtitur iure suo, repellendo vim ab alio, licet inculpabiliter illatam: tamen verius censeo, non licere vllo modo conterere, siue directè, siue indirectè.

Hæc enim distinctio nihil refert, vt dixi, si certò scit cõculcandum fore ex suo cursu. Moueorque ea ratione, quàm bene tangit idẽ Cord. quoniam ille (sicut ego fugiens) ius habet ad eum locum, habetque iustam possessionem. Vt ergo illicitum esset, panem, vel tabulam, quam alter est assequutus, quàque indiget extremè ad propriam

128 salutem auferre: liceret autem antequam accepisset: ita cum ille qui extremè indigeat, possideat iustè, sicque ibi inculpabiliter, nec possit pro tunc loco cædere, sequitur, &c. Id Cordub. Caiet. prædictisque concedam, si dubiũ esset occisionem euenturam, putarèmque in tali dubio non esse homicidium. Non enim tenetur se morti certę committere, vt alterius etiam innocentis vitam conser-

uet.

uet in dubio: cum non sit certus illum occisum iri. Semper enim in dubio est aliqua spes, quæ licet certa non sit, cum tamen sit certa mors, & damnum futurum, non est obligandus: ita planè vitæ proprię iacturam facere. Nec est Proximus ille rationabiliter læsus, quòd ille eius vitam periculo, non certo damno exponat, pro saluanda propria, cum aliud non est remedium. 129

De prægnante verò maior est difficultas inter Doctores. Prima igitur sententia est quorundam, quos ego & suspicere soleo, & debeo, qui dicerent, sine distinctione esse peccatum mortale, siue ante, siue post animationem; quia ille actus (aiunt) est intrinsecè malus (licet non sit homicidium) sicut semen effundere propter sanitatem, vtrũque enim est contra naturam generationis. Secunda opinio loquitur moderatius, existimans sibi esse distinguendum: cuius sententię est Sylvest. verb. Medicus, q. 4. ex Ioan. de Neapol. Anton. in 3. part. tit. 7. cap. 2. §. 2. Couar. in relect. de homicid. 2. part. §. 5. num. 1. vers. *Hinc est* Nauar. cap. 25. num. 62. 1) ergo docent, quòd ante animationem licitum est sumere medicinam, licet inde secuturus sit abortus. Quia (inquiunt) licitum est hominem liberare à morte, licet impediatur fœtus animatio, seu generatio. Post animationem verò arbitrantur non esse licitum, cum occidere innocentẽ maximè in spiritualibus, etiam ad saluandam vitam non liceat: est enim intrinsecè malum. Vnde 14. q. 5. cap. Denique, ait Ambrosius: *Si alteri subueniri non potest, nisi alter ledatur, commodius est neutrum iuuare.* Præterea autem eos, qui opinantur (sane non gratuiter) matri licitum esse medicinam sumere, non autẽ medico vel obstetrici dare vel consulere.

Prægnãti obortiuam medicinam applicare, peccatum mortale est, secundum aliquos.

Sylvest. & alij tenẽt, ante animationem tantum licitum esse.

Tertia opinio est eorum, qui in alio extremo fatentur esse licitum, etiam post animationem medicinam sumere directè sanitatis matris causatiuam, licet inde sequatur abortus. Ita docuit Cordub. libro primo quæstionum, quæst. 8. loco citato. Quia mater potius habet ius ad medicinam sanatiuam sui, cum morte fœtus, quàm contra fœtus cum morte matris, cum fœtus à matre, non contra pendeat, & 130

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est per accidens, & minus principale non sit attendendum. Vnde mater taurum fugere potest, etiãsi timeat
131 abortum. Et specialiter de sanguine docent. Nam licet fœtus ius habeat ad illud sicut ad cibum quo extremè indiget, tamen mater potius ius habet. Non enim tenetur intra se retinere alimentum prolis: nisi prius suę subueniat saluti. Asserri potest, vt quidam asserunt, exẽplum de lacte. Si enim proles nata, lacte extremè indigeret: matrem autẽ oporteret ad propriã salutẽ illud effundere, vel alio modo vbera desiccare; non est dicendũ matrem teneri ad illud conseruãdum. Quia proprius, & potius est ius, quod habet ipsa, quàm infans. Quæ intelligenda sunt, ait Cord. de medicina directè salutem ferente. Qualis est sanguinis emissio, balnea, farmacum purgatiuum humoris, emplastrum, &c. Si enim directè esset mortis causatiua, etiãsi multum prodesset, non liceret, vt venenum, dilaceratio, percussio, &c. Hæ sunt doctorum rationes & sententię.

Non peccat mater sumẽdo medicinam, ante fœtus animationem, etiã abortso sequuto.

Mihi videtur, primum cum Sylvest. Ant. & Couarru. contra primam opinionem, quod ante animationem fœtus licitum est matri sumere medicinam; etiamsi sequatur abortus. Nemo enim iure suo vtens peccat, nec sibi, quod inde eueniat imputatur, cùm sit per accidens, vt dicunt, id est, prẽter eius intentionem. Nec illorum ratio conuincit imo nostram sententiam magis confirmat: Nam licitũ est facere opus aliàs licitum, & necessarium, licet inde sequẽda sit seminis effusio, vt alibi latè probauimus.

132

Effusio seminis directè procurata ex obiecto, matri licita non est.

Adde, quòd seminis effusio cum directè procuratur, mala est ex obiecto, ac proinde, vt medium per se intentum accipi non debet ad finem etiam bonum siue sanitatis, siue alterius: at sanguinis diminutio, etiam procurata, ex se illicita non est, sed indifferens, imo medium naturaliter ordinatum ad sanitatem vitamque tuendam, directè tamen procurare dictũ abortum, etiam ante animationem peccatũ esse mortale planè fatemur. Et est omnium confessio. & in specie docuit Coua. 2. p. relect. de homi. §. 3. nu. 1. Vnde Tertul. in Apolo. c. 3. sic ait. *Nobis verò homicidio semper interdictũ, etiã cõceptum vtero, dũ adhuc sanguis in hominem*

hominem delibatur. dissoluere non licet. Nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet, homo est, & qui esse futurus. Nam fructus in semine est. Et in Concil. Vormacien. relato in cap. Si aliquis, de Homicid. sic dicitur. *Si aliquis expetẽdæ libidinis causa, vel odij meditatione homini, vel mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, vt homicida teneatur.* Omnes tamen fatentur cum glos. in dict. cap. non esse intelligendum hunc text. de irregularitate. Non prætermittam autẽ pulchra Ciceronis verba in oratione pro Aulo Cluentio. Cum enim actũ esset de punitione fœminę, quę pecunia fœtũ nondum animatum potionibus abegit, sic ait: *Nec iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum reipub. ciuem substulisset, &c.* 133

Secundo videtur, quod tam ante animationem maius ius habet mater, quàm post, vt Cordub. & alij de tertia opinione fatentur, vt planè ratio in proximo superiore puncto, facta, ac exempla adducta de lacte conseruando, fugiendo tauro, vel alio periculo, satis demonstrant. Et ita si solum ageretur de periculo temporali mortis pueri, & matris, saluanda esset mater cum periculo mortis temporalis filij, vt planè cõstat in illo exẽplo de lacte, in quo solum periclitatur vita temporalis prolis, cui mater propriam postponere non tenetur.

In mortis periculo temporali matris & pueri, cum illius periculo, mater saluari debet.

Tertiò tamen videtur contra Cordub. & alios tertiæ opinionis, quòd si creditur probabiliter mors prolis futura, si tamen non aplicaretur, tale remedium speraretur vita illius cum periculo matris, peccaret mortaliter talem sumens medicinam, quin verò tenetur patienter tolerare mortem. In quo Sylvest. Couar. Nauar. atque aliorũ sententiam complecti debemus. Huius ratio est, quia iã non agitur de salute temporali prolis, sed de spirituali. Cõstat enim puerum in extrema necessitate animæ esse: at vnusquisq; secundum rectum charitatis ordinẽ tenetur, bona temporalia cõtẽnere pro salute spirituali proximi. Maximè cũ est eius curę cõmissus, & illi impossibile est aliquid facere pro sua salute. Cũ ergo puer nullomodo possit sibi spirituali salute subuenire, sed sola mater, cui cõmissus est

134

Si exsumptione medicinæ, etiã cũ periculo matris probabiliter proli mors cõsequeretur, tenetur mater mortẽ tolerare

13

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur, quòd si puer saluari potest, vt baptizetur, etiam cum periculo matris, tenetur mater id sustinere. Si autem probabiliter iudicet medicus quòd etiam si â medicamento abstineat, puer non poterit in lucem suscipi, sed necessarium est cum matre eum mori, tunc poterit sanguis minui, & alia medicamenta sumi, vt alterum ex duobus saluetur. Nec diuinæ ordinationi resistendum. Quibus consonat Armi. ver. defen. §. 3. quòd clericus baptizans puerum non potest fugere, vt se defendat à morte, si relinquendus esset puer sine baptismo. Vides igitur lector, quid ex vnaquaque opinione tibi, vt verius accipiendum censeamus.

136

Tertia dubitatio.

SED desiderabis eritq; tertia dubitatio. Quid iudicãdũ sit de hoc casu, qui frequens esse potest, & solet in praxi. Geris bellum, vel aliam pugnam tua ex parte iustam cũ altero, verbi gratia cum aggressore, qui te occidere tẽtat, à quo etiam occidendus eris, nisi eum occidas, non potes verò eum interficere, nisi simul innocentem quendam interimas à cuius tergo, aggressor semper existit, vt eo veluti quodam scuto se defendat, teverò offendat. Nunquid si tibi cadendum est, nisi vtrumque occidas, licitè poteris vtrumque lancea, vel igneo telo tollere de medio? difficilis sanè quæstio apparet. Quod enim non liceat ex eo ostenditur: quoniam ille directè & positiuè occidit innocẽtem, quod est de se malum. Cũ autem non sint facienda mala, vt bona fiant, sequitur, quod etiamsi ad sui necessariã defensionem faciat, non licet proximum innocentem perimere. Quid ergo miser faciet? Patienter fortiterque succumbat, Non enim martyrem mori, incongruè diceretur. Si enim vt suprà ostendimus omnium sentẽtia verè martyr est, qui, ne peccatum admittat mortem subire non dubitat. Consequens videtur esse, &c. Adde, quod si casus esset, vt maior ciuitatis pars hæresi esset infecta non esse licitum eam igni succendere ad puniendum crimen, ne simul innoxij perderentur, vt docuit Sot. lib. 5. de Iustitia & iur. quæst. 1. art. 2. ad primum. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 2. ad 1. ex sententia Aug. ad Parmen. ibi ex sententia Christi dicentis: Ne eradicetur zizania, vt triticum parce-

Licitum nõ est ciuitatem igni succendere, in qua maior pars hæresi infecta est.

137

parceretur. Quod fit, ait D. Thom. quando non possunt occidi mali, quin simul occidantur boni, vel quia latent inter bonos, vel quia habent multos sequaces, ita quod sine bonorum periculo interfici non possunt. Quãdo verò ex occisione non imminet periculum bonis, licitè tunc possunt occidi. Hęc D. Thom. 138

Verùm ex alia parte, licitum videtur ea sanè ratione. Quoniam licitum est inimicum exercitum, vel ciuitatem, cum qua iustum geritur bellum in depopulationem dare, vel succendere, si aliter capi non potest, vt docet Cordu. in dict. dubio 2. & quęst. 37. ratione 14. & Syluest. ver. bellum prima quæstione decima, dicto tertio Victoria, relectione de iure belli, num. 38. Sot. art. 6. & 7. quæst. 1. lib. 5. de Iust. & iur. artic. 8. & 9. imo articul. 2. ad primũ, & communiter Doctores, & tamen manifestum est, vt ijdem expressè docent authores, fore multos innocentes occidendos, idque ideo verum esse censent, quia non directè innocentes, sed indirectè ac per accidens occiduntur. Si igitur ista vera sunt (quæ inficienda non videntur) planè consequi videtur ea ratione licere talem occidere, quãdo aliter aggressus saluus esse non potest, sed deuenendum illi est ad iniustas aggressoris manus.

Declarat autem prædicta Cord. in dict. quæst. 37. in fol. ad primum, dum secundum Caiet. dictum refutaret: sic esse accipienda, vt non possit separatim occidi nocens, & vt non dirigatur telum immediatè, & certò contra innocentem. Quod si verum est, dubium ac falsum sit necesse est, quod scribit Dominicus Soto 5. de Iust. quęst. 1. ar. 7. in fine corporis, putans licitè inuadi posse innocentem existentem in exercitu gerentis bellum iniustũ. Siue (inquit) sit innocens ex ignorantia inuincibili: quia iustè se pugnare putat. Siue, qa ibi coactus retinetur. Probat ille. Tum: quia aggressio eius, qui bellum gerit iustum defensio est magis, quã aggressio. Tum quia vnus princeps ius habet aggrediendi alterum. Sed hæc secunda ratio fruola est, fateor illud equidem. At quæ consecutio est, vt insontem ibi existentem miles eius interficiat? Neque prima ratio cogit. Licet enim defensio sit aggressio eius, qui 139

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando aliquis cum alio pugnat, & secũ fert innocentẽ etiam pugnantem, innocens a contrario licitè ob defensionem occidi potest.

140 Si innocens nõ pugnet, & contrarij sine illo noxij possint coercere, talis occisio illicita est secus tamen si non possint.

Milites qui mulieres, puerosque ciuitatis capta, sibi minimé resistentes interficiũt, peccant grauiter.

141 Quãdo in defẽsione, ex eo & aliter non possit fieri, innocens interficitur, nõ per se, sed per accidẽs interficitur.

iustè impugnat, at aggressio & impugnatio innocentis huius in singulari, defensio esse non potest, cum is non inuadat.

Quare etsi sententia Cordub. probabilior videatur. Ego distinguendũ sanè existimauerim. Vel enim ille pugnat, aut secus. Si primum, etiamsi innocens sit ob ignorantiam occidi potest, quoniam, vt infra dicemus 3. part. huius cap. iure defensionis licet occidere me inuadentem, etiamsi non peccet inuadendo, vt fiet amens, ebrius, ignorans, &c. neque admitto casum Soti, si metu id facit. Quocunque enim metu pugnet, si ignorantia non adest, non excusatur, ac proinde aggressor est iniustus, & non innocens. Si autem nec pugnat, nec iuuat. Considera, an cęteri nõxij possint sine illo coerceri, aut nõ. Si nequeũt sanè vera erit Soti sententia, sicut cum innocentes occidũtur quando aliter capi ciuitas non potest. Quod si possent cęteri sine illo expugnari, certè illius interfectio illicita foret omnino, nullaque ratione excusabilis, in quo Cordubę sententia placet. Esset siquidem non per accidens, sed ex intentione atque immediatè insontis mortificatio, quod omni rationi contrarium est. Ex quo licebit inferre, milites eos peccare grauiter, qui in spolio ciuitatis captę miseras mulieres, pueros que obuios sibi minimè resistentes interimunt, cùm probabile est ab illis eorum iustam victoriam, & spolia minimè impedienda fore. Est enim eadem prorsus ratio.

Ad argumentum igitur primum ex aduerso factum, respondent Cordub. Syluest. Sot. & cęteri, quòd innoxij tũ non occidantur per se, sed tantum per accidens, non ex intentione, sed prętèr illam, ex eo autem, quod per accidens est, & prætèr intentionem non specificatur actus. Examinari posset arbitrio fortasse nostra ista resolutio, sed non oportet nimium emungere. Ad secundum, quod nos fecimus. Respondeo. Non esse simile. Nam quando peccatum non est contra iustitiam, vt hæresis, sodomia, & huiusmodi, imò etiamsi sit contra iustitiam, non tamen per vim illatam ei, quem occidere intendit, tunc inquam non tam est actus defensionis, quàm punitionis, & vindictæ

ctæ publicę de peccatis, quæ licet personis publicis licita sit, attamen non fas est, vt illa fiat cum innocentium periculo, & punitione qui eam nullo modo merentur, vt D. Thomas fatetur. Et sic est iudicio meo, quòd cùm Angeli tanquam executores diuinæ iustitię prædictam zizaniorum eradicationem proponerent, responsum est eis. Non. Ne forte simul eradicarent & triticum. Et ita etiãsi peccatum sit contra iustitiam commissum iam non impendens in futuro, non licet iudici, vt delinquentes puniat in noxios interficere. At cùm ita peccatum est contra iustitiam, vt per vim inferatur, in futurumque damnum pendeat, est verè & propriè defensio, ad quam quisque iushabet, & ita in bello, & in defensione propria licitum est omnium sententia, si aliter inuasor tolli non potest, simul tollere innocentes per accidens, vt doctores docent. Per accidens inquam, sit accipiendo, vt quemadmodũ cũ quis fodit fundum proprium, aut murum ędificat sibi valde necessarium. Ex qua actione illud consequi necesse est, vt pluuialis aquę venas præscindas, quę ad vicinum alias peruenirent, tum non peccas, nisi ex fraude nocendive animo feceris, vt infra latiùs dicemus. Extantque responsa Romanorum de hac specie per multa, non inquam peccas, quia vteris iure tuo, licet ex consequenti, & prętèr tuã intentionem sequatur damnum alterius. Sic profectò cũ iure tuo naturalissimo, necessariòque maximè vtaris tę defendendo, non tibi imputatur, quod ex illa defensione accideret damnum tertio. Sicque doctorum illa distinctio non à vero aliena erit. 142 142

De eo qui secundum allegata probatur reus, verè tamen est innocens.

SVMMARIVM.

Innocentem re ipsa, & nocentem probatum, iudex liberare tenetur sub mortali si commodè fieri potest, secundum Syluest. num. 143

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudex innocentem si aliter fieri non potest condemnans, coram populo tenetur innocentiam manifestare, secundum aliquos, num. 144

Iudex innocentem condemnatum, quacunque honesta via possit, lege charitatis ab iniusta morte seruare tenetur, num. 145

Iudex non tenetur officium dimittere, nec aliud scandalum pati, sed innocentem probatum, nocentem condemnare potest, secundum Diuũ Thom. & alios. num. 147

Innocentem probatum nocentẽ in ciuilibus, licitum est Iudici condemnare. num. 150

In criminalibus non licet iudici innocentem, probatum nocentem condemnare. num 151

Si absque scandalo iudex potest officium dimittere, innocentem probatum nocentem cõdemnare non potest, num. 157

Ad propriam vitam saluandam, iudex innocentem condemnare non potest. num. 158

Innocentem re & oppinione, ob quamcunque populi seditionem, vel scandalum sedandum, interimere non potest. num. 160

Ob nullum scandalum vitandum, damnum admittẽdum est. num. 160

Absoluere criminosum priuata scientia talem cognitum, opus pietatis esse potest. num. 161

Iudex officium dimittens, & innocentiam probati nocentis iurans laudari debet. num. 163

Maior cura de proximo innocente, quàm de officio habenda est. num. 163

udex innocentem, probatum nocentem condemnans verè homicida est, & ad restitutionem tenetur, num. 163

QVAR-

QVARTA dubitatio est, de innocente re ipsa, & priuata scientia, vt tali cognito à iudice, probato tamen nocẽte? Fatentur omnes infrà citandi quædam tanquam certa specialitérque ea colligit Cordu. Primum, quòd si potest aliqua via & ratione commodé eum liberare, tenetur sub mortali id facere. Ex officio enim & charitate tenetur innocentem liberare, siue id sit accusatorem honesto aliquo medio impediendo, ne veniat ad iudicium, siue vinctum in carcere, siue vlla nota, vel scandalo populi secretè liberando, siue quacunque ratione possit testes examinando, cõseruare innocentem: vt fecit Daniel, cum testibus falsis, cap. 13. Genes. Et ad hoc ob rationem dictam debiti officij, & charitatis legis tenetur, vt dictum est. Secundò fatentur Sot. Caiet. & Cord. infrà citandi, quòd si fortè talem condemnaret: quia aliter fieri non posset, tenetur coram populo eius innocentiã iuramento manifestare. Nec in hoc irrogatur iniuria falsis testibus, nam si illi scienter faciunt, sibi imputent, vel si bona fide: tamen innocentis ius maius est, cui bona aliorum fides nocere non debet. Tertiò fatentur, quòd iudex inferior tenetur ad superiorem vinctum mittere iudicandum, protestando assecuerenter innocentiã eius. Et ad tempus personam iudicis exuẽdo coram superiore personam agere testis, post delatam illi causam, & iudex supremus tenetur illum absoluere.

Quarta dubitatio.

Innocentem re ipsa, & nocentem probatum, iudex liberare tenetur submortali, si commodè fieri potest, secundũ Sylu.

144

Iudex innocentem si aliter fieri non potest cõdemnans, coram populo tenetur innocentiã manifestare, secũdum alios.

Ita docuit Alexander Ale. 3. part. quæst. 40. m. 6. art. 2. ad vlt. argum. & q. 34. m. 1. artic. 4. Caiet. 2. 2. quæsti. 67. art. 2. ad 4. Cord. lib. 1. quæst. 37. & alij, quos in secunda opinione citauimus. Quod intelligunt ipsi, meo iudicio quando id posset efficere tam iudex inferior, quàm superior, sine scãdalo. Quod enim Sot. ait 5. de Iust. q. 4. art. 2 quòd potest id efficere inferior, sed non tenetur, quia (inquit) inferior, secundũ allegata, & probata, ius habet causam terminandi. Mihi non placet, nec Cord. nec Sylues. imò, nec D. Thom. in dict. sol. 3. imò tenetur illam causam ad superiorem remittere, si putat id pro futurũ: quia, vt suprà, ex omnium sententia, posuit, & Sot. concedit, si potest commodé carcerem aperire, vt innocens fugiat, & si potest impedire, ne res in iudicium veniat, tenetur id efficere

145

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudex innocentem condemnatum, quacũque honesta via posſit, lege charitatis, abiniusta morte ſeruare tenetur.

ficere, vt innocentis ſaluti proſpiciat. Cur non ergo poſt quam res delata eſt, imo etſi innocens condemnatus, non tenebitur quacunque honeſta via poſsit, illum ſeruare ab iniuſta morte, lege charitatis? & ita proculdubio, peccabit mortaliter, ſi ſemel damnabit, negando appellationẽ, vel ante ſententiam non remittendo cauſam ſuperiori illius innocentiam teſtificando. Imô exiſtimat Corduba quod etiamſi nihil profuturum putaret, tenetur cauſam ad ſuperiorem deferre, vt ipſe euadat iniuſtitiam, ſeque immunem abiniuſta nece conſeruet, viderit rem ſuperior. Et, vt dixi, ita tenet aperté Diuus Thomas, in dict. quęſt. ſexageſima quarta, articulo ſexto, ad tertium, dũ ait: *Teſtes examinare debet diligenter iudex, vt liberet innocentem, quod ſi nõ poteſt, debet ſuperiori relinquere iudicandum.* Vbi Diuus Thomas verbo, *debet*, vtitur vtrobique, at in ſuperioribus verbis pro præcepti debito accepit, igitur in vltimis præceptum declarauit. Aliàs æquiuocatio in tam breui contextu eſſet admittenda.

146

In eo videtur ſita huius quæſtionis difficultas: An ſi aditus non ſit ad ſuperiorem, vel ratione ſcãdali, vel quia lõgiſsimè abeſt, & res vrget, vt ex Indis ad Hiſpanos, vel ratione alterius cauſę, aut damni, teneatur, vel officium dimittere, & nolle innocentem condemnare, vel ſpreto ſcãdalo, & damno illum omnino liberare? Et idem eſt de ſupremo iudice: an cũ ad eum delata cauſa eſt teneatur, non obſtante ſcandalo, vel alio damno etiam proprio, illum quem certó ſcit eſſe innocentem liberare? In quo duas video contrarias ſententias.

147

Iudex nõ tenetur officiũ dimittere, nec aliud ſcandalũ pati, ſed innocentẽ probatũ nocentẽ condẽnare poteſt, ſecundũ D. Tho. & alios.

Prima ergo eſt, quod cũ cogitur ferre ſententiam, non tenetur officium dimittere, nec aliud ſcandalum, vel malum pati, ſed licité poſſet condemnare innocentem iudicialiter, imo non poſſe eum in conſcientia abſoluere, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. Ita docuit Diuus Tho. 2.2. quæſt. 67. arti. 2. & quæſt. 64. art. 6. ad tertium. Ciiet. ibidem. Abulenſ. ſuper cap. 23. Exod. quęſtio. 6. Sotus loco citato. Magiſt. in 3. diſtin. 33. quæſt. 4. Couar. lib. 1. Varia. reſolutionum. cap. 1. Nauar. in ſumm. Lat. cap. 21. num. 9. Richar. vt refert Sot. art. 3. quæſt. 26. ſed

ſed vt refert Corduba in 4. diſtinct. 18. artic. 3. quęſtione 2. ad primũ. Et Bart. l. illicitas. ff. de Offic. Præſid. Ioan. Andr. in ſuis nouellis, tit. de allegat. Et Palud. quos refert Sot. Card. & gloſ. in cap. 1. de Offic. ordin. Turrecrem. in dict. cap. iudicet. Henric. de Gand. Quodlibeto tertio, quæſt. 25. Altiſsiod. & Petrus de Taratanſia, vt refert Cord. Pręcipua ratio huius ſententię eſt, quia iudex in quantum iudicat, non eſt priuata perſona, ſed publica: ergo non ſecundum priuatam, ſed ſecundum publicam ſcientiam procedere debet. Non ergo peccat nocentem publica notitia condemnando, nec ob id, officium dimittere tenetur, cum non ipſe, ſed leges condemnent: imo illum ſaluare, eſſet peruertere leges, & iuris rectiſsimum ordinem. 148

Secundo, quia poteſt re ipſa criminoſum abſoluere, modo ſit innocens probatus, ergo econtra.

Tertio, quia aliàs ſemper poſſet iudex pecunia corrumpi, & calumniari, & reum abſoluere, dicendo ſe habere notitiam facti, & ita ſumma eſſet rerum perturbatio, & reipublicę confuſio.

Quarto, probat Caietanus, quia plus tenetur iudex curam habere publici officij ſibi commiſsi, qnâm vitæ alterius non ſibi comiſſæ: & affert exemplum de occidente inuaſorem, qui poteſt occidere, vt ſe defendat, quia maiorem curam ſui, quàm alterius, debet habere. Denique ait Caietanus, quod ille non occidit intendendo occidere: id enim, inquit, eſt illicitum, ſicut intendere occidere inuaſorem, ſed tantum eſt per accidens, quia ſolum occidit dando operam rei licitæ, & neceſſarię, ſcilicet vtendo officio publico, ſicut qui ſe defendens occidit. Vide 23. quæſtione 7. cap. Iudicet, & 11. quęſt. 3. ſummoperé ex Ambroſio, & Auguſtino relato à D. Tho. & Soto ſuper Pſalm. *Bonus iudex*, inquit, *nihil ſuo arbitrio facit, ſed omnia ſecundũ leges, & iura pronuntiat. Statutis iuris obtemperat*: & infra: *Sicut audit, ita iudicat, & ſicut ſe habet negotij natura, obſequitur legibus, non aduerſatur: examinat cauſæ merita, non mutat.* Et ibi Gregorius ſecundũ quod iudicio per teſtes conſtitutum eſt (ait) ſententiæ definitiua præferatur. 149

Contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contrariam opinionem probabiliorem censet Cordu. vbi supra, & tenuit Adrianus Quodlibeto sexto, articulo
150 tertio & Quodlibeto secundo, articulo tertio. Rosel. ver. iudex, §. decimo octauo, & ex parte sequitur Sylvest. vbi suprà, quam quia tenendam putamus, placet per puncta explicare.

Innocentē probatum nocentē in ciuilibus: licitum est iudici condemnare

Primo ergo putamus, quòd in ciuilibus, etiam vbi de magna quantitate ageretur, posset iudex innocentem cō demnare: in quo ptima opinio placet. Non enim in hoc casu condemnatus est rationabiliter læsus: nam pro bono pacis, & ne Reipubl. legumque ordo subuertatur, tenetur patienter tolerare sententiam, & temporalis vtilitatis iacturam ferre, imò de facto renuntiasse videtur priuato tē porali, quomodo ob commune bonū, cùm se principi subiecit, qui iustè leges tulit, vt secundùm allegata & probata, sententia proferatur. Neque est rationabile, vt probatus reus, licet in re innoxius, velit iudicē officium, aut honorem, aut suam aliam vtilitatem, cum etiam innocēs sit, & nullum crimen commiserit. Et in pari casu innocentiæ magis sibi iudex tenetur, quàm alteri, cū præsertim in publico sit criminosus.

151 *In criminalibus, nō licet iudici, innocentē probatū nocentem condemnare.*

Secundo videtur, quòd in criminalibus, maximè in causa capitis, non est licitum talem condemnare, sed tenetur iudex officium dimittere, nec satis esset manus lauare, vt Pontius fecit, cum innocentem Christum morti addixit ob falsa testimonia. Ita docuerunt Panormitanus, & Hostiensis in capite Pastoralis de Offic. deleg. Calder. in d. cap. Nicolaus de Lyra, Exod. 23. Ang. verb. iudicare, §. 7. Cord. & Rosel. citati, & Rodul. & Imol. in l. à D. Pio, ff. de Reg. iur. & glos. Rai. supplementū in Summa, ver. *Iudex*. Adrian. Quodlib. 6. art. 3. & Quodlib 2. art. 3. in fine. Ioan. Arbor. lib. 9. Theosophię, cap. 20. Corasius li. 4. Miscelaneatum, cap. 20. Et videtur Sylvest. iudex secundo, quæst. 5. si attentè legatur, quidquid dicat Cordu.
152 qui diffusissimè simul, ac resolutè hanc quæstionem versans, tandem sequitur primam opinionem ab eo recitatā, quam dicit esse D. Thom. & Theologorum antiquorum. Quod scilicet potest talem condemnare concurrentibus duobus

duobus. Primùm, quòd iudex sit talis, & in tali casu quòd cogatur iustitiam exhibere damnando, vel absoluendo. Secunda, quòd nulla ratione, aut vix, potest eum liberare cedendo officio, aut remittendo ad superiorem, aut veritatem diligentiùs perquirendo.

In quo primùm non placet fuisse D. Thom. & eorum quos refert sententiam: nam D. Thom. & cęteri, planè de prima opinione fatentur, quòd etiam si possit officium dimittere, sed non tenetur, quin potest per documenta publica iudicare. Vnde Sylvest. planè nostrę sententiæ est, 153
quòd scilicet si potest officio cedere, non potest condemnare, licet Sot. & alij, immeritò fuisse primæ opinionis dicant. Licet enim ipse Sylvest. D. Thom. sententiam sequi se putet, tamen fallitur. Quod enim ipse docet, negat plane D. Thom. vt diximus, & ita ipse docet, & benè, est fere impossibile, quòd iudex talem posset condemnare, quia est fere impossibile, quòd illæ duæ conditiones concurrant. Scilicet, quòd cogatur iudicium ferre, & quòd nō possit ad superiorem remittere, vel saltem officio cedere. Ita planè nos fatemur, quòd si ineas esset angustias iudex coniectus, quod necessariò incumberet absolutio, vel condemnatio, & non posset ad superiorem remittere, nec officio cedere, propter scandalum, vel aliud magnum damnū repentè subortum, posset condemnare, ad vitādum maius malum: magis enim tenetur bono communi succurrere. Ad vitandas enim seditiones, & cędes, posset cogere innocentem mori, vt suprà diximus disputando, non asserendo.

Hanc opinionē aliqui probant, quia agere contra scientiam de se, est peccatum, & ita nulla ratione benè fieri po 154
test. Sed facilè responderent authores primę opinionis, quod non facit contra scientiam publicam per acta publica habitam, quę licet sit contraria veritati, tamen ipse, vt iudex illum sequi tenetur. Alij probant, quia occidere innocentem, est contra ius naturale: at posse iudicare, secundū argumenta publica, & testes, est de iure positiuo, & non potest derogare naturali legi, & ita innocens est absoluendus, vel saltem non condemnandus. Sed mihinō placet.

placet hæc ratio, quia quod aliquis per testes iudicetur, de iure naturali est, & diuino, & non solum conforme, vt dicit Sotus. In duorum enim testimonio stabit omne verbū iure diuino, & naturali, vt dubitatione sequenti dicemus. Quiatamen inter hæc duo naturalia iura, strictius est illud de non perimendo innocentem, quàm de iudicando secū
155 dùm acta per accusatorem & testes, ideo rectè probari potest hoc argumento, hoc dimisso, illud esse seruandū. Præcipua tamen, meo iudicio, ratio est, tum quia est contra iustitiam: occidere enim innocentem intrinsecè malū est, & contra iustitiam, nullo fine honestabile. Quòd enim probetur nocens, non adimit de eius iustitia & bonitate, quidquam. Nostrum enim affirmare, vel negare, nihil ponit in rebus. Quacunque ergo probatione supposita, semper est contra rationem eum occidere, tum quia est contra charitatem, quia vnusquisque tenetur lege charitatis, vitam proximi anteferre temporali vtilitati. Ergo cùm necesse est, vel innocenti mortem inferre, aut officiū dimittere, tenebitur iudex hoc prę eligere & ab actu iudicandi cessare.

Hanc sententiam probat Cord. sexdecim rationibus, satis prolixe, sed omnes ferè eò tendunt, quod quia ille est verè innocens in re, licet in probatione testium nocens, puniri non potest: cùm lex iubens occidere malefactorem non propter testes, sed principaliter propter crimen commissum, vt puniatur edita est, alioquin esset iniusta. Cùm igitur præcipua condemnationis causa, & conditio non subsistat iniquum est, & contra legum intentionem pœna plectere huiusmodi hominem. Vnde si esset
156 lex expressè disponens, vt omnis qui probaretur per duos testes esse malefactor puniretur, etiamsi reuera, & certò esset innoxius iniqua foret, atque scandalosa. Cui adde quod sicut ad iustum iudicium exequēdum requiritur ex parte iudicis iurisdictio, & legum authoritas: ita & non minùs necessario sed multò magis requiritur ex parte rei puniendi crimen & delictum: at quamuis esset probata iurisdictio, & legum authoritas per testes, aut alios consultores liceret iudici iudicare si certissimè sciret eos falsò dicere

dicere & consulere: multò igitur minus sufficiet crimen probatum, si iudici manifestò constat falsi criminis deponere. Desino igitur omnes alias eius rationes quas cum sigillatim examinauissemus parū roboris habere opinamur 157
easque quemadmodum solui possunt monstraremus, nisi vereremur in idem incidere prolixitatis vitium, quod reprehendimus. Ea etiam omnia, quę ab eo collecta sunt ratione 11. ex sacris literis, quibus sępè dicitur iudicium faciendum esse secundum veritatem, & huiusmodi nō cogunt. Iuxta veritatē enim iustè ac rationabiliter prę sumptam, & per publica acta habitam fieri, satis esse docebūt D. Thom. &c.

Ad argumenta primę opinionis. Respon. hoc animaduerso, quod paulò ante dicebam, quòd tum demum tenetur non condemnare. Cùm dimittendo officium possit â tali actu abstinere. Si enim non posset vel ob scandalum, vel alium publicum iustumque metum: posset secundum, allegata iudicare. Tum enim priuatum bonum innocentis non est cum publico malo conseruandum: sed cōmuni bono præferendum.

Si absque scandalo iudex posset officium dimittere, innocentem nocentem probatum condemnare nō potest.

Sed rogas, an cum timet iudex dāmnum personale, scilicet, quod ipse occidetur, vel â superiore, vel â populo ni si sententiam ferat, an tum possit condemnare innocentem? Respondet Rosella, vbi suprà, quod licitè potest condemnare. Sed id reijcit Sylvest. Quia quamuis liceat me prius, quam proximum defendere, & ita me defendendo inuasorem occidere, sed non inuasorem, non licet occidere. Alias liceret mihi occidere aliquem, ne ego occidar à tertio, & ita putat quod potius iudex debet mori ne cōdemnet. Item, quia vt supra probauimus ad propriam vitam tuendam, non licet innocentem occidere. Item quia alias excusaretur Pilatus Christum occidens ad vitanda scandala, & damna propriæ personę. Res est difficilis: hoc 158
tamen de Pilato non cogit, quia ille non habebat sufficientes probationes, vnde ipse dixit, *nullam causam mortis inuenio*. Maximè quia poterat remittere ad superiorem.

Secundum nostram ergo sententiam planè confiteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad propriam vitam saluandã, iudex innocentem condemnare non potest.

oportet, non licere in eo casu illum condemnare. Non enim licet occidere innocentem ad propriam vitam saluandam, vt suprà ostendimus. Imo in casu scandali, qui nostram sententiam sequuntur, putãt non esse occidẽdum. Quod latè Cord. ostendit 1. & 2. ratione pro sua opinione, & in sol. ad 3. secundæ opinionis, quod aliqui intelligunt, quando esset priuatum scandalum. Tunc enim non

159 est rationabile vitam innocenti auferre ob illud maximè: quia est reparabile: at cum est publicum scandalum, videtur vt suprà dixi, occidi posse, cum probatus sit criminosus, & rationabiliter præsumatur â populo, vt talis: rationabile non est, vt vnius vita totius populi saluti & paci præferatur. Nec propter hoc excusamus eos, qui Christum innocentem occidi petierunt, vt in 1. huius dub. p. satis ostendi. Neque eos quidecreuerunt dicentes *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat*. Illi enim non loquebantur de interitu spirituali proximorum, quibus reuera expediebat Christi mors, vt saluarentur, quãuis Spiritus sanctus eorum ore loquens, id intendebat: sed loquebantur de bono & pace temporali reipubl. ad quam Christi mortem necessariam esse decernebant. Neque in quam ij excusantur per supra dicta à nobis. Nam Christus non solum re erat innocens, verum etiam nomine & fama apud sapientes & probos. Nec fuit legitimè conuictus (vt supra dicebam) vnde Pilatus. *Quid enim, inquit, mali gessit? Nihil dignum morte in eo inuenio*. Et ita potius innocentia erat probata, & euidens euidentia facti, & ita scandalum erat irrationabile, & ex malitia cui per mortẽ

160 innocentis occurrere nõ oportebat. Et ita fatemur non licere innocentem re, & opinione ob quamcumque populi seditionem, vel scandalum sedandum interimere. Est enim irrationabilis, & malitiosa seditio, & scandalum. Secus est cum commune bonum periclitatur ob extremam necessitatem, de quo suprà dub. 1. disputando non asserendo loquebamur.

Innocentem re & opinione ob quamcũque populi seditionẽ, vel scandalum sedandum, interimere nonliset.

Imo nec in casu scandali totius populi occidi posse putat Cord. ratione 1. & 2. pro sua opinione, & in solutione ad tertiam rationem secundæ opinionis. Quod mihi magis

gis placet. Ob nullum enim scandalum vitandum, est malum admittendum Maximè, quod intrinsecè tale est. Sicut nec mentiri, aut adulterari pro scandalo vitando licitum est. Et sicut probatum innocentem occidere. Quoad peccatum enim, & iniuriam idem esse prorsus docuimus probatum esse, vel non esse nocentem, vt Cord. latè pro 161 sequitur, & ita potest & debet præferri priuatæ illius vitę necessitas populi. Per quæ facilè patet ad argumenta. Ad primum, quod Sotus balim appellat omniũ, respond. fateri nos in communi, & ex natura rei, vt Ambros. August. & Gregor. locis citatis, & iura ciuilia docent, teneri iudicem caulam iudicare, secundum fidẽ eorum, quæ probabuntur. At in particulari casu, cum innocentem occidere oportet, ius naturale strictius præcipit oppositum. Iura enim & doctrinæ dantur de ijs, quæ vt plurimum accidunt, non de specialibus casibus.

Ob nullum scãdalum vitandũ malum amittẽdum est.

Secundum argumentum dubit. sequenti satis lucidè soluitur. Absoluere enim criminosum priuata scientia talẽ cognitum non habet inseparabilem malitiam, imo pietatis opus esse potest, sicut reuera habet occidere innocentem. Aliter illud argumentum ab aliis proponitur, sicq; proponit Cord. pro D. Thom. sententia in secunda ratione secundę opinionis. Quia secundum iura non licet condemnare criminosum scientia priuata cognitum, si non est publicè probatus, vt talis: sed innocens iudicatus: ergo nec licebit innocentem priuata scientia talem absoluere. Huic enim rationi eodem modo respon. Absoluere enim non habet indebitam & iniustam materiam, vt patet, sicut habet condemnare. Et secundo, vt Cord. respon. Fatendo consequentiam: non enim licebit per sententiam absoluere.

Absoluere criminosum priuata scientia talem cognitum, opus pietatis esse potest.

Nos enim in tota hac quæstione non intendimus docere posse talem innocentem per sententiam absolui, si nocens probatus est. Nõ enim absolui, nec condẽnari debet. Nõ absolui, ne populus scandalizetur, cum probatum hæreticum, vel homicidã, aut latronẽ videat impunitũ relinqui. Non condemnari, quia nõminus est contrarius naturale, et iustitiã. Sed aliter de facto liberare, si inferior est re-

162

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittendo ad superiorem, vel examinando diligentius testes, vel aperiendo secretô carcerem, vel dimittendo officium, vel sustinendo aliud damnum in re familiari. Et per se si supremus est, vel benigné ex gratia â pœna liberando, vel iubendo ne procedatur in causa, vel secretô dimittendo quasi ille aufugerit, &c.

163

Iud ex officiũ dimittens, & innocentiã probati nocenti iurãs, laudari debet.

Ad tertium respond. quód dimittendo officium, & iurando innocentiam illius, non potest calumniari, sed vehementer laudari.

Maior cura de proximo innocente, quã de officio habẽda est

Ad quartũ ex Caiet. respon. falsum esse quod plus curę habere debet de officio, quã de proximo innocẽte. Licet enim verũ sit, quod non tenetur incumbere proximo conseruando, sicut tenetur officio incũbere, quod est suæ curę cõmissum: tamen tenetur non lędere proximum innocentẽ, etiã si iacturã faciat officij, imo & vitæ proprię. In eo sensũ verũ est, maiori curę sibi officium esse debere, quã proximũ. Quia ratione alterius, etiam ad eius vitam saluandam, nihil contra sui officij rationem agere debet. Culpa enim ac peccatũ pro nullo etiam amicissimo, admittenda est. Adde, quod vt ait Cord. in sol. ad primum. Licet magis ei conueniat cura sui officij, quã alendi vitã alterius: tamen sic suo officio vti potest, vt nõ sit in præiudiciũ tertij, & circa indebitã materiã. sed iustè officio vtẽdum est. Maximê, quia in eo, quod dicit, vti officio suo petit principiũ. Hoc enim erat probandum, cũ potius faciat contra officiũ, & contra ius naturale innocentẽ morti deputando. Denique aliud est, non alere vitã proximi, aliud directé auferre, & lędere. Maiorẽ enim curam habere debet, ne lędat, quã vtendi officio proprio.

Exemplum verò Caiet. de occidente inuasorem, extraneum est à proposito. Quia ille est aggressor, & nocens, & non in necessitate: sed in propria iniquitate constitutus,

164 Quod verò dicit non occidere ex intentione, infra probauimus esse friuolum. Et id satis à Cordub. impugnatur in sol. ad primum argumentum secundæ opinionis. Affert etiam Nauar. cap. Pastora. de offic. deleg. §. quia verò. Vbi Innocen. 3. præcipit esse exequendam sententiã, etiã si sciatesse iniustam, scientia inquã priuata. Respond.

Primo

Primó ibi esse sermonem de ciuilibus. Quod patet cũ sit sermo de sententia delegati Papę & ordinari). Secundô, quia potius nostra colligitur sententia, quia est sermo de executore. Potius enim colligitur, quod si esset cognitor causę non liceret. Et ideo inquit. Attendentes, quod non cognitio, sed executio causę ei demandatur, & ordinarius tenetur obsequi delegatio, ideo, &c. 165

Ex ijs colligo primum immerito docuisse Couar. num. 7. illatione 2. nullo pacto congruè distingui posse inter ciuilia & criminalia, vti nos distinximus, distinguitque Host. Innocen. Calder. Panor. Felinus in dict. §. quia verò cap. Pastoralis. Vt enim diximus satis aperta est discriminis ratio siquidem, cum de re familiari agitur, ius naturale postulat, ne iuris ordo confundatur, vt vnusquisque ciuis iuri sui cædat, tolleret quàm patienter sententiam iuxta publica acta, nec iudex officium dimittere, vel rem familiarẽ perdere oportet vt hoc ipsum in altero seruet, at cum de membro, aut vita agitur in naturale, & ratio præscribitur, ne propter officium, aut res temporales, quas contemnere oportebat eum, quem verè iustum, atque innocentem cognouit mortis supplicio deputet, quod certè rationi, & legibus aduersum est, 166

Iudex innocentem, nocentem probatum condemnans: vere homicida est, & adrestitutionem tenetur.

Secundo ex his patet esse verum homicidam, & ad restitutionem teneri iudicem talem hominem condemnantem. Cùm peccet contra iustitiam, etiam in casu prædicti scandali, quod ex supradictis satis est planum. Quid verò restituere teneatur infra dicemus cap. 1. lib. 3.

Illud animaduerto Cord. licet in tota illius 3. opinionis longissimi probatione quamuis eam acriter tenuisse ostẽderit: tamen in fine d. quæst. D. Thom. sententiam probabiliorem, & sequendam censet. 167

De innocente secundum rem qui secundum allegata probatur vt innocens.

SVMMARIVM.

Aliqui asserunt iudicem sine citatione, & processu

cessu, sed sola priuata scientia posse condemnare, num. 167
Iudex innocentem condemnans iuxta priuatæ scientiæ liberare potest, num. 169
Accusatio & terminus ad respondendum, scriptura, instrumenta publica, & c. in iudicio, iure humano introducta sunt, num. 169
Iudices inferiores occultè, contra aliquem informationem accipientes, eum inauditum condemnare non possunt num. 170
Non potest iudex etiam supremus, morte punire si crimen est improbabile num. 170
Testium probatio & confessio rei, requiritur ad eum condemnandum num. 172
Auferre ab aliquo arma quibus iustè se defendere potest, est contra charitatem, & iustitiam, num. 173
Cum iudicis potestas publica sit, ad omnem actū exercendum, notitia publica vti debet, num. 174
Si crimen est publicum sine citatione, defensione, & processu, condemnari potest reus, num. 176
Iudex in crimine publico sine citatione reum condemnans, non peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem num. 177
Si reus ob potentiam capi non posset, non vocatus nec defensus, in absentia cōdēnari potest, nu. 177
Si Regi, vel reipub. vel alicui nocenti damnum infuturū imoēderet occultè, occidi posset reus, n. 178
Reus non citatus occidi potest secretè, si delictū planè probari potest, & ob scandalum & alias causas non publicè probatur, num. 179
Si iuridicè non potest probari crimen, reus secretò occidi non potest, num. 180

Reus per testes non probatus, licet quo ad Deum nocens, quo ad humanum tamē iudicium innocens est, num. 181
Eadem ratio est de ciuilibus, ac de crimine, num. 182
Princeps priuata scientia, publicum non facit crimen nam. 183
Iudex non potest reum sine testibus condēnare, n. 185
Tam de iure naturali, quā diuino, duo testes requiruntur ad iudicandum. num. 186
Falsum est quod dicit Cord quod illud axioma (in ore duorum &c.) quatenus iudiciale in nouo lege, non habere vim, num. 187
Minori numero testium, quàm duorum, vel trium, nullus reus est condemnandus num. 188
Ille numerus testium non solum est requisitus, sed & sufficiens nisi ius positiuum aliter interpretetur, num, 188

QVINTA dub. econuerso est. An liceat condemnare ad mortem criminosum re ipsa nocentem, tamen opinione, & publica scientia innocentem? v. g. occidit quis fratrem suum, vidit solus iudex, non potest legitimè per acta publica conuinci: An talem liceat publica authoritate occidere? Accipe illud exemplum. Aggressus est quis reginam, non potest probari, vel si potest non oportet ad publicum iudicium prodire? An possit iudex saltem supremus sine strepitu iudicij talē occidere? Pro explicatione animaduerto duo esse precipuè de iudicij solemnitate. Primum est defensionem parti concedere eam citando, & audiendo. Alterum est, testibus causam probare. Omitto alia, quę planum est, non esse de iure naturali. *Quinta dubitatio.* 168

Circa primum quidam sunt, qui sine vlla dubitatione defendunt supremum iudicem sine citatione vel aliquo processu, etiā occultè facto sua sola priuata scientia posse condēnare. Quos optarem ita acres in probando se exhi- *Aliqui asserūt iudicem sine citatione & processu, sed sola priuata scientia posse condēnare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere, atque fuerant in asserendo. Sed potest iudicio meo probari hęc sententia: quia iudicium principis exse est certius, quàm duorum testium, cum sit vices reipubl. gerens, 169
& cui ob maiorem prudentiam, & probitatem, res publica commissa est. Quod licet re ipsa, quandoque non ita fiat; tamen ita præsumere debemus, & ob id dici solet, quod in dub. pro prælatis est iudicandum. Ob id etiam legislator est, & rerum omnium moderator, tanquam si eius iudicium multis priuatis sit præferendum. Si ergo illius iudicium priuatum tantam vim habet, æquale profectò (vt minus) esse debebit iudicio priuato duorum hominum, & ita sua scientia priuata valebit sine vlla solemnitate condemnare. Vnde in multis congregationibus suffragium rectoris vel alterius superioris pro duobus valere cernimus. Quare si delictum fieret coram iudice, posset in flagranti cum iubere occidi. Secundò, id probari posset, quoniam istæ iuris solēnitates in iudicādo iure humano sunt introductę, saltem gentium, quo diuisa sunt regna & reges introducti, non autem iure naturali aut diuino. Licebit ergo regi, si non de sua ordinaria potestate, vt prima ratio probare nitebatur, saltem dispensando in legibus id efficere.

Iudex innocentem condemnā dum sua priuata scię tia liberare potest.

Tertio denique: quia quando condemnandus est innocens reipsa, potest, imo tenetur iudex illum sua priuata scientia vtendo liberare. Poterit ergo eadem ipsa scientia priuata condemnare, cum contrariorum eadem sit disciplina & potestas. Ligare enim & absoluere eiusdem sunt potestatis.

Accusatio, & terminus ad respondendū, scriptura, instrumenta publica &c. in iudicio iure humano introducta sunt.

Mihi sanè aliter videtur sentiendum, quod vt scleo per puncta claritatis gratia explico. Primùm ergo mihi videtur, quòd omnis solemnitas in iudicio requisita prętęr illas duas, est iure humano introducta, vt est accusatio, terminus ad respondendum, scriptura & instrumenta publica, &c. Et id probatione non eget. Cum non ius naturæ, nec diuinum id postulet. Secūdò existimamus in his solēnitatibus non posse iudicem inferiorem dispensare, sed tenetur ordine iuris procedere per accusationē, scripturam publicam, &c. supremum tamen posse illas in iudicio dimittere. 170

mittere. Quod docuit Coua. 1. Var. cap. 1. num. 7. §. Tertium etiam, Ant. 3. part. tit. 9. cap. 15. §. 1. Horū ratio est etiam manifesta: cū solum is, qui legem tulit, non inferior qui solum est executor, & custos, possit contra legis ordinationem facere. Vnde colligitur male facere iudices inferiores, qui occultè informationem, & attestationes accipiunt contra aliquem, & eum inauditum morti etiam condemnant, in quo planè cospeccare non dubitamus. Ita Alcocer in sum. cap. 26. §. *y no basta*, & tenetur ad restitutionem, vt infrà dicemus. Cum sequatur proximum dānum ex omissione eius, quod ille ex officio facere tenebatur. Sicut testis in iudicio non dicens testimonium pro innocente, &c.

Iudices inferiores contra occultè aliquem informationē accipientes, eū inauditum condēnare non possunt.

Tertiò putamus, quòd si crimen est omnino improbabile, non posset etiam supremus iudex morte punire. Maximè non citatum & defensum, & ita esse homicidium iniustum. Ita sensit Caiet. in sum. verb. homicid. Sot. 5. de iust. quæst. 1. artic. 3. ad 1. & quæst. 4. artic. 3. Nauar. ca. 25. num. 10. Syluest. iudex 1. quæst. 5. d. 2. Mere. lib. 6. cap. 4. §. Io. 2. Ant. 3. part. tit. 9. cap. 15. §. 3. cit. Cord. lib. 1. quæst. 37. ad 2. rationem 2. opin. & circa fin. quæst. Ant. Gom. in l. 76. Tau. num. 9. & Couar. vbi supra, & in pract. cap. 26. nu. 6. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. ad 3. Castr. 14. de hæresi. ver. tyrannus §. Rursum. Neque vllum legi qui oppositum sentiat.

Non potest iudex etiam supremus morte punire, si crimen est improbabile. 171

Rationem huius sententiæ reddunt Caiet. Nauar. & alij, quia sententia est actus publicus, alias esset iniusta, si à priuata fieret authoritate. Debet ergo procedere ex scientia publica, alioquin, ne causæ essent sibi inuicem causæ, dum potestas est publica & scientia priuata, nec adhibentur causę commensuratæ effectui, dum actio potestatis publicæ ponitur exire à scientia priuata. Et ita requiritur processus per partis saltem citationem, & testium depositionem. Sed hoc non conuinceret. Nam dici posset, quòd scientia priuata principis æquiualet publicitati duorū testium, & quòd eo ipso, quòd est princeps non priuata sed publica est, & ideò potest liberare innocentem sua sola scientia talem, vt quæstione prędcedenti diximus. Ratio 172

Testium probatio & defensio rei, requiritur ad reū cōdemnandum.

ergo est meo iudicio, quia defensio rei, & testium probatio est illi debita iure naturali vel gentium, vt Syluest. voluit tia quo tamen princeps dispensare non potest, vt patet. Quod verò sit de iure naturali, probo ex Clem. Pastoralis, §. verum. *Praesertim*, ait Clem. *de crimine grauidelato, defensionis (quæ à iure prouenit naturali) facultas adimi nō valet. Cum ea tollere in particulari non licuit, quæ iuris naturalis existunt.* Et incap. Deus 2. quæst. 1. *Diuino exemplo manemur, ne indiligēter probata & discussa causa iudicemus.* & infra. *Si Deus enim cognitor omnium, &c.* Vbi insinuatur esse ius diuinum, ne sine probatione aliquis iudicetur. Et eadem quæst. sic dicit Melchiades Pont. *Primum probate postea charitatiuam*

173 *sententiam proferte, & quod vobis non vultis fieri, alteri facere nolite*, vbi etiam sequitur esse ius naturale iuxta illam naturalem legem, *quod tibi non vis, &c.* in cap. Qualiter elect. 2. de accusationibus. *Vnde videmus Deum non protulisse sententiam contra Adam, nisi prius vocatum, & auditum ac defensum.* Et Euaristus Papa Epist. 2. ad omnes Episcopos, & recitatur in cap. Nullum 3. quæst. 5. *Nullum* (inquit) *ante veram iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus, teste Apost. qui ait. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum*, ad Rom. 14. Et Eleuterus Pontif. in capite iudicantem eadem causa, & quæst. *Iudicantem* (ait) *oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, respondendi, obijciendi prabita patientia.*

Ratione verò hanc sententiam probo, quia auferre ab aliquo arma, quibus se iustè posset defendere, est directè contra charitatem & iustitiam. Constat autem reum ante quam sit legitimè conuictus, posse iustè se defendere, vel negando, cum secretum sit delictum, secluso mēdacio, vel alia via iusta. Qui ergo non audiendo, hæc iusta arma, illi auferet, facit contra ius naturę non minus, quàm si ab eo ensem subriperet, quo solo se poterat defendere à morte, & eo ablato occidendus est. Nihil enim refert, vel armis, vel rationibus de salute dimicare. Nec etiam illam rationem Caiet. & doctorum omnino infirmam putamus. Nā reus tanquam non videtur, quod talia delicta occulta sint humano iudicio subiecta, sed tantum diuino, iuxta illud Apostoli

Auferre ab aliquo arma quibus iustè se defendere potest, est contra charitatem & iustitiam.

stoli, *Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, &c.* Habet enim se quod ad iudicium humanum attinet, velut innocens. Quod si absoluere potest, & tenetur scientia priuata cognitum innocentem, vt supra probaui, non inde conuincitur posse condemnare nocentem cognitum scientia tantum priuata. Quia illum non absoluit authoritate publica, sed priuata lege charitatis & iustitię de facto (vt supra dub. præcedenti dicebāmus) qua tenetur proximi salutem conseruare.

174

Cum iudicis potestas publica sit ad omnē, tum exercendum notitia publica vti debet

Est enim animaduertendum esse verissimam illam doctorum sententiam, quod cum potestas sit publica, nō nisi notitia publica prodire in actū potest, siue in fauorabilibus absoluēdo, siue in pœnalibus cōdēnando. Oportet enim causas esse sibi inuicem causas, & causas proportionari effectibus, vt doctè Caiet. docuit. Exigit enim actus publicus, vt à voluntate & noticia publica proficiscatur, sicut à commensurata causa. Cùm ergo ad condemnandū non sufficiat priuata potestas, sed publica interuenire debeat, consequēs est: vt neminem damnare possit, nisi per publica documenta id fit probatum: at ad liberandum aliquem à morte, vel alia pœna non est necessaria publica authoritas: sed priuata authoritate liberari, & defendi potest proximus & debet. Vnde planissima differentia constat, cur absolnere debeat, id est, non condemnare reuera innocentem, obligante ad id priuata charitate et iustitia commutatiua, non tamen possit condemnare partē inauditam, et de crimine non probato, quod authoritate publica facere non potest, quæ tamen ad occidendum est omni no necessaria. Quibus rationibus, & iuribus illorum sententiam aliàs doctissimorum, quos vehementer illam sententiam, vt veram tenere vidi, falsam esse apparet.

175

Ad argumenta tamen nostra, quæ pro eorum sententia vrgere videntur, antequam respondeam, placeat interrogare. An hoc naturale ius ita sit strictum, vt non patiatur interpretationem, vt lex non mentiendi: an verò aliqua epicheia bonum reddi possit? Nauarr. & Caiet. hanc difficultatem tangunt, et vterque negando respondet.

Siue

176 Siue enim sit propter scandalum vitandum, ait Caiet. fieri non potest, vt si iudex dicat mortem quidē meretī clarissimē, sed vt honor illius familiæ & dignitas seruetur, & vt scandalum vitetur. Siue pro magna aliqua causa, fieri quidem potest, ait Nauar. dummodo processus fiat secretō, vbi partes reiagantur ipse personaliter nō citetur, nec audiatur.

Si crimē est publicū sine citatione, defensione & processu, condemnari potest.

Ego sic dicendum putarem. Primō si crimen est publicum sine citatione, defensione, & processu potest condemnari & puniri. Ita docuit Nauar. & nullus negat. Et ratio est meo iudicio: quia ille non potest se iure defendere in iudicio, negando factum, vel alia via licita. Quia si postduorum testimonium iustē negare non potest, minus poterit post omnium fere testimonium, & ita non adimitur illi iusta aliqua defensio. Et idem est dicēdum de iudicibus, qui repertos inflagrāti delicto publico, vt latrones in vijs statim suspendi iubent. Interuenit enim ibi (ait Caiet.) notorium facti, loco accusatoris & testium, faciens publicam scientiam, & excitans publicam potestatem ad publicum iustitiæ actum. Am autem id sit contra charitatem, quia negatur locus sacramentorum, statim dicam. Id tamen intendimus non esse contra iustitiam, nec ad restitutionem obligari. Ita habetur expressē in cap. Bene, de Elect. vbi Innocen. 3. sic dicit: *Contra processum verò legati facere videtur, quòd nō citatis Episcopo, & eius fautoribus processisset.* Porro excessus notorius examinatione non indiget. Et ita docet ibi Panor. idem in cap. Cum olim, de Re iud. & ibi Felin. col. 5. & cap. Ad nostram, de iure iurand.

177 *Iudex in crimine publico, sine citatione reū condēnans, non peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem.*

Si reus ob potētiam capi non posset, non vocatus, nec defensus in absentia condemnari posset.

Secundo videtur quòd si reus ita esset potens, vt capi non posset, non vocatus, & non defensus condēnari posset in absentia. Ita fatetur Sylvest. homicidium 1. quæst. 5. Quem locum iam meritō suprà dicti contra nostram sententiam adducunt. Non enim est contra nos, cùm nos locuti simus, quando reus citari potest, & comparare valet, vt se iustè defendat. Et ita non est sine iure propriæ defensionis spoliandus: at ille potens, nec tutò vocari potest, nec vocatus compararet, & ita intelligitur nolle iustam defensionem. Quare non tenetur Rex illum dimittere

tere si occultè occidi potest. Vnde sibi imputandum est non regi. Et idem docuit Nauar. num. 11. & glos. singularis in l. antepenult. ff. In quibus caus. mai. laudata per Rauen. in cap. 1. de caus. poss. idem Dec. in cā. ex parte 2. de Offic. deleg. col. 2. Modo tamē ait Nauar. allegari, & probari curet pro absente quæcunque possunt. 178

Tertio videtur, quòd si in futurum damnum impenderet regi vel reipubl. vel alicui tertio innocenti, posset occidi occultè. Tum enim non vtitur occidens potestate vindicatiua iudicis, sed vtitur iure defendendi innocentem. Si enim id facere posset priuatus homo ad sui defensionē sine strepitu iudicij, quando scilicet non est aliud remedium, vt infra dicemus, quanto amplius reus ad sui, vel aliorum tutelam & defensionē? Igitur in casu in quo crimen est secretum, licet à principe cognitum, & reus non est potens, aut rebellis, sed compareret, si citaretur, nec pender damnum in futurum. Nunquid poterit inauditus & indefensus condemnari propter aliquam magnam causā putā quia aggressus est regnum, etsi citetur, & processus fiat, diffamabitur regia persona, vel sequetur alia reipubl. perturbatio, aut damnum, vt si criminosus esset filius imperatoris regis, aut supremi principis reipublic. quē non sine magno scandalo puniri contingeret, an tūc occultè perimi posset? Nauar. Caiet. & Merc. id condemnāt locis citatis & in id inclinat Sot. q. illa 1. art. 3. ad primum. Ait enim esse contra ius naturæ contra inauditam partem, & indicta causa ferre sententiam, etiāsi reus esset pernicioſissimus. Verūtamen Couar. & Cord. locis citatis dicūt fieri posse ob criminis atrocitatē, & ita videntur magis ad vindictam, quā defensionem alludere.

Si regi, vel rei publ. vel alicui nocenti damnum in futurum impenderet, occultè occidi posset reus.

179 Mihi distinguendum videtur. Nam vel delictū est probabile, vel non, sed est vel omnino secretum, aut vnus tantum testis. Si primum, id est, si plenè probari posset, tunc videtur locum habere epicheiam, & ita occidi posse secretò veneno, vel alia via, non citatum & defensum. Tunc enim non auferetur ab illo iusta defensio. Nam si probaretur vt potest illa citatione & defensione nihil proficeret, nec iustè si posset aliqua ratione defendere. Si

Reus non citatus, occidi potest secretò si delictum plenè probari potest, & ob scandalū & alias causas nō publice

ergo *probatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo ex probatione graui instat scandalum, illa dimissa po
180 terit occidi, ac si facta esset, vel saltem secretò posset fieri, si inconueniens non esset. Nec illi fit iniustitia, cũ sciat princeps nullam reo competere defensionem, & communi bono prouideatur vitando scandalum & rempubl. purgando criminosis hominibus. Et in hoc casu veram puto sententiam Couar. & Cord. vbi supra.

Si iuridicè nõ potest probari crimen, reus secretò occidinõ potest.

Quam in terminis tenet Gregor. Lop. in l. 4. titul. 2. part. 7. & ita sensisse videtur Nauar. Si verò non potest sufficienter probari crimen, si iuridice procederetur, videtur vera sententia Nauar. Caiet. & Sot. ita vt sit intrinsecè malum atque iniquum. Si enim damnum non pendet in futurum nec peccatum est publicum, & reus vult comparere in iudicio, & se defendere quantum honestè & licitè potest, magna illi fieri iniuria videtur, si propria arma, & vnica iusta vitæ tutela sibi auferatur. Ex quo enim nõ
181 potest conuinci per testes iudex etiam supremus non potest eum condemnare: sed est quoad humanum forum velut innocens, licet quoad Dei iudicium nocens. Iudex enim tenetur ex D. Thom. & ferè omnium sententia secundum allegata, & probata, & non aliter iudicare. Ius ergo habet ille ad vitam, dum ille nihil probari potest malì gessisse, & ita princeps reus esset homicidij, & restitutionis onere teneretur. Secundo id probo alia vrgenti ratione: quia Rex priuata scientia potest delictum punire, cũ publicè sit probatus innocens, teneretur ille publicè delictum confiteri. Quia si iudex iustè procedit & condemnat, non posset reus veritatem negare, & sententiæ iustè latæ, non parere. Cum ergo nullus dicat illum teneri delictum confiteri, & sententiæ mortis parere, dum nihil per testes aduersus ipsum probatum est, imo est innocens publicè iudicatus sequitur, nec iudicem posse pœnam infligere. Non enim est aliqua ratio, quæ cogat bellum concedere vtraque ex parte iustum. Et huius etiam sententiæ fuit

Reus per testes nonprobatus, licet quoad Deũ nocens, quoad humanum tamen iudicium innocens est.

182 Merc. qui loco citato fatetur esse idem in hoc casu, atque occidere innocentem. Solum enim inquit Merc. diuinæ iurisdictioni subest talis peccator.

Forsan de ciuilibus concedi posset dicta sententia, sicut diximus

diximus de reuera innocente, si causa aliqua iusta subesset sic iudicandi. Secus si non esset, quia vt rationes factę probant certè ratione illius delicti nulli humanæ iurisdictioni est subiectus. Vnde nec in his vult Nauar. id concedere. Grauiter enim peccare docet principem, qui sola scientia priuata priuat aliquem bonis temporalibus non 183 ad nutum à mobilibus, vt beneficijs, honoribus. Quãuis, vt dixi verius videtur quod dixi de ijs tẽporalibus, aliàs nequit intelligi, cap. Palloralis, §. Quia verò. Vbi expressè dicit Innocen. 3. esse exequendam sententiam ab Ordinario, quam delegatus tulit, etiamsi sciant esse iniustam, id est, scientia priuata. Si enim scientia publica sciret in ciuilibus vel priuata in criminalibus, peccaret grauiter si ab executione non subsisteret. Et ita videtur iniustè illi pœna infligi. Secus si non esset imponenda pœna, sed solum cogendus ad restitutionem vt quia scit Rex priuata scientia illũ debere alteri summã, quã tamen non vult soluere, nec probari potest debitum. Tum enim planè Rex, imò quicumque iudex potest, & debet illum cogere ad soluendum, eo quod, tunc non vtitur iure vindictæ, & potestate iudiciali, sed iure defensionis rerum proximi ab iniusto inuassore, & possessore, quod etiam priuatus facere posset, si id eo modo exequi integrum esset.

Eadẽ ratio est de ciuilibus, ac de crimine.

Ex dictis facile soluuntur argumenta in contrariũ. Ad primum respon. quòd scientia principis priuata non facit publicum crimen, licet illi regulariter magis sit credendũ, quàm alteri de populo: sed semper delictum dicitur secretum, & est. Aliàs teneretur delinquens confiteri in iudicio, quod non est dicendum. Vnde Eugenius Rom. Pon. in cap. Si sacerdos de Offic. iud. ord. *Si sacerdos* (inquit) *sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis, vel si confessus fuerit, & emendare nolluerit, nisi iudiciario ordine probetur, nõ debet eum arguere nominatim, &c.* Quia non vt iudex sit, &c.

Principis priuata scientia, publicum non facit crimen.

184 Ad secundum, quòd citare, & audire reum, & non nisi sufficienti testimonio condemnare ad mortem, nõ est ius humanum: sed naturale & diuinum, satis responsum est. Et licet esset humanum, vt Sylvest. docuit verb. bellum, 9. vlt. quod tamen falsum est, tamen non potest tolli ad-

huc

Universidad de Deusto
Biblioteca

huc per Imperatorem, vt ibi docet Sylueſt. Eſt enim omnium gentium conſenſus, qui quaſi naturalis iuris vim habet. Vnde minus bene docuit Ang. verb. defenſio, §. 1. eſſe de iure gentium l. ciuili, & quod poſſet tolli per aliud
185 ius. Nec enim eſt de iure gentium, vt Syluſt. docuit. Probauimus enim eſſe de iure naturali, & expreſſé id docuit Caiet. Sot. & Nauar. cita. & Merc. & gloſ. in extrauag. 1. de dolo & contumatia.

Sed dubitari poteſt, an certus numerus teſtium ſit ita neceſſarius, vt nec ſupremus princeps poſsit ſine tali numero condemnare; & tota quæſtio eſt de numero duorum teſtium. Nam plures requiri tantum eſt iuris ciuilis ſolemnitas. Sed nec duo requiri videntur iure naturali.

Primum mihi videtur eſſe de iure diuino, & id certo tenendum iuxta domini vocem, *in ore duorum, vel trium ſtabit omne verbum.* Et ita principem etiam ſupremum in ea diſpenſare non poſſe in cauſa ſanguinis, niſi vt ſupra dixi epicheia declarando, quando ſcilicet reuera ſunt teſtes, & probari poteſt, ſed non oportet ob ſcandalum, &c. Quod vt ſupra dixi, non poſſet facere inferior iudex. Licet enim quoad declarandum ius naturæ idem ferè ſit de illo, & ſupremo iudicium, tamen non poteſt hic, ſicut ille ciuilis iuris ſolemnitates præternittere pro libito. Si tamen remitti non poſſet ſine ſcandalo cauſa ad ſupremum, poſſet etiam ipſe dicta epicheia vti. Si verò probari non poſſet, vt ſupra dixi. Neque ob ſcandalum vel aliam magnã cauſam non eſſet licitum. Tum enim habet verum, vtilius ſcãdalum naſci permittitur, quã veritas deſeratur, ſicut licet vitæ huius. Eſſet enim ſcandalum acceptum. Quam uis non video, quod ſcandalum eſſe poſsit, vbi delictum
186 eſt ſecretum & omnino improbabile.

An verò ſit etiã de iure naturali duos eſſe teſtes; Mihi videtur eſſe de iure naturali. Non enim eſt maior ratio cur vni teſti magis, quã reo credatur. Maximè vbi nõ eſt ſpecialis accuſator. Et maximè etiã in cauſa mortis, vbi ipſum naturæ ius & mutua charitas, et ſocietas hominum non permittit, ita facilé hominem ad mortem condemnare. Maximè etiam: quia ex natura rei, et per ſe loquendo

Iudex non poteſt reum ſine teſtibus condẽnare.

Tã de iure naturali, quã diuino duo teſtes requirantur ad iudicandum.

do vnius hominis iudicium fallibile eſt, duorũ autem vel trium, licet per accidens ex malitia, vel ignorantia quandoque fallatur: per ſe tamen, & vt plurimum verum eſt. 187
Vnde quod ait Cordub. in qq. quæſt. illa 27. in reſpon. ad 6. rationem 6. opinionis. probare non poſſum. Ait ille quod illud *in ore duorum, &c. valet in lege noua quatenus eſt morale, ad hunc ſenſum ne ſcilicet quis condemnetur, niſi ſufficient i teſtimonio: quatenus autem eſt iudiciale, quod ſcilicet duo vel tres teſtes ſufficiant, hoc non habet vim in lege noua niſi ſecundũ quod humana lege ordinatur. Nam quandoque plures, quandoque pauciores requiruntur.* Hæc ille.

Falſum eſt quod dicit Cor. quod illud axioma (In ore duorum. &c.) quatenus iudiciale in noua lege tantum habere vim.

Ex quibus verbis nonnulla diſplicent: placet vnũ. Diſplicet ſanè eo quod dicat, quatenus iudiciale, non habere vim in noua lege: Si quidem â Chriſto confirmatum eſt Matthæi 18. & â Paulo obſeruatum, & prædicatum 2. Corinth. 13. *Tertiò veniam ad vos, vt in ore duorum,* &c. Secundo: quia non explicat Cord. quod intenditur. Aut enim ſenſum illorum verborum, vt morale præceptum continent eſſe, ne quis condemnetur, niſi ſufficienti teſtimonio. Aut hoc eſt, quod quærimus, quodque explicare deberet ipſe Cord. An moraliter, id eſt, ſecundum dictamen rectæ rationis ſufficiant duo, & an requirantur tres. Deniq; quoniã falſum eſt in aliquibus cauſis, minus requiri, in qua enim rogo cauſa, minus, quã duorũ teſtimonium ſufficiet? Vnum igitur placet, quod ille tangit, ſicque explicandum cẽſeo. Poſſunt enim prædicta verba intelligi duobus modis: negatiué ſcilicet, & poſitiuè. Negatiué quidem, vt ſenſus ſit. Non minore quã duorũ, vel triũ teſtium numero, quis condẽnetur. Quaſi ibi non ſit ſermo de teſtibus, 188
qui ſufficiũt: ſed de teſtibus, qui ſunt neceſſarij. Et tũ putarẽ non modo, eſſe de iure diuino: ſed etiã de iure naturã li. Ratio enim ita præſcribit, eos teſtes requiri, ac neceſſarios eſſe, vt contra rectã rationẽ, & ius naturale ſit, minori teſtimonio condẽnare, vt ſupra oſtendi. Poſitiué, ita vt ſenſus ſit, duorũ teſtimoninm, ſatis eſt, ad conuincendum, quempiã: ita vt ſit ſermo non ſolũ de eo, quod requiritur, ſed de eo, quod ſufficit. Hoc enim ſignificat illud verbũ. *Stabit omne verbũ*, id eſt, habebitur ſufficienter firmum.

Minori numero teſtium, quã duorũ vel triũ nullus reus eſt condemnãdus.

Cc Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ille numerus testium non solū est requisitus, sed & sufficies nisi ius positum aliter interpretetur.

Nec refert meo iudicio, quod in quibusdam causis plures exigantur. In hoc enim non fit contra Dei præceptum. Illud enim diuinum ius in communi, & per consequens regulariter seruandum, recipit interpretationem, vt nempe secundum personarum, locorum, & circunstantiarum varietatem plures exigi possint testes, licet non pauciores, quidquid Cord. dicat. Sicut iure diuino & naturali, vt aliquis reus sit homicidij satis est, habere integrum & perfectum rationis vsum, & discretionem: tamen potuit humanum ius ante certam ætatem decem & octo, vel viginti annorum decernere, ne quispiam morte mulctetur. Sicut etiam iure diuino matrimonium sine Parrocho & testibus validum esset, tamē potuit ecclesia ob commune bonum irritum reddere, non diuinum & naturale ius mutādo: sed interpretando. Sic igitur potuit in aliqua causa plures exigere, quā alijs iure naturali & diuino exigerentur, ob cōmune bonum, siue ob grauitatem causæ & pœnæ, siue ob dignitatem personę accusatę, siue ob leuitatē testiū, &c.

189

De obligatione restitutionis qua tenentur aliquem priuata authoritate condemnantes,

SVMMARIVM.

Condemnans scientia priuata peccat, non tamen ad restitutionem tenetur, secundum Alcocer, num. 189

Iudex sciens priuatē alicuius debitum, potest etiā priuata sententia cogere debitorem ad solutionem, num. 190

Quotiescunque iudex peccauerit mortaliter ferens sententiam priuata authoritate, incurrit obligationem restitutionis, num. 191

Innocentis mortem desiderare nullo fine rationabili

rationabili peccatum est, num. 192

Eo fine quo ipse innocens mortem subire tenetur licitum est eius mortem desiderare num. 193

Mortem alicuius, dedecus, vel aliam temporalem iacturam qua conuertatur, vel ne tot mala faciat desiderare licet, num. 193

Desiderare alicuius mortem propter fines inferiores, videlicet propter hæreditatem, licitum non est num. 194

Desiderare alicuius mortem, ita vt voluntas diuina supponatur præcedere, licitum est num. 195

Nulla creatura potest esse causa finalis mouens diuinam voluntatem num. 196

Deus voluit mundum esse propter hominem, sed non voluit mundum propter hominem, sed mūdum & hominem voluit propter seipsum, nu. 196

Deus nullam creaturam propter aliam facit, sed omnia propter se, num. 197

Delectari de bono ex morte alicuius sequendo, dum de morte, nec propter se, nec propter bonum delectetur, licitum est, num. 199

Votum emittere sub conditione inhonesta, blasphemia est num. 200

Licet magistratibus facere facultatem occidendi publicos, vel occultos malefactores, quorum damna pendent in futurum num. 203

Si tantum procedatur ad vindictam, & non timetur damnum, non erit peccatum contra iustitiam, nu. 203

Peccatum mortale est facultatē occidendi publicos vel occultos malefactores facere, ratione iræ, vel alterius passionis, num. 204

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vir occidens vxorē adulterā si in flagrāti delicto eā nō inueniat, mortaliter peccat, & tenetur restituere num. 205

Vir vxorē in flagranti inueniens, occidere potest, secū dū leges seculares, peccat tamē mortaliter, n. 206

Vir vxorem occidens, non solum dotis, verū etiam homicidij & dānum subsequutorum hæredibus restitutionem facere tenetur, nu. 207

Explicatio cap. inter sectores, num. 207

Pater filiam in adulterio aprehensam occidere non potest, nec per leges seculares. num. 208

Iudex nolentem confiteri, & sacramenta suscipere liberare non tenetur, imo peccat eum libe rando etiam si sciat in peccato moriturū. n. 210

Iudex reo tempus ad confitendum & præparandum concedere tenetur. num. 210

Iudex tenetur reo tempus confessioni dare, etiā si ereptio timeatur num. 111

Secluso scandalo & ereptionis periculo, tenetur iudex sententiam differre, si post duos aut tres dies esset spes pœnitentiæ rei, num. 213

Defensio est de iure naturali & ita vim vi re pellere, & se defendere in omni loco licet. nu. 216

Sexta dubitatio

Condemnās scientia priuata, peccat, non tamen ad restitutionē tenetur. secundum Alcocer.

SEXTA dubitatio sit specialiter de restitutione. An in casu quo mortaliter peccat talis condemnans scientia priuata, teneatur ad restitutionem? Quod enim teneatur facile deduci videbatur ex supra dictis. Cum sit verè homicida, & per consequens peccet contra iustitiam. Alcocer tamen in summa c. 26. vers *y no basta*, docet peccare mortaliter, sed non teneri ad restitutionem. Primum probat: quia condemnat sine sufficienti probatione, quæ ex processu constet: quod verò non teneatur restituere probat: quia cum pars reuera haberet iustitiam non tenebitur ad restitutionem.

Sed profecto non assentior huic doctrinę. Nam vel sermo est propriè de condemnatione & sententia, qua scilicet ob delictum tantum punitur pœna aliqua, quę debetur ex lege, nō ipso naturali iure: vt restitutio. Aut est sermo de sententia declaratiua, qua iubet soluere debitum. Vel satisfactionem aliam fieri, quę erat debita iure naturali, vt in ciuilibus frequentius vsuenit. Si hoc secūdo modo loquitur. Sane licitum est, secundum scientiam priuatam iudicare, & dare illi quod suum est, vel illi debitum. Si enim quando ita iuridicé debitum recuperari non potest, licitum est domino secretò rem accipere in recōpensationem, vt infra trahituri sumus, & similiter est licitum alicui tertio rem proximi innocentis illo modó vindicare: sane multò melius licebit iudici scienti rem veré deberi, illi præcipere sua sententia, vt soluat, etiamsi id per attestationes non sit comprobatum. In quo licet potestate coercitiua vtatur: tamen potissimum vtitur iure defensionis proximi, ad quod iuuatur potestate publica, quafungitur. Vbi enim vnum propter aliud, ibi est tantum vnum, vt dicitur. Et ita in hoc sensu, nec restituere tenetur, nec peccat. Si verò primo modo loquitur, fateor equidem peccare mortaliter iudicem, vt supra est à nobis ostensum: sed ad restitutionem pariter teneri est fatendum. Nam cum pœna legis non sit imposita, nisi crimine probato (Nō enim lex op. delicta secreta, & penitus improbabilia pœnā temporalem posset imponere) sequitur planè, quòd ille nulli pœnę est obnoxius. Et ita iniusta talis pœna esse intelligitur. Quamobrem iudex & mortaliter peccat, & ad restitutionem damni iniustè dati tenetur.

190

Iudex sciēs priuatā alicuius debitū, potest etiā priuata sententia cogere debitorem ad solutionem.

Nullus ergo casus est in quo sit illa doctrina vera. Quod mortaliter peccet, & ad restitutionem tamen non teneatur. Et meritò, quia tale peccatum, aut nullum est, aut contra iustitiam est. Adde aliam rationem, quia vt supra diximus capite primo huius secundi libri. Quando alicui tertio sequitur damnum ex mea omissione eius, quod ex officio facere teneor, incurritur obligatio restitutionis, vt ibi latius respondimus, & omnes fatentur: Cū ergo ex omissione dictarū solemnitatum, quas ex officio

191

Quotiescunque iudex peccauerit mortaliter, ferens sentētiā priuata authoritate, incurret obligationē restitutionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere tenetur alter damnificetur, sequitur, &c. Et idem
192 putat Caiet. esse dicendum de executoribus subdominis, qui & mortaliter peccant, & restituere tenentur, si tales indemnatos occidant sine crimine notorio. Debent tamē obedire quoad captionem, & custodiam. Quia id potest superior ex rationabili causa præcipere. Quod etiam docet Nauar. dict. num. 10. Et sic intelligo, & non aliter tex. in cap. Pastoralis de offic. delegat. Vbi Innocen. 3. disponit exequi debere sententiam ab Ordinario, quę â delegato est promulgata, etiamsi sciat esse iniustam. Est enim verum, quo ad captionem, vel alia temporalia, non in causa sanguinis. Quia vt dicebam in his potest, iudex superior ex rationabili causa id efficere.

Septima dubitatio.

SEPTIMA dubitatio sit: An saltem liceat aliquando optare mortem innocentis. Sane si nullo fine rationabili quis moueatur, manifesta est malitia huius actus, vt si quis
193 vellet aliquem mortuum esse, aut delectatur in ea cogitatione, vt illi malum hoc eueniat. Constat enim hoc ad inuidiam & odium proximi pertinere, quod contra rationē est. Imó etiam nocentissimo homini isto modo mortem optare peccatum mortale est contra charitatem, etiamsi mihi inimicus sit. Malum enim etiam pœnæ, prout malū est proximo cuique optare & imprecari, directè charitati aduersatur. Vnde ne iudex quidem ipse nocumenta huiusmodi optare, aut inferre potest, vt mala sunt, nēpe ibi sistendo: sed ob reipublicę bonum, & virtutis exemplum. Secundo suppono, id esse licitum, si talis esset finis, vt ipse innocens mortem subire teneretur. Ita optabat Christiana & sancta mater filiorum, mortem pro Christo, & ad id adhortabatur, atque idem est, si ad salutem spiritualē etiā vnius, id foret necessarium, vt supra dicebamus. Quin etiam licitum est optare mortem alicuius, morbum, dedecus, vel aliam temporalem iacturam, quo conuertatur ad Dominum, vel ne tot facinorā perpetret, vt docet Nauar. cap. 15. num. 10. Alexand. tractatu de Maledictione. S. Thom. 2. 2. quæst. 76. art. 2. Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 36. art. 1. Vnde desiderare mortem Turcarum, vel aliorū inimicorum Christiani nominis, quando aliter eorum persecutiones,

Eo fine quo ipse innocēs mortem subire tenetur, licitum est eius mortē desiderare.

Mortē alicuius ddecusl. aliātē porale iacturā quò cōuertatur l. ne tot mala faciat, desiderare licet.

cutiones iniustę cessare non sperantur, licitum erit, vt prędicti fatentur Doctores: & videtur petere Ecclesia, dum ait, *Vt gentes paganorum & hæreticorum dextera tuæ potentiæ conterantur.* Pro temporali verò necessitate reipublicæ, an liceat, iam ibi est explicatum.

194 Dubitatio igitur in eo sita est, an propter alios inferiores fines liceat id desiderare, vt si quis desideret mortem patris, vel alterius, propter hæreditatem, vel vt dignitatē eius assequatur, vel ne ab eo castigetur, aut reprehendatur. Videtur enim licitum, siquidem non optatur iniusta, aut violenta mors, â me, vel ab alio efficiēda: id enim apertè est peccatum mortale homicidij mentalis: sed mors naturalis, vel â Deo solo, licet violenter illata, vt in tempestate, suffocatione, &c. vel à iudice ob crimen, &c. Si enim obiectum licitum est, cur non licebit optare?

Desiderare alicui mortē propter fines inferiores, videlicet propter hæreditatem, licitum non est.

Verum dicendum mihi videtur, nullo modo licere, id enim est cōtra ordinem charitatis, quo tenemur proximi vitam pluris facere, quā bona nostra tēporalia: at ille qui propter hereditatem desiderat proximi mortem, pluris æstimat illa bona, quā proximi vitam. Secundo, si proximus esset in extrema necessitate, verbi gratia, famis teneretur, prędicta bona pro fratris salute dare. Ergo tenetur velle proximi vitam, cum iactura rei familiaris: cum hac autem voluntate impossibile est illam stare, ergo, &c. Notandum autem censeo pro declaratione maiori huius difficultatis, dupliciter haberi posse tale desiderium. Primū, vt diuina voluntas præcedat, nostra autem subsequatur, & hoc contingit, cū dicimus: *Si Deus voluerit, quòd ille moreretur, ego gauderem.* Et hoc sanè licitum est, imó tenetur illā mortem velle, cū teneatur diuinę voluntati se confirmare. Secundo potest contingere tale desiderium, ita vt præcedant diuinam voluntatem, & illam velit trahere, & inclinare, vt illam mortem velit: hoc illicitum est, vt diximus. Licet enim diuinam voluntatem præuenire & inclinare ad aliquem effectum, scilicet, vt nobis det gratiam, virtutes, &c. non sit malum: tāmen trahere illam ad affligendum maximū malorum propter nostras tēporales cōmoditates, inordinatum est, & in damnū proximi innocētis.

Desiderare alicui mortē, ita vt voluntas diuina supponatur præcedere, licitum est.

195

Nulla creatura potest esse causa finalis, mouens diuinã voluntatem.

Ob acutiorem autem lectorem animaduertere par erit, cum diximus, nostram voluntatem diuinam quasi præuenire, & inclinare, non ita intelligere, quasi detur causa, etiam finalis creata, mouens diuinam voluntatem. Siquidẽ Deus ob nullam creaturam quidquam vult, omnia siquidem propter se vult. Non sanè voluit Deus mundum corporalem propter hominem, sed hunc, & hominem propter se, sicut propter finem: quamuis fateri oporteat quòd voluit mundum esse propter hominem. Itaque discernunt sapientes inter velle hoc propter hoc, & velle hoc esse propter hoc. Primum enim Deus non vult (aliàs creatura esset finis, moueretque Dei voluntatem) at posterior propositio vera esse debet. Siquidem Deus cum mundum condidit, vnum ordinauit ad aliud, sicut ad finem, mira quadam sapientia, quæque suis nectens ordinibus, vt acutissimè & præclarissimè tradit D. Thomas prima parte, quæstione decimanona. articulo quinto. Quæ sanè doctrina intellectu difficilis nonnullis visa est non potentibus miram, verissimamque doctrinam perspicere, quam nos hoc loco rationibus probare minimè intendimus.

196

Deus voluit mũdum esse propter hominẽ, sed non voluit mũdum propter hominem, sed mũdũ & hominem voluit propter se ipsum.

Exemplum adijciam duntaxat, quod à sapientissimo quondam nobilitate generis, religione, & literis præstantissimo, atq; optimo viro Magist. meo audisse, memoria teneo. Cùm enim artifex horologium aliquod elaborat, & construit, plures rotas inuicem dependentes fingere videmus. Itaque is artifex non hanc rotam propter hanc vult, neutram enim sibi finem proponit, neque eius voluntas ab vlla illarum mouetur, sicut ad finem: finis enim est horologium. At tamẽ verum est hanc ordinare ad hãc seu velle hanc esse propter hanc. Sic igitur Deus nõ vult vnam creaturam propter aliam. Nullam enim, vt finem vult, sed omnia propter se: at tamen vult hanc creaturam esse ordinatam ad aliam: sed de digressione facta. Igitur cum dicimus Deum nostris petitionibus inclinari, sic accipimus, vt velit ipse nostris precibus annuere, & petita approbare, non quòd moueatur per modũ finis, vel quauis alia ratione à creatura Deus, vt dictum est, qui est primus

197

Deus nullam creaturam propter aliam facit, sed omnia propter se.

omnium motor, non solum in genere causę efficientis, verumetiam in ratione causę finalis.

Per hęc igitur patet ad argumentum: licet enim obiectum licitum sit, id est, non volumus proximo malũ culpę, est tamen malum pœnæ & omnium maximum. Atque ita illud desiderare proximo non licet, nisi propter maius bonum, vt scilicet diuina voluntas impleatur, vt bonum commune saluetur, vel spirituale bonum ipsius, vt infra dicemus. Vnde nõ licet patri desiderare mortem filię, quia eam dotare non potest, secundum exigentiam sui status: cum maius proximi bonum negligat ob suum minus. Vnde sequitur, quòd delectari (ait Nauarrus in dicto capite decimoquinto, numero decimo) de morte alterius propter bonum, vel vtilitatẽ, quę ex illa morte oriretur, non propter ipsam mortẽ, non esset peccatũ. Quod probasse dicit in cap. Inter verba, num 366. & in additionibus, in cap. Quando, num. 369.

198

Sed vt iacet ista propositio falsa mihi videtur, atque in hoc sensu à nobis impugnata. Si enim delectatio est de morte ob hęreditatem, vel aliud temporale commodum, iam ergo & gaudet de morte, malóque maximo fratris, propter suam vtilitatem: ac per consequens vtilitatẽ præfert vitæ fratris. Si enim obiectum ex se illicitum est, & inordinatum, quomodo iustificari potest ob inferiorem finem? Arbitror sanè intelligi posse hanc sententiam ita, vt delectari de bono, vel vtilitate ex morte sequenda, nõ sit peccatum, modò non delectetur de morte, neque propter se, neque propter illud bonum. Estque maxima differentia huius propositionis, ab ea, quam Nauarrus asseuerat: nam in ea obiectum volitum est mors: finis seu circunstantia, est temporalis vtilitas, quod inordinatum est, & effrenatæ volũtatis: at in nostra, mors volita non est vllo modo: sed immediatum delectationis obiectum, est vtilitas, secuta ex morte, & de illa præcisè est delectatio. Quod omnes fatentur Doctores, & expressè Caieta. 22. quæstione 88. art. 3. dub. 4. & in sum. verb. votum. §. Et quoniam Sot. 8. lib. de Iust. quæst. 1. art. 3. super 5. cõc. Dur. in 3. d. 39 q. 1. per totã. Med. C. de rest. q. 28. adsi.

199

Delectari de bono ex morte alicuius sequẽdo, dum de morte, nec propter se, neque propter bonum delectetur, licitũ est.

200

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aug. votum 1. quæst. 3. Armil. votum §. 2. Syluest. votum 2. quæst. 2. d. 3. Pedraza præcepto 2. §. 2. Fatentur inquam votum sub conditione inhonesta esse nullū, imo Dei blasphemiam, vt si quis voueret eleemosynam, si consequeretur mulierem alienam quam optat, esse autem validum votum, si obiectum fornicatio non sit: sed proles.

Votum emittere sub conditione inhonesta, blasphemia est

201 Vt si quis voueret eleemosynam, si ex concubina, quam habet, Deus dederit filium. Tum enim obiectum voti nō est fornicatio, vel aliud malum, sed immediatè fertur promissio in filium quod bonum est, licet ex fornicatione cō secutum & ortum. Si certè in nostro casu dicendum, licitam fore delectationem, si immediatè feratur in bonum vtile, licet ex morte secutum, non autem si delectatio sit de morte, sicut de obiecto propter tale bonum, & hunc fuisse Nauarri sensum existimo, licet eius verba aliud innuant.

Octaua dubitatio.

OCTAVA dubitatio est: vtrum licitum sit publicis

202 magistratibus, aut regi facere facultatem occidendi certū malefactorem, vel quicunque sibi erunt obuij facti? cui dub. sub. dist. respon. credimus: nam vel est sermo ante sententiam, contra illum iuridicè promulgatum. In quo casu, quid sit dicendum ex dub. 5. huius 2. par. satis est apertum. Post latam verò sententiam fatetur Sot. art. 3. ad 1. & Merc. lib. illo tract. de Rest. cap. 5. vers. *Suelen a las vezes*. Quòd bene potest concedi hæc licentia, quia cū iam sint iustè damnati, quicunque potest executor constitui. Quę quidem doctrina mihi moderanda videtur, vt locum habeat, quando esset ad vitandum damnum futurum. Puta, quia sunt publici latrones, & hostes reipubli. vel aliud malum, nisi occidantur impendet, & capi non possunt. Si enim vel capi possent, vt iuridicè punirentur, vel si capi non possent, tamen iam proceditur, solū ad pœnam, vt iu-

203 dicium feratur de præterito, non vt obuietur malo futuro. Puta, quia iam pœnituit, destititque à malo inferendo non putarem esse licitum talem facultatem facere, quod, vt clarius aperiam, placet per puncta breuiter, & perspicuè explicare.

Primum igitur videtur, quòd si sunt publicè latrones, vel

vel occulti malefactores, quorum damna pendent in futurum, possunt, siue ante, siue post sententiam à quocunq; occidi, etiam priuata authoritate. Sunt enim aggressores, & reip. & singularum de illa personarum hostes. Et licet sine confessione moriantur, id certè malitiæ eorum debet imputari. De hoc tamen, dubit. superiori satis diximus, & infra, cum de defensione agemus. Secundò videtur, si non timetur damnum vlterius, sed solum proceditur ad vindictam præteritorum criminum, non esse peccatum contra iustitiam, siue principis talem facultatem dantis, siue executorum, nec ad restitutionem teneri vllum eorum: quia ex quo per sententiam sunt iustè damnati, nulla illis fit iniuria, vel à iudice, vel ab executore ex illius licentia inficiente, vt patet.

Licet magistratibus facere facultatem occidendi publicos, vel occultos malefactores, quorum damna pēdent in futurū

Si tantū proceditur ad vindictā & nō timetur dānū, non erit peccatum cōtra iustitiā.

Tertio mihi videtur, quòd esset peccatum mortale talem facultatem facere, & ea vti exequendo: tum quia frequentius contingeret non habere ita purgatum affectum quin occisio fieret ex ira, vel alia passione: tum præcipuè quia adimitur illi potestas confessionis, & sacramenta recipiendi, quod infra dicemus iudicem teneri facere. Deinque quia contingeret executionem fieri in alieno territorio, quod non licet, vt adnotauit Sylu. verbo homicid. 1. quæst. 2. & 3. Postremo, quia posset fieri per clericum, quem non solum fore irregularem constat, sed etiam peccare mortaliter (inquit) Merc. vbi supra) cum agat contra religionem sui status, & iure talis executio sit illis prohibita, neque etiam sine scandalo fieret. His igitur quatuor causis posset interuenire peccatum ex tali difficultate. Quamobrem non putarem, vt etiam Sotus adnotauit, talem facultatem dari expedire, imo vt diximus, non licere. Si tamen aliquis occideretur sine vlla ex prædictis circunstantiis, nempe quia habet purgatum affectum, locum confessioni daret, non in alieno territorio, nisi saltem de consensu tacito legitimi domini, tandem si non esset clericus, licitè concederetur talis facultas.

Peccatū mortale est facultatē facere ratione ire, vel alterius passionis.

Sed specialiter de marito occidente adulteram, dubium esse potest. In quo casu certum est, quòd si adulteros non inuenit in flagranti delicto, & eos simul non occideret,

205 Vir occidēs uxorem adulteram si in flagranti

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

delicto eam nõ inueniat, mortaliter peccat, & tenetur restituere.

206

sed vnumquemque per se, vel alterum tantum & mortaliter peccat, & contra iustitiam, & perinde ad restitutionẽ tenetur: neque erit tali interfectori impunè. Et ita habetur in cap. Inter hæc 33. quæstione 2. vbi Nicolaus sic scribit: *Sanctitas vestra requirit, vtrum marito liceat secundũ mundanam legem interficere: sed sancta Dei Ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus, &c.*

Vir vxorem in flagranti inuenies, occidere potest, secundũ leges seculares peccat tamen mortaliter,

Secundo dicimus, si eos in flagranti repererit, per leges seculares facere posse impunè, vt ait Nicolaus, & habetur in lege Grachus, ff. ad legem, Iuliam de adulterijs: & lege maritus, ff. eodem: peccare tamen mortaliter peccato homicidij, vt communiter, & verè docent Theologi. Ita docet Sotus vbi suprà, art. 2. ad 1. Nauar. cap. 15. nume. 3. Med. C. de Rest. quæstione 3. in quarta causa, versic. *Ex dictis*, & habetur apertè in capit. Inter hæc, & in capit. Si quod verius 32. quæst. 2. vbi sic ait Augustinus: *Verius est, quòd non licet Christiano homini vxorem adulteram occidere.* Ratio est plana, quia mundana lex non potest in homicidio dispensare: sed solùm permittit impunè fieri, sicut de meretrice patet. Iure autem naturali & diuino, nullus, nisi publica authoritate, potest, se occidendo vindicare.

207

Vir vxorem occidens, nõ solũ dotis, verũ etiã homicidij, & dãnorũ subsequutorum, hæredibus restitutionem facere tenetur.

Tertio putamus etiam teneri ad restitutionem hæredibus, non solum dotis, quam non lucratur, sed etiam ipsius homicidij, & damnorum sequutorum: quia ex quo non est lata sententia, nec ipse executor factus est, priuatæ personæ homicidium est, & per consequens contra iustiam. Lex tamen solum fert impunè ob maximum dolorem acceptum à marito: non tamen eum vindicem proprium, vel executorem facit ante sententiam.

Explicatio capitis interfectorum, &c.

Quod si obiicias caput interfectores, citatum, vbi Nicolaus Papa sensit eos homicidas, qui vxores interimunt excepta causa adulterij. Vnde Gratianus ait. In hoc capite videtur Nicolaus permittere vxorem occidere adulterij causa. Quare immeritò Sotus hoc caput citat pro verisima sententia, cùm potius sit contra, vt liceat causa adulterij occidere. Respond. tamen, quod Nicolaus non dicit

208

esse licitum causa adulterij occidere, sed solum dicit negatiuam esse licitam. Dicit enim interfectores vxorum sine causa

causa adulterij, homicidæ sunt. Sed non dicit, quod cum ea causa, non sint homicidij rei. Est enim argumentum à contrario sensu non semper firmum, quod non latuit gloss. in lius capitis, dum ait. *Nota quòd vacat hic argumentum à contrario sensu, cũ maximè idem Nicolaus expresserit suam mentem omnino contrariam in dicto capitulo Inter hæc. Alioquin, cum id non solum dicat de adulterio: sed de alijs criminibus, iam liceret ob alia crimina priuatæ authoritate interficere.* Quam expositionem etsi apud neminem legeram, eam tamen posteà inueni apud Med. C. de Restitut. quęstione tertia. quarta causa. versiculo *respondeo. Vel loquitur*, ait Med. *secundum leges mundanas, quibus vt licitum habetur, vt ipse capite sequenti se explicat.* Sed prior, commodior solutio est. Quarto tandem videtur, quod qui authoritate iudicis post latam, contra adulteram, sententiam, occideret, nisi aliunde ira, vel odio peccaret, licitum esset illam occidere, dotemque lucraretur, nihilque deberet restituere, vt ex dictis satis constat, licet multi, quos Sotus refert & Med. rectè impugnat, contrà senserint.

209

Pater filiam in adulterio apprehensam occidere non potest, nec per leges seculares.

Vltimo tandem dicimus multo minus patri licet filiam in adulterio deprehensam occidere, etiam per seculares leges. Licet enim impunè olim facere posset, vt patet per legem patri, & l. neque in ea, ff. ad l. Iul. de Adult. & l. castitati, C. eodem: tamen, vt Sotus docet in d. sol. 1. vsu abrogatæ sunt.

Nona dubitatio

NONAM dubitationem, quam in superiore difficultate supponere visi sumus, placet breuiter resoluere. An liceat iudici aliquem occidere sine confessione, & Euchariſtia? Sot. art. 2. ad 2. docet. quod etiamsi iudex certo noueriit per reuelationem in peccato mortali reum moriturũ nõ debet à cõdẽnatione abstinere. Sed an differre debeat, non explicat Syluest. iudex quęstione 13. di. 6. oppositum sentire videtur. Docet siquidem non esse negandum

210

reo tempus confessionis, etiamsi timeatur fore eripiendum. Nam licet id timeretur, vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas deseratur. Nauar. cap. 2. num. 23. absolutè docet non esse negandum si petatur. De Euchariſtia verò docet non peccare mortaliter iudicem non

concedendo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedendo tempus ad illam suscipiendam. Hæc doctores, quæ maiorem distinctionem, lumenque desiderant.

Iudex nolentẽ confiteri & sacramenta suscipere liberare nõ tenetur, imo peccat eum liberando, etiam si sciat in peccato moriturũ.

Ideo mihi videtur. Primum non teneri iudicem reũ nolentem confiteri, & sacramenta suscipere, liberare: etiamsi certô, vt ait Sotus sciret in mortali moriturum. Imo peccaret eum penitus liberando, & oppositum siue sit scandalum impœnitentis rei, siue aliorum ex rep. esset ex malitia & passiuum, cũ iudex tempus confessionis cõcedat, reus autem pœnitere nolit, vt iudicium eludat, & à pœna se liberet. Et hic habet locum, quod vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas deseratur, id est iustitia & iudicium.

Iudex reo tempus ad confitendum & se præparandum concedere tenetur

211

Secundo mihi videtur, quod iudex deberet dare tempus confessionis, etiamsi sciret fore eripiendum, quod daretur, si ei mortem notificaret, vt se præpararet. Et ita docuit Syluest. Plus enim æstimanda est æterna salus proximi, quã vel quôd eripiatur, vel aliorũ scandalum, quod tamen passiuum esset, & etiamsi esset ex fragilitate, vel ignorantia, tamen reparabile esset.

Iudex tenetur reo tempus confessionidare, etiamsi ereptio timeatur.

Tertio videtur, quôd etiam si ereptio timeatur tenetur dare tempus confessioni vt Syluest. docuit. Tum: quia id ita est decretum in Clem. cũ secundum, de pœn. & remiss. Vbi id indistinctè præcipitur, & iudicis per excommunicationem id facere compelluntur. Tum secundô, quia difficile est veram concipere contritionem. Eo maximé tempore, quo animus est omnino mortis terrore perturbatus & ita non est illi discrimini exponendus, neque sacramento ad salutem necessario priuandus. Minus enim inconueniens videtur, quôd eripiatur, nisi esset homo flagitiosus, & damnum reipub. ex eius conseruatione immineret. Tũ

112

enim sufficit ei tempus contritionis dare: necessitas enim facit, vt se habeat, ac si non esset copia confessoris. Maximé, quia cum futurum damnum probabiliter timetur, nõ tam proceditur cum emendato ad pœnam, quã cum aggressore ad defensionem reipub.

Quarto videtur, quôd si nullum esset scandalum in dilatione iustitiæ, nec damnum timetur, etiamsi iudex tempus confessioni sufficiens concedat, vt si esset integer dies

dies à sententia promulgata, & tamen ille nollet eo tempore confiteri: dicere quis posset, quôd iudex illum inconfessum licitè suspendere, vel alio mortis genere afficere posset. Quia ex quo tempus sufficiens dedit sibi non imputatur: sed reo. Tamen ego putarem quôd si secluso scãdalo & ereptionis periculo, esset aliqua spes, quôd post duos aut tres dies pœniteret, teneretur iudex etiamsi ex malitia peccaret, iustitiam ad id tempus differre. Lege enim charitatis tenetur ruinæ animæ proximi succurrere: præcipuè irreparabili, & spiritualem eleemosynam grauiter indigenti conferre, cum spes salutis sit, & aliunde non vrgeat occidendi necessitas.

Secluso scandalo & ereptionis periculo, tenetur iudex sententiam differre si post duos aut tres dies esset spes pœnitẽtiæ rei.

213

Consuetudo negãdi reo sacramentum valida non est.

Quinto putamus, quôd consuetudo negandi prædictum sacramentum, non valet. Ita glos. in dict. cap. Cum secundum. Imo ex littera constat. Cũ *secundum statuta canonica* (ait Clem. ç *)vltimo supplicio deputatis, negari non debeat pœnitentia, abusum damnabilem, in quibusdam partibus contra hoc introductum aboleri omnino volentes iustitiarios omnes, & dominos temporales, vt ab huiusmodi desistant abusu, &c.* Et meritô, quia talis vsus est contra ius diuinum. Tandem de communione mihi non placet sententia Nauar. ita indistinctè. Tũ: quia multi docent Eucharistiam esse de necessitate salutis, vt medium necessarium simpliciter, sicut pœnitentia. Tum: quia saltem est diuinum de illa præceptum: maximè tempore necessitatis, vt est tempus, quo, vt viaticum est necessaria. Vnde si non timetur ereptio vel aliud damnum notabile grauiter peccaret iudex illius, præcepti impletionem impediens, & Eucharistiæ fructu & salutari viatico proximum priuando. Tum, quia ipso iure, quo conceditur pœnitentia, concessa est Eucharistia, vt apertè declarat Innocen. in cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. his verbis.

214

In illo verbo, per quod pœnitentia morientibus non negamus, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur intelligi volumus, vt ne ei istud decedentibus denegetur. Et expressim conceditur in cap. 1. de furtis.

Sed obijcies, quôd non videtur licitum damnato admortem Eucharistiam porrigere. Id enim videtur damnatũ in Consil. Basil. sess. 15. Respond. vel sermonem esse ne eodem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem die, quo Eucharistiam sumpsit, morte plectatur vel esse contraria consuetudine, quæ hodie laudabiliter seruatur, abrogatum vel forsan de eo, qui impœnitens moritur quales sunt hæretici pertinaces & huiusmodi. Quamuis certior responsio est in d. sess. nihil tale decerni, vt legenti patebit. Ibi solum agitur de tempore celebrandi Conc. prouincialia & synodos. Vnde meritò improbatur à Sot. art. 3. Venetorum mos, qui quos exules habent ad mortem damnatos singulis facultatem faciunt, vt quicunque eorum interfecerit, vita, & facultate donetur. Quod probare videtur Sylvest. ver. Assassinus quæstione 3. Qui docet diffidatos, & bannitos per quemcúque occidi posse. Quod quantum ad forum conscientiæ licitum est (sit alle) si bono fine fiat. Cuius sententiæ fuit Angelus cons. 13. & sequitur Gemi. in dict. cap. pro humani, de Homic. in 6. Et probat ex C. de accusa. l. reos. Id inquâ non placet Sot. vbi supra. Quia ex eo fit, vt sine sacramentali confessione & Eucharistia moriantur. Quod ego verum putarem quando solum proceditur ad pœnam, quia iam sunt emendati. Aliàs verissima est prima sententia, & optima consuetudo Venetorum. Sunt enim aggressores, & malum pendet in futurum. Et ita non imputatur occidenti pro se, vel republ. defendenda, quod sine confessione moriantur.

Explicatur Concilium Basil.

215

Sed rogas an liceret potestatem talem facere, vt vbicunque etiam extra territorium proprium occcidantur. Sylhomicid. 1. quæst. 3. putat, quod nisi saltem de tacito consensu domini illius ciuitatis, non liceret. Esset enim mittere falcem in messem alienam. Et ita vt homicida posset puniri. Sed de restitutione nihil dicit. Posset ergo videri alicui esse obligationem restitutionis, quia illum præter iuris ordinem occidit & ita iniustè. Ex alia parte videtur quod illi non fit iniuria, sed principi & ita nulla restitutio debetur: sed satisfactio principi.

216

Defensio est de iure naturali, atq; adeo vim vi repellere, & se defendere in omni loco licet.

Mihi videtur esse distinguendum, vt supra dixi. Si enim damnum timetur in futurum vbicunque occidi potest. Est enim defensio iure naturali concessa. Vim enim repellere, & se defendere in omni loco licet. Nec potest princeps

princeps esse rationabiliter læsus. Cum is non sit actus iurisdictionis, sed necessariæ defensionis. Et ita nec est peccatum nec restitutionis obligatio. Si verò solum procedi tur ad vindictam, & pœnam: reuera putarem, & mortaliter peccare, cum vsurpet iurisdictionem alienam, & ad restitutionem teneri, cum sine iuris ordine occidat aliâs dignum illa pœna. Sicut suprà dixi, omne enim damnum secutũ proximo ex transgressione legis iustitiæ seu eius, quod ex officio facere quis tenetur est restituendum vt ex omnium sententia, suprà latè diximus. Cum ergo ex officio, & lege iustitiæ teneatur ille abstinere à iudicio in alieno territorio, sequitur, &c.

De modo quo homicidium publica authoritate est licitum.

SVMMARIVM.

Homicidium ex obiecto debitis circunstantiis publica authoritate factum, licitum est. n. 216
Iudici licitum est animo vindictæ, reum condemnare ad mortem quã iustè meretur, num. 217
Differentia inter vindictam & defensionem nu. 218
Licitum non est priuatæ personæ, reo animo vindictæ mortem infligere, num. 218
Iudex non solum ad tutandum remp. verũ ad vindicanda crimina interficere potest, num. 219
Soli principi, & non priuatæ personæ, licitum est vlcisci num. 219
Reddere bonũ pro bono debitũ naturale aut morale est, bonũ vero pro malo Apostolicæ doctrinæ num. 220
De vindicta a iudice ob bonum reip. facta, licitum est cuicunque gaudere, num. 220

Vindicta publicæ personæ propriè virtutis actum importat, num. 221
Vindicare, aliquando sumitur pro defendere, nu. 222
Iudici non licet ex odio formaliter sumpto, reũ condemnare, num. 222
Deus ob malas bonum peccatorem odit, non tamen vt illi velit malum. num. 223
Iudex licitè punire potest, etiamsi minis, aut alijs diligentijs crimen extorqueat, secũdum leges & contra Sotum. num. 225
Superior iudex qui habet potestatem dispensandi a punitione cessare debet quando crimen extorsit inquirendo præter ordinem iudex vero inferior tenetur exequi sententiam, num. 225
Iudex inferior qui inquirendo crimen extorsit, tenetur restituere damna, licet condemnare teneatur, num. 226
Iniusta est punitio criminis extorti, tormentis, & minis, num. 227
Etiam est iniusta quando reus confessus est crimẽ interrogatus a iudice præter ordinẽ iuris id est, sine infamia, aut semiplena probatione, n. 228
Iudex minis & tormentis reũ cogens, contra iustitiam cõmutatiuam peccat, & tenetur restituere. num. 228
Iudex deficientibus substantialibus iudicio condẽnare non potest sub onere restitutionis, num. 229
Testis occultum peccatum publicitate aliqua sufficienti præcedente, tenetur manifestare, num. 231
Testis iuridicè non interrogatus verum crimen manifestans, peccat mortaliter, & tenetur restituere, num. 232

Falsum

Falsum testimonium contra aliquem ferens, peccat mortaliter, num. 232
Falsum testimonium dicens, retractare se non tenetur, si nihil sit profuturum, tenetur tamen ad restitutionem. num. 233
Falsum testimonium in aliquem dicens cum periculo suæ vitæ, tenetur illum liberare a morte, secundum omnes Doctores. num. 234
Furans ab altero rem temporalem, domino talium rerum necessitatem patienti, cum periculo propriæ rei tẽporalis, restituere tenetur, n. 235
Qui causa fuit falsi testimonij aliorum, eos monere tenetur vt se retractent, vel eos manifestare, etiam cum periculo vitæ propriæ num. 235
Ignorantia, vel obliuione falso testimonio aliquem condemnans, cum periculo vitæ non tenetur se retractare, nec ad restitutionem dãnorum. num. 237
Sciens innocentiam alicuius qui ad suplicium ducitur, eam testificari tenetur sub onere restitutionis. num. 238
Etiam in iudicio non vocatus offerre se tenetur ad manifestandam innocentiam eius qui ducitur ad supplicium, etiamsi accusatori, vel testibus, damnum sequatur. num. 239

DECIMA dubitatio sit. Quomodo homicidium publica authoritate factum sit licitum. Signanter dixi, Quomodo. Nam ex obiecto si debitę circunstantiæ adsint licitũ est, pernicioſa reipubl. membra publica authoritate morte amputare. Conuenit enim rempublicam tranquillè & pacificè viuere, & oppositum esset hæreticum, vt suprà diximus. An autem ex circunstantia fieri possit illicitum modô quærimus. Sunt enim nonnulli iudices ita vel in-

Decima dubitatio.

Homicidiũ ex obiecto debitis circunstantijs, publica authoritate factum, licitum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solentes, vel leues, vt minis tormentis aut falsis promis-
217 sionibus crimina extorqueant in magnum miserorum hominum reorum malum, & in sui populare gloriam, ad quã fertur optimus quisque, veram illam proximi charitatem & clementiam respuendo, quam optimus Deus (cuius ipsi ministri sunt) à nobis & ab ipsis maximè requirit.

Quare disputare placet, an liceat iudici reum animo vindictę occidere? Nauar. cap. 15. num. 2. respondet, quòd sicut nec odio ita nec vindictę animo potest iudex quemquam occidere. Mihi tamen videtur primum licitum esse iudici animo vindictę reum condemnare ad mortem, & ad aliam, quamuis pœnam, quam iustè mereatur. Primũ ad Roma. 13. dicitur iudicem esse Dei ministrum ad vindictam malefactorum. Est enim animaduertendum hoc distare vindictam à defensione, quòd malum inflictum alteri, ob defensionem non est pœnę impositio: sed damni vitatio impendentis. At vindicta est peccati præteriti punitio. Et hinc oritur aliud discrimen, quod de crimine prę terito, & maximè emendato non est defensio, semper enim est de futuro. At vindicta est de præterito etiãsi crimen sit emendatum. Tunc enim iustè pœna apponitur, & illa pœnæ appositio est vindicatio.

Iudici licitum est animo vindictæ reum condẽnare ad mortem, quã iustè meretur.

218 Differentia inter vindictã, & defensionem.

Ex his ergo conclusionem nostro iudicio veriorem elicio. Nempe esse licitum iudici animo vindictæ reo mortem infligere, non tamen esse licitum priuatæ personæ. Nam nullus pręter iudicem potest crimen castigare, vel aliud malum infligere proximo, nisi vt se defendat, quo sit vt cessante proximo à malo mihi infligendo, vel emendato iam de crimine in me commisso, non potest priuata persona in lege Euangelica malũ alteri infligere: esset enim se vindicare, vt omnes fatentur. Quamuis iniuriæ satisfactionẽ petere possit, imo vindictam à iudice: at iudex potest & debet in pœnã criminis malũ infligere temporale, etiam emendato crimine. Quamuis de pœna spirituali, vt est excommunicatio, &c. alia sit ratio, vt suo explicaui mus loco. Potest ergo iudex non solum ad tutandã rempu. à damno impendenti (quod cuique liceret) sed etiam ad vindicanda crimina aliquem perimere. Vnde & bellum vindi-

Licitum nõ est priuatæ personæ, reo animo vindictæ mortẽ infligere.

219 Iudex non solũ ad tutandam rempu. verũ ad vindicanda crimina interficere potest.

vindicatiuum iustum esse docent doctores, & infra nos dicemus. Quibus præclarè consonat D. Thom. 2. 2. quæst. 108. artic. 1. & 2. imò etiam ibi videtur dicere, quòd priuatiuę personæ liceat. Nam art. 2. dicit esse de iure naturali, vt vnusquisque irrogatã, sibi iniuriam vindicet, sicut quod se defendat antequam irrogetur. Sed meo iudicio id ipse non concedit priuatæ personæ: nam articulo primo ad primum & ad quartum, planè docet soli Principi licere vleisci. Et quamuis in solutione quarta dicat iudicẽ debere irrogatas sibi iniurias sustinere, si expedit. Ex quo videtur sentire, quod potest, vt priuata persona se vindicare, ideo est: quia in eo concurrit simul publica authoritas & potestas, quapropter aliquando non expediret propriæ personæ factam iniuriam non vindicare. Vnde impurè priuata persona licere nunquam docuisset.

Soli Principi & nõ priuatæ personæ, licitũ est vleisci.

220

Et hanc sentẽtiam sequitur Caiet. ibi explicans quo pacto virtus vindictę, etiamsi sit priuatæ personæ, nõ tamẽ quoad consummationem, & executionem actus ratione materię, scilicet mali inferendi. Reddere enim malum pro malo, non est priuatę personæ concessum, sicut reddere bonum pro bono, quod est debitum naturale, seu morale, & bonum pro malo, quod est Christianę & Apostolicæ doctrinæ. Denique in cap. Significasti, 2. de Homic. cùm sermo esset de priuata persona, planè dicitur, quod nõ ad vindictam, sed ad propulsandam iniuriam, licet occidere. Ex his igitur colligo, vindictam esse virtutem publicam, & priuatæ personæ, sed publicam quoad perfectum & cõsummatum actum, quo malum exterius infligitur, sicut iustitia punitiua. Priuatæ verò personæ imperfectè: licet enim cuicunque desiderare, & gaudere de vindicta, qua iudices ob bonum reipublicæ, malefactores puniunt. Vnde in Scriptura dicitur: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam*, & illud: *Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est &c.* Et Deus ipse sibi vindictam referens, ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam.*

Reddere bonũ pro bono debitum naturale, aut morale, bonum vero pro malo, Apostolicæ doctrinæ est.

De vindicta ẽm dice ob bonum reipubl. facta, licitum est cuicũque gaudere

221

Sed obijciũt, quòd vindicta directè vitiũ importare videtur, & effrenatum motum a uersus rationem. Vnde ira dici solet vleiscendi libido. Verùm falluntur maximè, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vindicta publica personæ, propriè virtutis actum importat.

ista proponunt: vindicta enim propriè & directè virtutis actum importat, non vitij, licet non priuatæ, sed publicæ personæ. Primum, Deum ipsum vindictam sumpturū de peccatoribus, omnis Scriptura testatur, non ergo vitium importat. Quis enim audeat dicere, libidinē habere Deum

222 vel aliud nomen vitium significans. Vindicare igitur, & vleiſci, licitum actum nominat, puniendi scilicet, & castigandi. Vnde Cicero de Legibus, libro secundo. *grauiter* (inquit) *olim illa vindicabat vetus illa Grecia longè prouidens.* Et Paulus in l. quod Reipubl. de Iniur. *Quod reipublicæ vindicandæ causa, secundum bonos mores fit, etsi ad contumeliam alicuius pertinet, qui tamen non ea mente magistratus facit, vt iniuriam faciat: sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat, is non tenetur actione iniuriarū*: imo vindicare quandoque sumitur pro defendere, quod omnibus concessum esse nemo ambigit, vt ex infra dicendis in tertia huius capitis parte, patebit. Id quod egregiè Cicero tradit secundo libro de Inuentione: *Vindicationem* (inquit) *per quam vim & contumeliam defendendo, aut vleiscendo, propulsamus á nobis, & á nostris, qui nobis chari esse debent, & per quam peccata punimus, &c.*

Vindicare aliquando sumitur pro defendere.

De odio tamen maior est difficultas: nam si odium est velle alicui malum, vt ait D. Thom. 1. 2. quæst. 26. & 1. part. qnæst. 20. potest profectò, & iudex imperando, & carnifex exequendo, & priuata persona desiderando odisse malefactorem, cum ei velit pœnam. Et sic Deus odit peccatores volendo eis pœnam. Si verò odium sumatur propriè, & vti dici solet formaliter, id est, velle alicui malum prout malum illius est, ibi sistendo, vt loquitur idem Diuus Thomas 2. 2. quæst. 108. artic. 1. & 2. tunc nec priuato, nec iudici liceret, vel facere, vel desiderare: esset enim actus crudelitatis, & inimicitiæ verę charitati, quæ amicitia est contrarius, vnde nec Deus ipse, qui est Dominus omnium, sic odit etiam maximum peccatorem, vt illi velit malum, vt malum illius est, sed ob maius bonum. Sic ergo proximus etiam iudex debet velle malum ob maius bonum, vel ipsorum, vt resipiscāt, vel reipublicæ, vt tranquillè viuatur, vel onoris & iustitiæ diuinæ, & gaudere licet de pœnis damnatorum.

Iudici non licet ex odio formaliter sumpto reum condēnare

223

Deus ob maius bonum peccatorem odit, nō tamen vt illi velit malum.

Quod

Quòd verò aliqui iudices prohibentur, vt inquisitores, odio, vel amore contra aliquem procedere, id alterius sensus est. Est enim sermo de odio, quo illicitum aliquid cōtra proximum machinatur. Sicut etiam ibidem prohibetur, ne fauore iudicent, id est, ne aliquid illicitum admittant ob humanum fauorem, & opes. Sed vt recti iudices 224
nihil, quod non est pœna dignum, odio condemnent: & econtrà nihil, quod est ea dignum, fauore, aut gratia humana, aut pecunia interueniente, sine castigatione dimittant: quamuis in hoc sacro tribunali promptior esse debet, vt est misericordia, quàm iustitia, exemplo, Dei Opt. Max. cui proprium est misereri, & parcere, ob rei præcipuè magnitudinem, de qua iudices sunt constituti, scilicet de fide, de bonis morib. de honore summo Christiani hominis, de dignitate, de rebus denique omnibus, quę & re ipsa, & hominum opinione sint amplissimæ. Qua in re, cū summè, & nocere & prodesse possint, summa prudentia, probitas & clementia in iudicando est adhibenda, vt re ipsa, non sine magno Ecclesię fructu cernere licet. Quis enim non videt sacro & integerrimo isto iudicio factam esse in ecclesia Christi, quemdam quasi admirabilem, per tot annos ecclesia hæresibus deuexata, ecclesiæ benè gerendę, cursum ad gloriam: in quo cum cæterę Christianorum prouincię, tum præcipuè Hispania nostra, & fructum salutarem in experiendo, & in eo recipiendo, & cōseruando summam laudem, est consecuta.

Verum difficultas esse potest: vtrum quando iudex crimen extorsit morte dignum, inquirendo præter ordinem peccet contra iustitiam, & consequenter restituere tenetur vitam, & alia damna? Sotus de teg. secr. quæst. 1. conc. 3. existimat non posse licitè punire, maximè quando mi- 225
nis & tormentis, aut falsis promissionibus crimen extorsit. Ratio eius est, quia iam inquisitio fuit iniusta, ergo & effectus, scilicet punitio: virtus enim causę permanet in effectu. Idem videtur sentire Nauarrus in Summ. Lat. cap. 18. num. 59. Sed oppositum videtur esse definitum in c. post quàm de Accusationibus in Sexto: vbi dicitur, quòd si quis est confessus crimen coram iudice sine infamia, nō

Iudex licitè punire potest etiã si minis aut aliis diligentijs crimen extorqueat, secundũ leges, & contra Sot.

potest allegare se sine infamia fuisse interrogatum, quominus puniatur. Ecce iniustam inquisitionem, & tamen iudex non potest non punire. Et ita sensit Syluester verbo Inquisitio 1. quęst. 3. distinct. 6. gloss. in dict. cap. postquam, quę sanè glossa existimat per hanc Decretalem correctam esse opinionem Hostiensis.

Superior iudex qui habet potestatem dispensandi, a punitione cessare debet quãdo crimẽ extorsit inquirẽdo prater ordinem, iudex verò inferior tenetur exequisẽtentiam.

Mihi in hac re distinguendũ videtur esse: nam si superior est iudex, qui in legis pœna dispensare potest, vel potest à supremo iudice remissionem obtinere, tenetur sub mortali à punitione cessare, aliàs ad restitutionem tenere tur damnorum omnium, quorum fuit causa efficax iniusta. In quo sensu vera erit sententia Soti, & Nauar. quòd si forte ob scandalum, licitum esset occidere, vel alia pœna multare, quia reuera non est innocens, sed nocens re & probatione: tamen propter iniuriam teneretur dictam restitutionem facere. Si verò iudex esset ordinarius inferior, vel delegatus, tunc potest: imò tenetur, talem reum pœna legis multare: ille enim dispensare non potest in lege, cũ non sit dominus legis, sed minister, & ita tenetur eã executioni mandare, & multò magis, quando ex opposito sequitur scandalum: & hoc existimo voluisse d.c. Postquam. Vnde ibi tantum erat sermo de delegato iudice: non enim dicitur in d.c. quòd iudex benè fecerit, sine infamia inquirendo, & quòd à restitutione sit liber: sed tantum dicitur, quod reus semel confessus, licet malè interrogatus, non potest excipere, quòd sine infamia fuerit interrogatus, quasi sententia ferri non possit. Sed nunquid tenetur restituere? videtur enim quòd non, quia si tenetur condemnare, nullus faciendo id, ad quod tenetur, delinquit, & ita nulla erit restitutionis obligatio: sed verius videtur teneri ad restitutionem, vt Sotus ait: est enim iniusta & voluntaria occisio in causa. Licet enim crimine extorto semel, non possit non mulctare: tamen ille posset talem pœnam iniustè ferendam vitare, non interrogando à principio iniusta extorsione. Qui enim causam damni dat, damnum dedisse videtur: nam si aliquem præcipites, licet illum sustinere non possis, cum velis, & à morte liberare: tamen quia potuisti non eiicere, & ita damnum vita-

Iudex inferior qui inquirendo crimen extorsit tenetur restituere dãna, licet condemnare teneatur.

re reus es homicidij. Est enim generalis Doctorum regula, quòd restitutio est facienda necessario, cum damnum proximo sequitur ex meo facto, quod ex officio vitare debebam, vt infra latius.

227

Colligo ex prędictis, non satis esse ad rem Soti distinctionem de metu graui, vel tormentis: nam vel hęc sunt secundum ordinem iuris incussa, & tunc non peccat iudex, nec ad aliquid tenetur: sed rectè puniri potest. Si tamen contra ordinem iuris, etiamsi non adsit metus, & tormenta, tenetur remittere pœnam supremus, cum iniuriam fecerit petendo crimen iniustè. Et ita secundum Soti rationẽ, cum virtus causę maneat in effectu, condemnatio erit iniqua. Fateor magis iniustam fore punitionem, cum crimen contra iuris ordinem est extortum metu & tormẽtis. Sed adhuc sine illis esset iniusta, si sine infamia, vel certè blanditiis, vel falsis promissionibus habeatur.

Iniusta est punitio criminis extorti tormentis & minis.

228

Secundo colligo hęc à me intelligi, cum rogatus est ignorans, putans se teneri respondere in conscientia, vel timẽs nisi confiteatur aliud sibi malum à iudice imponendum fore: tunc enim, quia patitur damnum inuoluntariè, & imperitus, tunc vera est sententia, & distinctio Sot.: quando enim ipse se prodit, iam liberè vult pati damnum pœnæ, & ita licet peccet iudex mortaliter in puniendo contra iuris ordinem, sed non facit contra iustitiam comutatiuam, cum volenti & scienti non fiat iniuria, neque dolus. Quã do verò minis & tormentis cogitur, tum patitur inuolun tarium iniustè, & ita peccat contra iustitiam commutatiuam, & restituere tenetur, vt dictum est. Et ita docuit Ledes. 24. q. 10. art. 3. dub. 2. maximè quia cõfessio facta minis, & tormentis, contra iuris ordinem est nulla: quia non voluntaria, & potius præsumitur, quòd reus confessus fuerit, vt euadat dolorem, sicut etiam confessio extorta dolo quia scilicet falsò promittit iudex, nullum sibi malum futurum ex tali confessione. Et ita docuit Ant. Gom. c. 12. num. 5. tom. 3. Nõ enim est valida, cum præsumitur facta spe liberationis.

Etiam esi iniusta, quando reus confessus est crimen interrogatus à iudice prater ordinem iuris, ideſt, sine infamia, aut semiplena probatione.

Iudex minis & tormẽtis reũ cogens contra iustitiam commutatiuam peccat, & tenetur restituere.

229

Sed nonquid erit eádem ratio, cum quis ad mortem damnatur, deficientibus aliis substantialibus iudicijs, qualia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. Primum, vt iudex sit competens. Secundum, de iurisdictione inquirentis. Tertio, quòd materia sit, de qua possit inquiri. Quarto, quòd inquisitio habeat formam. Quinto, quod præcedat infamia. Quę omnia sunt substantialia in iudicio, vt placet Syluest. verb. Inquisitio, quæst. 6. §. 12. In primis duobus casibus patet, iudicium esse nullum, & ita non posse condemnari reum, sine mortali peccato, & obligatione restituendi. De vltimo, scilicet de infamia, iam dictum est. De tertio, & quarto, benè respondet Syluester, quæst. illa 3. distinct. 6. quòd condemnari non potest, & per consequens, ad restitutionem tenebitur condemnans, cum iniustè damnificet proximum. Limitat tamen Syluester, nisi interrogatus defectum substantialem non apponat, & ita expressè definitum est titulo illo de Accusat. in sexto, capite secundo, vbi dicitur, quòd si iudex processit sine infamia præsente interrogato, & non reclamante, impugnari non potest. Et capite primo eiusdem tituli dicitur idem, etiam si capitula, super quę volebat inquirere, non tradiderint. Quamuis hoc accidentale videtur ad iudicium, sed & de accidentalibus ratio suprà facta videtur conuincere restitutionem: nam est occasio damni proximi, ex omissione eius, quod ex officio tenebatur, licet non esset de substantia iudicij, sed in hoc prudentia & moderatione opus est. Porrò plura alia, in quibus iudices iudicare possunt, in iudicando dimittimus: modò enim id solum est actum, quod ad homicidij rationem attinet, eo tamen obiter adnotato, plurima, quę in his dubitationibus de pœna mortis, à iudice inflicta intelligi etiã debere proportione quadam, de aliis quibusque pœnis, etiã pecuniarijs, quoad peccatum & restitutionem.

Iudex deficientibus substantialibus iudicio condemnare nõ potest sub onere restitutionis

230

231

Vndecima dubitatio.

VNDECIMA dubitatio esse potest, de alijs, publica authoritate occidentibus, vt executore, tabellione, fisco, accusatore, &c. Et sanè de his fere nulla est difficultas, cognita iustitia, vel iniustitia, ex parte iudicis, qui sententiã fert. De testibus tamen specialis est ratio dubitãdi: videntur enim se habere veluti iudices causę, qui suo testimonio vel dãnare, vel liberare possunt reũ. Vnde de testibusque rimus, quãdo ferẽdo testimoniũ peccẽt, & restitutioni teneantur. Et

Et primò certum est apud infra citandos Doctores, quòd si iuridicè interrogatus, præcedente scilicet infamia, vel semiplena probatione, vel indicijs competentibus, vel clamorosa insinuatione, vel denique alia publicitate sufficienti, non peccat, etiam de occulto peccato testificando, nec restituere tenetur, imo peccaret veritatem non manifestando, quia impediret iudicium, & iusto præcepto iudicis non obtemperaret, vt infra latius.

Testis occultum peccatum publicitate aliqua sufficienti præcedente, tenetur manifestare.

232

Secundò ecòntra certum esse debet, quòd si iuridicè nõ interrogatur, peccaret etiam verum crimen manifestando, & teneretur, simul cum iudice & alijs cooperatoribus ad restitutionem vitę, honoris, & aliorum damnorum. Peccet enim tunc contra iustitiam, qua ex officio, & veluti persona publica, sicut iudex tenetur iuris ordinem seruare.

Testis iuridicè non interrogatus, verum crimen manifestãs, peccat mortaliter, & tenetur restit.

Tertiò est certum, quòd si falsum tulit testimoniũ contra aliquem, peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur, cùm manifestè iniustitiã committat. Quamuis si eius testimonium non fuit causa efficax, sine qua non daretur damnum, vt putà, quia iam erat aliorum testimonio reus conuictus, & suum testimonium non ad pœnam, nec ad grauiorem pœnam profuit inferendam, licet peccasset contra charitatem, nihil tamen restituere tenetur iuxta infra dicenda de Electoribus, & alijs cooperatoribus ad iniustam, vel rei acceptionem, vel damni illationem.

Falsum testimonium contra aliquem ferens peccat mortaliter.

Dubitatio ergo est, an si post falsum testimonium dictum, quod reuera est causa efficax damni: sed adhuc dãnum non est datum, sed dabitur: putà illius testimonio est quis ad mortem condemnatus, an teneatur, cum propriæ vitæ periculo testimonium retractare, quo innocens a morte liberetur? Et quidem certum est, quòd si retractatio nihil est profutura, non tenetur illam facere, sed restitutionem vitæ & damnorum, vt dictũ est. Item si ex loco tuto potèst sententiam reuocare, ita vt prosit, similiter non tenetur prodere se coram iudice. Quæstio ergo est solùm, cum ita res se habet, vt nisi cum certo suę vitę periculo non possit illum liberare, an ad id teneatur? Et sunt

233

Falsum testimonium dicens, retractare se nõ tenetur si nihil sit profuturum tenetur tamẽ ad restitutionẽ

nonnulli

Universidad de Deusto
Biblioteca

nonnulli quibus placet ad illud non teneri. Quia dicunt
234 non tenetur suæ propriæ morti cooperari se offerēdo, vt saluet innocentem. Sibi enim magis tenetur.

Falsum testimonium cōtra alquē dicens cum periculo suæ vitæ tenetur illū liberare á morte, secūdum omnes Doctores.

Verum tamen omnes, quos ego viderim doctores, planè fatentur, & meritò illum teneri propriæ vitæ dispendium subire, vt vitam, quam periculo exposuit liberet. Ita fatentur Cord. lib. 1. quæst. quęst. 31. art. 3. & in summa quæst. 17. vers. *Io tercero*. Sot. 4. de Iustitia & iure, quæst. 6. artic. 5. ad quartum, Medin. C. de Rest. quæst. 3. causa 4. ad quartum, Merc. lib. 6. cap. 10. Nauar. in sum. cap. 15. num. 17. & in Hispan. cap. 28. num. 44. Caietan. 2. 2. q. 70. artic. 4. Couar. reg. peccatum. 1. part. numer. 6. §. 3. adultera. Ex quibus solus Merc. dubius hęret. in d. ca. 10 ad finem. Illud certò asseuerat, omne malum citra mortē teneri subeundum. Ratio est, quia licet suæ vitę vnusquisque magis prouidere teneatur, quā alienę, tamen id dumtaxat verum est cęteris paribus. In pari enim causa innocentiæ mihi prius subuenire debeo, & in hoc casu ego nocens ille innocens, & mea causa iniustè patitur. Teneor ergo lege iustitię, cum propriæ vitę periculo illum liberare, & eadem prorsus analogia in fama, si ego illum iniustè infamaui, teneor, cum proprię famę (non vitę, vt infra dicemus) periculo, retractare. Et in re familiari, id quotidiè videmus, quæ conclusio prædicta magis cōfirmatur. Qui enim furatus est ab altero rem familiarem, planè tenetur illam domino restituere necessitatem talium rerum ablatarum patienti, etiam cum damno rei proprię temporalis. Igitur certa & generalis regula est, quod licet in ęquali gradu innocentię mihi plus teneor, quā proximo, cū sunt omnia paria: tamen cum ego causa damni efficax sum potior est alterius, quippe qui innocens est, conditio. Quā doctrinam latè inferius probo. Et sic soluta manet ratio illorum.

Furans ab altero rem temporalem, domino talium rerum necessitatem patienti, etiamcū periculo propriæ rei temporalis, restituere tenetur.

Ex quo infero, quòd si ipse causa fuit falsi testimonij aliorum teneretur, eos monere, vt se retractent, quod si illi nolint, tenetur eos manifestare, vt mihi videtur adhuc cum mortis periculo, vt accusator, & alij, & in specie docuit Merca. Quid enim refert, an tuo testimonio, vel cōsilio

Qui causa fuit falsi testimonij aliorum eos monere tenetur vt

filio, & inductione aliorum, innocentem occidas, cum reuera illud sit, quod tua causa illi moriendum est iniustè, & ita quacunque via possum illum in eas angustias a me coniectum liberare, teneor, etiam cum propriæ vitæ periculo. Si verò ego non induxi, nec fui causa testimonij aliorum, tenebor tantum lege charitatis, & fraternæ correctionis eos monere, & si nolunt eos manifestare, vt defendam innocentem: non tamen lege iustitiæ, aut cum propriæ vitæ periculo. Tunc enim verum est quod mihi magis debeo prouidere, si tamen scirem, quòd cum periculo famæ, vel rerum mearum familiarium possem illum liberare, dubium esse posset. An tenerer me exponere, vt innocentem liberarem. Et in hoc eadem est ratio, cuiusque de populo, qui ad illius mortem nihil est cooperatus, scit tamen quòd cum suarum rerum temporalium, vel honoris iactura illum liberabit.

se retractent, vel eos manifestare, & cum periculo vitæ propriæ.

236

237

Adnotat autem Caiet. in dict. artic. 4. quod si quis ignorantia quadam non damnabili, vel obliuione falsum dixit testimonium ob quod alter morti est condemnatus, non tenetur cum vitæ periculo illum eripere, & mihi ita videtur, imo nec ad damnorum factorum restitutionem vllam teneri putarem. Non enim ille tenetur ratione rei vt patet. Nihil enim positiuè accepit, sicut is, qui bona fide alienum pallium tenet, nec tenetur ratione iniustæ actionis, quia non perfectè, & formaliter falsum tulit testimonium, sed materialiter tantum ac proinde ad nihil tenetur, vt latius probaui supra cap. 3. Si enim excusatur a periurio Dei offensa, magis excusabitur ab offensa proximi, ac proinde computanda est illa damnificatio, si damnificatio dicenda est, inter eas, quæ casu fortuito inferuntur vel exleuissima culpa, quæ non obligare ad restitutionem in d. c. 3. satis ostendi.

Ignorantia vel obliuione falso testimonio aliquē condemnās cum periculo vitę non tenetur se retractare, nec ad restitutionem damnorum.

Rogas ergo vtrum, qui scit in illum esse innocētem, qui ad supplicium ducitur, & suo testimonio, potest illum liberare teneatur testificari illius innocentiam? Et sanè, si requisitis est plane tenetur deponere, idque lege non solum charitatis, sed etiam iustitiæ adeò, vt si taceat

238

ceat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scienſ innocentiam alicuius, qui ad ſupplicium ducitur, eam teſtificari tenetur ſub onere reſtitutionis.

Etiam in iudicio non vocatus, offerre ſe tenetur ad manifeſtandam innocentiam eius qui ducitur ad ſuppliciũ, etiãſi accuſatori, vel teſtibus damnũ ſequatur.

239

240

ceat veritatem teneatur ad reſtitutionem, ſicut verus homicida. Teſtis enim in iudicium vocatus ex officio tenetur veritatem propalare, & iniuriam facit proximo innocenti illũ ſua taciturnitate condẽnando. Si enim qui non pauit cum tenebatur paſcere, occidit, teſte Ambroſ. etiã qui non exhibet teſtimonium cum tenetur ex officio plane occidit. Si verò in iudicium vocatus non eſt, ſcit tamen ſi ſe offerat, pro futurum, & proximum liberaturum, tenebitur ſub mortali ſe offerre, deponere etiam ſi alteri accuſatori, vel aliis teſtibus damnum ſequatur, nonquidem lege iuſtitiæ & reſtitutionis onere, ſed lege charitatis. Nõ enim ex officio tenetur ad prædictum teſtimonium. Et ita docuit Nauarr. capite 15. numer. 16. & probat ex capite 1. de Crim. falſ. & D. Thom. 2. 2. quæſtione 70. articul. 1. Gabr. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 6. concluſ. 7. Quod ſi ſtipendium accipit, vt ſeruiat, & teſtificetur tenebitur lege iuſtitiæ, & ſub reſtitutione, vt dictum eſt. Et comprobantur prædicta ex regula illa ſupra à nobis tradita & probata, quod ſcilicet damna ſecuta ex tranſgreſſione legis iuſtitiæ obligationi reſtitutionis ſunt obnoxia, non tamen ea, quæ extranſgreſſione legis charitatis oriãtur, vt ibi ſatis oſtendimus.

Sed dubitatio eſſe poſſet, an teneatur quis ſe offerre ad teſtimonium ferendum, quo aliquis condemnetur etiamſi accuſatori periculum immineat. Reſpon. Nauar. numero illo 17. quod non tenetur. Quia accuſator non eſt in neceſſitate, cum ſua ſponte ſe in id periculum iniecerit, reus autem eſt in neceſſitate, cum inuitus id patiatur. Probatque ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 70. artic. 1. Secus autem eſſet meo iudicio, ſi ſolùm periclitaretur actor, quia licet ſua ſponte ſe in periculum iniecerit, tamen iam eſt in neceſſitate, quamuis vt dixi reſpectu accuſati non dicatur eſſe in articulo neceſſitatis. Secus item quando accuſauit, quando in conſcientia tenebatur accuſare, vel denunciare, vt docet idem Nauar. vbi ſuprà.

De

De obligatione reſtit. quæ ortum habet ex bello.

SVMMARIVM.

Damna quæ ex bello iniuſto ſequuntur. nu. 241
Ex bello iniuſto damna omnia ſequuta reſtituenda ſunt. num. 241
Bellum nunquam eſſe licitum, error eſt, nu 242
Iure naturæ ſe defendere, & iniuriam propulſare licet. num. 243
Priuata authoritate bellum inferre non licet, nu. 244
Reiicitur error Lutheri, num. 245
Bella iuſtiſsimè & ſanctiſsimè facta, num. 246
Miraculũ quod Deus fecit in bello, anno. 1212. ſub Innoc. 2. & Alph. Rege. num. 247
Bellum ex obiecto licitum non eſt, niſi debitæ circunſtantiæ adſint, num. 249
Conditiones requiſitæ vt bellum ſit iuſtum
Primo authoritas in bellum mouente, num. 249
Secundo cauſa iuſta bellandi, num. 250
Tertio recta intentio num. 251
Inferiores milites licitè bellant, niſi iniuſtitia belli euidens ſit. num. 252
Subditi indubio de iuſtia belli bellantes, morta liter non peccant. num. 252
Si certò conſtet bellum eſſe iniuſtum, ſuperiori obedire non tenetur, num 254
Non ſubditi, aut ſubditi non coacti, ſi inculpabili laborant, nullo modo peccant. num. 255
Inuincibiliter pugnans, de damnis datis & ablatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis restituere non tenetur, contra Cordub. nu. 257
Inuincibiliter pugnans, res in bello habitas, etiã bona fide consumptas, restituere non tenetur, num. 259
Non subditus ita in dubio militãs vt cognita in iustitia belli non militaret, nec peccat, nec restituere tenetur, num. 260
Bellum inductum a summo Principe, vel superiore, a subditis iustum præsumendum est. nu. 261
Subditus audito præcepto, deponere debet dubitationem & præliare, non vero non subditus, num. 261
Aduocatus dubius, vel probabiliter ignarus de iniustitia causæ, non peccat eam prosequendo, num. 263
Inter malæ ac bonæ fidei possessorem est mediũ quod non damnatur in iure, sed tantum damnatur possessor malæ fidei, num. 264
Dubitatio ex opinione rationibusque probabiliter orta, iustam facit ignorantiam. num. 264
Ad bellum sponte euntes, cum dubitatione ex rationibus orta, non peccant, num. 265
Non coactus ad bellandum informationem de iustitia belli, requirere debet. num. 266
Milites capientes in bello aliquid sine consensu generalis, peccant mortaliter, & restituere tenentur, num. 267
Duces plures personas quam sunt in exercitu representantes, peccant mortaliter, num. 267
In bello iusto in spolio authoritate ducis facto, occidere, spoliare, & captiuos ducere, licitum est. num. 268

Mobilia

Mobilia post victoriam a militibus summi non possunt, sed ad commune ferri debent. num. 270
Subdito vel libero, in bello iniusto suo stipendio accepto, damna ex bello subsequuta, non tenetur Rex resarcire, num. 271
Idem dicitur de subdito coacto, num. 272
Non subditi si sint minis coacti, ad bellum etiam si sit iustum, tenetur Rex damna illis resarcire, num. 272
Rogatis aut vocatis ad bellum, Rex damna resarcire non tenetur, num. 273
Non coactis, nec rogatis, sed sua sponte, & sui causa ad bellum accedentibus, damna non tenetur Rex resarcire, num. 274
Non coactis, sed ad bellum accedentibus, eo animo vt militent suis stipendijs, tenetur Rex damna resarcire. num. 274
Vt resarciantur damna subsequuta militibus in bello, non est standum eorum dictis, cum suũ animum contra bellum significant. num. 275
Contra Regis voluntatem ad bellum venientibus, non satisfaciendum est, sed puniendi potius erunt a Rege, num. 276
Quando bellum est iniustum, Rex non tenetur bellantibus damna resarcire, contra Cord. nu. 279

Duodecima dubitatio.

DVODECIMA dubitatio sit de bello, quando sit licitum. Hæc enim homicidia ad publicam pertinent authoritatem, de hac re disputant latè Gabr. in 4. distinct. 15. quæstione 4. D. Thom. 2. 2. quæstione 40. articul. 1. & 41. articul. 1. & 66. articul. 8. Gratian. 23. quæstione. 1. Sylvest. bellum 1. quæstione. 1. & infra Couarru. reg. peccatum 2. part. §. 9. 10. & 11. per totum Cordub.

Ec lib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gracian. 23. quæst. 1. Syluest. bellum 1. quæst. 1. & infra
241 Couar. regul. peccatum 2. par. §. 9. 10. & 11. per totum
Cord. 1. lib. qq. quæst. 39. Cast. lib. 3. de Hæresi. verb.
bellum. Nauar. cap. 15. Caiet. in sum. verb, bellū. An-
gel. ibidem. Habetur etiam de hac re. ff. de Captio l. ho-
stes & ff. de Verb. sign. l. hostes. Ex bello maximè in-
iusto multa damna, & mala oriri solent. Quedam iudicio
Damna quæ ex bello iniusto sequuntur. meo veluti ex natura rei, vt homicidia tam nocentium,
quàm innocentium, captiuitates, spolia, &c. Quædam ve-
luti per accidens, vt blasphemiæ furta, rapinæ, stupra, a-
dultera, &c. Quoniam verò non integrè de bellorum na-
tura, atque ratione, sed tantùm de restitutione damorum
in bello animus est disputare, id circo, breuiter eam quæstio
nem resoluendam esse censemus. Quod enim ad restitu-
tionem attinet, ea breuis, ac vera regula assignari potest.
Ex bello iniusto damna omnia sequuta restituenda sunt. Nempe omnia damna ex iniusto bello secuta restituen-
da sunt. Cuius ratio plana est ex regulis, suprà traditis
cap. 1. Quod autem sibi bellum iniustum explicare ne-
cesse est.

Primum reijciendus est quorundam error, qui docent
bellum nunquam esse licitum, ac per consequens neque
iustum. Ita tenuerunt Manichæi, vt testatur B. August.
22. contra Faustum. cap. 73. & Castr. lib. 3. contra hære-
ses, verb. bellum. Vnde imprudēter, Moysen reprehēde
bāt, quod bella gessisset. Quem errorē iam olim sepultū
suscitauit hoc tempore Oecolampadius. Sed hic non re-
242 prehēdit Moysen. Eo q̄ asserit solū post Christi prohibi
Bellum nunquā esse licitum error est. tionem licitum esse bellum agere. Idem sensit Cornelius
Agrippa in lib. de Vanitate scientiarum. Vbi dicere au-
det: *Artem militarē diuus ille Plato, August. & Bernard. Catholi-
ci in Ecclesia doctores alicubi probauerunt, licet Christus, & Apostoli longè aliter sentiant.* Verum tamen erronea est hæc senten
tentia. Primū, contra errorem Manichæi sunt multa præ
claré & copiosé ab August. tradita loco citato c. 74. & se
quēte. Vnde Moyses ex Dei præcepto belligerauit, Da-
uid, Saul, &c. Aliàs Deum ipsum reprehēdere oportebat.
In Nouo autem testamento à Christo reprobata nō est,
sed potius approbata militia. Luc. 3. cum dicerent milites
ad

ad Ioan. *quid faciemus.* Respō. *Cōtenti estote stipēdijs vestris &c.*
Quid apertius? Si militia illicita esset, diceret, Nolite bella
re, nec stipendia ad pugnandū accipiatis. Et Mat. 8. Lau 243
dauit Centurionem asserentē habere sub se milites, &c.
Et Matth. 22. cum tributa dentur regibus ad bella, & pa
cem seruandam, dixit: *Reddite quæ sunt Cesaris Cesari.*

Ratione etiam prob. Quoniam si bellum est defensiuū *Iure naturæ se defendere, & iniuriam propulsare licet.*
planum est esse licitum. Quia iure naturæ, licet se defen-
dere, & iniuriam propulsare. Vim enim vi repellere licet.
Sicut enim priuatæ personę, licet occidere, vt te defendas,
multo magis communitati licebit. De bello autem vin-
dicatiuo etiam constat. Quoniam ius est naturāle Rei-
publ. perfectæ iniurias sibi illatas vlciscī, & punire. Aliàs
vnusquisque quæcunque facinora perpetrare tentaret, &
sequeretur rerum publicarum consummatio, & iustitiæ
pacisque violatio. Habet enim locum Dei & Respubl.
& princeps in terra. Quapropter supremus princeps iu-
re ipso naturę potestatem habet castigandi, & puniendi
sibi illatas iniurias, sicut verus iudex in causa. Sicut enim
verus iudex potest illatas ciuibus iniurias punire: quia est
eorum iudex, & bonis ius suum reddere, & malis pœ- 244
nam: Ita cum superiorem in terra non habet, iudex est eo-
rum, qui sibi iniurias irrogat: & vt paci reipublicę, &
bono suo consulat, & sceleratorum hominum, crimina,
& superbiam reprimat. Hoc enim, & bonum, & Rei-
publ. maximè necessarium est, suppositā corruptione
peccati originalis. Cum verò Christus dicit *præbe illi alte-
ram*, intelligendum est, priuata authoritate. Ea enim non *Priuatæ authoritate, bellum inferre nō licet*
licet, aut bellum, aut pugnam inferre. Sicut tunc illicitum
etiam est, quando est iniustum, vt dicemus. Quare suprà
docuimus virtutem vindictę in publicis personis dumta-
xat residere.

Vnde stultior & pernicioſior est Lutheri error qui (vt 245
refert Cast. vbi supra hæresi 2.) licet non neget vniuer-
saliter licitum esse bellum gerere cōtra impios & iniustos
homines etiam Christianos, tamen specialiter condemnat
bellum factum à Christianis contra Turcas. Fortasse (vt *Reijcitur error Lutheri.*
ego coniectōr) quoniam contra bullas cruciatę, quæ pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bello contra Turcas expeditę sunt impia cupiditate, & cupida impietate stomachatus est. Ratio autem eius est: quia inquit tale bellum facere est resistere voluntati Dei per
246 Turcas visitantis, & corrigentis nos. Sed quid rogo stultius dictu? Si contra Christianum iniustum, & sceleratum tyrannicè regnum, vel ciuitatem retinentem: licitum est pugnare, cur contra infideles tot ciuitates, tot regna iniustissimè occupantes, imo & fidem nostram demoliri tentantes, non licebit bellum inferre? Machabæus pugnat aduersus Antiochum, & alios Reges infideles pro religione, fide, & cæremoniis, in quo facto laudatur. Cur igitur non iure laudetur Christianus princeps, qui contra huiusmodi hostes Christiani nominis, pyratas, regnorum raptores, cum summo Christianorum dedecore: zelo religionis, & fidei, bella domini gerit, & vt alter Dauid, ait *Quis est iste, qui audet exprobrare agminibus Dei viuentis.*

Bella iustissimè & sanctissimè facta.

Quod si sanctorum patrum gestà tanquam veritatis, & doctrinę documenta nobis relicta sunt: quis ignorat in lege noua sanctissimorum patrum consilio, & authoritate plurima bella indicta & gesta fuisse? Vrbanus 2. aduersus Turcas bellum fieri decreuit, in quo mirificè & laudatus est, & profecit. Cui cępto bello fauit Paschasius, eius successor, & vt refert Platina Calixtus 2. Christianorum bellum habentium in Asia vires auxit. Qua spe Balduinus Hierosolymorum Christianus Rex, Gazin Regem Turcarum superauit. Lucius 3. Verone Concil. habito
247 Christianos ad idem subsidium (fratribus in Asia pugnãtibus) ferendum adhortatus est. Desino plurima miracula quæ in Christianorum exercitu Deus operatus est, cũ toto sint orbi notissima. Inter quæ non minus insigne est quod in Hispania nostra contingit sub Innocen. 3. & Alphonso Hispanię Rege cognomento. Bono anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo. Orta enim luce, & sacra Eucharistia â multis accepta, peccatorum confessione præmissa, Archipiscopique Toletani benedictione suscepta, nec non peccatorum condonatione seu plenaria indulgentia, ab eodem Innocent. concessa, omnibus

Miraculũ quod Deus fecit in bello ãno 1212 sub Inno. 3. & Alph. Rege.

applicata,

applicata, acriter contra Mauros fidei Christianę hostes à nostris pugnari cœptum est. Quo in bello, & Rex Mau
248 rorum se fuga subduxit, & ducenta Maurorum millia cęsa dissę perhibentur, in summa nostrorum paucitate occisorum, viginti quinque tantum occisis, quod non mediocre miraculum est putandum. Crux præterea nostris maximè afflictis ab Alphonso aliisque visa est in aere. Qua spe erectus Dominus Paschasius Ecclesiæ Toletanæ Canonicus, crucem Archiepiscopi gestans illæsus aciem totam hostium penetrauit. Tandem ad præsentiam imaginis Bl. Marię virginis Tolet. Ecclesiæ singularis Ducis, ac patronæ, quæ in vexillis depicta erat, ingens Maurorũ multitudo corruit. Quãobrẽ non hominũ, sed Dei, & Crucis Triũphus, hæc mira victoria aptè est compellata. Sed neme de ijs tam apertis rebus dicentem dies calamusque deficiat, & quoniam de restitutione agimus hoc loco, Hæreticorũ fabulis dimissis, ad institutum nostra dilabatur oratio. Vt enim coniector ista sibi hęretici fingenda esse arbitrantur, ne, vt verè & iustè possunt expugnentur, & eorum malitia & færitas conteratur. Vt dum hęc scriberemus, audiuimus fecisse glorioſe, & feliciter Sixtum quintum Pontificem, nostrum initio sui Pontif. cuius auxilio, opera, & mandato bellum motum fuit aduersus Gallię hęreticos, cuius opera, & Christianorum principum, Deique præcipuè adiutorio deleti sunt maiori ex parte illius prouinciæ Lutherani, aliique hęretici: quod Deus Optim. Maxim. sicut cœpit ipse perficiat, bellaque sua (Sua enim sunt) agentibus, & vitam & auxilium prębeat.
249

Supposito igitur, bellum ex obiecto non esse licitũ, quin si debitę circunstantię adsint iustum, & omnino necessarium ad prauos sceleratosque homines refrenandos, & puniendos pacem & iustitiam seruandam, iuxta illud Augustin. in Epist. ad Bonifac. *non quęritur pax vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo bellando pacificus, vt eos, quos expugnas ad pacis vtilitatem vincendo perducas.* Sed quia multũ à restitutionis materia digressi videmur ad rem redeamus.

Bellũ ex obiecto licitum nõ est, nisi debitę circunstantię adsint.

Quędam igitur breuiter oportet proponere. Primum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt bellum sit iustum, tria requiruntur. Primo, authoritas in mouente bellum

vt bellum sit iustum & licitum, tria requiruntur. Primo authoritas in mouente bellum, vt scilicet sit princeps supremus in temporalibus, aliàs illicitum esset, cum habeat superiorem, apud quem via iuridica, & pacifica possit audiri. Vt enim 3. parte huius cap. dicemus sui defensionem tum duntaxat licere, quando non est aliud remedium. Ita neces, & clades multorum intentare, cum aliter quæstio, & lis decidi potest, & res iniustè detenta recuperari, illicitum esset. Et quoniam supremus princeps nō habet, apud quem conqueri possit, iure naturæ est illi concessum de sua iniuria cognoscere, iudicare, & sentētiā, aut punitionem in iniuriam autem ferre, & eam exequi. Ita docet D. Thom. & cęteri citati,

250

Secundo, iusta causa bellandi

Secunda conditio est iusta causa bellandi, quę est iniuria illata ab altero, vt constat ex ratione prædicta. Siue quia multa fecerit inimicus damna, quę recompensare nō vult, siue quia ciuitatem, vel oppidum teneat tyrannicè, &c. Et multò magis, quando iniuria fieret fidei, aut religioni, vt patet. Tertia conditio est recta intentio, ne scilicet odio, sed iustitiæ zelo, rectaq; intentione moueatur. Quamuis autem hæc conditio requiritur, vt sit bellum licitum: tamen non necessaria est, vt sit iustum. Nam licet ea absente sit mortale peccatum, sicut cùm iudex odio, vel ira occidit: tamē non est iniustitiæ peccatum, nec restitutionis obligatio, si duæ priores conditiones adsint, scilicet authoritas publica ex parte inferioris & causa, scilicet iniuria ex parte eius, cui fit bellum. Et hoc quoad principes.

251

Tertio, recta intentio.

252

Inferiores milites licitè bellant, nisi iniustitia belli eis deus sit.

Secundo dicimus, quòd inferiores saltem milites, licitè pugnant, nisi sit euidens iniustitia belli, aliàs enim etiam in dubio pro suo principe iudicare debent, vt Augustin. docet in cap. Quid culpatur 23. q. 1. Et licet re ipsa esset bellum iniustum: tamen ipsi nec peccant, nec restituere tenentur. Non enim ipsi causam examinare debent, sed licitam & iustam præsumere. Quod si ita verum est de subdito dubitante, à fortiori de ignorante inuincibiliter bona fide credente bellum esse iustum, vt Cordub. adnotauit. Vnde si non tenentur restituere, nisi ratione rei acceptæ, & per consequens de rebus extantibus, vel in quibus facti sunt

sunt locupletiores, vt infra latius explicabimus. Non ergo admittenda est Adr. sententia. Asserentis, Quodlib. 2. peccare mortaliter subditos in dubio de iustitia belli, bellantes, solumque excusandos eos, qui ignorantia inuincibili laborant.

Subditi in dubio de iustitia belli bellantes, mortaliter peccant.

Oppositum enim sentiunt cæteri doctores citati, specialimque Cordub. Sot. Sylvest. Gab. conc. 4. & Caiet. citati ob rationem a nobis factam. Cui adde Augustin. in d. cap. quid culpatur ex lib. 22. contra Faustum cap. 74. & 75. *vir iustus*, inquit, *si fortè etiam sub sacrilego rege militet: recte potest illo iubente bellare, si quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit certum non est, vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem ostendat ordo seruiendi.* Vides apertissimè peccante rege ob dubiū, esse innocentem subditum militantem propter ordinē seruiēdi, & obediēdi. Quod adnotauit in hac specie glos. præd. cap. in verb. *iniquitas*, id ipsum probat Cord. ex cap. Pastoris de Offic. deleg. Vbi decernitur (ait Cord.) vt quis exequi possit sententiam superioris, cum dubitat esse iustam. Sed frustra adducit hoc cap. Ibi enim non erat sermo de dubitante, vt patet: sed de sciente sententiam esse iniustam. Probaret ergo posse cognita causæ iniustitia bellare. Quid ergo dicemus? Nunquid ibi Innoc. 3. approbat actum bellandi: cum scitur esse bellum iniustū? Resp. Minimè sanè. Nā in d. c. §. quia vero, sermo est absoluté, præcipuéque in causis ciuilibus, in quibus, vt supra docui difficultate 4. licitum est ob allegata, & probata innocentē condemnare: non autem in criminalibus, vel in ijs, quæ sunt intrinsecè mala. Qualis est innocentis occisio. Quale etiam esset compellere carnaliter commiscere eos, qui probati sunt coniunges, sciente iudice, omnino nō esse tales, &c. Sic igitur modo dicendum, quod cum bellare iniustè, occidere, &c. sit intrinsecè malum, si certò cō stet ita esse, non licet ad cuiusque superioris mandatum obedire. Esset obedire magis hominibus, quā Deo. Vnde prędictum cap. non potest trahi ad consequentiam. De cuius tex. intelligentiam legat, qui volet latè ibi glos. in verb. (*sciat.*) Argumentū verò Adr. facilè soluitur. Hic

253

254

Cui certò constet bellum esse iniustum, superiori obedire non tenetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem locum habet illa distinctio de dubio speculatiuō quod licet hic intercedat, at non practicum tamen, quam in alio proposito infra impugnamus. Stare enim potest, vt
255 quis dubitet, an bellum sit iustum, & certus sit de hoc practico iudicio, bellandum est. Credere enim debet superiorem rem melius examinasse: at non stat, quod quis dubitet an sit sua vxor, & quòd possit petere, etiam superiore precipiente. Cū certus sim, non possum illū habere maiorem notitiam quàm me. Et ob id probamus ibidem cap. (inquam) 1. lib. 3. speculatiuè dubitantem debere dubitare de conc. practica. Hęc vera putat Merc. tit. de Restit. cap. 15. de inferioribus militibus. Nam de ducibus putat non excusari ignorantia, & fide bona, sed teneri ad inquirendam iustitiam causæ antequam in bellum ingrediantur, aliàs peccabunt, & damna secuta eis imputabuntur.

Sed maior dubitatio est de nō subditis bellantibus amicitiæ, cognationis, lucri, vel honoris causa, atque idem est de subditis non coactis à superiore. In qua difficultate Cord. in d. quęst. 59. vers. *Si verò* docet. primum: quòd si ignorantia inculpabili laborant, non peccant & id planū est. Nihil enim refert iudicio meo esse subditum, & iussum vel non, quod ad peccatum attinet, quando ipsi inuincibiliter ignorant iniustitiam, aliàs non prælaturi. Nec vllus in hoc sapiens dubitaret. Docet tamen teneri ad damnorū reparationem, quæ sic ignoranter dederunt, & ad restitutionem eorum quę rapuerunt. Vnde statim ac nouerint bellum fuisse iniustum, tenentur de omni damno per eos causaliter dato, & de raptis omnibus, etiamsi bona consumpserint fide, non minus ac si scienter iniustum bellum gessisset.

Nō subditi, aut subditi non coacti si ignorantia inculpabili laborant, nullo modo peccant.

256 Hęc Cord. non aliter probat, quā quia licet sufficiat ad liberandum à peccato, tamen ad liberandum â restitutione non sufficit bona fides. Tum etiam (inquit) quia leges ita disponunt. Quæ verò sint illæ leges: non explicat ille. De dubitantibus verò docet vltra restitutionis obligationem peccare mortaliter, si scienter bellaret, vel ignorātia culpabili. Idem sentit Sylvest. bellum. 1. quæst. 8. d. 4 probatque ex cap. Denique 24. q. 5. & Gab. conc. 4

Imo

Imo id âdeo verum putat Sylvest. in 3. d. vt existimet subditum dubitantem, licet non peccet teneri ad restitutionem etiam de consumptis. Quia (inquit) *quamdiu dubius fuit non habuit bonam fidem.* Quamobrem obedientia, â peccato, non à restitutione excusat. Et quod ad peccatum attinet idem prorsus sensit Nauarr. & Caiet. Quin potius idem Caiet. censet de militibus tuus conductis, qui non ante dubium conducti erant. Ij enim peccant mortaliter, nec verò subditos dicendos putat. 257

Sed vt verum fatear mihi falsa videntur ista. Primum enim quòd ait Cordub. inuincibiliter pugnantem teneri de damnis datis, & de ablatis non extātibus dici certè non potest. Primum de damnis datis nulla oriri potest obligatio, si bona fide ignorantiaque inculpata data sunt. Vel enim tenetur sic prælians ratione rei, vel ratione iniustæ acceptionis: non sanè ratione rei acceptæ, vt constat. Id enim supponimus, quòd damnificatio lucrosa non fuit, nec quidquam positiuè accepit, de quo statim dicam, nec ratione iniustæ acceptionis: Si quidem non fuit causa iniusta acceptio formaliter, nec damnificatio vllo modo voluntaria, vt enim supra cap. 1. satis ostendimus ex delicto id est, ratione iniustę acceptionis nullus tenetur, nisi ex voluntaria acceptione, & culpabili, saltem leui culpa, & peccato mortali. At id supponimus hoc loco nullam intercessisse culpam saltem non latam, nec leuem: damnificatio igitur iniusta non est, sed omnino casualis.

Inuincibiliter pugnans, de dāmis datis, & de ablatis restituere non tenetur, cōtra Cor.

Adde, quòd vt supra docuimus, docet q; egregiè Caiet. 2. q. 70. art. 4. testis falso testificans, ob quod alter est morti damnatus non tenetur, cum vitæ periculo damnū euitare. Nō enim tenetur ratione rei habitę, vt patet. Nec iniustæ actionis, quoniam iniusta non fuit. Cum nec scienter facta fuerit, nec ex culpabili ignorantia, igitur, &c. Et sanè mirum est, quòd non peccet, & restituere teneatur. Si enim ab offensa Dei excusatur, igitur à proximo offensa, qui minus rationabiliter lęsus esse debet. Neque vnquā (si inductionem facias) reperies, quod aliquis teneatur restituere, sine præcedenti peccato, & culpa, nisi quando tenetur ratione rei habitę, vel si est pura damnificatio scien- 258

ter tamen iniusta, vel saltem ex damnabili ignorãtia. Stãre non possunt illa duo a Sylvest. asserta, quòd subditus in
259 dubio bellans non peccat: sed ad restitutionem teneatur, cum ei constat fuisse bellum iniustum.

Inuincibiliter pugnatus, res in bello habitas, etiam bonafide consumptas, restituere non tenetur.

Secundo non placet, quòd ait teneri de rebus in bello habitis, etiam consumptis fide bona in quo Sylvest. consentit. Vt enim latius ostendemus infra, nullus tenetur de bona fide consumptis, nisi inquantum est ditior factus, vt ipse Cord. Syl. & cæteri Doct. docent. Et ratio est manifesta, quoniã cum is solum teneatur, non ratione iniustæ actionis: sed ratione rei, consequens est tamdiu duntaxat teneri ad restitutionem, quamdiu res extat aliquo pacto, siue in specie, siue quia ex eo locupletior est effectus. Si igitur isti bona fide acceperunt & consumpserunt, ratione iniustæ actionis teneri non possunt, si tenentur solum modo ratione rei, quomodo illa consumpta, & non ditior ex ea factus, tenebitur. Vnde quòd Cordub. & Sylvester aiunt non sufficere bonam fidem, sed simul obedientiam requiri, gratis assumit, & nõ probant eas verò leges, quas pro se docere affirmat ipse non adducit.

Tertio mihi non probatur: quod de dubitantibus vterque Doctor affirmat peccare mortaliter non subditum in dubio militantem, & ad restitutionem teneri. Neutrũ
260 enim verum putauerim. Omitto modò eos milites qui ita sub quocunque in quacunque causa bellare sunt parati: vt etiamsi scirent bellum esse iniustum, non desisterẽt, quos in statù damnationis versari rectè docet Sylvest. in illo dicto 4. Caietanus, & Nauarrus. Nam hoc pacto etiam ignorantes inuincibili animio præliantes peccarent mortaliter, vt patet, sed sermo est de eo qui ita dubitat, quod iniustitia certo cognita nullo modo arma sumpsisset: hos igitur putamus, saluo meliori iudicio, nec peccare, nec ad restitutionem teneri. Moueor ea ratione. Quoniam quamdiu certus non est de iniustitia, non peccat, imò tenetur cogitare regem illum iustitiam habere. Aliâs peccato temerarij iudicij esset obnoxius, cum condemnet eum quem sine certis indiciis, iniustè bellare existimat. In dubio enim de peccato proximi, etiam mihi non superioris, non licet

Non subditus ita indubio militans vt cognita iniustitia bellum non militaret, nec peccat nec restituere tenetur.

certam

certam ferre sententiam de malo atque peccato. Vnde quamdiu illa dubitatio probabilis manet, de neutra exercitus parte, possum iustè iudicare, sed cogitare teneor 261
vtrumque iustè bellare in sua mente, laborare que ignorantia probabili. Quia scilicet vtrique videtur se ius habere, & iustitiam. Vnde ipse Gabr. ex Panorm. in cap. Sicut, de Iure iuran. *el tercero*, docet bellum indictum à supremo principe, præsumendum esse iustum etiam ab extraneis, imò indictum ab habente superiorem, à subditis. Quia tenentur de superiore meliora cogitare, & nisi euidens sit in iustitia, non dijudicare prælatum. Si igitur pro nullo potest ferre determinatæ iniustitiæ sententiam: laborat igitur ignorantia probabili, quicunque iuuando. At ignorantia probabilis, à peccato excusat, habet igitur se iste dubitans, etiam non subditus, ac si ignorantia inuincibili laboraret.

Bellum indictum à summo principe, vel superiore, à subditis iustũ præsumendũ est.

Neque ego certè vllum reperio discrimen inter subditum, & non subditum, quamdiu dubitatio durat, nisi in eo solum, quòd subditus inquirere nihil tenetur, sed audito præcepto deponere debet dubitationem, & præliare pro prælato iudicando. At non subditus, qui obedientia coactus non est, tenetur peritos consulere antequam arma sumat. Quòd si in dubio perseuerat, iustè in quauis illarum causarum pugnabit, eo animo, vt certus de iustitia nullo modo bellaret. Alioqui peccaret mortaliter etiam subditus, non iussus militare. Cum obedientia eum non excuset. Quod ipse Cordub. concedit tanquam necessario cõsequens, quòd concedendum non est. Vix enim tandem aliquem dubitantem etiam subditum excusandum censeres. Cum rarò compellantur atque iubeantur militare, nisi in magna necessitate. Et eo in casu etiam rarò contingeret dubitatio de iustitia, cum tantam populus necessitatem patitur ab hoste. Communiter enim solum vocantur, & annuitantur ire volentes etiam ex subditis, sicut ex 262
externis. Alioqui etiam peccaret mortaliter aduocatus dubitans probabiliter de causæ iustitia eam prosequendo. Quid enim refert pilis & armis, an consilio & authoritate tua, aliquem oppugnes, occidas vel spolies.

Subditus audito præcepto, deponere debet dubitationem, & præliare, nõ verò nõ subditus.

Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

263 *Aduocatus dubius, vel probabiliter ignarus de iniustitia causæ, non peccat eam prosequendo.*

Sed respon. Sylvest. non esse simile. Quia in iudicio est superior, quia examinat processum, vt sententiã ferat, in bello autẽ viribus vincitur. Sed certé si hęc solutio sufficeret liceret aduocato causam iniustã prosequi, quia est superior, qui allegata examinabit. No ergo id excusaret, si dubitatio nõ excusaret. Non enim ob id aduocatus dubitans iustificatur, quia iudex rem est examinaturus. Nam iudex posset esse iniquus, vel ex incuria, & negligentia iusta allegata iudicare, & ita liber non esset aduocatus, sed ea ratione, quia laborat probabili ignorantia. Nec est maior ratio, quare ab hac quã ab illa causa cesset, sed in vtrã quę iustè potest, non simul iuuare. Sicut in opinionibus Theologorum videmus, alteram sequendo non peccari, quia est ignorantia probabilis. Non igitur siue subditus, siue non subditus probabiliter dubius peccat militando.

264 *Inter malæ ac bonæ fidei possessorem est medium, quod non damnatur iniure, sed tantũ damnatur possessor malæ fidei.*

Ex quo sequitur nec restituere teneri, magis quã si ignorantia inuincibili laboraret. Laborat enim probabili, ac per consequens non peccat, vt ostensum est. Igitur ex delicto seu ratione iniustæ acceptionis non tenetur, nec ratione rei, si ad eum nihil peruenit: quod si peruenit, tenebitur de extante re, vel in qua est locupletior factus, vt supra dictum est, & inferius latius explicabitur, atque ita in hac specie docuit Gabr. conc. 7. Ang. verb. bellum §. 9. Sed obijcit Sylvest. quôd quamdiu dubitat, non est bonę fidei possessor: sed id non vrget. Si enim non est possessor bonę fidei, at non est malæ fidei possessor. Est enim medium inter malę & bonę fidei possessorem, vt infra latius explicabimus. Iura enim non damnat, nisi malę fidei possessorem tam ad præscribendum, quã ad alia, vti latius trademus in hoc 2. libro.

Dubitatio ex opinione rationibusq; probabilibus orta, iustam facit ignorantiam.

Illud animaduertendum censeo, nos hîc locutos etiam de ea dubitatione, quę ex opinione rationibusque probabilibus ortum habet. Hęc enim iustam facit ignorantiam, & probabilem, vti frequenter contingere solet in ijs bellis dubijs. Cum sint semper opiniones probabiles de iure, & iustitia belli. Quando enim dubitatio rationibus opinionibusque probabilibus (quę non propriè dubitatio dicitur, sed moralis certitudo) innixa non esset, veram putarem horum

horum sententiã doctorum. Tum enim maximé si principio dubia fides præcessit non excusaretur à peccato, & iniustitia: teneretur quę ratione iniustæ acceptionis, & per consequens de omni damno dato, & de habitis in bello etiã consumptis, imó tum ipse princeps in hoc dubio constitutus peccaret bellando; maximé contra iam possidentem, sed vt dixi, frequentius contingit dubitatio prior ex opinione sapientium, & rationibus probabilibus causata. Iniquo casu, vt dictum est, sicut nec compulsos, ita nec sponte euntes damnandos censemus, vt probatum est. Sanè, vt hoc concludam mirabile videtur, quôd princeps iustè bellet, ego vero iuuans eam actionem, sim iniustus. Siquidem non aliter damnifico quàm operando, si igitur principalis actio iusta est, iuuans illam iustum operatur, etiamsi non sit coactus, eam igitur differentiam agnosco inter compulsum, & alios, quę oritur ex alia, quam supra retuli. Nam compulsus iustè facere potest etiam peccante & iniquitatem admittente principe, vt August. aperte docuit in d. cap. Quid culpatur, at in sponte eunte non ita est, sed potius, nisi iustè rex bellet, ipse non excusaretur, & ita non aliter quã actione principis tenetur. Qui cum vt supra diximus, teneatur inquirere de iustitia belli ab eruditisque informationem requirere, non potest ipse aliter excusari, quã ex iustitia vel iniustitia causæ, sicut ipse rex. At coactus, obedientia, cum examinare non teneatur fieri potest, vt rege peccante, ipse non peccet. vt August. planè docuit. Hæc, cũ disputandi gratia proposita sunt à nobis sapientis erit communem sequi sententiam, qua teneri video, non subditum dubitantem peccare ad restitutionemque teneri, cum cognouerit fuisse iniustum, etiamsi dubitatio sit ob opinionem diuersitatem, vt præter Cor. & Sylvest. tenet Caiet. in d. sum. Nauar. numer. illo 11. Gab. concl. 4. Ang. verb. bellum §. 8.

265 *Ad bellum sponte euntes, cum dubitatione ex rationibus probabilibus orta, non peccant.*

266 *Non coactus ad bellandum, informationes de iustitia belli requirere debet.*

Ex his colligitur, quod milites, vel duces qui sine consensu generalis capiunt aliquid peccant mortaliter, & tenentur restituere. Deest enim prima conditio, scilicet authoritas principis, & tamen illi se habent ac si essent priuatæ personæ. Ita docuit Merc. versic. *loque toca.* Secũdo peccare

267 *Milites capientes in bello aliquid sine cõsensu generalis, peccant mortaliter, & restituere tenentur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duces plures personas quam sunt in exercitu repræsentantes, peccãt mortaliter.

peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem duces, qui plures repræsentant personas, quã sint in exercitu, in quo plura peccata & damna committunt. Primum, quôd accipiunt plura stipendia, quàm sunt milites, quod est planè furtum. Secundo, quôd rex seu generalis confisus in eius narratione, putat esse sufficientem numerum, & ita cum longe minor sit, solent plura infortunia, & victorię perditio sequi. Tertio concedunt officia famulis, vel familiaribus suis, statuendo eos centuriones, &c. minuendo illis stipendia, sibique reliquum reseruando. Est denique in damnum exercitus distrahere officia honorabilia vilibus, & indignis robore carentibus, & prudentia requisita. Vnde patet Merc. cap. illo 15. quôd tenentur restituere, non solum quod ipsi defalcarunt sibi ex officio, sed etiam quod illi indigni acceperunt, cũ omnino contra principis voluntatẽ retineant, & damna secuta, vt patet.

268

Quarto solent etiam dum in acie sunt, dissimulare furta, & iniurias, &c. Et ita vterque tam dux, quã milites tenentur restituere. Solent etiam extorquere pecuniã à populis in quibus sunt castrametati, quæ apertè est vexatio iniusta, & ita solent pecunia erepta agmina alio trãsferre.

In bello iusto, in spolio authoritate ducis facto occidere, spoliare, & captiuos ducere, licitum est.

Tertio dicimus, quôd si bellum est iustum, & similes iniurię non admisceantur, licitum est in spolio authoritate ducis facto occidere, captiuos ducere, spoliare, &c. Hoc enim est ius belli, nec ad restitutionem tenentur vllam. Ita docet Sylvest. verb. bellum, quæstione 1. Couar. §. illo 11. num. 1. S. Thom. lib. 3. de regimine principum capit. 11. Castro lib. 2. de Iust. hæret. puni. cap. 14. Mar. in 4. dist. 25. quæst. 20. Adrian. in 4. de Restitut. §. Aggreditur, glos. in capit. Sicut de Iure iuran. Tiraquell. de legibus cõnubialibus, l. 1. numer. 46. Caiet. in sum. verbo bellum,

269

versic. *Fac ergo.* Merc. 1. cap. 15. Gabr. distinct. 15. quæst. 4. conclus. 1. Et habetur in l. Hostes. Et l. Si quid in bello ff. de Capt. & l. naturalem §. vltimo. ff. de Adquir. rerũ domi. Et in cap. ius gentium 1. distinct. planè probatur: Vbi glos. id docet. Et planius in cap. ius militare, quorum vtrumque est ex Isidoro. Et idem docet Ambr. in cap. dicat 23. quęstione 5. *Prada (inquit) in potestate victoris est.* Inter

ter Christianos tamen non seruatur de consuetudine iuris belli quoad seruitutem, & ita esse seruandum docet Sylu. Merc. & Bart. in l. hostes de cap. Adde, quod bona si sunt immobilia non fiunt capientium, sed publicantur, vt patet ex l. si captiuus, §. Explusis. ff. de Cap. Et Regi applicantur, vt etiam in hac specie tradit Couar. §. 11. num. 6. in fine Bart. in l. Si quid in bello ff. de Cap. Alex. & Iaſ. in l. 1. de Adquir. poſſ. in principio numer. 10. Martinus Laud. tract. de bello §. 4. & habetur in l. 19. & 26. par. 2.

270

Mobilia verò post victoriam capi non possunt, sine peccato rapinę, ait Sylvest. quia debent poni ad commune, & assignari capitaneis, vt secundum merita & distributiuam iustitiam ea partiantur. Et idem docet Bart. in l. Si quid in bello, ff. de Cap. quod intelligo. Primum nisi sit consuetum, vt vnusquisque retineat, quod cœpit, vt Gabr. docet prima conclusione dict. quæst.

Mobilia post victoriam á militibus sumi non possunt, sed ad commune seruari debent.

Et secundo ego limitarem, quando dux concedit prædam, & vt Hispanicé dicitur *el saco franco.* Tertio tandem limitat etiam Sylvest. Si capiat post: nam si ante victoriã efficiuntur capientium. Sed id tantum verum putarem quando authoritate principis, vel in ipso prælio acciperet, vt supra dictum est, aliàs authoritate priuata facere videntur. Multa autẽ hic dici possunt de bello, quę late prosequitur, Sylvest. verb. illo bellum, primo per multas quęstiones Couarr. nume. 6. Anto. in sum. defecerunt, tit. de Rep. cap. 3. & alij citati doctores, quæ omnia in singulari prosequi non patitur breuitas nostri instituti. Legat curiosior. An autem bellantes iniustè siue Rex, siue duces, siue milites, tam non vocati, qui dicuntur *auenturęros*, quàm cæteri. An (inquam) teneantur in solidum ad dãna per totum exercitũ data, habes infra, vbi ista latius nobis explicantur, cum sermo est de participantibus in damno.

271

Subditus vel liber, in bello iusto suo stipendio accepto, dãna ex bello subsequuta non tenetur Rex resarcire, ex Cord.

Sed an Princeps teneatur resarcire damna bellantibus sub suo signo, breuiter est dicendum ex Cord. quæst. illa 39. puncto 2. quôd si bellum est iustum, & stipendium accipit ex conuentione, siue subditus, siue liber, non potest quidquam amplius exigere pro damnis occasione belli acceptis: ob illud enim stipendiũ, ipsi se liberè locauerunt, & ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad contingentia damna se obtulerunt, & ad alia belli pericula. Secundo dicendum, quôd si cogatur ire, nolens, si subditus est, satisfacit soluêdo expensas necessarias, vel stipẽdia solita: ille enim tenetur iure obenire, & quo iure obedire tenetur, cõsequẽter eodẽ iure tenetur periculis & dãnis belli se exponere: maximé, quia nũquã cogũtur, nisi necessitate vrgẽte, quo tempore ipsi deberent se objcere defensioni. Si verô subdirus non est, & cogitur, videndum est meo iudicio, an cogatur vi & metu, an precibus & suasionibus. Et sanè in vtroque casu Cord. existimat esse restituendi obligationem, quia (inquit) regula generalis est, quôd mandans obligatus est damnis mandatarij.

272 *Idem dicit de subdito coacto,*

Verum ego sanè aliter sentio. Primum mihi videtur, quôd si vi, aut metu, aut minis, aliâve coactione, non subditum ire cogat ad bellum, etiam iustum, teneatur satisfacere damna, quæ illi ex tali itinere incurrerunt. Quod ex eo constat, quoniam ex actione iniurioſa damnum est cõsecutum. Igitur ei, sicut efficaci causæ, & iniustę, damnum imputandum est. Et quamuis id Cordub. in expresso non doceat, tamen eius fuit sententiæ, cum dicat, rogatis & vocatis etiam satisfaciendum, à fortiori igitur coactis iniustè.

Non subditi si sint minis coacti ad bellum etiamsi sit iustum, tenetur Rex damna illis resarcire.

Secundo mihi non placet, quôd rogatis & vocatis est satisfaciendum: illi enim liberè, & sponte, ad bellum proficiscuntur, sibi igitur imputare debent damna secuta: ea enim ipsi, cum consenserunt, cogitare debebant posse accidere. Quod si non cogitarunt, suæ imputent stultitiæ: scienti enim & volenti non fit iniuria: nam si, vt infra dicemus, puellæ consentienti in stuprum, precibus, & persuasionibus, nihil de iustitia est restituendum: cũ tamen damnum sit immediatè ab illo datum, multò minus tenebitur de aliis damnis aliundè (licet occasione belli) incursis ab eo, qui rogatus ad pręliandum venit. Vnde illam regulã generalem, quam Corduba veram & communem putat, quôd scilicet mandans tenetur de damnis mandatarij, sic accipiẽda est, meo iudicio, si aliquo modo coactus est. Quãdo scilicet intercedit metus quidam reuerentialis, vt cum Princeps rogat, mandat, aut vocat ad bellum, eum â quo

273 *Rogatis, aut vocatis ad bellũ, Rex damna resarcire non tenetur.*

dissentire graue, & dispendiosum foret rogato: tum enim inuoluntariè consensit, aliàs non consensurus, si illi libera, & soluta omnia fuissent: tum siquidem metus reuerentialis est causa principalis actus, & consequenter damnorum.

274 *Nõ coactis nec rogatis, sed sua spõte & sui causa ad bellũ accedentibus, dãna non tenetur Rex resarcire.*

Tertio concludimus, quôd si sua sponte nõ coactus, nec rogatus, accedat, non subditus, nec stipendiatus, est distinguendum: nam si sui causa accedit ad bellum, scilicet, vel lucri proprij, vel spoliorum, vel nominis & glorię adquirendę, vel vindictæ, vel intentione, vitam & res suas pro Rege & republica donandi, nulla est restituẽdi obligatio: ita docet Corduba puncto 2. di. 3. in quo illi assentior, tũ quia iste habet animum implicitum donandi, tum quia ipse sua causa facit. Si verô eo animo accederet, vt negotiũ Regis vtiliter gerat, militetque suis stipendiis, tenetur Rex damna resarcire: quoniam ex quo rex licentiam ire volentibus præbet, consentit ait Cord. vt illi suis expensis eius negotium gerant. At consensus, & ratihabitio, mandato comparatur: igitur tenetur satisfacere gestori vtili negotiorum.

Nõ coactis sed ad bellum accedẽtibus eo animo vt militẽt suis stipendiis, tenetur Rex dãna resarcire.

275 *Vt resarciãtur damna subsequuta militibus in bello, nõ est standum eorum dictis, cũ suum animum contra bellum significant.*

Verũ profecto licet in foro exteriori audiretur, ita bellans ad stipendium, & satisfactionem: tamen in conscięntia ante sententiam, non credere Principem teneri, vel stipẽdia, vel damna refundere. Primum, quoniam vix potest animus bellantis notus esse Regi, an scilicet fuerit eius negotij vtiliter gerendi ratio, an secus, possentq; innumeræ fraudes contingere: neque tenetur Rex credere dicenti eius causa ad bellum veniſſe. Secundo & præcipuè, quoniam ipse non coegit, imó nec rogauit: sed tantum consensu prębens licentiam, vt quicunque velint ad bellum adiungerentur. Non igitur damna secuta sunt ex iniusta Regis actione, sed ex mera eorum voluntate, qui ad bellum sua sponte accesserunt. Aliàs si quem ego ad mihi opitulandum, in necessitate aliqua vocarem, aut certè me non vocante, ille vt me defendere accederet, tenerer eum admittens, si quid illi damni accideret restituere, quod certè nec patitur ratio, nec vsus vnquã admisit, imo etsi actio ad quam voco, quamque consulo iniusta foret, nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenerer restituere, socio adiuuanti, cum a me multum sit
272 damnum passus, sed sciens ac volens in restituendi statū peruenerit, vt latè contra Caiet. aliosque illum consequentes probo tom. 2 lib. 3.

Ipsis igitur, & nō Principi, damnum imputandū venit. De stipendio autem maior dubitatio esse poterat: & crederem distinguendum fore. Si enim rex publicari iussit, vt quicunque velint, irent suis stipendiis, non tenetur restituere, aut satisfacere quidquam. Ipsi enim liberé & gratis ire censentur, & debent. Si verò absolutè licentiam dedit volentibus sese ad prælium adiungere, tunc dici posset, quòd si Regis negotij agendi causa venerunt, non solum in foro exteriori, vt suprà dicebā, sed in conscientia tenerī: videtur enim pactū quoddam implicitum inter Reges & ire volentes, & ita ex parte teneri posset Cordubæ sententia.

Cōtra Regis voluntatē ad bellū venientibus, non satisfaciēdum est, sed puniēdi potius essent a Rege.

Ex his constat, quòd si contra Regis voluntatem ad bellum venit, nihil ei Rex satisfacere tenetur, imò pœna digni esse possunt, idque Rex mandare posset: quia vel eos fideles non censent, vel quia eis opus non habet, vel quia in aliis ministeriis, occupari vult. Et ita sensit Cordu. & de se patet. Illud verū est pro iis, quę diximus temperandis, adnotauitque Cord. dict. 5. quod siue miles etiam extraneus veniat rogatus, siue solumodò licentiatus à Rege, siue, quod maius est, Rege renitente, venerit ad bellum iuuandū, tenebitur Rex in cōscientia, tam stipendia iusta, quàm damna illi ex occasione belli contingentia, reparare, si magna erat Regi necessitas adiutorij: tum enim Rex consentire tenebatur in eo adiutorio recipiendo, & admittendo: sicut si Medicus te renitentem curaret, expensasque tuę curationis solueret, nunquid nō sanus laborem, industriam, & expensas soluere deberes? Si domus tua flagrat incendio, ego verò te nolentem, vel etiā me rogantem, ne te extraham, extraxero, te tuâque liberando, nunquid mihi laborem & damna, quæ tua sum
277 passus causa, reparare nō tenebere? Si te taurum agitantē me rogantem, & vocantem in tuum auxilium, vel potius renitentē, admonitionibusq; meis, vt fugias non adquiescentem

centem, iuuero? Si tibi opem penè morienti equi mei amissione, vel alio damno meo, tulero, nónne satisfacere mihi & laborē, dāna debebis? Hæc igitur, nō solū quia negotiū tuum vtiliter gessit, verum etiam quia in ea occasione, & 278
tempore, feci, vt ipse talem operam acceptare tenebaris, iusta satisfactionem mihi promissa. Sic ergo dicendum est in hoc casu, quòd si meo auxilio ita opus foret, vt Princeps periclitaretur, si ego rogatus, vel solùm licentiatus imò certè prohibitus, accesserim, iustè petere possum dānorum meorum refusionē, Réxque in conscientia satisfacere debebit: atque ita vera erit Cordubæ sententia.

Tandem, quando bellum est iniustum, variant doctores in opinando. Quidā enim existimant, quòd tam subditis, quàm non subditis, tenetur Rex vocans, & inducens, damna omnia satisfacere. Ita sensit Cordub. in d. 39 punct. 2. & id verum putat, etiamsi non præcedat promissio, seu iuramentum de damnis huiusmodi reparandis. Probat Corduba primum, quia si induceres ad rē honestam, ex qua, inductus damnum pateretur, esset illi satisfaciendum, iuxta caput finale de Iniuriis, si tua causa damnum datum est, &c. Et iuxta comunem sententiam, quòd mandans tenetur de damnis mādatarij: at non debet esse melioris conditionis mandans rem illicitam, igitur, &c.

Secundo quia damnificans spiritualiter in gratia aut meliori bono, tenetur restituere, omnium sententia: & tamen solùm induxit, non coegit: ergo similiter Princeps non cogens, sed inducens, tenebitur damna temporalia refundere inducto. 279

Quando bellū est iniustū, rex nō tenetur bellantibus damna resarcire, contra Cord.

Mihi non placet ista sentētia, quin potius puto nullam esse restituendi prædicta damna, obligationem. Ita sanè sensit Gabriel, in 4. d. 15. quæst. 4. conclu. 6. Sylvest. verb. bellum, quæst. 10. dict. 1. Et licet Doctores eam reddant rationem, quia ex turpi actu non oritur obligatio: atque ita, cùm illi mala fide pugnauerint, non poterunt petere à domino inducente, satisfactionem. Ego tamen alia inducor ratione, quoniam sic bellantes, damnúmque ab hostibus patientes, & alia similia damna ex itinere, non possunt esse rationabiliter

lęsi, cum ipse voluntarié similibus damnis se exponant: scienti enim & volenti, non fit iniuria. Cum igitur inductor non coegerit vi, metu, aut fraude, &c. sibi imputare debent. Non enim melioris conditionis esse debent turpiter bellantes, quàm si iustè, & licitè præliarentur: at sicut ostensum est, iustè etiam bellantibus, modò fraude nō fuerint decepti, aut metu minimé impulsi, non esse de iustitia quidquam damnorum restituendum, igitur, &c. Alioquin si tuis precibus aliquis voluerit se ad occidendum, vel furandum, offerre, tenereris illi de damnis contingentibus, quod minimé crederem, & latius infra falsum ostendemus: cum ipsi coacti non sint, sed sua sponte faciant. Sed ait Corduba, quòd in bello consentiunt iniusto iuuando, non autem in damna. Sed friuolum est hoc: eo enim ipso, quód consentiunt in iniusta bella, consentiunt etiam in pericula, & damna ex bello sequuta, alioquin non consentirent, cum liberi essent relicti. Fateor equidem, quod si promissio, pactum, vel iuramentum ex parte principis præcessisset de damnis reparandis, teneretur reparare: at id non prouenit, eō quód princeps eos iniustè læserit, sed ex fidelitate & religione iuramenti. Certè si quando bellum est iustum, restituendi obligatio non est, vt supra ostendi: cum tamen occasione principis iniustè patiantur ab aduersario, multō minus erit restituendum, cum iustè ab aduersario licitè bellante, patiuntur, cum ipsi abstinere deberēt. Hic plures de bello quæstiones omittimus. An scilicet vtraque ex parte possit esse iustum? an Imperator in temporalibus causis possit solus bella indicere, quasi si ille sit superior, & dominus ad omnes reges; vel an saltem Papa id habeat, quæ latè disputantur à Couar. §. 10. & an seruitus sit contra ius naturæ, & quando gerens iustum bellum teneatur reuocare, quod explicat Caiet. in sum. verb. bellum. §. fac ergo.

280

281

De obligatione restitutionis, quæ ortum habet ex duello.

SVMMARIVM.

Duellum antiquitus concedebatur, num. 282

Duellum

Duellum ad indagationem veritatis, & ad inanem gloriam, vel vires ostendēdas, illicitum est. num. 282
Duellum clericis illicitum est, num. 283
Non licet propter tuendum honorem duellum acceptare, nu. 285
Etiam si magna esset ignominia ex eo quod non acceptetur duellum acceptari non debet. 286
Nec propter res, vel vitam acceptare duellum licitum est, secundum aliquos, num. 287
Ad terminādam litem ciuilem, vel criminalem duello vti non licet num. 289
Quando iniustè quis patitur, ob rerum & vitæ defensionem duellum licitum est num. 289
Quando aliter rer fieri non potest pro saluanda vita, vel re, duellum acceptare licitum est, numero. 290
Bellans si alia via se defendere potest bellum acceptare non potest, num. 290
Circunstantiæ in quibus acceptare bellum non licet. num. 291
Excōmunicati sunt domini, in terris suis inter Christianos duellum cōsentientes, num. 292
Bellum in duellum resoluere licitū est, si ex vtraque parte æqualis est fortitudo, num. 293
Princeps paucas habens vires, si duello victoriā assequuturus, vel non subiecturus est, duellū petere licitē potest. num. 294
Circunstantiæ quibus licitum est duellum, nu. 294
Tempore belli licitum est principibus aut ducibus, singulares, vel partiales pugnas inire, numero. 296

Si pugnans in duello propter tuendam vitam, aut rem omnino necessariam orto, sit iniustus, ei a circunstantibus iuuamen fieri nō potest, secus vero si sit iustus, num. 298

Decimatertia dubitatio. Duellum antiquitus concedebatur.

DECIMA TERTIA dubitatio sit de duello: hoc enim etiam pertinet ad publicam authoritatem: solebat enim & legibus, & magistratibus concedi, olimq; solemniter, & publicè fieri varias ob causas, & fines. Et quidem quòd liceat tale genus pugnandi, probari potest. Primū, quia licitum est occidere inuasorem, ob defensionē vitæ,
282 vel honoris, vt infrà dicemus, siue id sit præueniendo accipiendam iniuriam, siue iam acceptam repellendo, recuperandoque amissum honorem alia iniuria: ergo propter eandem saltem causam, licebit prouocatum ad duellum exire, quando nullum aliud restat remediū tuendi honorem. Adde, quòd in quibusdam militaribus religionibus cautum esse fertur, vt si quis ad singulare certamē fuerit prouocatus, & noluerit exire, inhabilis sit ad dictam religionem: & idem est pro defensione rerum & vitæ. Propter hoc argument. Ang. verb. duellum, §. 6. dicit licitum esse propter hunc finem, quando quis alio modo euadere non potest vitæ, vel rerum iacturam. Probat ex c. Occidisti, de Homicid:

Duellum, ad indagationem veritatis, & ad inanē gloriam, vel vires ostendas, illicitum est.

In hac re certū est ex Doctoribus infrà citandis, duellum in duobus casibus esse licitum, quando fit ad indagationem veritatis. Est enim Deum tentare, quod illicitum est iuxta illud. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Nō enim licet indebito modo procurare scire. Et ita habetur in c. Monomachiam 2. q. 4. & idem est de impositione manuum in ferro cadenti, vel aqua feruenti vt habetur in ca. Consuluisti eadem causa, & quæst. Et in c. Cura suscepti. Secundus casus est, quando quis sponte prouocat alterū vel acceptat ob inanē gloriam, vel iram, vel ad vires ostē-
283 dēdas, aut aliā causā, quod nō est necessitas vitæ, vel honoris, aut rerū defensionis. Et hoc secundo modo, imò vtroque dānatur in Cō. Tri. sess. 2, c. 19. sub grauibus pœnis.

Tertio

Duelli clerici, illicitum est.

Tertio de clericis etiam est certū illis esse illicitum, habetur inc. 1. de Cler. pug. in duel. Tandem id etiā debet esse certum, duellum ex obiecto non esse licitum, sed ex circunstantia aliqua posse benè fieri, vt infrà dicemus.

Sot. ergo 5. de Iust. q. 1. ar. 8. docet non esse licitum exire ad duellum, propter tuendum honorem. Idē sensē-
284 rat Caiet. 2. 2. q. 95. ar. 8. causa 3. dub. vlt. Henric. Quodlib. 5. q. 32. Armill. verb. duellum, §. 1. & etiam idē Caiet. in sum. verb. duell. Anto. 3. part. tit. 4. cap. vlt. & 3. Mai. in 4. d. 15. quæst. 23. Idem docuit Sylvest. propter tuendam vitam, vel res. Probant hi authores. Primum, quia licet necessitate cogantur, at illa necessitas, nō est absoluta: sed conditionata, & ita non potest dici, quòd vim repellat. Sed antequam hinc discedo friuola est (meo iudicio) ista ratio. Quia neq; ille, qui occidit ob vitæ, honoris vel rerum defensionem cogitur absolutè, sed conditionatē dumtaxat, supposito, quod velit se suoque defendere & multo minus cogitur, qui repercutit recuperandi honoris causa, quod infrà dicemus licitum esse. Secunda ratio huius sententiæ est Sylvest. quia (inquit) tunc vterq; est aggressor: esse verò vtrumque aggressorem probat ratione dicta, quia neuter cogitur simpliciter. Sed hæc ratio satis impugnata est, aliàs aggressor esset se defendendo occidens. Non enim simpliciter cogitur. Præterea antecedēs est falsum. Si enim vterque esset aggressor, tam intrinsecè & ex obiecto esset illicitum. Aggredi enim proximum ad occidendum priuata authoritate, illicitum est, & ita nullo casu posset fieri bene, quod tamen infra impugnabimus. Imo nec publica authoritate inuasio licita est, vt supra diximus, nisi lata sententia, aut si crimen intercederet, idque notorium. Denique quia bellum vtraque pars alterum aggreditur. Cur ergo bellum erit iustum?

Tertia ratio Soti est, quia reuera non amittit honorem
285 qui non acceptat, quod licet verum sit, vt infrà dicam, sed huius rationem quærimus. Probat Sot. quia licet apud vulgus pusillanimis habeatur, qui non acceptat duellum: apud sapientes tamen non datur dedecori. Vbi enim virtus non defenditur, non est verus honor. Exire autem ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

duellum priuata authorirate, non est virtus. Verum hæc ratio videtur petere principium. Vnde enim habet, quòd nõ est virtus, liquidè virtus est occidere ob defensionẽ rerũ vel honoris etiã priuata authoritate. Huius enim esset assignanda ratio. Adde, quòd hæc ratio probat solum in honore, non in vitæ, vel rerum defensione. Caiet. verò tãtum reddit rationem, quia nulla est ignominia, apud sapientes non acceptare: sed huius quæremus rationem.

Non licet propter tuendũ honorem duellum accipere.

Mihi ergo videtur. Primum cum Sot. & Caiet. non esse licitum propter honorem tuẽdum duellum acceptare. Ratio est, quia ille non acceptando non amittit honorem. Quod licet Caiet non probet, & ratio Soti videatur petere principium, potest sic probari. Quia ille ex eo quòd me

286 prouocat non infert iniuriam, etiamquando minatur verbis, vel actibus contumeliisque. Tunc enim non acceptare duellum, sed defendere possum honorem ob necessitatẽ, vt infra late dicemus. Ex eo ergo tantum quòd me prouocat non irrogat iniuriam vllam apud sapientes. Maximè post Concilium Trid. quod graues pœnas infligit acceptantibus duellum. Et quamuis magna esset ignominia non acceptare, quia contumeliosè se gerit erga me, adhuc non liceret acceptare, cum illud non sit medium necessarium ad vitandam ignominiam, sed posset pura defensione vti. Maximè, quia acceptando est occasio peccati alterius, qui iniustè exiit ad pugnam. Cuius tamen peccati occasio non est, quando ob necessitatẽ se defendit, quia non est aliud remedium. Tunc enim nullo pacto cooperatur peccato illius, sed vtitur iure defensionis redimendæ propriæ vexationis. Ex hoc ergo puncto constat, quod reuera non perdit honorem ex non acceptando, sicut perderet ex non se defendendo, quod si perderet, nõ duello, sed defensione est agendum, quod puncto sequenti clarius fiet.

Etiam si magna esset ignominia ex eo quod non acceptetur, duellum acceptari non debet.

287 Circa vitam verò, vel res, vt vidimus Henri. Sylvest. Armell. & Caiet. putant non licere acceptare, vt si quis v.g. iniustè damnaretur in rebus vel in vita, nisi duello contenderet, nec est aliud remedium vitandi tãtum damnum iniustè illatum. Contrarium tenet Angel. vbi supra Nicol. de Lyr. in c. 17. 1. Reg. & Nauar. sum. Lati. c. 15. num.

Nec propter vitam, vel res acceptare duellũ licitum est, secundũ aliquos.

num. 9. & cap. 11. num. 39. Argumentum pro hac sentẽtia supra attulimus ex iure defensionis. Rationes verò primæ sententiæ iam soluimus. Nihil enim probant. Argumẽtum etiam Henrici leue est quia scilicet, qui acceptat duellum voluntariè occidit, quod est illicitũ. Putat enim hic author, Quodlib. illo 5. quæst. 31. quòd non licet aliquẽ occidere voluntariè etiam in actu aggressionis; sed tãtum per accidens: qui autem duellum acceptat voluntariè, & ex electione occidit. Hanc enim doctrinam, quę etiam est Caietani infra impugnabimus. Aliam ergo rationem reddit Caiet. ar. illo 8. causa 4. (inquit) quod duellum nisi habeat conditiones iusti belli, iniustum est. At iusti belli vindicatiui conditio necessaria est, vt indicens bellum sit potentior, vt saltem probabiliter sit certa victoria, vel saltem non succumbere, quia habet rationem agentis, quod fortioris debet esse, patiente, hæc autẽ ratio deest in duello. Quia vel par est conditio, vel in illo actu facilè aliqua occurrere solent quæ fortiorem faciant succumbere. Igitur est contra rectam rationem ex suo genere. Si verò duellum sit purè defensiuum, tunc etiam, vt sit iustum debet quantum fieri potest fortificari ad imitationem rerum naturalium, quæ se defendunt eo modo quo possunt. Hoc autem accidere non potest in duello: quia dum vnus ponitur ad resistendum vni, debiliter ac minus 289 periculosè consulitur.

288

Ad terminandã litem ciuilẽ, vel criminalẽ duello vti non licet

Mihi videtur secundo, quod ad terminandam litem ciuilem, vel criminalem, non licet vti duello. Et hoc optimè probat hæc ratio Caiet. & hoc ipse intendit. Semper enim exponitur periculo iustitia alterius partis, & itaſem per multitudine fortiori agendum est, si est ad vindicandum iniuriam illatam, vel si ad defendendum, quam fortissima haberi possit. Hoc enim est medium per se ordinatum, & quo certius iustitiæ consulitur, vt doctè Caietan. probat.

Quãdo iniustè quis patitur, ob rerũ & vitæ defensionẽ, duellum licitum est

Tertio mihi videtur contra Sylu. Henri. Armil. & alios quòd licitum est duellum ob rerum, & vitæ defensionẽ, quando iniustè quis patitur. Hoc enim non est ad determinandam litẽ: sed ad repellendã iniuriã: ita tenet Nau.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ang. Lyra, & Caiet. Et ratio est supra allata: quia hęc est
290 vera defensio, & repulsio iniuriæ alia vi. Limitat tamen Caiet. prædicta, vt scilicet vera sint de consensu iudicis, & similiter, quòd in aliis causis non licet. Quia defensio armata non est licita, nisi contra inuadentem me armis. Hæc obscura limitatio non placet. Quia si vt ipse fatetur (& ita est) hoc est duellum nomine tantum, nã reuera est defensio, & repellere inuasorem, ergo sine consensu iudicis iure naturali concedente fieri potest. Secundum etiam falsum est: quia latronem licet occidere, qui tamen non inuadit armis. Alia tamen mihi videtur limitatio adhibenda, vt vera sint prædicta, quando aliter res defendi nõ potest vel vita, nisi acceptando duellum. Nam si ego possem occidendo mortem euadere, vel res saluare, deberem occidẽ do pura defensione vti, non tamen admittere duellũ, aliàs cooperarer peccato illius, vt dixi in primo dicto. Cum enim ille peccet exeundo ad duellum, & si ego non acceptarem, sed simpliciter occiderem, ille non aggrederetur me in duello, iam videor per acceptationem duelli causa peccati illius. Et idẽ existimo in bello, si namque iustè bellãs posset alia via, quàm acceptando bellũ ex parte alterius iniustum, se vindicare, aut defendere, putà vallando ciuitatem, vel alia simplicia occisione, nõ deberet consentire in indicẽdo bello, cùm cooperetur peccato illorũ. Et in hoc casu vera esse potest sentẽtia Syl. & aliorum. Nam prẽter quam, quod cooperamur peccato illius non esset defẽsio sed aggressio, cùm supersit aliud remedium. Si tamen alia non restat via ad simplicem defensionem, nisi acceptando bellum vel duellum, tunc acceptari posset, nec peccatũ alterius mihi imputaretur, qui vtor iure meo.

Quando aliter res fieri nõ potest, pro saluanda vita vel re duellum acceptare licitũ est.

Bellans, si alia via se defendere potest, bellũ acceptare non potest.

Colligo ex dictis casus in quibus est duellum illicitũ.
291 Primus ad indagandum veritatẽ. Secundus quando spõte, idest, sine necessitate suscipitur, putà ad ostentationẽ, viriũ. Tertius, ad vitandam ignominiã, cùm vilis & degeneris animi sit habẽdus. Quartus ad dirimendã litẽ ciuilẽ vel criminalẽ. Quintus quãdo vti possũ pura defensione. Sextus, quãdo fit animo vindictę, quod frequẽtius videtur, & propter hascausas canones & cõcilia duella dãnat, vt diximus.

Circunstantiæ in quibus acceptare duellum non licet.

Spe-

Specialiter autem & nouissimè Concil. Tridentin. in dict. cap. 19. §. 25. de reformatione sub grauibus pœnis vsum duellorum reprobat. Primum ipso facto excommunicatos esse decernit dominos temporales, qui locum ad monomachiam siue duellum in terris suis inter Christianos concesserint. Secundo priuati sunt dominio ciuitatis, vel loci apud quem duellum sit permissum si ab ecclesia obtinuerint, vel si feudo habeatur, eo priuati ipso facto, domino directo acquiratur. Tertio ipsi pugnantes, & eorum patrini excommunicationem incurrant & bonorum præscriptionem, ac perpetuę infamię pœnam, & vt homicidę puniri debeant, siqui in ipso conflictu discesserint, careant Ecclesiastica sepultura. Quarto illos, qui in causa duelli consilium dederint, aut spectaculo interfint excommunicationis, ac perpetuę maledictionis vinculo teneri. Non tamen credimus pœnas tertij, & quarti ordinis ipso facto incurri, vt ex tex. ipsius ratione colligitur.

292 Excommunicati sunt domini, in terris suis inter Christianos duellum cõsentientes.

293

Sed nunquid licet resoluere bellum in duellum? Syl. vbi sup. q. 8. §. 4. ait quòd omnes acceptantes duellũ indistinctè peccant mortaliter, & ita tenet sum. conf. sum. Pisa. Adria. sum. Rosel. Supplem. glo. & Host. Hec ille. Eius ratio sup. allata est, atque impugnata. Quare mihi placet sententia Naua. Armil. Caiet. & Lyrę, c. illo 17. 1. Reg. qui etiam citat S. Tho. pro hac sententia. Sed D. Tho. nõ ita clarè loquitur, vt bene Caiet. dicit. Horũ ergo sentẽtia est quòd licitum sit bellũ resoluere in duellũ, quando par est vtriusque partis fortitudo, vel non est certũ, quòd vincẽtur, vt optimè probauit Caiet. sup. determinatione litis. Eadẽ enim est prorsus ratio. Licitũ tamẽ est, quãdo princeps videt se paucas habere vires, etsi duello agat vel victoriã assecuturũ, vel saltẽ nõ succũbet. Cuius ratio est, quia vt diximus ideo tale duellũ est illicitũ, quia periculo se cõsulitur saluti alicuius. In hoc autem casu potius bello, res pditur, & duello lucratur, vel nõ pditur. Licet ergo se tueri eo modo, quo potest vel p totũ exercitũ, vel p partẽ sui, nec tũc cooperamur peccato aliorũ: sed vt Caie. dicit, potius cõsulimus minus malũ, cũ illi parati sunt omnes in iustè dimicare, & occidere, vt .s. vnus solus aggrediatur.

Bellum in duellum resoluere licitum est, quãdo ex vtraque parte æqualis est fortitudo.

294 Princeps paucas habens vires, si duello victoriã assequturus, vel non succubiturus est duellũ petere licitè potest.

Quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quam doctrinam desumpsit ex Nicol. de Lyra, vbi supra. Vbi obiter adnotabo, non sibi Caiet. constare, cum alibi docuerit non licere ad minus malũ inducere. Vnde in hoc casu, vt docent prædicti authores, non solum licet acceptare: sed petere duellum ratione dicta. Ex his planè constat in duobus casibus licitum esse duellum acceptare vt dictum est in puncto 3. Primus si quis ex non acceptando passurus esset damnum in vita, aut membro, nec aliud esset remediũ euadendi siue ob iniustam sententiã, vel alia causa. Secundus cũ resoluitur bellum in duellũ Quia videt iustũ gerens bello se superandum, vt vidimus & fatentur specialiter Caieta. Nauarr. & alij.

Circunstantiæ in quibus licitũ est duellum.

295

Intertio tamen quodam casu est dificultas. Vtrum scilicet licitum sit tempore belli principibus concedere, aut militibus, seu ducibus inire singulares pugnas, vel saltem partiales. Pugna singularis, seu monomachia dicitur, cum vnus cum altero pugnat, partialis, cũ decem hinc, decem inde inuicem prouocari adcertamẽ descẽdunt. Nã Caiet. in sum. ver. duellum, negando respondet. Quia (inquit) istud est partiale certamen, quod non ordinatur ad finem belli. Cum non tam ad victoriã de iniusto hoste reportandam, vel illius virtutem in minuendam, quãm ad virium ostentationem ordinatur.

Huius oppositam sententiam tenet Vincẽtius quidã vir doctus sæpe, à Nauar. in sum. lati. nominatus, cui (vt Nauar. refert c. 15. n. 24. sub littera B.) prædicta Caiet. opinio displicet cuius ratio est. Tum, quia prouocantes hostes animosiores fierent, si alij non acceptarent. Cuius exemplum videtur esse 1. Reg. 17. Deinde quia milites debent suum honorem seruare, quem tamen talia certamina renuendo, perderent.

296

Tempore belli licitum est principibus aut ducibus, singulares, vel partiales pugnas inire.

Sed meo iudicio horum opinantiũ nulla est diuersitas, vt idem Nauar. docet, & conciliat, quamuis idem Vincen. Caiet. se repugnare putet. In eo enim casu damnat Caiet. prædictas partiales pugnas, quando fierent animo ostentandi vires, & spectaculi gratia, vt ipse ait. Est enim contra rectam rationem eligere percussionem proximi, cum vitæ periculo ad inanem hunc finem, vt nos supra docuimus

mus. Non autem negat, imò planè ex eius ratione colligitur, quod si ad finẽ belli deseruiat monomachiæ acceptio vel partialis pugnæ, quod tamen fieri videtur, quando ex renuẽdis his congressionibus valentior, ac superbior fieret exercitus. Tum enim ad belli finem conducit talem pugnam nõ recusare. Qua ratione excusari potest Dauid (præterquãm quod, vt dictũ est, diuina ordine pugnauit) quia, vt habetur in d. c. 17. Philistæus se iactabat aduersus phalangas Israel, quòd exprobasset Iudæorũ agminibus, petens singulare certamen, ex quo vires sui resumebant. Contrà verò Saul, & viri eius illa audientes stupebant, & metuebant nimis. Vnde (vt ibi diuina prodit historia) omnes viri Israelitæ videntes virum, fugerũt à facie eius, timentes eum valdè. Deinde excusari potest, quoniã propter Dei honorem tuendũ, nedum ipsius Saul, & Israelitici exercitus, certamen admisit. Quo fine commotus, ait: *Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircumcisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei viuentis?* Denique nullum erat remediũ aliudeuadendi. Qua re omnes ferè rationes iusti duelli, in Dauidis pugna cum Philisthæo concurrisse videntur.

297

298

Tandem ad calcem huius difficultatis rogabis, vtrum licita sit illa conditio quorumdam duellorum, vt scilicet nullus ex circunstantibus, opem ferat alicui: videtur enim esse contra ordinem charitatis, qua quis tenet extremè indigenti, succurrere. Mihi videtur, quòd si duellum sit ob defensionem vitæ, & rerum omnino necessarium, vt diximus dicto tertio, si adhuc ille nolit desistere ab iniustitia, licitum est sic acceptare, nec circunstantes tenentur extreme indigenti succurrere, si extremè indigens sit ille, qui iniustitiam facit. Si enim innocens esset in periculo, illicita esset conditio. Ratio, meo iudicio est, quia quando aliquis iustè occiditur, non tenetur proximus eum liberare, vt patet in eo qui à iudice damnatur ad mortem: sed ille iustè occiditur, cum sit aggressor, ergo, &c. Imo videtur, quòd alium iuuare esset illicitum, & cooperaretur peccato iniustitiæ. Sicut qui latronem me spoliantem iuuaret, ne à me occideretur. Cùm ergo in dicto casu sit

Si pugnans in duello propter tuendam vitã, aut rem omnino necessariam orto, sit iniustus, eiá circunstantibus iuuamen ferri non potest, secus verò si sit iustus.

duellum

Universidad de Deusto
Biblioteca

duellum, secundum apparentiam, vera autem defensio iusta est conditio, vt nullus adiuuet aduersarium. Quia lege charitatis tenentur me iuuare, vt res meas, vel vitam defendam. In aliis verò duellis, quippe illicitis, & detestabilibus, illicita est illa conditio, cum potius impedire vtramque partem oporteat.

De singulari pugna cum bestijs, & taurorum agitatione.

SVMMARIVM.

TAurorum agitatio non est illicita ex natura rei, nec excommunicatio ei annexa, nu. 300

Taurorum agitatio illicita est, si esset periculum, vel occasio peccati mortalis, vel scandalum, num. 301

Peccant mortaliter clerici qui taurorum ludis intersunt. num. 301

Licet abrogatum esset mandatum Gregor. Papæ ob scandalum non possunt interesse clerici taurorum agitationi, num. 302

Clerici qui taurorũ agitationibus intersunt licet mortaliter peccent, non tamen sunt excommunicati ipso facto num. 304

Laici seculares, in diebus festis tauros agitantes peccãt, num. 304

In festo speciali populo voto obseruato, taurorum agitationes prohibentur, num. 305

Laici religiosi peccant, astantes agitationi taurorum, num. 306

QVONIAM verò genus quoddam duelli est singularis

ris pugna cum bestiis, vbi homicidia contingere possunt, iuxta sententiam Pij Quinti, in quadã sua decretali his verbis: *Sanè licet detestabilis duellorum vsus à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit. Nihilominus adhuc in plerisque ciuitatibus, & alijs locis, quamplurimi ad ostentationem virtũ suarum & audatiæ, in publicis, priuatisque spectaculis, cum tauris, & alijs feris, congredi non cessant. Vnde hominum mortes, membrorum mutilationes, animarum pericula frequenter oriuntur, &c.* Ideo placet hoc loco addere. 299

DECIMAMQVARTAM difficultatem de pugna cum tauris, eorũmque agitationibus, circa quod multa sunt breuiter dicenda: pauca enim docuere authores. Primùm igitur arbitramur, gubernatores, ac magistratus, qui agitare eos iubent, eôsque, qui in circo exagitant, nõ peccare mortaliter, nec ex comunicationẽ incurrere ex natura rei. Cuius ratio est, quôd ablata iam est censura, ipso facto, olim â Pio Quinto Romano Pontifice imposita prædictis personis agitationem mandantibus: aliis verò ferenda, vt constat ex decretali Gregorij decimi tertij, quam nos vidimus manu scriptam, ad instantiam Philippi secũdi Hispaniarum Regis Catholici, concessa: ablata autem censura, prohibitio etiam ablata censetur circa easdem prædictas personas. 300 *Decimaquarta dubitatio.* *Taurorum agitatio, non est illicita ex natura rei, nec excommunicatio ei annexa.*

Dixi ex natura rei: nam si quicunque ex dictis personis, probabili periculo se exponere, vel occasio, aut causa esset, vt alius exponeretur, aut scandalum daret, &c. quãuis excomunicationem non incurreret, tamen peccaret mortaliter cõtra ius naturale, quo tenetur se conseruare. Quod si omnia prudenter, ac diligenter caucantur, non videtur contra ius naturæ, vt sentit Nauarrus num. 18. cap. 15. quod hic latiús non disputamus. 301 *Taurorum agitatio illicita est si est periculũ, vel occasio peccati mortalis, vel scandalum*

Secundo videtur (quãuis doctissimi contrà senserint) peccare mortaliter clericos in sacris, vel in minoribus, Ecclesiastica beneficia habentes, qui huiusmodi spectaculis interfunt, vt agitationem videãt. Moueor, quoniam ante decretalem prædictam reuocatoriam censurarũ, peccãbãt mortaliter, siquidẽ sub excomunicatione maiori illis erat prohibita *Peccant mortaliter clerici, qui taurorũ ludis interfunt.*

prohibita huiusmodi assistētia, vt patet ex motu proprio. relato à Nauarro vbi supra. Igitur, & modo similiter peccant mortaliter, cum quoad clericos nihil est immutatum, nec in aliquo releuati, sed expressè excepti à dicta reuocatione, vt legenti patebit prædictam reuocationem.

302

Vident Prælati, & tacent, inquis, Sed, nunquid possunt particulares Prælati sua taciturnitate illud ius commune abrogare? Papa enim legislator non consentit. Item supponit falsum responsio. Plures enim Prælati puniunt eos, qui assistunt. Quòd si, qui non ita faciunt, non est quia consentiunt, sed quia remedium commodè adhibere nō possunt: nam multa per patientiā tolerantur, &c. Et sanè quamuis daremus esse abrogata prędicta Pij, Gregorijque decreta, quòd, vt dixi, nō puto: tamen adhuc peccaret mortaliter, ratione scandali, quod reuera est, si publicè assistunt: omnes enim iam animo conceperunt, non licere illis interesse, vt probatum est.

Licet abrogatum esset mandatum Gregor. Papæ, ob scandalum non possunt interesse clerici taurorum agitationi.

Sed dices secluso scandalo non erit mortale, vtpotè, quia materia leuis. At non putarem leuis esse momenti, quod ita grauiter Pontifices prohibuerunt sub speciali clausula, & sub anathemate. Si enim leuis est materia, parum ad finem legislatoris referret: at si parum referebat, cur Gregorius eam clausulam non reuocauit, sicut & cæteras, sed strictè, ac religiosè seruandam censent? Denique non parum est, quòd sacerdotes Domini secularibus spectaculis, & ludis intersint, profanitates, comessationes, & indecentias plures admittant, quæ indigna sacerdotali persona sunt, multorumque peccatorum occasiones. Vnde sicut negotiarij, colorata veste indui, & huiusmodi, aliàs non illicita, illis sunt iure prohibita, leuique momento nō ducenda, sic, &c. Nisi enim hoc ita esset, quomodo verū esset quod Rom. Pontif. scribit in dicta Extrauagante:

303

Nos igitur considerantes, hæc spectacula, vbi tauri, & fera, in circo, & foro agitantur, à pietate, & charitate Christiana esse aliena, ac volentes hæc cruenta, turpiáque damonum, & non hominum, spectacula aboleri.

Tertio existimamus, quòd esto peccet mortaliter, vt dictum est, tamen non est excommunicatus, nisi post latam contra

contra eum excommunicationis sententiam à iudice, quā uis doctissimorum hominum sit contraria sententia, qui ea ducuntur ratione: quoniam cum sermonem faceret Pius Quintus de magistratibus, quibus sub excommunicatione ipso facto, exagitatio erat prohibita, subdit: *Clericis quoque, &c. Sub anathemate similiter prohibemus.* Si igitur ait (*similiter*) ipso facto censendum est incurrisse: verum respondeti potest verbum (*similiter*) non referri ad verbum (*ipso facto*) sed ad verbum (*excommunicatio*) quasi dicant clericis quoque similiter excō municationem adiungimus, & ita similitudo erit in prohibitione, & excommunicatione absolutè.

Clerici qui taurorum agitationibus intersūt, licet mortaliter peccent, nō tamen sunt excōmunicati ipso facto.

304

Quarto videtur, quòd si in diebus festis exagitatio fieret, etiam laici agitantes, & aspicientes, peccant, imò mandantes excōmunicationē latæ sententiæ incurrunt: quoniam cum casus diei festi fit expressè in reuocatione exceptus, manet illa agitatio in pristino vigore. Vnde sicut ante reuocationem incurrebant, ita modò quoad hanc partem.

Laici seculares in diebus festis tauros agitantes peccant.

Sed quid dicendum, si festum non est à iure, sed ex voto speciali populi obseruatum? communiter video absque scrupulo, iis diebus exagitari. Et potest iudicio meo, ea ratione probari: quoniam, cum hoc sit ius commune, credendum est loqui de festis iuris communis. Ego non satis tutum, nec verum putarem: nam lex absolutè excepit dies festos, & ratio legis, quæ est velut inditium obligationis, non cessat: imò æquè reperitur in iis festis: nam homines retrahuntur à Deo obsequio iis diebus debito, sacrumq; tempus æquè prophanatur, postquam est Deo semel dicatum, etiamsi dicatio fuerit ex deuotione alicuius, nullo communi iure sacro effecto: & sic, cum semel dies ille Deo dicatus est, etiamsi iure communi talis non existat, iam sacrum est tempus, & illis actibus prophanatur, qui specialiter sunt prohibiti in diebus festis.

305

In festo speciali populi, voto obseruato, taurorum agitationes prohibētur.

Tandem vtrum religiosi laici peccēr, sintque in d. Extrauag. comprehensi, disputabile videtur: vna enim expars videtur non peccare, tum quia in Extrauag. Pij Quinti

vbi tota obligatio posita est, tantum est sermo de clericis
306 regularibus, vel secularibus, at illi non sunt clerici: licet enim in fauorabilibus fortasse clericorum nomine sint accipiendi: tamen in pœnalibus non est, cur clerici nomine veniant, cum reuera sint meré laici: tum secúdò, quia esto essent clerici regulares, tamen non habent beneficia Ecclesiastica, nec sunt in sacris: dicitur enim: *Clericis quoque tam regularibus, quã secularibus in sacris, vel beneficia Ecclesiastica habentibus, &c.* Igitur etiam religiosi in prima tõsura, & minoribus ordinibus non comprehenduntur.

Et quamuis hoc aliquando probabile putabamus, modô tamen probabilius, veriusque censemus eis etiã non licere assistere, non minus ac existentibus in sacris, secularibus: vel beneficiatis. Moueor duplici ratione. Primũ, quoniam clausula illa non sic legi debet, vt verba illa, *in sacris constituris, vel beneficia Ecclesiastica obtinentibus*, applicentur verbis vtrisque prioribus, scilicet regularibus, & secularibus, ita vt sensus sit, quôd regularibus, secularibusque clericis in sacris, &c. sed diuisim legendum est, vt sensus sit, clericis quoque tam regularibus ibi sistendo deinde, quâm secularibus in sacris, &c. ità vt satis sit esse clericos regulares, etiamsi non sint in sacris, &c. Et ita denotat accentuatio: ponitur enim incisio, post verbum regularibus. Secundó, quoniam in prædicto Greg. motu legimus, nõ comprehendi laicos, nec fratres ordinis militaris, si in sacris nõ sint, nec beneficia habeant, sensit ergo Gregor. siquidem eos excepit, antea contineri. Si igitur dicimus alios quoscunque religiosos non in sacris, nec habentes beneficia, non comprehendi, quantominus illos fratres laicos milita-
307 res, frustra ergo de illis specialiter declarasset Grego. non comprehendi, nisi intelligeret cæterarum religionum laicos, vt multô magis clericos in minoribus comprehendi. Vnde saltem de regularibus clericis, id est, in prima tonsura, & in minoribus, sine dubitatione putauerim, comprehendi. Ex quibus patet ad rationes pro priori sensu factas.

Laici religiosi peccant astantes agitationi taurorum.

De

De occidentibus Regem tirannum.

SVMMARIVM.

Tyrannus Rex quo admodum, & quo ad substantiam dici potest, num. 308

Princeps vtroque modo tyrannus, nullo modo occidi potest, secundum Castr. 308

Tyrannum qui ius habet dominij, sed tyrannicè agit non licet occidere num. 312

Tyrannum qui se Regem facit secluso iuramento, licitum est occidere si aliud non est remedium. num. 313

Tyrannum licitè interficiens, ita cautè interficere debet, vt ex nece peiores exitus non sperentur. num. 314

Tyrannum, Regem se facientem, tam authoritate publica, quâm priuata interficere cuicumque licet, num. 315

Dupliciter proximus, licitè occidi potest, num. 315

Proximus iure vindictæ, licitè occidi potest. nu. 316

Per ius defensionis licitè occidi potest proximus licet interfector non habeat ius a rep. num. 317

Hæreticum iure belli, vel defensionis occidere, licitum non est, num. 318

In crimine notorio reus sine citatione, & solemnitatibus iuris, occidi potest, num. 318

Tyrannus promissione simplici, secluso iuramento, Rex constitutus, rectè occidi potest, numero. 320

Tyrannus, iuramento sine intentione, Rex constitutus, rectè occidi potest, non tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum intentione facto, numero. 321

Tyrannum Regem siue in potentatu obtinendo, siue ad ministrando, me agredientem, licitum est occidere, num. 322

Regem etiam bonum, me agredientem, pro vita tuenda, interficere licet, num. 323

Regem bonum Reip. & Ecclesiæ necessarium, iniustè ciuem occidendum inuadentem, occidere licitum non est, num. 325

Vltima dubitatio.

SED postrema dubitatio sit, an sit ius cuicunque de populo, tyrannum palam, vel clam occidendi, & si sit, an id fiat publica potestate? Pro intelligentia notandum ex Caietano, tyrannum aliquem Regem dupliciter dici. Primo, secundum substantiam, quia reuera non est verus & legitimus dominus ius habens in regnum: sed extraneus & violenter intrusus. Secundo, quoad modum, quia reuera est dominus, & iure hereditario Rex: tamen in modo gubernandi tyrannicè gubernat, seditiones excitando, iniurias ciuibus in honore, personis, & rebus inferendo. 308

Tyrannus Rex quoad modum, & quo ad substantiam, dici potest.

Dicunt ergo quidam, licitum esse, quemcunque tyrannum, siue hoc, siue illo modo occidere. Hanc doctrinam, quam hæreticam appellat Castr. tenuit (referente eodē Castr. & Gerſone) quidam Ioannes Parey, & tempore Concilij Constantiensis suborta videtur, cum sessione decima quinta dicit: *Nuper accepit sancta Synodus multas assertiones erroneas in fide, & bonis moribus dogmatizatas esse, &c.* Docet ergo Castr. tanquam de fide esse tenendum, non esse licitum vassallo Principem occidere ob tyrannidem, siue sit tyrannus primo, siue secundo modo: de vtroque enim modo loquitur Castr. & rationes eius de vtroque procedunt. Vnde concludens ait: *Quapropter tyranni nomen non solum conuenit Regi, aut alteri Principi, sed cuicunque alteri aliquod dominium exercenti, si illud tale dominium illi non conuenit, aut si conuenit, ad plura se extendit, quàm permittat lex sui dominij. Et ita Episcopus est tyrannus, si per vim & violentiam tenet*

Princeps vtroque modo tyrannus, nullo modo occidi potest, secundū Castr.

Episcopatum, aut si iure possidet, non tamen secundum iura regit, sed exactionis extorquet, & alia quæ Episcopo non licent. Hæc Castr. libro decimo quarto de hæres. verb. Tyrannus. Probat ergo multis rationibus, quòd nullo modo licet occidere aliquem tyrannum ex dictis. Primò, quia si quilibet tyrannus potest occidi â subdito suo, sequitur confusio totius iustitiæ, quia tunc vxor posset occidere maritum tyranicè procedentem, & oues suum pastorem siue esset Parrochus, siue Episcopus, siue Papa: & filij suos parentes. Secundò, quia peius est crimen hæreseos, quàm tyrannidis: sed non licet cuicunque occidere hæreticum, ergo. Tertio, quia esto daremus esse licitum occidere tyrannum, id tantum esse licitum palam, & apertè, non per fraudes, & insidias. Licet enim (ait ille) hosti nō teneamur veritatem omnem reuelare: tenemur tamen nō decipere fraude, & mendacio. Vnde Deus qui dedit locū refugij Exod. 12. casu, non per insidias occidenti dedit. *Si quis enim per insidias, & industriam occidit proximum* (ait Deus) *euelles eum ab altari, vt moriatur.* Quartò, quia est facere contra fidelitatem fœderis, cum eo initi, & contra religionem iuramenti, quorum vtrumque est de iure naturali seruandum etiam cum hoste. 310

Dices (inquit Castr.) tale iuramentum non obligare. Sed huic (inquit) obstant scripturę testimonia docentia quemcunque fidē debere cū hostibus seruare. Hac enim de causa Iacob iratus est contra Symeonem, & Leui filios, Genesis, 34. quod violauerunt pactum cum Sichimitis. Qua de causa Genesis 49. eis maledixit, cum cæteris benediceret. *Simeon* (inquiens (*& Leui vasa iniquitatis bellantia*, & 2. Paralipomenon 7. reprehenditur Sedechias quod rebellauit contra Nabuchodonosor Regem Babylonis, ob iuramentum cum eo initum de fidelitate seruāda. Et Augustinus primo de Ciuitate Dei, laudat Marcum Attilium Romanum Consulem, qui ne violaret fidem, quam iurauerat Carthaginensibus hostibus, mori maluit, quàm fidem violare. 311

Quinto, probat quia cum iure diuino priuata authoritate etiam sceleratissimum occidere prohibtum sit, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest quilibet de populo etiam tyrannissimum occidere. Ostendat enim occisor, vbi hæc potestas à Deo illi sit data. Sexto probat, quia Rex, qui supremam habet potestatem non potest citra iuris ordinem aliquem non monitum, non vocatum, non conuictum interficere, quod 312
nos supra probauimus. Non ergo licebit inferiori occidere per insidias tyrannum. Septimo quia non contra naturale ius est, vt idem in alterius controuersiæ decisione sit iudex, pars, & testis. Tandem probat ex Concilio Constantiens. Sessio. 15. vbi vt hæretica damnatur hæc assertio: *Quilibet tyrannus potest licitè, & meritoriè occidi per quemcunque vasallum, etiam per clanculares insidias, subtiles blanditias, vel adulationes, non obstãte quocunque præstito iuramento, seu confœderatione facta cũ eo, nulla expectata sententia.* Aduersus hunc errorem consurgens Sancta Synodus præhabita matura deliberatione declarat decernit, definit, huiusmodi doctrinam esse erroneam in fide, & moribus, &c.

Verumtamen iudicio meo nimis indistinctè, & vniuersaliter procedit Castro, & rationes eius nimium probant. Oppositum enim, quòd liceat aliquando tyrannum occidere, cum non iure tenet dominatũ docet Cardinalis Caietanus super 2.2.q.64. art.2. Dominicus à Soto lib.5. de Iust. & iure, quæst. 1. art. 3.

Tyrãnũ qui ius habet dominij, sed tyrannicè agit, non licet occidere.

Primo ergo nobis videtur, quod occidere tyrannum secundo modo, id est, eum qui ius habet dominij, sed tyrannicè agit, quia iura Regis excedit, nullo modo licet, & est veritas tanquam de fide tenenda. Ita docent omnes prædicti Doctores. Et rationes Castr. hoc ostendunt. Et prædicta definitio Concilij Constantiens. sic est accipienda. Quod latius probare, quam probatum est à Castro, non oportet. Vnde 1. Petri 2. dicitur: *Obedite præ-* 313
positis etiam discolis, rationemque reddit Sot. præter datas à Castro, quia cum ius habeat in regno non est nisi per iudicem suo iure spoliandus, quòd si superiorem non habet, vel nequit iudicio condemnari ob potentiam, vel aliã causam, Deus exorandus est (ait Sotus) in cuius manu est cor Regis.

Secundo mihi videtur, quòd tyrannum. Primo modo, id

id est qui per vim, & iniustè se Regem esse, & appellari facit, seclusoque fœdere & iuramento, de quo puncto sequẽti dicam, licitum est vnicuique de populo apertè, vel occultè occidere, si aliud non est remedium se ab iniusta tyrannide, liberandi. Dixi, *si non restat aliud remedium:* puta recursus ad superiorẽ, vel ad aliũ legitimum iudicem. Ita planè Caiet. & Sot. vbi suprà, & S. Thom. 2. sententiarũ distinct. 44. artic. penult. ad vltimum, & opusc. de regim. principum cap. 16. Rationem reddunt Sot. & Caiet. huius conclusionis. Quia ille talis semper est inuasor, & hostis, & bellum continuum ex parte sua gerens iniustum. 314

Tyrannum qui se Regem facit seclusoque iuramẽto, licitũ est occidere si aliud non est remedium.

Cui ego addo, quod magis tenetur vnusquisq, ciuis salutẽ reip. procurare, quã regis, cũ rex sit propter rempub. & non contra. Si ergo rex hunc naturalem ordinem euertit, vt velit potius rempubl. in sui vtilitatem conuertere, & illam coactè, & iniustè opprimere, & retinere, licitum erit vnicuique saluam velle esse rempubl. etiam cum interitu extranei, & iniqui tyranni. Id tamen curare debet occisor, ita cautè facere, vt non peiores exitus, & scandala ex tali nece sperentur, vt solent. Sicut illa anus Syracusana Dyonisium tyrãnum viuere optabat, ne, sicut ipse durior alteri successit tyranno: ita & ipsi alius immanior succederet. Hanc etiam conclusionem exemplis probo. Primum vt Sanctus Thomas, & Caietanus, probant ex Aioth, (licet Sotus, non firmum argumentum putet,) qui vt legitur Iudich tertio, cum esset persona priuata occidit Eglon Regem Moab. Deinde idẽ D. Thomas, refert Tullius, libro de officiis laudantem interfectores Cæsaris, qui tyranide Rempublicam fuit adeptus, & Decius Brutus commẽdatur qui extincto Tarquinio, Reges exegit, & Mutius Scevola laude dignus est quod exitum Porsenæ sit aggressus.

Tyrannum licitè interficiens, ita cautè interficere debet, vt exeant peiores exitus non sperentur.

Sed rogas cum Castro. Qua authoritate id facit? Caietanus respondet, publica authoritate facere & probat ille quia talis tyrannus est hostis reipublicæ cum sit inuasor, atque iniustus possessor libertatis, iurisque populi, & ita gerit continuum bellũ cum populo. Siquidem ex quo inchoatum 315

Universidad de Deusto
Biblioteca

choatum est, non est interrumptum inducijs, aut termina tum pace, igitur quilibet ne populo insurgens bellum gerit iustum, sed authoritas belli est authoritas publica, igitur quodlibet membrum vices reipub. habet, &c. Alij dicunt, priuato iure, scilicet defensionis priuatæ personæ cõcesso. Ego vtroque fieri posse existimo.

Tyrannum Regem se facientem, tam authoritate publica, quã priuata interficere, cuicũque licet.

Pro cuius explicatione placet hoc, quod sæpius tetigi planius animaduertere, quod in tota hac disputatione de homicidio est maximè necessarium: dupliciter scilicet posse aliquem proximum occidere licitè. Primô iure vindictæ. Secundô iure defensionis. Primum est ius publicum. Secundum priuatæ personæ. Vindicare enim aliquod malefactum, est pœnam, & punitionem, illi debitam inferre: quam punitionem, vt suprà dixi, solus Deus, eiusque locũ tenens iudex: inferre potest. Deo enim vindicta. In lege ergo Euangelica nulli priuato se vindicare licet de inimico, imo & iure naturali, vt suo loco ostendimus. Hæc ergo vindicatio, si in pace sumitur fieri debet per iudicem & ten tentiam, si in bello per milites. Alterum verò ius defensionis priuatæ personæ est licitum, atque concessum, cũ vim vi repellere liceat. De quo infra latius dicam. Primum igitur mihi videtur, quôd iure vindictæ potest illum occidere, vt egregiè ratio Caietani ostendit. Cui addo, quod est quędam reipub. ratihabitio, & implicita commissio cuique membro, vt pro ea surgat, eiusque nomine occidat, & vindicet iniuriam, bellumque sibi illatum retundat. Et propterea quiuis potest, vel armis, vel alia via de hoste vindictam sumere. Sicut iudex, qui talem potestatem explicitè habet à republica.

Dupliciter proximus licitè occidi potest.

316

Proximus iure vindictæ, licitè occidi potest.

Addo secundô, quod nemo negaret, quin licitum fuisset tali homini in belli conflictu, cũ tyrannus ille est rem publicam aggressus, si ad manus deueniret occidere. Cum ergo idem bellum sit perseuerans continuè, nullis inducijs intermissum, nulla pace terminatũ, quis dicat prædictum ciuem pro se & republica oppressa insurgere non posse eadem prorsus publica potestate, qua in conflictu armis decertabat? Secundô putamus, quôd etiam si hoc ius non haberet à Republica, posset etiam priuata authoritate, id

317

id perficere: non tamen per modum vindictæ, & pœnæ, sed per modum, iusque defensionis. Imo si commodè id fieri potest, tenebitur in conscientia illum occidere pro patria, suisque liberandis ab iniusta vexatione, cum sit manifestus inuasor, aggressor bonoque communi inimicus.

Per ius defensionis licitè occidi potest proximus, licet interfector nõ habeat ius á rep.

318

Per hæc facile respondetur ad argumenta Castri. Primum enim argumentum cessat, cum Curatus, Episcopus, vel Papa, maritus, & pater veri sint prelati, & domini, licet tyrannicè agant ac propterea, occidere non licet. Maximè, quia in his sæpè remedium est iudices adeundi, vt constat. Ad secundum, quod alia est ratio de hæretico. Is enim non infert vim, nec est aggressor, & hostis, & ita nõ licet iure belli vel defensionis occidere quemcunque hæreticum. Si tamen Rex, vel Papa foret hæreticus, vel regni, seu Ecclesię, seu Concilij authoritate esset puniẽdus, & si negotium vrgeret flammis vrendus Rex. Tertium, & quartum argumentum de mendacio, & periurio agit, quod puncto sequenti explicabo, Ad quintum iam dictũ est non esse contra ius diuinum, & vbi sit hæc potestas data. Ad sextum etiam dictum est, cum crimen est notoriũ, & damnum pendet in futurum posse iudicem supremum sine citatione, & testibus, aliisque solemnitatibus iuris occidere, exigente id strictiore iure naturali de conseruando communi bono. Et ita hæc omnia argumenta difficultate carent.

Hæreticum, in re belli vel defensionis occidere, licitũ non est.

In crimine notorio, reus sine citatione & solẽnitatibus iuris, occidi potest.

Vnum argumentum ex dicto Concil. vrgere aliquo modo videtur, cum absolutè, & sine distinctione decernatur, non posse tyrannũ ab vnoquoque de populo occidi. Sed benè explicat Caiet. & Sot. d. decretum, de eo qui est verè Rex, tyrannicè tamen administrat: & quôd in hoc tantum casu loquantur patres in dict. Synodo triplici ostendo via. Primum, quia dicit, *Quemlibet tyrannum.* Fatemur ergo falsum esse, & hæreticum, quod quemlibet tyrãnum liceat occidere. Sic enim liceret legittimum dominum, tyrannicè tamen gubernantem, occidere. Vtrumque enim nomine tyranni propriè intelligi docuit ipse Castr. Secundô, quia dicit per quemcunque subiectorum, & vasallorũ.

319

Constat autem quòd si violenter accipit regnum, non essent dicendi vasalli & subditi, sed cum loquatur, de vero alias domino, id dicit Concilium. Denique quia (inquit)

320 *non obstante præstito iuramento.* Sensitergo esse periurium ob iuramentum factum vero domino.

Tertio ergo mihi videtur, quòd si iuramentũ, & fides intercessit magis colorari posset prædicta Castr. sententia: sed ego distinctione vtendũ arbitror, nã si fuit simplex promissio, & fides secluso iuramento de habendo illo Rege, non obstante illo poterit occidi. Ille enim promissionẽ iniustè extorsit, & ita non postulat ius naturę, vt illi fidelitas habeatur, sicut qui metu mortis latroni pecuniam promisit, non tenetur dare, vt S. Thom. docet 2. 2. q. 89. art. ad tertium. Est enim coacta & nullius obligationis, vnde patet ad rationem illam quartam, ex Castr. Tale enim fœdus nullam inducit fidelitatis seruandæ obligationẽ. *Nulle enim* ait D. Thom. *oritur obligatio ad hominem: Meretur enim qui iustam vim irrogat, vt sibi fides non seruetur.* Quod verò dici solet seruandam esse fidem etiam infideli, & inimico verum est, cum non iniuriosè est extorta, sed libera pactio & promissio intercedit.

Tyrannus, promissione simplici, secluso iuramento, Rex cõstitutus, rectè occidi potest.

Si autem est iuramento confirmata adhuc distinctione est opus: Nam si iuramentum est factum sine intentione iurandi, & se obligandi, solùm ad redimendam vexationem, non tenetur seruare. Nulla est enim religio, & vis iuramenti, cum nullum fuerit. Sicut si isto tantummodo iuraret latroni, non esset illi fides seruanda. Nec etiam periurus est, qui sic iurauit. Quia vt aliàs ostendi, cum iuramẽtum præter iuris ordinem exigitur: aut quæuis promissio potest licitè secundum intentionem propriam, & interiorem limitationem fieri, & tunc non mendacium, sed prudens cautela est dicenda. Sin autem animum habuit iurandi, & se obligandi, tunc seruandum est, nec potest sine periurio contraueniri, vt etiam in iuramento facto latroni est concedendum. Sic sane decernitur in cap. verum, de iure iuran. idque ob reuerentiam diuini nominis. Vt ibidem ait D. Thom. In quo casu vera est Castr. sententia. Duoque sunt obseruanda. Primum facile esse con-

321 *Tyrannus, iuramento sine intentione Rex constitutus, rectè occidi potest, non tamẽ cum intentione facto.*

cedendam

concedendam talis iuramenti relaxationem, cum coactè fuerit præstitum. Secundo, quod eius obseruatio non vergat in peiorem exitum. Si enim talem tyrannum in regno tolerare esset in dispendium, siue animę, vt quia contra bonos mores: siue corporis, vt quia nimis grauantur ciues, & alia mala oriuntur, non esset obseruandum, & ita eo non obstante posset occidi.

322

Sed rogabis, an si sit mihi soli aggressor Rex, teneat mortem sustinere, ne illum occidam? Sot. respon. quod si aliàs est bonus Rex, & subito motu occidere inceptet, non est, ac si priuata esset persona periculo obijciendus. Idem docuit artic. 8. ad medium vers. *Quare tres ordines.* Si autem constaret planè illum esse tyrannum, bene liceret. Quam sententiam secutus videtur. Nauar. in com. defensione proximi num. 24. Contrariam sententiam sequitur Cordub. lib. 1. quæstione 32. pag. 319. dicens hanc esse communem sententiam. Sed breuiter potest vtraque sententia tamen ad concordiam rediri: quod explico per pũcta. Primum, si est tyrannus quacunque ratione sit, siue in põtentatu obtinendo, siue in eo administrando, omnes fatentur, licitum esse occidere. Vim enim vi repellere licet. Secundo si alias est bonus princeps, sed ira concitus id attentet, non licet occidere pro rebus familiaribus tuendis. Nam multis modis ab eodem Rege recuperari possunt. Neque etiam fas est principis vitam perdere pro tam paruis, contemnendisque rebus, quarum iacturam sustinere, vt bonus in republica princeps toleretur, oportebat. In quo Soti placet sententia.

Tyrannum Regem, siue in potentatu obtinẽdo, siue administrãdo me agredientem, licitũ est occidere.

323

Tertio verò, quòd pro vita tuenda posset illum cum aggressor est interficere. Nulla enim ratio cogit me ita iniustè debere vitam perdere. Licet enim vitam principis deberam anteferre, id verum est, cum ille est in extrema necessitate. Quia non est in eius potestate periculũ euadere. At cum ipse voluntariè se illi periculo exponat, à quo si vellet, posset cessare, non est tempus necessitatis, aut præcepti, vt ille defendatur. Vnum tamen, ego Soto concedo rem. Si talis Rex esset non modo bonus aliàs, sed reipub. imò & Ecclesię maximè necessarius, vt exempli gratia

Regem etiã bonum me agredientem pro vita tuenda, interficere licet

Philippus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regem bonum Reip. & Ecclesiæ necessarium iniustè ciuē occidendum inuadentem, occidere licitum non est.

Philippus Rex Catholicus. Qui modó summa cum fidei & pietatis laude regnat, qui nos pace ab externis hostibus conseruat, Ecclesiæ & fidei propugnator insignis. Si inquam (id quod ille non faciet pro summa sua clementia mitique natura) ciuem aliquem ira correptus iniustè inuaderet occidendum, putarem sane teneri prædictum ciuem libenter vitę perferre detrimentum, ne videlicet Ecclesię & tot regnorum tranquilitati vitā anteponat suam. Quā limitationem videtur ipse Sot. apposuisse prædictæ doctrinæ in illo articulo 8. vers. *tres ordines*, atque hæc de occidente publica authoritate dicta sint.

324

TERTIA PARS DE HOMICIDIO alterius priuata authoritate facto.

SVMMARIVM.

Inuasorem pro vita tuenda, non licet occidere, secundum aliquos, num. 327

Occidere inuasorem, pro vita propria defendenda, licitum est, num. 328

Vita propria alienæ & innocentis vitæ noxij, præferenda est. num. 329

Inuasorem non ratione vindictæ, sed ratione iuriæ propulsandæ, licitum est occidere, num. 330

Vitam propriam pro spirituali proximi ponere licet. num. 331

Prohibere Christum, Petrum ne auriculam ab scinderet fuit, vel præceptum mansuetudinis, vel quia aliud erat remedium. num. 332

Occisio inuasoris fieri debet cum moderamine inculpabilæ tutelæ, secundum doctores. num. 333

Occisio inuasoris inuoluntariè & sine intentione, fieri debet, num. 333

Occisio

Occisio inuasoris fieri potest, cum intentione ordinata ad defensionem. num. 334

Occisionem inuasoris velle vt medium ad finem vitæ suæ saluandæ, licitum est, nu. 336

Priuata persona nisi inuadatur, occidere non potest, num. 336

Modus inculpatæ tutelæ, dupliciter excedi potest. num. 338

Inuasorem laicum se defendendo occidere, clerico, licitum est & è contra, num. 339

Si animal vnius alium se defendendo interfecerit, nulla domino erit restitutio facienda, nu. 339

Occidere inuasorem pro vitanda mutilatione, licitum est, num. 339

Innocentem me inuadentem licitum est occidere, est tamen innocens quando est freneticus, vel dormiens, &c, num. 341

Inimicum inuadentem ante læsionem vllam occidere licet, si aliud non est remedium, secundum doctores, num. 342

Accepta iniuria, iure defensionis inuasorem occidere, licitum non est, num. 343

Parantem insidias & arma, licitum est occidere, num. 343

Falsa contra me testificantem licitum non est occidere, secundum Sot. & Caiet. num. 344

Christus non solum armis gentium, verumetiam linguis occisum est. num. 347

Falsa contra me dicentem occidere, probabiliter possum. num. 347

Implicat facere contra ius & iustitiam, & non facere contra iuris & iustitiæ ordinem, num. 349

Per

Per modum disputandi, falsa contra me dicentem, occidere publicè licitum non est, beneta men priuatim num. 350
Probabilius est, non posse occidere, falsa contra me testificantem, num. 352
Inuasorem occidere, quando inuasus dedit causam, licitum non est, cum quidam limitatione, secundum Nauar. & alios, num. 353
Licet occidere inuasorem, quando inuasus dedit causam, dum tamen licitè non impugnaretur, num. 354
Inuasorem occidens, etiamsi inuasus dedit causam, irregularitatem non incurrit, num. 356

OCCISIONIS publicæ natura explicata, restat de occidente priuata authoritate disputare.

325 *Prima dubitatio.* Prima ergo dubitatio, vtrum liceat priuata authoritate proximum occidere? Huius interrogationis plana est solutio, si rem absolutè sine speciali circunstantia consideremus. Vt enim supra docuimus ex natura rei licitum esse publica potestate aliquem morti deputare, ex specialibus tamē circunstantiis mortaliter peccare id faciendo, ita é diuerso ex natura rei criminis loco ponitur priuatæ personæ occidere. Id enim & charitati contrarium, & legi iustitiæ, & diuino præcepto, quod dicitur, *non occides*, contrarium est. Vti probat D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 3. Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 1. ar. 3. Communis est enim consensus cum August. dicente: *qui sine publica authoritate occidit, vt homicida iudicabitur*, sed non oportet in re adeo manifesta immorari. Vnde examinare oportet que circunstā-

326 tia concurrere debeat, vt quis possit sine publicæ potestatis iudicio sua authoritate proximum occidere. Et quidē quod iure vltionis nemo nisi publica fungens potestate possit aliquem interimere ex supra dictis est satis cōpertum, an vero aliter liceat dubium est.

SECVN-

SECVNDA igitur dubitatio sit, vtrū pro vita propria defendenda liceat inuasorem occidere? Quam quæstionem versant, nō obscuri doctores, Alex. Alen. 3. par. quæst. 34. memb. 2. art. 2. §. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 7. & ibi Caiet. Abulens. super Matth. quæst. 109. Angel. verb. Defensio. Sylvest. verb. bellum 2. q. 3. & verb. Homicidium 1. q. 2. & 4. & sum. confess. in 5. præce. cap. Quando licet hominem occidere. Anto. 1. part. tit. 3. ca. 10. §. 10. Vict. relect. de homicid. num. 17. Sot. 5. de Iust. q. 1. art. 8. Nauarr. sum. Lati. c. 15. num. 1. & c. 27. num. 121. Ant. Gom. 3. tom. com. a num. 20. Coua. in Clem. Si furiosus, 3. par. Mer. de Rest. c. 4. Cor. lib. 1. q. 38. Henric. de Ganda. Quodlib. 5. q. 31. Rosella verb. defēsio, Gerson tractatu de Euchar. Gab. in 4. d. 15. q. 4 Mai. in 4. dist. 15. quæst. 20. *Secunda dubitatio.* 327

Igitur Gerson loco citato docere intendit non licere inuasorem occidere pro vita propria tutanda. Ita sensit in dict. tractatu de Eucharistia, & Abulen. super Matth. cap. 5. quæst. 10. Villadiego tract. de irregularitate. Cuius ratio est, quia vnusquisque tenetur vitam spiritualem proximi propriæ temporali anteferre, cum ergo aggressor periclitetur in vita spirituali, & æterna damnatione, si occidatur in tali statu, sequitur lege & ordine charitatis teneri aggressum permittere se occidi, nec aggressorem occidere posse cum sit in extrema animę necessitate. Et posset probari ex August. quem D. Thom. refert quę st. 64. art. 7. in 1. & 2. argumento. Scribens enim ad Publiolā, vt refertur 23. quæst. 5. cap. de occidendis, sic ait: *De occidendis hominibus ne quis ab eis occidatur non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro se faciat.* Et lib. 1. de lib. arb. cap. 5. *Quomodo* (inquit) *apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt, qui pro rebus, quas contemnere oportet humana cæde polluntur.* Et in epist. ad Macedonium, & habetur in cap. Cum homo, eadem 23. quæstione 5. *Inuasorem pro vita tuenda, nō licet occidere, secundum aliquos.* 328

D. Thom. autem resp. Aug. loqui de occidente indirectè, quod nos infra explicabimus. Nos interim dicimus sermonem esse, cum non seruatur debitum moderamen.

Verum

Verùm immeritò, hic auctor communi doctorum, imo & iurium omnium sensui se opponere intendit. Ius enim & lumen ipsum naturale ostendit licitum esse inuadentem occidere ad vitam propriam saluandã, modò fiat cũ moderatione inculpatæ tutelæ, id est, quando nõ est aliud remediũ euadendi, quàm occidere. Aliàs ius naturale vinculum esset iniquitatis, meliorémque fecisset sceleratorũ hominum conditionem. Quis securus viueret, si naturalis hæc licentia, atque concessio, talia diaboli membra interficiendi, non esset hominibus, à natura tributa. Esset certè occasio nefarijs hominibus, bonos viros inuadẽdi, nẽpe dum essent certi ab illis nõ esse occidendos. Hac enim audacia Machabeorũ hostes (vt ait Sot.) Sabbathis eos aggrediebantur, arbitrantes, eos tum non posse pugnare: ob id vt habetur, 1. Machab. decreuerũt sanctis illis diebus, se defendere. Essétque authoris naturæ imminuta lex, cùm ius non tribuisset tãto malo obuiandi. Alioqui si iudex sciret reum morte dignum nolle pœnitere, aut confiteri teneretur à condemnatione cessare, eo quòd scit in æternum fore damnandũ reum, quòd à nobis satis est supra impugnatum. Alioqui facile quisque impœnitentiam fingeret, vt iudicium eluderet. Non ergo siue iudici punienti, siue homini se defendenti imputari debet illius interitus.

Occidere inuasorem, pro vitæ propriæ defendendæ, licitum est.

329

Adde, quòd ius naturale dictat vitam propriam alienę & innocentis, vitæ noxij esse præferendam. Tum maximè, cùm ille in necessitate non est, sed in volũtaria iniquitate. Vnde non solum in iure ciuili, sed in iure Canonico quod pietati magis accedere solet, id licitum esse sæpissimè decernitur, imo esse de iure naturali declaratur. Vnde Exo. 22. dicitur. *Si effringens vir domum, vel fossodiens fuerit, inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.* Et idẽ habetur in c. Ius naturale, prima distinctione in textu, & in gloss. satis aperté. Et in Clemẽtina 1. de Homicidio, & in capitulo 3. §. Si vero, de sentẽtia excommunicationis, sic dicitur. Si vero clericum sibi vi irruẽtẽ, vi repellat quis, nõ debet propter hoc ad Sedẽ Apostolicam transmitti, si in continenti vim vi repellat. Cùm

Vita propria aliena, & innocentis vita noxij, præferenda est.

330

Cum vim repellere omnes leges, omniáque iura permittant. Et in cap. Interfecisti de Homicid. Idem habetur & in l. 2. tit. 8. partita 7. & in l. 3. & 4. tit. 13. lib. 8. Ordin. & in cap. Significasti 3. de Homicid. Id tamen debet fieri cum moderatione inculpatę tutelę, non ad sumendam vindictam: sed ad iniuriam propulsandam, vt prædicta iura docent, & cap. olim ibid. 1. Rest. spol. & in cap. delictum de Sentent. excommunicat. in 6. Quamobrem per eleganter Cicer. natura doctus in oratione pro Milone. *Est enim (ait ille) non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus: legimus verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis.* Silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent. Eum qui expectare velit, ante pœna iniusta luenda sit: quã iusta repetenda. Vnde in dict. cap. Delictum, ait Innocen. 4. *cum omnes leges omniaq; iura vim vi repellere, cunctis, ut se defensare permittat.* Et in l. cum arietes, ff. si quadrupes paupe. feci, dicat. & l. vt vim. ff. de Iust. & iur. & l. 1. & 3. ff. de Vi & vi arm. & l. et si, ff. ad l. Aquil.

Inuasorem non ratione vindictæ, sed ratione iniuriæ propulsandæ, licitum est occidere.

331

Argumentum verò Gersonis facilé soluitur. Tunc enim vitam tenemur pro spirituali vita proximi ponere, cum ille est in necessitate, vt parrochus tempore pestis. Et ita soluit Caiet. in dict. artic. 7. Sot. artic. 8. verficul. *laborat ciuitas.* Cuius contrarium est in aggressore, qui est in arbitrio propriæ iniquitatis: vnde non mihi, sed illi peccatum, & mors, non solum corporis, sed etiam animæ, si non conteratur, imputabitur. Adde, quòd etiam imperitus non est de sua gratia certus, & ita non tenetur se in discrimen objcere. Dices, cur ergo Christus prohibuit Petro occisionem contra inuasores armatos, dicens: *Qui gladio occiderit, gladio peribit?* Sensit ergo esse verè homicidam occidentem ob defensionem, cùm pœna legis puniendum statuat. Respond. vel fuisse Christi consilium qui erat mansuetudinis amantissimus, & clementiæ exemplum, iuxta illud, *discite á me, quia mitis sum, &c.* Vel si præceptum: ideo dixit, quia erat aliud remedium euadẽdi.

Vitam propriã pro spirituali proximi ponere licet.

Prohibere Christum, Petrũ ne auriculam abscinderet, fuit vel præceptum mãsuetudinis, vel quia aliud erat remediũ.

332

Maximé, quia illi ad capiendum venerant, & ita culpatâ esset occisio.

Occisio inuasoris, fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Magnæ tamen quæstionis est inter prædictos doctores, quo pacto sit licita prædicta occisio? Et primo fatentur omnes, quod debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est, vt tantum sibi assumat de nocendo proximo quantum est necesse ad repellendam vim sibi illatã. Alàs liuore vindictæ potiùs, quàm iure defensionis factum cẽsebitur, & reus homicidij dicetur, si aliter euadere potest. An verò si modicũ excessit peccet, & restituere teneatur infrà dicemus.

333

Occisio inuasoris, inuoluntariè, & sine intẽtione fieri debet.

Secundo ergo docuerũt ex hac clara communîque sententia nõnulli, obseruandum etiam esse, ne proximus ex intẽtione occidatur, sed inuolũtariè, & (vt illi dicunt per accidens.) Si enim per se, & ex intentione occideret, reus esset (inquiunt) homicidij. Sicque esse intelligendum D. Tho. & iura omnia docent. Sic profectò sentit Henric. cũ Cordub. Abulens. & Victor. vbi suprà. Sed id tantùm dicunt licere iudici, imò neque iudici licere docuit Caietan. quæst. 67. articulo secundo vt suprà vidimus, quãdo reus est scientia priuata innocens, probatus tamen noxius. Eo enim casu sequens communem opinionem D. Thom. & aliorũ, quòd licitè occiditur, explicat ille per accidens, non ita tamen, vt iudex occidere intendat, sed Rempublic. defendere, & iura cõseruare. Sic ergo in nostro casu astruere conantur hi doctores, non esse licitum occidẽdo inuasorẽ illius mortem intendere: sed debet seipsum defendere, licet per accidens sequatur mors, & præter eius intentionem. Et videtur etiam D. Thom. hæc doctrina.

Hanc subtilem magis quàm veram, & ad mores accommodatam, distinctionẽ præcipuè in illo conflictu, merito reijcit Nauar. & Sot. vbi suprà & artic. 2. ad principium versiculo *Primum enim qui*, & Sylvest. homicid. quæstione illa 5. Alexand. & Anton. loco citato, & tertia parte titulo quarto cap. tertio §. primo, contrarium censent. Mihìque verum videtur. Quoniam ille occidit sciens & volens. Non enim casu, & nescienter occidit, vt omnes fatẽtur. Ergo actus est humanus, & volitus. Procedit ergo ex intentione

334

intentione finis, sicut omnis electio mediorum oritur ex intentione finis. Fateor equidem, quòd cùm intentio sit de fine, non potest quis proximi mortem intendere, ita vt ibi sicut in fine, sistat: sed intenderet illam, vt medium electũ ad finem propriæ defensionis licitum esse debet. Alàs dicere oporteret, quod iudex non potest reum ex intentione occidere. Non enim vult illius mortẽ ibi sistendo. Esset enim crudelitatis, & odij, vt suprà diximus. Sed vult mortem ob bonum pacis, & communis boni Reipublicæ. Quod enim priuatus facit occidẽdo, vt se defendat, id facit iudex pro bono Reipublicæ. Vnde vel iudex non potest directè mortẽ intẽdere, vel si potest pro bono communi, æquè poterit priuatus pro bono propriæ personæ. Vnde impertinens est illa distinctio.

Occisio inuasoris, fieri potest cum intentione ordinata ad defensionem.

335

Idque fortassè voluit Caietanus, cum in summa, verbo homicidium, pagin. 2. dicit. *Qui se defendendo occidit reus est homicidij, hoc est, ideo se defendit, vt occidat, vel non est defensione contentus, nisi occidat. Cum solum in foro conscientiæ eis liceat occidere per accidens, hoc est, quia se defendunt. Quia aliter se defendere non possunt nisi occidant.* Quod certè vix diuersum à nostra sententia reperio. Quamuis in dicto articulo septimo dicta quęstione in secunda secundę aliter rem explicet dicens: Quod non licet occisionem velle, vt medium ad finem vitæ suę saluandę, sed solum tanquam consequens defensionem. Sicut (inquit) medico non licet intendere debilitationem, licet sequenda sit ex medicina, sed solum intendere sanitatem, ex qua præter intentionem sequitur debilitatio. Sed profectò, id non est ad rem. Nam si debilitatio esset simpliciter necessaria, & naturaliter ordinata ad sanitatem, liceret illam velle, vt medium ad sanitatem, & ita de facto dari solent aliquæ medicinę, quę debilitent, vt eo medio salus acquiratur. Sicut sanguinis amissio â medico, & incisio a chirurgo, & huiusmodi. Cum ergo occidere in nostro casu sit medium simpliciter necessarium. Repellere enim vim naturaliter est ordinatum ad propriam tutelam, sequitur, &c. Et ita tenet Cordub. quęstione 38. libro 1. qq. in solutio. ad quartum.

336

Occisionem inuasoris velle, vt medium ad sinẽ vitæ suæ saluandæ, licitum est.

Dices, quid igitur distinxit D. Thom. Respond. quod vt Sot. explicauit: planus littere sensus est, in D. Thom. quòd non licet priuatę personę occidere per se, sed per accidens. Quia scilicet nisi inuadatur, non potest occidere, & ita non per se, sed vt effectus propriæ defensionis. At persona publica, etiam si non sit inuasa potest per se occidere, ad vlciscendam iniuriam, & puniendum crimẽ. Non tamen voluit negare D. Thom. quod inuasus possit aggressorem ex intentione occidere ordinando illud, vt medium proprię tutelæ. Aliàs vt supra dicebam, & notauit Anto. quis has subtiles distinctiones in eo conflictu habere posset? Neque rationes Cord contra hanc Soti explicationem, & intellectum ad D. Thom. quidquam conuincunt. Imo neque quatuor aliæ satis prolixę, quas ille aduersus hanc nostram sententiam conformat, vt legenti patebit, & ipse eas soluit, quasi nostrę sententię personã gerens. Quas lector aliter vno verbo eneruaret, si attenderet, eas rationes, aut nihil probare omnino, aut si probãt illud certè probabunt, quod etiam non ex intentione. illicitum est occidere, modò sciens, & prudens faciat. Id enim supponimus. Aliàs cęcus occideret, vel dormiens, vel ebrius, quod ridiculum est. Perpende igitur lector eas rationes, quas hic referre nolumus, & inuenies illud probare, ne liceat vllo modo scienti, quod agit, occidere, vt se à morte defendat, quod nullus dixerit. Quocirca ipse Cor. vna ex parte D. Thom. authoritate conuictus: ex alia, in nostram tractus sententiam, alium excogitauit dicendi modum his verbis scriptum: *Sed vt semel dicam, quod mihi magis placet: certè hæc Diui Thomæ sententia* (existimat enim ille esse Dini Thomæ) *tutior, & probabilior videtur. Quo non obstãte, dicerem licitum esse scienter occidere inuasorem, & id confusè velle, quomodo Deus scit illi licitum esse. Neque oportet in particulari considerare, qua intentione fiat.* Hęc ille.

Priuata persona, nisi inuadatur, occidere non potest.

337

338

Ego sanè, si Theologus non essem idem consilium darem, vt scilicet vnusquisque ea intentione faceret hunc, & alios humanos actus, quo modo Deus scit sibi licere, sed quo niã existimo Theologi esse veritatem ac lucem, explicitè & distinctè, omni confusione reiecta, tradere, quoad fieri

possit, ideo, quòd de hac confusa voluntate, & intentione dicitur, mihi omnino non satisfacit, fugaque magis, quàm solida & constans doctrina, alicui fortasse appareat. Maximè, quia si iam factum est, quid docebit Cordub. vt, an peccatum fuerit mortale, & restituendi obligatio agnoscatur? Siquidem ille iam ea intentione confusa nõ fecit, quo modo Deus scit sibi licere. Sed non oportet amplius in iis immorari.

Ex dictis colligo dupliciter posse excedi modum inculpatæ tutelæ. Primum si cum esset aliud diffugium euadẽdi occidit, ad quod probabilis coniectura sufficit. Neque enim esset satis tutum multum examinare, an alio modo euadere posset. Secundò si maiorem violentiam adhibuit, quã necesse erat ad defensionem, vt docuit Nauar.

Modus inculpatæ tutelæ, dupliciter excedi potest.

339

Secundo colligo prędictam defensionem etiam esse de iure naturali, vt etiam clerico liceat contra laicum, & quod magis est, laico contra clericum. Nequeob hoc vlla excõmunicatio incurritur, vt docent doctores prædicti, nec vlla irregularitas. Licet enim D. Thom. dicat sic occidentẽ esse irregularem secutus antiqua iura: tamen postea in Clem. Si furiosus, omnis irregularitatis nota aufertur, vt alibi latius diximus.

Inuasorem laicum, se defendẽdo occidere, clerico licitũ est & è contra.

Tertio tandem colligo adeo esse licitam & permissam hanc defensionem, vt etiam circa bruta locum habeat. Si enim animal tuum, meum animal occidit inuasum â tuo, nullam tibi teneor facere restitutionem nec noxam dare pro noxa. Impunè enim erit animali inuaso, & sine sui domini dispendio. Ita docuit Gom. vbi supra, & habetur in l. 1. ff. si quod paup. seu di.

Si animal vnius, aliam se defendendo interfecit, nulla domino erit restitutio facienda

Quarto colligo idem etiam licere ob vitandam mutilationem, vt omnes fatentur. Neque incurritur irregularitas, vt suo loco ostendi, licet aliqui oppositum dixerint.

Occidere inuasorem pro vitã da mutilatione, licitum est

340

Quinto colligo eos minus verè sentire, qui docent, occidentem, quo se defendat facere publica authoritate, non priuata. Id sanè supra falsum esse ostendimus, & rectè à Soto impugnatum, lib. 5. de Iust. quæst. 1. art. 2. in prin. vers. *Primum enim*, & à Cord. lib. 1. qq. quęst. 38. in 1. ratione 1. opinionis. Vt enim quis, cum extremè indiget, &

panem vt suæ necessitati subueniat, accipit à diuite, nō publica authoritate, sed priuato iure, quod habet se conseruandi, licet diuino illo & naturali, id facit: sic sanè qui, vt
341 se defendat inuasorem necat. Quod ex eo etiam ostendo quoniā si publica authoritate faceret (vt ipsi dicūt) quasi minister, & executor, legis diuinæ & naturalis, iam ergo liceret animo vindictæ id efficere. Vt enim supra ostendimus, proprium est publicæ potestatis crimina vindicare ita vt non solū iure defensionis, quod ex charitate oritur: sed iure potestatis publicæ, quod ex iustitia vindicatiua manat, occidere licet. Cum enim Dei locum teneant, cuius est punire, castigare, & animaduertere in peccata, ea intētione interficere possunt. At id concedere cuique priuato cum se defendit, impium esset, & Euangelicæ legi inimicū, non ergo ille publica fungitur potestate, cum inuadentē se, internecat.

Innocentē me inuadentem, licitum est occidere, est tamē innocens, quando est freneticus, vel dormiens, &c.

Vltimo colligo licitum etiam esse occidere innocentē, si me inuadit, vt si puer aut freneticus, vel amens vel dormiens, me occisurus est, nec aliter saluus esse possum, nisi occidendo. Vim enim illam repellere licet, etsi nō sit iniustē illata. In pari enim causa innocētię mihi magis teneor ita docuit Cord. in d. q. 38. sub 4. ratione 2. opinionis versiculo, *Sed vt semel*, appellans illum iniustum inuasorem ex parte causæ, licet, non ex parte subiecti inuadentis. Inuadens enim non peccat, nec est iniustus: at causa iniusta est. Sine causa enim sum occidendus. Idemque sensit Sot. lib. 6. de Iust. q. 1. art. 7. in fine corporis de eo, qui irruentē in se militem occidit, etiamsi sciat iustē bellare ex ignorātia inuincibili. Est enim eadem prorsus ratio. Non sic autē dicendum, si sit iudex, vel minister iustitiæ, qui secundum allegata & probata condemnat, vt supra ostensum est.

Tertia dubitatio.

TERTIA dubitatio vtrum prædictam vim repellere liceat, ante aut post iniuriam. Ante vt si quis machinantem mortem præueniat, vel post iniuriam acceptam
342 liceat percutere? Videtur enim non licere: quia in capite Si verò de Sententia excommunicationis ei dicitur. Quod percussio non imputatur, si in continenti vim repellat. Igitur deficiente illa conditione imputabitur. Et ita

ita videtur quibusdam sensisse Cor. dubio illo 1. Quia (inquit) *ille nondum est inuasor.*

Verumtamen doctores planè fatentur, quòd etiamsi non sit prius offensus, neque læsus: sed tantum videat inimicum irruentem, vel arma parantem atque insidias potest occidere, si aliud non restat remedium euadendi. Ita fatetur Sot. vbi suprà Gom. cap. illo 3. nu 2. Sylu. homici. 1. q. 2. dict. 5. Et idem sensit Nauar. affertque exemplū de muliere, quæ inuenit pugionem sub ceruicali, vt à marito dormiens occidatur. Atque idē sensit Cordub. dub. illo 1. licet pro oppositā sententia referatur. Ille enim in
343 hoc casu, Soti, Syluest. & aliorum opinionem sequitur & refert. De insidiatore quidem per calumnias negat occidi posse, nō de insidiatore iam attentante per vim, & aliquo modo incipiente. Imo id apertè confitetur, & in specie de muliere præsentiente gladium, id sensit. Et gloss. in cap. 3. de Homicidio, in verb. Secularibus. Bald. in l. multis. C. de liber. cau. & in l. Lege. ff. locat. Denique glos. in l. 1. C. Vnde vi.

Inimicum inuadentem, antelationem vllā occidere licet, si aliud non estre medium, secundum Doctores.

Accepta iniuria, iure defensionis, inuasorē occidere licet.

Mihi videtur, quod accepta iam iniuria non potest interimere iure defendendæ vitæ, vt patet, cùm iam vita nō periclitetur. Si enim periclitaretur adhuc non diceretur, præterita: sed impendens mors, de quo casu statim dicam. An vero ratione honoris liceat repercutere dicemus inferius.

Secundo ergo videtur vera Gome. Sot. & Nauar. sententia. Quia reuera ille est inuasor, quidquid nōnulli dicant. Si enim insidias machinatur, & nullū est diffugiū euadendi, quis non videat esse veram defēsionē, se quacunque via liberare à malo sibi per vim impendente? Si ergo est defensio, ergo ab altero est aggressio. Defensio namque est aggressionis relatiua. Quare si veneno perimere posset, licitè faceret. Vnde etiam Cordub. fatetur licere conuertere venenum in propinantem, cum aliud non est
344 remedium. Vnde Cicero in prædicta oratione pro Milone, *non potest* (ait) *obliuisci insidiatorem iure interfici posse.* Nec dictum caput est contra nos: quia in continēti est dum alter aggreditur per insidias, & armorum

Parantem insidias & arma, licitum est occidere.

apparatum. Maximè, quia vt reor, sensus illius capitis est, quod accepta iniuria non licet. Quia non videtur facere in continenti. Secus antequam accipiatur, quia semper est vera defensio. Et sensit Couar. in §. vnico. nume. 3. Relectio. de Homicid. 3. parte. Qui bene animaduertit attendere debere periculum mortis ex insidiis imminẽtis. Vt enim à culpa, & à tota pœna, tam irregularitatis, quã alijs temporalibus liber sit, debet esse prudens, & verisimile periculum mortis. Alioqui non dicetur omnino inculpata tutela, sicut quicunque alius occidens omisso debito moderamine: & ita pœna erit secundum quantitatem periculi imponenda.

Falsa contra me testificantem, licitum nõ est occidere, secundum Sot. & Caiet.

Sed rogari potest. An liceat euntem ad testificandũ contra me falsum occidere? Sot. artic. illo 8. vers. *Quid autem,* docet non licere. *Quia* (inquit) *non licet inuasorem occidere, nisi in præsenti aggressione. Non autem in proximo.* Sed ratio friuola est. Cum non loquatur consequenter. Ipse enim fatetur, quod licet præuenire inuasorem insidiantem & arma
345 parantem. Quia verè inuasor est, qui determinato animo à longè districto gladio ad me occidendũ venit, & ita posset à longè funda, vel tormento igneo, aut plumbeo occidi, licet actu non inuadat aut percutiat. Aliàs quomodo liceret mulieri (vt fatetur Sotus) maritum dormientem occidere pugione ab eo sub ceruicali seruato.

Quare Caiet. 2.2. quæst. 95. articulo 8. dubitatione vltima, causa 4. ad finem videtur, id ipsum docere: alia tamẽ ratione. *Quia* (inquit) *defensio armata non licet, nisi contra inuadentem armis, non tamen contra eum, qui in iudicio calumnia vtitur.* Sed duellum (inquit ille) acceptare posset, si aliavia nõ potest à calumnia liberari. Et hanc etiam rationem redde re videtur Sotus vbi supra dicens. *Si autem Prætor, vel alij ministri iustitiæ vellent in me manus injicere, constarètque mihi per iniquitatem facere, possem, ac si esset priuata persona,* &c. Idem sensit Cord. in dict. q. 38. dubitatione 1. eandem reddens rationem, *quia* (inquit) *non est inuasio, cum non sit vis corporalis,*
346 *sed fraudulenta machinatio.*

Sed certè non video quid differat armis, vel alia iniusta via, me inuadi, si certo scio gladio oris me fore iniquè dãnandum.

nandum. Hac enim ratione Iudæi Christum crucifixerũt, cùm acuerunt linguas tanquam serpentes: *Filij enim hominum dentes eorum arma & sagitta, & lingua eorum gladius acutus.* Vnde, vt benè Aug. ait Psal. 63. Pilatus & eius ministri, 347
qui Christũ armis inuaserũt, cõparati Iudæis, multò innocẽtiores fuerũt: Iudei enim acrius, & verius crucifixerũt, cũ clamãtes dixerũt: *Crucifige, crucifige.* Vnde in dict. Psal. postquã dixit: *Exacuerũt vt gladiũ linguas suas, intẽderũt arcũ, rem amarã* subdit statim: *Subitò sagittabunt eũ, & non timebũt firmauerunt sibi sermonem nequam.* Repetere sermonem, confirmare est. Cùm ergo dixerunt semel & iterũ: *Crucifige, crucifige,* plane firmauerunt sibi sermonem nequam. Tunc ergo illi verè crucifixerunt, & occiderunt gladio linguæ, & sermonis nequam. Vnde obiter animaduertes, nõ esse contrarios Euangelistas: Lucas enim (inquit) hora sexta esse crucifixum Dominum. Marcus autem: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Cum enim Christus & armis gentium, & linguis Iudæorum sit crucifixus, Lucas narrans armatam inuasionẽ, ait fuisse hora sexta: Marcus verò attendens ad linguas Iudæorum, qui hora tertia clamauerunt: *Crucifige, crucifige* (inquit) *erat autem hora tertia.*

Christus nõ solum armis gentium, verum etiã linguis crucifixus est.

Quamuis & alias expositiones alibi attulimus, hanc tamen, quia acutissimi illius est, summiquè Theologi, omniumque Theologorum, & virtute animi & sapiẽtia prę stantissimi, acerrimi quondam, ne dicam vnici, suo tempore Ecclesiæ defensoris, sanctissimi Patris Augustini placuit modò afferre, vt intelligamus, non minus impeti innocentem, & occidi lingua, quàm armis: si ergo miser innocens verè occiditur gladio linguæ, nec aliud est diffugium, quàm inuasorem occidere, nescio cur id ei non liceat vim iniquissimam repellendo. Secundò, quia si acceptare duellum est licitum, vt se defendat ab iniusta morte, teste Caietano, & in duello ipso licet occidere talem calumniatorem, cur tandem absque illo non licebit? cùm præsertim 348
innocens est minus potens, cumque pura defensio semper licita magis, quã duellum apud sapientes sit habita? tũ quia magis necessaria, magisque coacta: tũ quia in duello cooperatur nouo peccato alterius, quo me alterius posset perimere,

Falsa cõtra me dicentem, occidere probabiliter possum.

mere, non solum lingua, sed manu. Adde, quòd ex omniũ sententia, vt infra dicemus, licet cõtumeliosum hominem occidere, pro honore tuendo, at dedecus & contumelia
349 non gladio ferreo, sed lingua inuritur, nõ ergo est illa doctrina vera, quòd armata defensio non licet, nisi contra inuadentem armis.

Ideo alij dicunt talem testem non licere occidere, ea ratione: quia dicunt, ille non potest dici inuasor, licet contra ius faciat, falsum deponendo, sed non contra ordinem iuris. Est enim (dicunt isti) de ratione aggressionis, vt contra ordinem iuris, iniuriam inferat, id est, propria authoritate. Isti autem nõ propria authoritate, nec vt priuata persona, sed per iudicem, seruato iuris ordine occidit licet iniquè. Ego tamen planè non assentior huic doctrinæ. Aliàs, nec Iudæi clamãtes contra Christum, nec falsi testes, nec Iudas essent aggressores. Et ita nec Iudam properante morte prohibere, si aliter non posset, liceret, & alios falsos testes, &c. Deinde, quia implicatio videtur, vt aliquis faciat contra ius, & iustitiam, & non faciat contra iuris, & iustitiæ ordinem: ius enim est ordo iuris, & ordo iuris est ius, cum ius ordinatum esse debeat. Quis enim est nõ dico ius, sed iuris ordo, vt quis innocentem falso testimonio occidat? Licet enim iudex ordine iuris procedat condemnando secundum ea, quæ in iudicio probantur si de innocentia rei nullo modo illi constet, & consequenter nec contra ius agit, & ita respectu iudicis illa mors cũ ordine iuris irrogetur, imo etiam iure, & iustè respectu illius, ac proinde tales iustitiæ ministros bona fide (licet re ipsa iniustè condemnaret) ex ignorantia, scilicet inuincibili, ob allegata & probata, non liceret vllo modo occidere, quòd sic opinantibus concedimus, vt concedit Sotus lib. 5. de Iust. quæst. 1. artic. 8. verficul. *Sic autem*. Ta-
350 men respectu deponentis non est facta ordine iuris, id est ille nõ ordine iuris condẽnat, cũ nullus ordo iuris postulet, aut permittat, vt quis falsò accusetur ad mortem ab accusatore, vel teste, licet concedat, vt à iudice secundum probata (eo omnino nesciente) innocens condemnetur. Siue ergo testis falsò deponens, siue accusator falso accusans

Implicat facere cõtra ius & iustitiam, & nõ facere contra iuris & iustitiæ ordinem.

sans, siue iudex iniquè condemnans, verè sunt, aggressores, & contra communem iuris ordinem id efficiunt.

Quare aliter finiendam ego putarem hanc controuersiam, hac distinctione. Occidere prædictas personas publicè non licet: priuatim atque occultè liceret: quod occultè liceat præter supra dicta. Ratio est, quia vt Caietanus fatetur quæstione illa 95. nihil refert an aliquem occidas proprio gladio, an gladio iudicis, vel carnificis: licet enim iudex, vel carnifex non me aggrediantur illo gladio, tamen testis illorum gladio me inuadit: quòd enim proprio, vel alieno inuadat, nihil refert. Vnde Natham dixit ad Dauid: *Vriam interfecisti gladio filiorum Amon*. Quòd verò non liceat palam id efficere, ex eo patet: quia defensio solum est licita ad euadendam mortem propriam, si autem palam occideret, maior suspicio generaretur cõtra ipsum, ad mortẽ eius. Sicut enim defensionis priuata morte finis est, priuatam mortem vitare, quæ si sequitur, non licet occidere: ita defensionis à publica morte finis est publicam mortem vitare, qui tamen finis nõ sequitur si palam occidat, vt dictum est, non ergo licet palam, sed occultè, talem vim repellere. Ea enim ratione repelli potest vis, qua ratione infertur. Manifestè ergo inuadentem manifesta vi licèt occidere, occultè verò testificantem, vel condemnantem licet occidere.

Per modum disputandi: falsa contra me dicẽtem, occidere publicè licitum non est, bene tamen priuatim.

Fateor cogitanti mihi vnam rationem solere in mentem venire contra hanc nostram decisionem: non enim videtur verum id, quod nos, vt verum supponebamus, quod scilicet idem sit, aliquem lingua, seu gladio alieno occidere ac si proprio faceret. Contra hoc enim est, quòd si testis, vel iudex, aliique ministri iustitiæ, me ad iniustam mortem condemnarent, ex ignorantia tamen inuincibili, fateri debemus, & in particulari Sotus aduotauit articulo illo octauo, non licere quemquam illorum occidere, at si illi 352
idem per vim illatam me occidere vellent, etiam ex ignorantia inculpabili, liceret eos occidere, vt de dormiẽte, &c. supra diximus: non ergo idem est iudicium de ingressione armis, & de inferente iniuriam lingua, vel alieno gladio, vel etiam sententia.

351

Quare

Probabilius est non posse occidere, falsa contra me testificantem.

Quare ob id videtur esse prima sententia probabilior: sed nec improbabilem nostram putamus. Non enim eum auderemus cõdemnare, qui tali necessitate oppressus, iniquum testem vel iudicem occultè occideret. Sicut etiã licet venenum in propinantem occultè conuertere, vt suprà diximus: maximè, quia nec eorum fundamentum est omnino verum, quòd inuadentem armis licet occidere: aliàs saltem carnificem liceret occidere, etiam quando inuincibiliter procederet, quod tamen non dicent ipsi.

353

Quarta dubitatio.

QVARTA dubitatio, vtrũ liceat occidere inuasorẽ, quando inuasus dedit causam: exemplum est de eo, qui alterum ignauiæ accusat, Hispanicè *couarde*, vel ad singularẽ pugnam prouocat opprobriis. Exemplũ etiam est in adulterio, si à marito inuadatur. Re ergo ita succedente, vt adulter & alter dans causam aggressioni possit occidere, & aliter euadere nõ possit, an ei liceat alterum occidere? Sũt qui dicãt non esse ei licitum, quia cũ ipse sit in culpa, sibi imputet, in tali esse periculo, nec innocens dici potest, sed potius alter, qui cum eo pugnat, iustiorẽ causam agere videtur, ac perconsequens occidendus non est. Ita docuit Nauar. in Sum. Lat. c. 15. nu. 7. cum quadam tamen limitatione. Si talis causa natura sua tendebat in alterius, aduersus se irritãdam aggressionem, & talem putat esse casũ de adulterio, & à fortiori, cum ipse alium prouocat. Et in hanc sententiam citat Ant. 3. par. tit. 5. c. 8. §. 1. sed titulus ille quintus duo tantum habet capita, & in eis nihil dicit Ant. vocat etiam Caiet. in hanc sententiam, q. 64. art. 8. sed longè aliud tenet, vt infra dicam.

Inuasorem occidere, quando inuasus dedit causam, licitũ non est, cũ quadam limitatione, secundũ Nauar. & alios.

354

Licet occidere inuasorem, quãdo inuasus dedit causam, dũ tamẽ licitè nõ impugnaretur.

Mihi ergo contraria sententia placet, quòd scilicet licitè possit occidere, etiamsi causam alteri us aggressioni dederit. Ita docuit Merca. tract. illo 6. c. 4. §. *que diremos*, Syl. dict. illo 3. Cuius ratio est, quòd cũ ille iustè se defendat & alter illicitè istum inuadat, quoad hoc innocens est, & potest repellere iniuriam quacunque via possit. Secus esset, si taliter dedisset causã, vt licitè impugnaretur, vt quia commisit crimen, & capitur à ministris iustitiæ. Tum enim cum illicitè se defenderet, & alter licitè pugnet, nõ potest dici aggressor. Quod verò Caiet. docet vbi supra: solũ est quod

quod si quis dat causam rei illicitæ, quæ natura sua ordinatur ad homicidium, vt quia vulnerat aliquem, ex quo vulnere alter moritur, non excusatur ab homicidio. Secus si illud opus illicitum, ex quo sequitur illud peccatum non ordinatur natura sua ad illud. Vnde si inebriatio Lhot esset peccatum mortale, non propterea (inquit) Caiet. est puniendus propter incæstum. Quia non ordinatur natura sua inebriatio ad incæstũ. Ex qua doctrina potius colligitur nostra sententia. Quia cum adulterium non ordinetur natura sua ad occisionem mariti, imo magis videtur ordinari ad occisionem adulteri, nõ erit imputanda mors mariti adultero. Esset autem imputanda, si adulter extra defensionem vulneraret, & inde sequeretur mors, & consequenter non est irregularis, vt Sylvest. docuit.

Sed ante quam hinc discedo placet adnotare, quod attinet ad irregularitatem occidentis ad defensionem propriæ personæ. Quod D. Thom. 2. 2. quæstione 64. art. 7. ad 3. Paludan. distinct. 25. quæst. 3. art. 2. putant ex tali homicidio contrahi irregularitatem. Sed non mirum, cũ ipsi iure antiquo niterentur. Ex quo nõ poterat claré deduci immunitas ab irregularitate. Imo ex illo potius colligi videtur incurri, vt patet Extra. de his cler. 1. & 2. & c. Si viduam 50. distin. 356

Tamen cõtrarium docent hodie Doctores Sot. art. 8. & 9. Caietanus in illum locum D. Thom. Couar. in cap. Alma mater, de sententia excommunicationis in 6. & in Clement. Si furiosus. de Homicid. 3. part. relect. cap. 2. Sylvest. homi. 3. §. 4. Et excommunicat. 3. not. 4. dict. 9. & bellum 2. quæst. 7. & homicid. 1. q. 3. dict. 8. & quæst. 9. dict. 2. 3. & 4. Nauar. cap. 17. num. 224. & 211. Et est expressa decisio in Clem. Si furiosus. de Homicid. imo si rectè consideremus antiquo etiam iure videntur tales ab irregularitate immunes. In prædictis enim iuribus pro sententia D. Thom. citatis planè sermo est cùm non est seruatum moderamen inculpatæ tutelæ. Dicit enim taliter, occidens *aget pœnitentiam*. Quam certè facere non oporteret, si seruato debito moderamine defendendi, occidit, & ita in capite, *Quia te*, eadẽ distinctione aperte dicit Stephanus

Inuasorem occidens, etiamsi inuasus dederit causam, irregularitatẽ non incurrit.

Stephanus 5. non esse irregularem. Vnde fit prędictam sententiam esse veram iure etiam antiquo, cum nullo iure antiquo reperiatur expressè irregularis, qui ad propriæ
357 personæ defensionem occidit. Est autem necessariũ omniũ sententia, vt irregularitas incurratur, quod sit in iure expressa.

Si ergo nullibi antiquitus est expressa irregularitas ob inculpatam sui tutelam, imo expressè habetur contrariũ in dict. cap. Quia te, mirum certè mihi accidit D. Thom. & antiquos illius sententiæ fuisse.

Verum contra prædicta obijciat fortè, quispiam nobis Conc. Tride. Sess. 14. cap. 7. de Reformat. vbi ex igitur dispensatio in tali casu. Dicit enim: *Si verò homicidium non ex proposito sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet fuisse comissum narretur. Quam ob causam ad sacrorum ordinum altaris ministrum & beneficia quæcunque iure quomodo dispensatio debetur, &c.* Si ergo dispensatio debetur, incurritur irregularitas. Quæ quidem Concilij definitio nostris
358 temporibus multorum mentes sollicitauit, vt eius veram expositionem darent. Cùm & communi sententiæ iuxta prædicta, & Clementinæ illi videatur aduersa. Respondetur, tamen iudicio meo, quod cum Concilium eodẽ modo loquatur de homicidio prædicto, & de casuali, planè videtur loqui, vbi non est seruatus modus inculpatæ tutelæ, sed aliqualis culpa processit. Constat enim homicidium casuale, si nullam omnino contineat culpam latam aut leuem, non inducere irregularitatem. Cùm ergo eodẽ modo de vtroque loquatur Cõcilium, consequens esse videtur non esse accipiendum de defendente se debita moderatione seruata.

Secundò, respondeti potest, nec puto esse alienũ à mẽte Concilij sermonem ibi esse de irregularitate quo ad forũ
359 exterius, & propterea Concilium non dixit, Simpliciter deberi dispensationem: sed deberi quodammodo dispensationẽ. Cur ergo addit *quodammodo*? nisi, quia non reuera: sed secũdum quid, & in foro exteriori debetur, vel si fuit excessus, ratione cuius quodammodo debetur. Quæ verò diximus de defensione ad vitam tuendam vera esse docent

cent (& meritò) prædicti authores, de defensione membrorum, & in specie Couar. §. illo vnico, num. 2. Card. in dict. Clement. Sylvest. homicidium 3. quæst. illa 4. Licet oppositũ docuerit Villadiego in cap. de percussore col. 4. 360
Vtrumque enim pertinet ad defensionem personæ. Maximè, quia defendere membrum est defendere vitam partialem illus membri. Vita enim totius nihil aliud est, quã vita membrorũ. Nihil ergo impedit, quod in dict. Clem. tantũ sit sermo de defensione vitæ. Maximè, quia vt suprà diximus, non solum virtute prædictæ Clementinæ: sed etiã iure antiquo nulla est irregularitas in eo, qui occidit defendens seipsum.

De propulsante aggressorem honoris.

SVMMARIVM.

Inuasorem minantem malum contra honorem, occidere licitum est, secundum doctores, si alia non est defendendi ratio, num. 361.

Inuasorem minantem malum contra honorem, licitũ est occidere, etiamsi fuga vitare possim, si illa fuga ignominiosa arbitretur, nu. 361.

Causam dans aggressionis, inuadentem contra honorem, licitum non est occidere, si fuga etiam ignominiosa vitare possit, secundum Mer. num. 362

Honor duplex in homine censetur, videlicet, ex bono spirituali, vel temporali resultans, num. 362

Propter defensionẽ honoris ex bono spirituali resultantis, vel pro honore ad alia bona consequenda necessarius, inuasorem licitum est occidere, num. 364

Qui arundine cæditur, magis in honore læditur, quam si vulnus acciperet, secundum omnium opinionem, num. 367

Differentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Differentia inter contumeliam & detractionem.nu. 367
Iniuria accepta,aggressorem occidere non licet,secundum Sot. & alios,num. 368
Aggressori tantum vulneris,& iniuriæ,quantum necessarium est ad honorem recuperandum, licitum est inferre, secundum Nauar. num. 369
Animo vindictæ,aggressorem accepta iniuria, repercutere non licet,num. 370
Accepta iniuria,si contumelia non vlterius impendet,non licet inuasorem domi quietum repercutere,num. 371
Læsorem satisfactionem dare paratum, repercutere non licet,num. 371
Vbi honos non periclitatur,aggressorem occidere non licet,num. 372
Latronem fugientem,sagitta confodere,licitum est. 374
Petrũ,debitorimeo nemihi soluat suadentem,si illum ter monui,occidere possum,num. 376
Aggressor nullo modo permittere se occidi potest,sed defendere tenetur. num. 478
Clericis non licet,honoris inuasorem occidere,ante vel post acceptam iniuriam,sed tenetur restituere,nu. 379
Clericis licitum est,occultè suæ famę detractores, occidere,num. 380
Clericus non tenetur fugere,si ex fuga vita periclitetur,sed licitè potest aggressorem honoris repercutere,num. 382
Pro defensione castitatis,licitum est inuasorem occidere,num. 382
Quæuis mulier,etiamsi virgo non sit,potest occidere inuasorem castitatis.num. 383
Vt ne patiatur Sodomiam,potest inuasorem occidere. n. 383

QVINTA

QVINTA dubitatio vtrum, ad defensionem honoris li ceat iniuriato aggressorem repercutere? Et quoniam id dupliciter fieri potest. Primum,vt occisio, vel percussio iniuria læsi sit ante acceptam ab aggressore iniuriam, vel si accepta iam erat: tamen adhuc pendebat vlteriùs iniuria. Secũdo modo, ita vt iam sit accepta iniuria,& læsor velit desistere & fugere. Id circo placet gratia claritatis paulatim veritatem explicare. In primo igitur casu Couar.3. par. Relect.de homi.§. vnico n.4.docet esse illicitũ. Quia (inquit) *iniqua est cõmutatio vitæ proximi pro honore nostro*, quãuis statim subdit se dubium esse circa hoc. Verùm cæteri doctores planè fatentur esse licitum inuasorem,qui fuste, vel alapa minatur malum contra honorem, si alia non sit defendendi ratio,occidere. Quia inuasor est,cùm conatur honorem auferre, qui plus quam pecunia meritò æstimatur,paruique habetur in populo,tanquam de generis animi,qui talem iniuriam non propulsat. Ita docuit Sylvest. homicidium 1. quæstione secunda dict.5.& bellum 2. q. 2.Nauar. Sot.& Gom. vbi supra. Si enim latronem (vt infra dicemus) licet occidere ad conseruandum rem familiarem, multò magis proprij honoris ablatorem. Imo etiam docent prefati authores quod etiamsi fugere posse si tamen fuga illi dedecori datur, licitè potest prędictum aggressorem occidere. Fuga est iniuria, vt patet ex l. Item apud Labeonem de Iniur. Fuga enim reddit hominem viliorem & ita ad eam repellendã & propulsandam percutere licebit. Ita sensit Bartol. Salicet. & Bald. in l. 1. C. Vnde vi Card.& Imol.in Clem. Si furiosus. Et quoad peccatum attinet, non puto Couar. oppositæ fuisse sentẽtię. Licet enim circa irregularitatem dubius sit, magisque in eam sententiam inclinet, quæ docet sic occidente irregularem fore, eo quòd aliqualem culpam,& immoderatã defensionem adhibuit sufficientem ad irregularitatem, videtur ex eo sensisse non peccasse mortaliter.

Quinta dubitatio.

361

Inuasorem minantem malũ contra honorẽ, occidere licitũ est, secundum doctores si alia non est defendendi ratio.

Inuasorem minãtem malum contra honorẽ, licitum est occidere, etiamsi fuga vitare possim,si illa fuga ignominiosa arbitretur.

362

Sed quid si causam dedit aggressionis Merca. cap. 14. putat nõ licere occidere,sed debere fugere etiam cũ ignominia. Quia (inquit) quãdo prouocat aliũ, vel aliud opus illicitum facit. Quod sit etiam aggressionis,amittit omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

iura defensionis rerum vel honoris, præter ius defendendi vitam. Quod vero simpliciter liceat docuit Nauar. & Anton. vbi supra. Quod certè in honore non irrationabile videtur. Et hęc sententia verior videtur, quã Couar. Quamuis, si placet accipe distinctionẽ, qua fortasse vtraque sententia conciliari potest.

Honor duplex in homine censetur, vel exbono spirituali, l. tẽporali resultans.

Duplex enim honor esse posse videtur in homine. Vnus, qui ex spirituali bono resultat, siue ex parte intellectus, vt sapientia, prudentia, scientia, &c. siue voluntatis, vt virtutes. Ratione enim horũ homo honorabilis dicitur & est. Non solum apud sapientes, sed apud omnes etiam insipientes. Alter, qui ex corporali bono procedit, vt ex viribus, valetudine, pulchritudine, &c. Posset ergo quis dicere, quod non licet indifferenter pro tuẽdo honore occidere. Sed pro primo tantum, qui verus honor est, & per se expetibilis. Secundus vero honor, nõ est per se, sed propter aliud expetibilis. Et ita tum tantum pro eo honore tuendo licebit occidere, cũ necessarius est, vel vtilis ad alia bona consequenda. Fama enim, & nomine sanitatis, virium, pulchritudinis assequi potest officia, & alia necessaria bona, à quibus impediretur talis famę proprijque honoris ablatione iniusta. Extra quem casum illicitum videtur. Est enim vanus honor, nec est veré dicẽdus honor, aut fama. Qui enim ex virtute non est, honor dici nõ potest. Vnde si homines viribus valentes magna rerum gestarum gloria in honore sunt habiti, id non tam ob vires, quã ex magnitudine animi, quę virtus est, prouenit. Sola enim corporis valetudo non facit hominem honorabilem sicut nec corporis imbecillitas (in qua animi magnitudo esse potest) non facit dehonoratum quempiã, de quibus cap. sequenti agemus copiosè.

363

Propter defensionem honoris ex bono spirituali resultantis, l. pro bono re alia bona

364 De hoc igitur honore planè loquitur Couar. in d. Rect. §. vnico. num. 4. cum dicit, non licere pro honore tuẽdo occidere. Si enim de honore primo loqueretur, vel secundo quidem modo, cum necessarius est ad alia bona consequenda, omnes, vt dixi, fatentur, licitam esse illius defensionem, cum inuasoris occisione. De illo enim honore scriptum est, *curam habe de bono nomine, & melius est bonum nomen quàm*

quàm diuitiæ multæ. Si ergo vt dicemus, licitum est pro defensione temporalium bonorum inuasorem occidere, à fortiori licebit, pro dicto honore, qui non inanis, sed solidus, & necessarius est in populo. Et sanè ni fallor huius sententiæ fuit Sylvest. verb. illo homicid. 1. quęst. 2 dict. 6. dum dicit. Non licere occidere pro honore. Esset enim aperta contradictio. Cum verb. illo excommunicatio, & verb. bellum oppositum dixerit. Interpretãdus ergo est iuxta hanc rationem. Vnde in dict. verb. homicid. sic dicit: *Licet occidere, secundum aliquos pro honore personali consistente in turpi fuga, quod tamen Archi. negat. Et hoc rationabilius Maximè, vbi hæc turpitudo non est de malo culpæ sed de naturalitimiditate.*

consequẽda, necessariò inuasorem, licitum est occidere.

365

Quod si quis curiosius inquirat. An pro tali vera, & necessaria gloria quæ vt diximus, non innanis, & adumbrata, atque imago gloriæ, sed solida & expressa premiumq; veręq honestatis & virtutis est. An inquã pro hac cõseruãda liceat inuadentẽ nõ armis, sed lingua, & detractione auferre molientẽ occidere. V.g. habetur quis êpopulo in honore & pretio. Tum ob sapientiam, prudentiam, vel aliam vtilem artem. Tum ob bonam eius famã atque virtutem. Accedit detractor, & siue veré, siue fraude, & mendacio eius gloriam & honestam famam denigraturus. An liceat illius iniuriam præuenire occidendo, cum aliud non super est remedium. Videtur enim id non licere. Tum quia non licet priuata authoritate arma sumere, nisi contra inuadẽtem armis: vt de falso teste, & iudice iniquè condemnante, diximus. Cum igitur in dicto casu hic non impetat armis, non videtur posse contra illum armorum strepitu discertare. Deinde, quia ille honor reparabilis est, vel per illius restitutionem, quam facere potest, vel alia via de veritate informando. Non igitur videtur æquum, tam magnũ atque irreparabile damnum ob eam causam inferre.

366

Verum ex alia parte est ratio à me suprà facta, vt iuxta nostram, non opinionem, sed disputationem, liceret iniquum testem iudicemquè occidere occultè. Quoniam nihil videtur referre, an aliquẽ gladio linguæ, vel ferreo inuadas. Cum non minor iniuria, & damnum hoc quàm illo

Universidad de Deusto
Biblioteca

367

modo inferatur. Ius autem defensionis non tam ob modū inferendi, quàm ob illatum damnum consurgere putandum est. Accedit, quòd honor non tam gladio, sicut corporalis vita aufertur, quā lingua, vel certé minantibus actibus. Vnde iam apud omnes etiam sapientes ea increbuit opinio, vt qui harūdine cæditur in honore grauiter lęsus dicatur, non autem, qui vulnus accepit. Is enim qui gladio vulneratus est honoris nihil amisit. Siigitur honos magis ex verbis actibusque minantibus amittitur, quā armis & gladiis. Non bene dicitur, non licere honorem tueri armis, nisi armis auferatur ab inuasore.

Qui arundine cæditur, magis in honore læditur, quam si vulnus acciperet, secundum omnium opinionē.

Ad hæc obijcio vrgens argumentum. Nam (vt infra latius dicemus) contumelia à detractione in eo differt, quòd licet vtraque honorem proximi lædat: tamen contumelia in præsentia, & in faciem, detractatio seu murmuratio occultè, & in absentia læsi fit. Sicut de rapina & furto dicunt doctores. Rapina enim coram læso, furtum fraudulenter committitur. Sed ex omnium sententia, licet contumelioſum occidere, vt diximus. Cum aliud non manet remedium eam iniuriam arcendi, cum tamen armis non inuadat. Igitur, qui murmuratione & detractione iniuriam, maculâque inferre conatur iniustè, licebit, si aliter infamiā & dedecus fugere non potest, occidere. Nec prima ratio in contrarium valet. Cum longé sit dissimilis ratio de vita quæ non adimitur, nisi armis: at in honore, perculsus manet innocens, verbis, & actibus contumeliæ vel detractionis. Secunda etiam facilè soluitur: nam etiam honor, cōtumelia ablatus restitui potest per veniæ petitionē & humiliationē. Et etiā bona tēporalia reparabilia sunt, & tamē oīm sententia, licet aggressorē raliū bonorū occidere. Nos vero dubitauimus hactenus, nihil decernimus, doctior iudicet. vt. n. dixi, disputare magis: intēdimus, quā noua docere.

Differentia inter contumeliam, & detractionem.

368

Iniuria accepta, aggressorē occidere non licet, secundum Sot. & alios.

De secundo verò membro, maior est doctorum decertatio. Cum scilicet iam accepta est iniuria, & contumelia, & non vlterius impendet: Num liceat repercutere aggressorem? Sotus art. illo 8. prope finem docet non esse licitū. Cum enim ille iam non infert vim non potest dici defensio sed vltio, quā cōstat non esse licitam priuata

authoritate. Eiusdem sententiæ videtur Gom. Vnde licet in foro exteriori puniatur mitius ratione passionis, tamē seuera punitur. Idem docuit Richar. in 3. d. 37. vt refert Nauar. num. 3. cap. 15. Idem sensit Ang. verbo defensio. princip. Et sum. confess. præcepto 5. ca. Quando liceat hominem occidere. Et aperté Armill. verb. moderamen, ob eandem Soti rationem, & Couarru. num. illo 4. qui alia ratione id probat. Quia iniqua est commutatio, saltē (inquit) illa non est æqua. Vt pro meo honore seruando, à proximo, maximum vitæ bonum auferam.

369

Nauar. verò num. illo 3. fatetur esse licitum repercutere, & læsorem insequi, & tantum ei vulneris, & iniuriæ inferre, quantum necessarium sibi esse putauit, vt amissum honorem recuperet. Id ipsum docuit Mercad. vbi supra, & Vict. in Relect. de iure belli q. 2. num. 5. & videtur eiusdē Armil. defensio §. 3. Anton. 3. par. tit. 4. cap. 3. §. 1. Ratio Nauarr. est quoniam faceret sui honoris iacturam non persequendo & vulnerando. Et addi potest, quòd latronē fugientem cum rebus meis, licet insequi, & occidere ergo & honorem auferentem, & fugientem.

Aggressori tantum vulneris, & iniuriæ, quātum necessariū est ad honorē recuperandum licitum est inferre, secundū Nauar.

370

Nos in hac controuersia sic existimamus. Primū, quod animo vindictæ, non licet repercutere, & id est apud omnes inconfesso. Tum autem fit libidine vindictæ, quando non puro animo conseruandi honorē proprium, sed talionem reddendi fit. Et sic est accipiendum cap. significasti, secundum de Homicid. Vbi Innocent. 3. inquit. *Vim vi repellere omnia iura leges que permittunt, non ad vindictam sumendam sed ad iniuriam propulsandam.* Et in hoc non est dubitatio, cùm non solùm Christiana lex, sed naturalis id doceat. Deo enim soli, & iudici eius locum tenenti, vt supra ostendimus relinquenda est.

Animo vindictæ aggressorē accepta iniuriæ repercutere nō licet.

371

Secundo videtur, quod si iam aggressor ad alia negotia diuertit, aut est domi quietus, nō licere illum repercutere, & ita limitauit secundam sententiam Anto. vbi supra. Aliàs daretur via multis reipub. perturbationibus, scandalis, insidiis, & inimicitiis, paulatimque libido vindictæ Christianos animos possideret, quod certé tam est à mansuetudine Christiana, & veritate Euangelij Christi abhorrens

Accepta iniuria, si contumelia nō vlterius impendet, non licet inuasorē domi quietum repercutere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

abhorrens, quàm gentilium, & mundanorum legibus consonum.

Læsorem satisfactionem dare paratum, repercutere non licet.

Tertio existimamus distinctione has duas opiniones in concordiam reduci posse. Si enim læsor pœnitentia motus satisfactionem facere esset paratus, vel veniam petendo, aut aliter se humiliando, non liceret illum repercutere. Et id ratio Soti maximè cõuincit. Iã enim ille nullâ vim infert, sicut neque ille, qui cum esset rem meam furatus, festinat eam reddere. Vt enim supra probatum est. Cum

372 damnum futurum non imminet: sed de præterito agitur, illic defensio locum habere non potest, sed omnino vltio & vindicatio. Vnde licet ille satisfaciens veniamque petens aggressor dici non possit: tamen pro præterito peccato atque iniuria puniri potest, & debet ab eo, cui iniuria rũ vindicatio est cõmissa, scilicet â iudice. Et hanc vltionem remittere non tenetur offensus: sed potest vltionem persequi in iudicio, non priuata tamen authoritate, cum iam non de defendendo, vel recuperando honore, & de propulsanda iniuria decertetur. Et certè in hoc casu non putarem doctores secundæ opinionis locutos fuisse. Esset enim Christi legibus, & doctrinæ maximè aduersum, locumque daremus innumerabilibus odijs, & inimicitijs si inimicum à mala mente desistentem: & percutere, & ei aliud malum inferre licere, doceremus. Maximè, quia nullus honos ex non repercutiendo amittitur. Sed potius etiam in mundo summam nobilitatis gloriam sibi comparat, qui iniuria neglecta, inimicum satisfacientem recipit in gratiam, & vltione non persequitur. At vbi honos nõ periclitatur iuxta ipsorum & omnium sententiam, non licet repercutere. Quare proculdubio immoderata, libidinosa, atque inhumana illa defensio esset, Ethnicis digna magis hominibus, quã in Christiana religione institutis, imo barbaris certè, magis quàm ratione præditis. Denique aggressio appellanda magis, quã defensio. Si autem inimicus irrogata iniuria, aut satisfacere negligat, aut quod peius est, & sæpius contingit gloriosius se iactet. Denique si contumelia illata fugiat relicto iniuriato, non videtur omnino â ratione aliena secunda sententia. Nã primò,

Vbi honos non periclitatur, aggressorem occidere non licet.

373

mò, vt Soti aliorumque sententia, hanc doctrinam incusare posset, quod mansuetudini Christi, & sinceræ charitati Euangelicæ legi quodammodo diuersa, & odijs atque inimicitijs corde retinendis, viam dare videatur: sic contra huius sententiæ Doctores dicerent, non immeritò ea ratione posse aliorum accusari sententiam, quod viam, occasionemque præberet cuique, nobiles, atque illustres homines contumelijs onerandi, aliisque iniurijs turpiter de honestandi. A quibus certè abstinerent ij, qui eas inferre impudenter audent, si sentirent cum fortibus & cõstantibus viris sibi esse pugnandum. Præterea, quia antequam sit accepta iniuria, potest quis ob tutandum honorem ex omnium sententia percutere propulsando, ac præueniendo. Et eadem est ratio post quam accepta est. Imo maior videtur, vt recuperet honorem iniustè ablatum, quã, vt non amittat à principio. Si enim ille non repercutit parui habetur à populo, non minus, quàm si à principio non impediret: & veluti pusillanimis, & inhabilis iudicatur ad officia aliàque similia. Deinde quia latronem fugientem licet sagitta confodere, vt infra dicemus, igitur & honoris iniustum ablatorem.

374

Latronem fugientem, sagitta confodere licitum est.

Sed respondet Sot. esse rationem disparem. Nam latro bona secum defert, & ita est actualis inuasor rerum, sicut qui eas iniustè possidet. Verum sit ita. Nunquid etiam ille, qui iniuria illata relinquit dehonestatum offensum, & satisfactionem, quam facere tenetur præstare negligit, nõ proximi sui honoris iniustus detentor dicetur? Honor enim non est corporale aliquid, quod in bursa, vel arca retineri possit, vt pecunia, & alia temporalia bona: sed est clara cum laude notitia, quæ de insignibus viris habetur. Ille autem qui facit iniuriam causa fuit, vt de me eam opinionem alij non habeant, & tamdiu auferre, & detinere eam est dicendus, quamdiu satisfactionem facere contemnit. Aliàs diceremus detractores non possidere, & iniustè retinere honorem, nec restitutionem illius facere debere, cum non habeant apud se vt fur habet pecuniam. Quãdiu ergo non satisfacit iniuriam, iniustè detinet honorem proximi, quem ipse eius humiliatione recuperauisset. Et

375

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita iniusor est, & damnũ ex futuro pendet. Ac per consequens propria est defensio. Sicut ergo genus est defensionis rerum, eas non solum præseruare, ne pereant, vel auferantur: sed etiam ablatas recuperare, si possis: ita genus
376 est honoris defendendi, non modò curare, ne recipias iniuriam: sed etiam cum perculsus est ac lacessitus eam à te repellere honoremque recuperare, etiã percutiẽdo si possis: cum aliud non supereſt remedium, aut est tibi ignominiosè viuendum. Nec mirum, quod cum damno alterius recuperem, quod ipse à me iniustè, abstulit. Si enim ego non possem recuperare honorem perditum, nisi auferẽdo ab eo pecuniam, proculdubio iure defensionis possem accipere. Sicut possum accipere eandem pecuniam pro recuperatione rei familiaris. Cur ergo quando iniuria æstimari non potest pecunia, non potero alio medio æquali honorem, & æstimationem perditam recuperare, etiam cum damno aggressoris animo tamẽ vindictæ secluso?

Hæc verò quæ diximus hoc exemplo videntur posse explicari. Si Petrus suaderet meo debitori, vt mihi non solueret debitum: sum autem certus, quod nulla alia via recuperare possum, nisi Petrum de medio auferẽdo, quo sublato scio recuperaturũ, nunquid non liceret Petrum occidere si bis, terque monuissem vt ab ea mente desisteret? Sane videtur, quod possem non minus quam latronem. Sicut si suaderet, vt me occideret, & tamen Petrus non aufert rem meam neque portat. Dices in effectu deportat. Quoniam est causa iniustæ detentionis. Sic alter, licet honorem secum non asportet, est tamen causa malæ meæ existimationis, & ita in effectu semper manet iniusta honoris mei detentio. Licebit ergo occidere. Si eo medio, & nullo alio possum iniuriam vitare, ac recuperare honorem.

Petrum, debitori meo ne mihi soluat suadẽtem, si illũ termonui, occidere possum.

Dices, Licebit ergo non solum insequi fugientem, &
377 tunc incontinenti repercutere, sed & cũ domi est, vel ecte vel alia negotia gerẽtẽ, occidere. Sed id suprà dixmus dicto secundo huius dubij. Sicque Antoninus hanc sentẽtiam limitauit quod magis dubio sequenti explicabimus, cum de latrone rem dum pacificè possidente dicemus.

mus. An eum liceat occidere. Est enim eadem prosùs ratio. Vrgeas forsan, ergo teneretur aggressor repercussionem sustinere patienter, & mori se sinere. Si enim iustè
378 percutitur, non potest resistere & se defendere. Alias daretur bellum vtraque parte iustum, seclusa ignorãtia. Sed id concessu indignum est, consequitur ergo non licere repercutere. Respondetur tamen, quod non tenetur permittere se occidi. Quia potest veniam petendo, vel aliter satisfacere, & ad id tenetur. Quod si faciat iam iniustè inuaditur, & se defendere etiam offendendo, potest. Si verò nolit non mirum, quòd careat iure se defendendi. Sicut de latrone dicendum est, quod non tenetur se occidi sinere à persequente iustè, quia potest res dimittere, & tunc iniustè persequeretur alter. Si verò rem furtiuam reddere nolit, non mirum; cum iustè impetatur, iure careat resistendi. Sicut etiam, quia à ministro iustitiæ capitur ratione delicti: quia iustè impetitur, non potest illi resistere. Quamuis in vtroque casu, sine iniuria licitè irruentis in se, potest fugere & se liberare.

Aggressor, nullomodo permittere se occidi potest, sed se defendere tenetur,

De clericis autem specialis est difficultas. An eis liceat honoris aggressorem interficere, siue ante, siue post, acceptam iniuriam? Dominicus à Soto articulo illo octauo, Nauarrus, & Mercado locis citatis, Didacus Couarrubias vbi supra, numero quarto, Syluester verbo excommunicatio, 6. quæstione 9 Glossa in dicta Clementina Si furiosus, Glossa in dicto capite Suscepimus, Abbas Panormitanus in capite Significasti el 2. eodem titulo, & in capite secundo de vita & honestate clericorum, fatentur illis non esse concessum, nec vllus negat, sed mor
379 taliter peccare, non tantum contra religionem sui status: sed etiam contra iustitiam, & teneri ad restitutionem, sicut veros homicidas. Et mihi ita videtur. In his enim locum non habet defensio honoris. Cum enim humilitatem, modestiam, ac mansuetudinem profiteantur, nullum eis dedecus accrescit ex aliorum contumelijs, aut eo quod fugiant. Sed potius summa gloria, & bonum nomen. Neque parui habentur: sed magni potius. Cũ non bellatores,

Clericis non licet, honoris iniuriã ante, vel post acceptam iniuriã sed tenẽtur restit.

sed Dei & humilitatis cultores, & Christi patientiæ imi-
380 tatores habeantur a populo. Vnde potius eis vituperio datur, etiam apud vulgus, quòd iniurias ac cõtumelias realiter tentent. Si ergo nullus amittitur honos ex patientia, & tolerantia iniuriæ illatæ, nullo pacto eis licebit repercutere. Ex quo enim honos non defenditur, qui nullus est, non tam propellere, quã vindicare iniuriam cẽsendi sunt. Cui decisioni egregiè fauere videtur Innocentius III. in capite Significasti. el 2. de Homicidio, vbi loquens de presbitero, sic ait: *Si verò quemadmodũ perhibetur sacerdos iste prius ab illo percussus, mox eum ligone in capite repercussit, quamuis vim vi repellere liceat cum moderatione inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam, non videtur ab homicidio excusari, &c.*

Clericis licitũ est, occultè famæ detractores occidere.

Sed an liceat illis occultos detractores, & bonæ suæ famę iniquos aggressores, occultè occidere ex supra dictis de laicis constat resolutio. Si enim laicis licet quod supra explicatum gratia disputationis reliqui, licebit etiam clericis qui honoris & bonæ famę curam habere possunt, & debent. Sic enim honos non ex viribus, sed ex literis, & virtute nascitur. Qui certè cum omnibus sit necessarius: tum
381 maximè sacerdotibus & religiosis, qui debent esse & sapientiæ & virtutis exempla, quem honestissimum, & honorem, & bonum nomen tueri, non illis vitio dari debet. Et sanè idem iudicium de secularibus esse deberet, si adveritatem Euangelij ambularemus, & Christi domini exemplum & Apostolorum vestigia primitiuæquè Ecclesiæ feruorem haberemus. Quis enim Christianus dedecori dãdum putaret, quòd percutientem se non percuteret, cum Christus percutienti alteram maxillam præbendam censeat? Et Apostolus, non esse malum pro malo reddendũ: sed id potius honori habendum esset non solum religiosis & clericis: sed omnino cuilibet Christiano dicentẽ domino: *Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Et discite à*
382 *me, quia mitis sum, &c.* Idem est dicendum de secularibus, quibus non esset dedecus fugere, & non repercutere, vt si esset inuasor longè prestantior, vt Sylvest. notauit Bellum.

lum. 2. quæstione 2. Ex quibus facilè est colligere, quid dicendum sit de restitutione exsæpius dictis. Adnotat autem Couarrubias prædicta intelligenda fore quando fuga periculosa vitæ clerico non foret, alioqui fugam aripere non teneretur, cum iam non de ignominia, sed de vita decertatio sit, quale esset si inimici instarent a tergo, vel si aggressor facilius fugientem secutus ex fuga maiorem capiens audaciam, & animam ipsum occideret.

Clericus non tenetur fugere, si ex fuga vita periclitetur, sed licitè potest aggressorem honoris repercutere.

SEXTA dubitatio sit, vtrum pro defensione castitatis liceat interficere inuasorem? Respondetur ex omnium sententia licitum esse. Ita docuit Merca. c. 5. Sylvest. homicid. 2. q. 5. Nauar. vbi supra. Et ratio est plana, quia vim arcet & propulsat in re magni momẽti, & reducitur ad occidentẽ prouidã da mutilatione, vel propter honorẽ. Et ita ad restitutionem non tenetur, sicut nec occidens, vel percutiens ad vitam, membrum, vel honorem tuendum. Atque idem tenet Merc. de quocunque opem ferẽte, modo in auxilium sit vocatus à muliere. Si enim ipsa nollet iuuari, qui vel non resistit, vel repidè se habet non
383 liceret occidere vt ipse docet. Et ratio esse potest: quia tũ licet peccet accedens ad illam, sed non peccat contra iustitiam. Ex quo illa inuoluntarium non patitur, & ita aggressor dici non debet. Cui ego adderem, quod si ipsa taceret, aut non resisteret timens, ne res manifestetur, alias omnino abhorrens concubitum; liceret scienti rem ita se habere, illam iuuando, occidere. Iam enim inuasor est, iniuriam vimque irrogans, idem censet, & bene, esse dicendũ de quacunque muliere honesta etiamsi virgo non esset. Atque idem est dicendum de viro, cum occidit, ne patiatur Sodomiam, vt in specie docet Caiet. artic. illo 7. ad finem. Vnde Cicer. in oratione pro Milone, laudat militem adolescentem, qui ne turpiter pateretur a Tribuno militari propinquo Caietanus Maurij, ipsum interfecit, Quod etiam docuit Sotus articul. 8. & Sylvest. homicid. 1. quæstione 5.

Quæuismulier etiãsi virgo nõ sit, potest occidere inuasorẽ castitatis.

Vir ne patiatur Sodomiam, potest inuasorem occidere.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De defensione rei familiaris.

SVMMARIVM.

OB rerum temporalium defensionem, inuasorem occidere non licet, secundum aliquos. num. 384

Couarr. asserit, quod ob puram defensionem rei familiaris non licet inuasorem occidere, nisi admisceatur personæ periculum, num. 384

Inuadentem rem familiarem, occidere licitum est, si aliter fieri non possit, num. 386

Sicut vitam, ita ad illam conseruandam necessaria, tueri licitum est, num. 387

Vita corporalis proximi, meæ rei familiari præferenda est, lege charitatis, num. 388

Furem diurnum occidere licitum non est, sed tantum nocturnum, num. 389

Interficere latronem, si aliud est remedium recuperandi bona non licet, num. 396

Latronem longe fugientem persequi, licitum non est, secundum Couar. & alios, num. 397

Latronem sequi & occidere, etiam longe fugientem, ante quam rem occultet, licitum est, num. 397

Latronem occidere quando iam rem occultauit, & pacifice possidet, licitum est, contra Sot. & alios, numero. 398

Latronem occidere sine testibus, in foro exteriori, non licet, num. 400

Clerico non licet occidere inuasorem rei familiaris, secundum Merc. & alios, num. 402

Licet clerico occidere inuasorem rei familiaris, num. 403

Clericus inuasorem rei familiaris occidens, seruato moderamine inculpatæ tutelæ, irregularis non est, contra Syluest. & alios, num. 405

Pro saluanda vita, honore, rebusque proximi innocentis, ac reip. inuasorem occidere licitum est, num. 406

Sciens proximum esse in mortis articulo, tenetur ei succurrere paruo labore, lege charitatis, nõ iustitiæ, nisi sit persona quæ ex officio ad id tenebatur, nu. 408

Inferiores, superiores defendere tenentur, sub onere restitutionis, num. 409

Cum detrimento propriæ vitæ, proximo opem ferre non licet, contra Sylu. num. 410

Non teneor conferre pecuniam alicui volenti se occidere, nisi eam illi præstem, num. 411

Occidere se volenti, non ex malicia, sed passione quadam, lege charitatis, teneor dare pecuniam, qua a tali proposito separetur, num. 412

Petro pecuniam dare teneor, qua illum a proposito occidendi alium auertam, num. 413

Honorem, vel rem familiarem proximi, cum iactura propria, tueri nullus tenetur, num. 415

SEPTIMA dubitatio an pro defensione rei familiaris liceat inuasorem occidere? Non desunt, qui doceant non licere ob rerum temporalium defensionem inuasorem interimere. Et id docuisse videtur Panormitanus in cap. 2. & in cap. Suscepimus. De Homicid. Et glos. 23. in princip. Et Innocen. quos refert Syluest. excommu. 6. casu 9. not. 4. & homicid. 1. quæstione 4. Et videtur Scot. in 4. distinctione 15. quæstione 3. versiculo, *Sed quis est iniustus?* Dicit enim, quod non licet occidere furem, nisi sit inuasor. *Quia* (inquit) *præsumitur velle occidere*, &c. Huius sententiæ planè est Couar. in Clementina Si furiosus 3. parte relect. § vnico numero 6. Qui cum hanc disputaret quæstionem satis copiosè, in eam tandem deflexit sententiã

Septima dubitatio.

Ob rerum temporaliumdefensionem, inuasorẽ occidere nõ licet, secundũ aliquos.

384

vt numquam existimet ob puram rerum defensionem licitum esse occidere, nisi cum simul admiscetur personæ periculum, & damnum, vt patet præcipuè ex punctò seu conclusione 8. & 9. Quale est si dubitat, an ad occidendū vel ad furandum, veniat: & non potest parcere, sine personæ periculo. Vel quando raptor res ablatas defendit ne pereant. Præsertim, si telo id faciat. Iam enim personæ periculum intercedit, &c. Quæ Couarr. refert vsque ad casum 7. Et hic modus dicendi Couar. maximè conformis videtur decisioni dict. cap. 2. de Homici. Quo in loco solum probatur occisio, vt te tuaque defendas. Quasi personæ periculum misceri rerum iacturæ, debeat. Quod ipsum affirmat Fortunius in d. l. vt vim col. 3. Et probari potest hæc sententia. Primum, quia lege & ordine charitatis tenetur; quis vitam proximi bonis temporalibus anteferre: at præfert bona, qui vitam adimit proximi ob tuandas res, ergo, &c. Secundò, quia in cap. Interfecisti, de Homicidio, præcipitur taliter occidens agere pœnitentiā, quandiu vixerit, ac per consequens deliquisse est putatus. Et eiusdem sententiæ est August. de Liber. arbit. cap. illo 5. & est text. in l. furem ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. 4. ad l. Aquilam. Quæ desumptæ sunt ex l. duodecim tabularū. Cuius meminit Cicero pro Milone: *Quod si* (inquit) *duodecim tabulæ, nocturnum furem quoquo modo: diurnum autem si se telo defenderit, interfici impunè voluerunt.* Quam etiam cōmemorat Quintilianus lib. 5. de oratore cap. 12. Tertio, quia ille est irregularis, at irregularitas, pro homicidio priuatæ personæ semper est ex delicto, igitur, &c.

Couar. asserit, quod ob puram defensionē rei familiaris, non licet inuasorē occidere, nisi admisceatur p sonæ periculum

385

386

Inuadentē rem familiarem, occidere licitum est, si aliter fieri non possit.

Veruntamen in dubio tenendum putamus, integrum esse cuique rem familiarem, modo sit magni alicuius momenti, defendere ab inuasore, & si eas aliter saluas habere non potest occidere. Sic profecto visum est omnibus præfatis authoribus. Et Medina quæstione quarta, §. est autem. Et est aperta decisio capite Olim. de Restitutione spoliorum primo. Vbi Innocentius Tertius ait. Cum quidam domino ignorante illius possessionem esset ingressus, cum præsertim statim ac vobis innotuit, vim vi dixeritis repellendam. Et quod ille sua temeritate præter conscientiam

conscientiam vestram possessionem est ingressus, nō potest (inquit) à vobis petere satisfactionem, nisi defendēdo ius vestrū in offensa ipsius, modum forsitā excessistis. Et apertius in cap. d. dect. de Sentent. excommunicationis, in sexto. Vbi Innoc. 4. probat factum Decani Aurelian. quo licuit (ait) ipsi Decano, si Baliuus, eum iniuriosè bonis suis spoliare intendebat vim vi repellēdo se tueri, &c. Idē decernitur in l. Furem. ff. ad legem Corneliam de Sicar. refert etiam Syluest. Archidiaconum pro hac sententia, verbo illo homicidium.

387

Idque etiam ratione probatur, quia sicut vitā licet tueri ac membra, ita & res, quæ ad vitam conseruandam, & vitæ naufragia vitanda sunt necessariæ, eodem prorsus iure tuere licebit. Neque verò solum eas res, quæ ad precisam vitæ conseruationem: sed quæ ad statum, & decētē vitæ cursum agendum, sunt necessariæ. Res enim propriè ait Caiet. pertinēt ad vitam & virtutem, & felicitatem consequendam, quæ hominis curæ sunt commissæ, at vita inuasoris in eo casu, cum non sit in articulo necessitatis, non est curæ proximi commissa. Constat autem, quod plus tenetur homo ijs, qui eius sunt curę, &c. Denique vbicunque res non fuerit paruī momenti. In his enim casibus alter iniuriam, & vim iniustam infert, & ita licebit alia vi iustè eam abigere. Aliās euidenter daretur occasio implendę reipubl. iniquissimis latronibus, nullusque securus, aut domi, aut in agro viueret, si oporteret ipsum tacitum, dictam iniuriam tollerare.

Sicut vitā, ita ad illam cōser uandam necessaria, tueri licitum est.

Ad rationes verò factas facilè respondeas. Ad primam: lege charitatis esse proximi vitam corporalem rei meæ familiari preferendam, vbi ille in necessitate est constitutus. Nec in sua est potestate periculum euadere. Seus quando voluntaria quadam iniquitate, & malitia in eo est periculo. Ad cap. interfecisti. Respondeo illud esse consilium, vt statim dicam, cum declericis agetur. Erat enim ille presbyter. Ad argumentum verò, & dictas leges. Respondeo, loqui quando erat aliud remedium illas recuperandi, & propterea dicunt furem diurnum non esse licitum

388

Vita corporalis proximi, meæ rei familiari præferenda est, lege charitatis.

licitum occidere: sed nocturnum. Quoniam præsumitur
389 rationabiliter posse aliter recuperare furem capiendo.
Et hæc est ratio, quare per leges licitum est diurnum furē
occidere, si se telo defenderit, non modo, quia cum ille se
Furem diurnū, occidere licitū non est, sed tā tum nocturnū. telo defendit, vt interpretatur Couar. iam non de rebus
sed de persona offensa damnoque certetur: verum etiam
quia quando non se telo defendit est verisimile quod capi
posit, ac proinde aliter, quam occidendo res ablata recu-
perari poterat: nocte verò non posse, vt explicat Ioan.
Med. C. de Rest. quæst. 4. versic. *est autem.*

Quod si dicas in dict. cap. Si perfodiens, eam reddi ra-
tionem ab Augustino quod, ideo licet occidere noctur-
num latronem: non diurnum. Quia inquit, *diurnus poterat*
discerni, an ad furandum veniret, vel occidendum, & ideo (in-
quit) *non debet occidi.* Quasi patenter dicat August. quòd
si discerni potest ad furandum venire, non ad occidendū,
occidi non posit. Vnde subdit August. *Hoc etiam in anti-*
quis legibus secularibus quibus lex Dei Exod. 23. est antiquior, in-
uenitur, impunè videlicet occidi nocturnum furem quoquo modo, di-
urnum autem, si se telo defenderit. Iam enim plus est quàm fur.
390 Ex quibus verbis videtur August. primæ sententiæ pla
ne fuisse. Cum dicat ex eo diurnum furem occidi non pos
se. Primum, quia discerni potest ad furandum venire, nō
ad occidendum. Secundo, quia nisi se telo defendat occi-
dere non potest. Tertio, quia (inquit) iam plus est, quàm
fur. Planè ergo sentit, quod si discernitur ad furandū tan
tum venire, & telo nō se defendat, denique si non sit plus
quam fur, non posse occidi.

Respondetur tamen fateri me imprimis vehementer
August. hanc insinuare sententiam. Adeo, vt Sot. in il-
lo articulo octauo versus finem, dici posse opinetur Aug.
eius fuisse sententiæ, vt non liceat pro bonis temporali-
bus defendendis occidere. Sed non omnino planè id do-
391 cet. Nam licet dictarum legum rationes, ac motiua ea vi-
deantur, quæ ab August. proponuntur. Præcipua tamen
ratio iudicio nostro ea est. Quoniam dum fur diurnus est
iure præsumunt leges aliud remedium saluandi, vel recu-
perandi res sublatas, quàm occidendi, fuisse. Quod nō ita
est

est de nocturno. Et propterea, quia occisio die facta non
omnino necessaria, & inculpatum habere moderamen in-
telligitur, idcirco leges id docuerunt.

Et ita explicuit Sot. in d. art. 8. in 2. fol. Item vt Caiet. 392
ad dd. leges respondendo dicit in d. art. 7. Quod cùm sint
præcepta iudicialia in foro iudiciali sunt intelligenda, in
quo non intelligitur, an defensor occiderit pro rebus sal-
uandis. Secundo ait Caiet. leges ille absolutè loquuntur
non in casu, quo non potest aliter eas saluare. Et sane nō-
stra expositio satis apertè habetur in l. furem. ff. ad l.
Corneliam, & in l. etsi. ff. ad l. Aquiliam, cùm dicunt: *Si*
quis furem occiderit, cum comprehendere posset, iniuriam fecisse vi-
detur. Syluest. etiam respondet. Primum d. verba cap. Si
perfodiens, posita esse tantum recitatiue ex iure ciuili. Se
cundo respondet, quòd verbum *defenderit* sumitur pro ar-
morum sumptione, & pugna, & ita iam dubitari potest de
salute personę. Tertio respondet, quòd si non dubitat de
persona absolutè, tamen dubitatur de illa præsuppositā
voluntate defendendi res, & ita respondet Sotus a tri-
culo illo 8.

Nostra ergo communisque sententia satis rationibus, *Decretis Pontificum confirmatur authoris sententia.*
supra factis probata videtur. Cui accedunt etiam iura ip
sa. Nam in cap. interfecisti de Homicid. imponitur, pœ-
na occidenti latronem, cum poterat aliter liberari res. Si
verò aliter liberari non poterat, nulla pœna imponitur.
Et ita dicitur. *Interfecisti latronem aut furem, vbi comprehendi*
poterat absque occisione, quadraginta dies non intres Ecclesiam,
&c. Si autem sine odij meditatione te tuaque liberando huiusmo-
di diaboli membra interfecisti, &c. Idem habetur 1. quæst.
2. cap. fin. Vbi aduerte in hoc can. qui in editione Grego
riana correctissimus est (vt ibidem dicitur) ex quo d. c. In
terfecisti. est desumptum, addita esse illa verba, *& capi pote*
rat: quæ verba dimisit prædicta decretalis, & pœnitentia-
393 le Rom. Quo satis datur intelligi Concil. Aurelianēse, ex
quo est acceptus ille canon, & prædictum cap. Interfecisti
solum iudicare homicidam, quando eum occidit, qui capi
poterat. Nec refert dictum can. paleam appellari. Est au-
tem palea capitulum iuris canonici, quod certę fidei nō est

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt docet Alciat. lib. 11. Parergum. Cum enim palea proprié significet pabulum bestiarum, per metaphoram autem quæuis res tenuis & vilis palea dicatur, vt testatur, illud quod de Conrad. imperare legimus. Cum regni Italici coronam non Mediolani, secundum veterem morem
394 suscepisset, sed alibi, vulgo circumferebatur corona paleæ redimitus. Licet ergo, vt dixi, illud capitulum palea dicatur: tamen iam reuera post Gregori. editionem fidem habet, vbi correctores dicunt esse ex illa multa emendata, & magni pôderis, & habetur â Burchardo in decreto lib. 11. cap. 60. & lib. 19. cap. 5. & ab Inno. par. 13. cap. 46.

Sed respondet, quôd coniunctim dicitur, *te tuáque*, quasi alterum non sufficiat. Hæc tamen expositio mihi nõ placet, nec Caiet. in d. artic. 7. Aliud enim est copulatiuè accipere, aliud copulatim. Copulatim accipitur nomẽ, cum non vnumquodque per se, sed simul cum alio verificatur, vt cum dico, *omnes Apostoli Dei sunt duodecim*. Non enim isti sunt duodecim, & isti sunt duodecim, sed omnes simul. At cum copulatiuè accipitur de singulis prædicatum verificatur, cum coniunctione tamen, vt cum dico, *omnis homo est animal*, sensus est, quod hic est animal, & hic est animal, & vnusquisque est animal. Sic ergo illa coniunctio copulatiuè est accipienda, ita, vt cum dicit te, & tua liberâdo, sensus sit, si interfeciſti te liberando, non peccasti, & si interfeciſti tua liberando non peccasti. Coniungit enim propositiones, non terminos tantum. Alias si terminos tãtum coniungeret, & in sensu copulato accipienda esset, sequeretur quôd ob solam vitam tuendam non liceret occidere, nisi etiam simul res, cum vita defenderetur. Quod
395 est ab omni ratione alienum. Vnde ipsemet Couar. num. illo 6. sub. 5. ratione prædictum tex. infirmum putauit argumentum exhibere. Tantúmque alternatiuè intelligendum fore, vt Felinus intelligit. Idque ex ratione illius decisionis, non incongruè colligit. Et idem etiam probatur ex cap. Significasti 2. de Homicid. Vbi sacerdos percutiens latronem res Ecclesiæ asportantem, non censetur ab homicidio liber. Quia non seruauit moderamen inculpatæ tutelæ. Si ergo seruasset, non illi imputaretur. Sed

Sed obijcies cap. Suscepimus, eodem tit. Vbi censetur peccasse, & irregularitatem incurrisse, qui causa fuit homicidij ob conseruationem rerum & ait Pontifex: *Quoniam expediebat post tunicam relinquere palium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus & transitorijs tam acriter in latrones exardescere*. Sed respondeo, ita esse quoniam latrones fugere volebant, & ab aggressione desistere. Et ita, cùm esset aliud remediũ merito reprehenduntur quôd latronem ligauerint, quasi esset manifestè vindictã sumere. Et id etiam denotat verbum *exardescere*, quod vltionem significat. Et vt dixi, satis apertè id habetur in d. cap. Olim, de Restitutione spolat. & in cap dilecto de Sẽtent. excommunicationis in 6. Sed quid dicendum, si dubium existat, de recuperandis rebus ablatis, via iuridica, vel aliter? Sotus in d. articulo octauo ad finem resp. quod quamuis dubius sit, potest occidere modó certus non sit. Ad vltimum de irregularitate iam dicere pergimus. 396

Interficere latronẽ, si aliud est remediũ recuperãdi bona non licet.

Sed de tempore quo liceat talem interficere, dubitant doctores. Nam Couar. in dict. Clement. Si furiosus. Merca. vbi suprâ. Anton. 3. par. tit. 4. ca. 3. tantũ licitum esse docent in continenti vel cũ fur parum distat à loco aggressionis, longé tamen fugientem, non licet, vel persequi, vel tormento, aut sagitta transfigere. Ratio Merca. est quia cùm longé abest, non est probabile, quod ille rem meam acceperit, esset que occasio, vt vnusquisque proximũ spoliaret, & occideret, dicens se id facere ad suam rem defendendam. Ratio Couar. est: quia secundum iura, tantum rem meam defendere licet, cum proximi occisione, quãdo & latro diurnus nõ est, sed nocturnus, & se telo defendit. Ille verô qui longé fugit, non se telo defendit. Vel denique quando persona periclitatur, vt ex eius sententia retulimus. 397

Latronem longe fugiẽtẽ per sequi licitũ nõ est, secundum Couar. & alios.

Verum melius docet Sot. art. illo 8. & Sylvest. verb. excommunicatio 6. not. 4. casu 9. §. Ista tamen intellige. Et bellum 2. q. 1. in fine quod potest spoliatus insequi latronem & à longè si potest occidere, antequam rem occultet, cùm semper duret inuasio: licet non personæ: at rerum. Maior tamen dubitatio esse posset, an cùm iam

Latronẽ sequi & occidere, etiam longe fugientem antequã rem occultet, licitum est

latronem occultauit intra domum, & velut pacificè possidet, liceat occidere?

398 *Latronem occidere, quando iã rem occultauit & pacificé possidet, licitũ est contra Sot. & alios.*

Sotus enim, Sylvest. & Anton. negatiué respondent. Probat Sylvest. verbo illo excommunicatio 6. not. 4. casu 9. Quia iam est adeptus possessionem perfectã. Cõtra quod tamen est: quia reuera semper est aggressor rerũ & personæ ratione rerum vim continuam infert iniustè. Non enim aggressor eo solum dicitur, quod secundum locum moueatur, eũ rem aufert, vt in flagranti delicto: sed ideo, quia iniustè rem meam contractare præsumit, in quo damnum, & iniuriam irrogat. Cum ergo ille quamdiu rem illam detinet continuè inferat iniuriam, semper est in statu aggressoris. Neque tamen inde sequitur, quod debitorem ex contractu licito, vel illicito liceat interficere. Hic enim quanquam iniustè retineat: tamen non est iniustitia aggressiua. Cum nec in se, nec in principio, ille actus vnquam fuerit aggressio, ac proinde continuatus aggressio esse non potest. At hic actus est idem prorsus, non solum realiter: sed etiam moraliter continuatus, ac proinde est durans aggressio. Adde, quod in cap. Olim, 1. de Restit. spol. videtur id approbari satis apertè. Dicit enim Inno. 3. Quòd si quis meam possessionem me ignorante accepit

399 possum statim ac mihi innotescat vim vi repellendo recuperare. Sed non ob hanc rationem recedendum arbitramur à doctorum sententia. Non enim videtur ea vis ac violentia rebus inferri, licet iniustitia in retinendo committatur, vt liceat iure defensionis vtentem occidere iniustum detentorem, qui domi iam est pacificus, vel ad alia negotia diuertit, nec occasionẽ iurgiis & rixis præbeamus. Sat esse putamus, si interficere possit fugiẽtẽ antequã rẽ occultare possit. Atq; idẽ omnino putamus esse dicendũ de honoris defensione, vt ex Anton. supra docuimus.

Argumentum verò Mercad. facile soluitur. Probaret enim, quod nec in actuali aggressione liceret, si testes forte

400 non adessent, occidere. Tum enim probabile nõ est, quòd iste occiderit. Nec in hoc casu vita occasio datur vnicuiq; prætextu defensionis captandi mortem alterius. Respondeo ergo, quod si sermo est in foro animæ, tum

siue multis, siue nullo vidente, licet, seclusa scandalo. Si in exteriori foro, nisi probabile fuerit illum inuasorem fuisse, punietur. Maximè, si fur erat diurnus. Sed in hoc vnusquisque sibi consulat. Nam etiamsi pro vita defendenda occiderit, nisi id aliqua ratione probet, non erit à iudicio exteriori, immunis. Vnde in dict. cap. fin. 13. quæst. 2. dicitur, si testes adsint, quòd sine odij præmeditatione. &c.

Latronem occidere sine testibus, in foro exteriori non licet.

491

Argumentum verò Couarrub. ex supra dictis est explicatum. Nam si latro diurnus erat, vel certè nocturnus si nõ se telo defendebat, præsumit lex, quòd erat aliud remedium defendendi res. Quis enim ab hoste nõ armato, non defendat rem suam aliter, quàm illum occidendo? Et propterea haud impunè illi foret. Ex quibus infero, quòd si ablatum esset recuperabile per iudicem, non liceret occidere. Tum enim cum reuera non sit res amittenda, iniustè occideret. Et ita docuit Bartol. in l. furem. ff. de Sicar. & Sylvest. excomm. 6. not. 4. casu. 9. §. Ista tamen intelligi. Cum enim aliud remedium, non potest dici inculpata tutela. Et idem docuit Sot. quando res esset dubia, an posset recuperari. Contra quam sententiã videtur esse Caiet. in d. art. 7. Vbi cum hanc sententiam, quorundam nomine retulisset, ipse aliter sibi esse dicendum resp. & velle se ostendit, quòd etiamsi possint recuperari, potest vti iure suo defendendi, vt patet legenti, quod ex dictis conuinci potest, non esse veram.

Porro, quamquam prædicta vera esse fateantur docto

402 res de secularibus, de clericis tamen, ac religiosis nonnulla est dubitatio. Quidam enim existimant illis non licere ob rerum defensionem occidere: sic visum est Merca. vbi supra, & Rosel. ex Panor. verb. homicid. §. 3. glos. 23. q. 3. in princip. Vultque hæc sententia saltem esse peccatum mortale sacrilegij, ratione Ecclesiasticæ prohibitionis, licet non esset contra iustitiam, vt annexam haberet restitutionis obligationem. Hæc sententia non probatur à Merca. cap. illo quarto. Quod ipsum sensit Nicol. Plou. de irregul. regula 37. & Villadiego de irreg. cap. de percussore, fol. 14. Probari tamen potest ex cap. Interfecisti de Homicid. Vbi presbyter præcipitur toto vitæ suæ tẽ-

Clerico non licet occidere in uasorem rei familiaris, secundum Mercad. & alios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

403 pore pœnitentiam agere: ex & cap. Suscepimus eod. tit. vbi plane dicuntur peccasse monachi ob rerum defensionem occidentes. Deinde, quia, in iure sunt irregulares, at irregularitas ex homicidio priuatę personæ est semper ob delictum & crimen. Eandem sententiam tenuit Ant. quo ad religiosos tantum 3. p. tit. 4. cap. 3. §. 2. Alia tamen ratione. *Quia* (inquit) *non possunt habere proprium, & ita non possunt gaudere iure defensionis rerum.* Et ita consequenter docet seruos non posse pro rerum defensione occidere. Quia pariter dominium habere non possunt.

Licet clerico, occidere inuasorem rei familiaris.

Sed verius docuit Sylvest. verb. bellum. 2. quæst. 7. ad fin. & excommunic. 6. §. 4. dict. 9. Couar. in Clemen. Si furiosus. de homicid. 3. p. Et Anton. quoad clericos secula res, sum. confes. cap. Quando liceat hominē occidere, præcept. 5. Hoc enim ius naturale est, vt vim vi arceamus, naturaliter omnibus, æqualitérque concessum. Et ita saltem id certissimum esse debet, quod non est peccatum contra ius naturę, aut iniustitiæ, & per cōsequens non habere vllam restitutionis obligationem. Nec etiam est contra iura positiua de religione & honestate sacerdotum seruanda. Nec cap. illud Interfecisti. aliud vult, quā consilium dare vt si occidit furem, vbi comprehendi poterat, si laicus est 40. dies pœnitentiam agat, si sacerdos tota vitā. Quia non seruauit moderamen inculpatæ tutelæ. Si verō se liberando, ac etiā sua, ex consilio vterque pœniteat, vt intuenti tex. patebit. Ad ca. Suscepimus, respon. planè peccasse monachos eos. Quia non seruauerunt moderamen, vt ibi dicitur, quod latrones se soluere à ligatura volebāt, ac desistere. Et ita non erant inuasores, ob quod ab altāris ministerio prohibentur, tanquā verē irregulares. Et quod hic sit d. cap. sensus ex eo constat. Quia alias non liceret pro damno personę vitando, occidere. Dicitur enim in d. cap.

404 quod latrones volebant eos in personis affligere turpiter & denudare vestimentis propriis, & tamen adhuc peccauerunt, & sunt irregulares iudicati, quia cessante aggressione, occiderunt.

Ad illud de irregularitate breuiter respond. Quod instituti nostri non est fusius examinare, fuisse multos, etiam ex

ex nostra sententia, qui doceant esse irregularem occisorem ob rerum suarum inculpatum tutamē. Ita docuit Syl. verb. illo bellum 2. §. 7. & excommunicatio. 6. §. 4. casu 9. & homid. 3. q. 2. Anton. §. illo 2. cap. 3. tit. 4. par. 3. Ang. homicid. 1. §. 2. & 5. & defensio §. 3. & clericus 10. §. vlt. Margarita seu Sum. confess. præcept. 5. Nauar. cap. 15. n. 2. & 3. & cap. 27. num 209. 218. 211. 213. & 215. Ledes. 2. 4. quæst. 26. art. 2. fol. 364. Cord. lib. 1. qq. quæst. 26. §. Nec mirum. Armill. verb. irregularitas §. 41. Imo idem docent prædicti authores de iusta defensione omniū aliarum rerum, exceptā vita, vel membro, vt honoris proprij, vitæ proximi innocentis imo & reipub. 405

Mihi verō placet sententia Couar. 3. p. relect. §. & nu. vlt. Sot. lib 5. de Iust. q. 1. art. 8. in fine corporis. Nunquā enim inuenies in iure occidentem vim vi abigendo, siue ob vitam, siue ob aliam rem iustē tamen, & seruato moderamine inculpatæ tutelæ, esse irregularem. Et ad cap. interfecisti, & suscepimus iam est satis responsum, esse sermonem cùm peccatū interuenit, & excessus in debita tutela, qua ratione intelligere etiam oportet c. Significasti in. eodem tit. & cap. de ijs cleri. 1. & 2. 50. distin. Et ita ibi etiam est sermo de defendente se, & imponitur pœnitētia. Eodem pacto intelligitur c. Si viduam, eadem d. Idem cēsent doctores esse dicendum, cum quis occidit, ne patiatur Sodomiam vel stuprum, &c.

Clericus inuasorē rei familiaris occidēs, seruato moderamine inculpatæ tutelæ, irregularis nōest contra Sylues. & alios.

OCTAVA dubitatio. An pro salua vita, honore, rebusque proximi innocentis ac reipub. liceat occidere. Et quando homo id efficere teneatur, vt sit ab iniustitia, & restitutione immunis? In quo ex omnium sententia breuiter est dicendum, quod occidens inuasoreem proximi innocentis, nec peccat, nec restituere quicquam tenetur. Sicut enim propriam, ita & innocentis proximi, qui charitatis vnione nobiscū vnū est vim depellere licebit. Si enim ille iustū bellū habet cōtra aggressorē, illud iuuare & exequi licitū & charitatis officiū esse debebit. Et multo plus, cū respub. & bonum cōmune inuaderetur vt de se constat. Nec irregularitas incurritur, ex tali homi- 406

Pro saluāda vita, honore, rebusq; proximi innocentis, ac reip. inuasorē occidere licitum est.

cidio, vt modo dicebam. Limitauit tamen id Mercad. cap. 5. quando essent in actuali conflictu, & probabiliter crederetur innocentem occidendum. Aliâs non liceret, vel conflictu transacto, etiamsi esset noxius contra innocentem, vel si essent æqualiter pugnantes in conflictu. Tum enim pax esset componenda: neutèrque occidendus. Si tamen innocens iam vinceretur, liceret iniustum, aut proteruum inuasorem occidere. Quis autem sit innocens, iam supra diximus. Quod ipsum docet Mercad. cap. 5. imo. & cap. 4. Est enim innocēs etiam si aggressor fuerit in principio, & causam dederit aggressioni: si modò iam desistere vult. Is inquam tanquam innocens est iudicandus, contra alterum, qui est verè aggressor. Idem docet Merca. vt supra dixi, pro defendēda honestate virginis, vel alterius publicæ mulieris, si tamen ipsa se defendere, aut defendi vellet, & omnes ita fatentur. Sicut etiam pro defensione alterius in honore & rebus.

407

Explicauimus aut omnino, aut magna ex parte rationem homicidij tam publicæ, quā priuatæ personæ, quòd directè, & positiuè efficitur. Quia tamen proximus indirectè, aut negatiuè solet occidi, quando scilicet negligentia, aut omissione tua frater periit. Iuxta illud Ambros. *si non pauisti occidisti.* A Equum erit, vt de hoc occidēdi genere pauca dicamus.

408

Vltima dubitatio.

Sciēs proximū esse in mortis articulo, tenetur ei succurrere paruo labore, lege charitatis, non iustitiæ, nisi sit persona quæ ex officio ad id tenebatur.

Postrema igitur dubitatio sit. Vtrum non defendens à morte proximum, cum id facere possit, sit homicida, & ad restitutionem obligatus? Quia in re, quia non magna est doctorum controuersia, breuiter per puncta veritatē explico. Primū, quicumque sciens proximum esse in mortis articulo, vel scire debens, quem nullo negotio, vel certè paruo labore & incommodo posset ab ea necessitate eripere, tenetur sub mortali opem ferre, siue pecunia, siue pane, siue consilio, auxilio, fauore, testimonio, &c. Id enim præceptum est eleemosynæ, & charitatis, quo tenemur proximum, sicut & nos diligere. Vnde vnicuique mandauit Dominus de proximo suo. Et hinc est illud vulgatissimum Ambros. axioma, *si non pauisti, occidisti. Qui videt*

det proximum egere (ait A post. Ioan.) *& clauserit viscera sua quomodo charitas Dei manet in illo?* Siue igitur armis, siue cō 409
silio, siue testimonio, aut eleemosyna, præceptum est diuinum, & naturale, proximi vitam conseruandi.

Secundum assertum sit. Non semper esse obligationem iustitiæ, ac per consequens nec restitutionis. Nisi quando is, qui nō succurrit ex officio, facere tenebatur. Quales sunt principes & alij superiores, qui ex officio positi sunt ad obuiandum malis, & conseruandum bona ciuium. Qualis etiam est testis in iudiciū vocatus, custos prædij, & huiusmodi, vt latius dicemus infrà. Et eadem ratione censet Nauar. capite 24. numero 20. inferiores teneri ad defendendum superiores ex officio. Atque ita homicidium ex eorum omissione secutum illis imputari, nō solum ad peccatum, sed ad restitutionem. Imo vt nonnulli volunt excommunicationem incurrere, si clericus esset occisus, & ad irregularitatem.

Inferiores, superiores defendere tenentur, sub onere restitutionis.

Horum autem ratio est: quia quando ex officio facere tenetur, lege iustitiæ ad id obligatur: vt autem supra docuimus omnis illator damni etiam negatiuè se habens, ex transgressione legis iustitiæ, tenetur de damno sequuto. Secus esset, si ex charitate tantum teneretur, vt testis antequam esset in iudicium productus. Et non dans eleemosynam grauiter indigenti, &c. Vnde constat, verum nos docuisse suprà, de iudice condemnante aliquem, aliàs dignum morte, sine sufficienti probatione, esse homicidam & ad restitutionem teneri vitæ, & damnorum. Cum ex officio teneatur, secundum allegata & probata, & non aliter iudicare. Id verò, quod de defendenda proximi vita diximus, proportionabiliter & generaliter est accipiendū de omni dāno in honore, & bonis proximi dato, exeo quod ei non obuietur, cui ex obligatione officij est obuiandum, de quo supra latè cum de culpa leui, & luissima egeremus. 410

Tertio arbitramur de lege charitatis disputari posse, an cum detrimento proprio teneatur quis proximum a morte, vel ab alio damno, eripere. Et quidem, iam docuimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum detrimento propriæ vitæ, proximo opem ferre non licet. contra Sylvest.

quod si parua esset iactura vel labor, teneretur sub mortali, lege charitatis succurrere. Dubitatio ergo est quando magnum esset detrimentum subeundum ex ope ferenda. Et sanè, si detrimentum esset propriæ amittendæ vitæ, manifestum est apud omnes, quod nullus tenetur, nec iustitiæ, nec charitatis lege. Cæteris enim paribus vnusquisque sibi magis, quàm alteri tenetur, & potest succurrere. Vnde suprà docuimus peccare eum, & sui esse homicidam qui pro salute cognati, vel amici, vitam effundit suam. Charitas enim ordinata est a se incipiens. Licet oppositum senserit Sylvest. homicid. 1. q. 5. de habente publicâ potestatem, vt statim dicam. Et eadem est ratio de bonis temporalibus, quæ sunt necessaria simpliciter ad vitam. Illam enim eodem iure seruare possumus, & debemus ac ipsam vitam. Nam vbi vnum propter aliud (teste Philosopho) ibi est tantum vnum. De superfluis ergo naturæ, necessariis tamen ad statum, docet Nauar. in sum. ca. 24. num. 14. Quod tenetur quis cum illorum detrimento proximi vitæ succurrere. Oppositum autem tenet Caiet. 2. 2. q. 64. artic. 8. Cuius ea ratio est: quia non imputatur mihi quod dare non debeo. Verum hæc ratio planè petit principium.

411

Non teneor cõferre pecuniã alicui volenti se occidere, nisi eam illi præstẽ

Ideo mihi videtur, quod si in potestate occidẽdi est, se à morte liberare, non autẽ vult, nisi pecunia accepta, nõ tenetur alter illi dare. Vt si quis dicat sibi mortẽ fore illatũ suspendeo vel præfocatione, &c. nisi ei detur pecunia. Ille enim ex malitia peccat, & in necessitate nõ est cõstrictus, ac propterea eo casu vera est Caiet. sentẽtia. Inde est quod si aliqua mulier nollet à mala sevita reuocare, nisi ei detur certa quantitas, nõ tenetur aliquis dare. Tale enim peccatum vel damnũ nõ imputatur alteri. Cũ ipse possit se ab eo dãno liberare. Atq; ita sensit Dominicus de Soto art. 8. ad medium versic. *Est verbi gratia.* Fortasse tamen, si nõ ex malitia: sed magna quadã passione, vel ignorãtia, aliquẽ se suspensurũ viderem, vel aliquod aliud malũ in se perpetraturũ, quẽ tamen scirem, oblata notabili pecunia, vel aliquo alio, nõ esse factũrum, dici posse teneri lege charitatis

412

Occidere se volenti nõ ex malitia, sed passione quadam, lege charitatis,

ritatis, illi damno obuiare. Quia quamuis ille semper volũtarié cõmittat, & ita simpliciter non sit in articulo necessitatis, tamen, quia vehemens passio, minus liberum facit actum, & moraliter est difficile ob passionem vel ignorantiã, frangere sese, & ea ferre patienter, ac tolleranter quę prẽmunt, videtur esse necessitatis articulus & Christianæ veræque charitatis lex ad id obligare.

teneor dare pecuniam, quæ á tali proposito separetur.

Sensit Sylvest. homicid. 1. q. 4. Eius sententiam vt intelligas coniungas oportet versicul. *Et similiter.* cũ versic. finali *& adde.* Si verò mors in eius non est potestate, quia scio. v. g. Ioannẽ occidere Petrum, nisi ei pecuniã offerã, quo ab ea mente desistat, quidquid Caiet. dicat putarem teneri sub mortali pecuniam offerre, etiamsi ex malitia peccet occisor. Ita docuit glossa in princip. dist. 88. Nauar. c. 24. num. 9. Armil. homicid. ad finẽ. Sylvest. homicid. 1. q. 6. Ratio est meo iudicio: quoniam ille innocens est, at pro vita innocentis seruanda tenetur quis lege charitatis rem familiarem postponere, cum frater extrema necessitate laboret, vt infra dicemus latius. Et videtur sententia Ambrosij in cap. Non satis. 86. distin. Vbi sic ait: *Grandis culpa, &c.* & infra. *Si tempore afflictionis suæ á te nihil impetrat. Si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valet, quàm vita morituri, non est leue peccatum.* Desumpta sunt hæc verba ex lib. 1. Officiorum cap. 31. Et eadem verba habemur in l. Si ob turpem. ff. de Conditio. ob tur. causam. Et in l. 1. §. ex pluribus. ff. de Acquirenda possessione. Caiet. autem opinionem putarem veram, quando ille qui petit pecuniam, non habet animum firmum occidendi: sed minatur, vt pecuniam extorqueat. Nos siquidem loquimur, cum certò credit innocentem occidendum fore, nisi eius vita pecunia redimatur. Et eadem est ratio, de aliquo malo alio corporali, quę dicitur grauis necessitas. Vt est captiuitas, carcer, morbus, vulneratio, aut mutilatio, graue dedecus, calumnia, &c. Vnde Ambros. in d. cap. Grandis culpa: *si sciente te proximus egeat. Si causa ceciderit captiuitatis, vel calumniæ. Si sit in carcere positus, &c.* Vnde Dominus Matth. 26. ob id condemnãdos fore multos pronunciauit,

Petro pecuniã dare teneor, qua illum ápropósito occidendi alium auertam.

413

414

Universidad de Deusto
Biblioteca

pronuntiauit, quia egenti non subuenerunt cibo & potu. Existenti in carcere, infirmo, &c. Non enim si ista facere merum esset consilij opus, damnare deberent, igitur in eo, præceptum transgressi sunt. Tandem generalis regula esse debet. Si in similia mala ex tali ope incurrere debet non tenetur. Sicut enim vitã alterius, cum propriæ periculo conseruare non tenetur: sic nec honorem, aut rem familiarem alterius, cum simili iactura, vt latius dicemus.

415

Honorem, vel rem familiarẽ proximi cum re uera propria, tueri nullus tenetur.

Quamuis Syluester homicidio primo quæstione sexta docere videatur, quod sic ex officio tenetur defendere, quia publicam habet potestatem: tenetur etiã cum periculo vitæ defendere: quod non placet. Officium enim non ad tantum sui dispendium obligare fas est. De superfluis autem naturæ tenetur vitam proximi tueri, & de superfluis status alterius, graui necessitati subuenire, vt infrà latè agetur, & docet Syluester indicta quæstione sexta. Sunt autem graues necessitates, quæ ab Ambrosio in dicto capite sunt annumeratæ, imò quæ à Christo Redemptor noster, Matthęi vigesimo sexto explicantur. Ex his ergo constat quis teneatur restituere homicidium negatiuè commissum ex eo, quod non defendat, vel conseruet, cum debebat, de quibus latius infra.

Hactenus loquuti sumus de damnificante per homicidium. Oportebat de mutilatione disputare. Et quidem, quoniam, quod ad peccatum, & restituendi obligationem attinet satis dictum esse arbitramur supra. Et cum proportione quadam eadem sit ratio quoad iniuriam, & restitutionem de vitę & membri ablatione. Cumque etiam de irregularitate ex membri truncatione, plura erant à nobis sępius cogitata, quę non aliena à delectatione & fructu existerent. Quia tamen veremur, ne opus plus fortasse crescat, quàm vellemus, ab hac modo disputatione abstinendum duximus. Quare de aliis corporalibus iniurijs agamus.

416

QVAR-

QVARTA PARS DE LAEdente in cæteris corporalibus bonis.

SVMMARIVM.

Stuprum nouam maliciam supra simplicem fornicationem adit, secundum D. Thom. & alios, nu. 417

Stuprum adit nouam maliciam supra simplicem fornicationem, quando puella extracta est de domo parentum, etiam voluntariè, num. 418

In iuuene stuprum, non est speciale peccatum, num. 418

Stuprum non est peccatum contra iustitiam commutatiuam, quando puella non est sub dominio parentũ, secus vero si sit sub illo, tamen ad restitutionem non obligat. num, 419

Stuprum multis modis summitur, num. 419

Stuprans puellam libere consentientem, nihil tenetur restituere, contra Barth. & Med. num. 420

Puella suæ virginitatis domina est, num. 422

Puellam libere consentientem stuprare, non est delictum contra iustitiam, num. 422

Stuprans libere consentientem, nulli restitutionem facere debet, contra Cord. num. 423

Puellam violenter stuprans absoluta vi, eam vxorem ducere tenetur, secũdũ Angelum, nu. 424

Stuprans virginem violenter, aut mendatijs, & falsis promissionibus, illam dotare, aut vxorem ducere tenetur, num. 427

Stuprans virginem sub promissione matrimonij, eam vxorem ducere tenetur, num. 427

Stuprans virginem suasionibus, ad restitutionem dam-

norum

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum tenetur, secundum aliquos, num. 428
Puellæ consentienti in stupro non infertur vis, si solum intercedant præces & suasiones, seclusa metu etiã reuerentiali, minis &, alijs huiusmodi. num. 428
Reuerentialis metus causat inuoluntarium, & similiter præces principium, num. 429
Mulier præcibus aliquid excipiens à suo fornicatore, acceptum restituere non tenetur, num. 430
Trahens aliquam ad ludum, pudore aut conuitijs, eiue stituere tenetur, num. 431
Occultè & omni fraude seclusa, ad corruptam accedens, quæ aut virgo habebatur, nihil tenetur restituere, num. 432
Accedens ad corruptam libere consentientem, vel se offerentẽ, quæ vt virgo habebatur, nihil ei tenetur restituere ex iustitia, secus vero si culpa viri infamiam patitur, num. 433
Stuprator iniustus non tenetur ad restitutionem, si virgo nupsit æquè bene, num. 434
Infamator nihil tenetur restituere, si infamatus aliqua via suam famam adeptus est, num. 435
Stuprator iniustus ad restitutionem tenetur, si virgo quæ nupsit male à marito tractatur, vel deseritur cognito vitio. nu. 435
Mulier acceptum pro virginitate non tenetur restituere, licet nullum patiatur detrimentum, num. 438
Mulier stuprata, post inuentum maritum, aut alium statum religionis, nec promissum pro virginitate petere potest, nec stuprator illud restituere tenetur, num. 439
Obligatio ad proximum duplex, num. 439

CAETE-

CAETERAS corporales iniurias videntur inferre arripiens] virginitatem, ad Sodomiam cogens, vulnerans, vel alapa percutiens, verberator, incarcerator, tortor &c. Quare ordine, breuiter dicamus de singulis. 417

Ac Prima dubitatio sit de stupro. In quo, quoniam ad restitutionis naturam probè intelligendam, necessarium est nosse, an stuprum in sua ratione addat malitiam specie distinctam supra simplicem fornicationem operæ pretium erit strictim declarare. Sane D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. & Caiet. ibidem Nauar. in sum. ca. 16. nu. 3. Ang. verb. luxu. §. 1. & verb. Stuprum in prin. Vignet. in sum. c. §. 4. vers. 4. Sylvest. luxur. & stuprum q. 1. Anto. 2. par. tit. 5. §. 1. Armill. verb. stuprum, Cor. lib. 1. qq. quæst. 13. punct. 6. ad argum. Omnes in eo consentiunt, quod stuprum addit malitiam specie diuersam à fornicatione. Ratione ex omnibus melius reddit Caiet. ex D. Thom. elicitam. Quoniam licet ipsa & parentes consentiant: tamẽ ex natura facti sit illis iniuria, cui iniuriæ pater & ipsa renuntiare non possunt. Est enim illi à natura tributum sigillum virginale, vt esset illam naturaliter conseruans, & habilitans ad matrimonium sub cura & custodia parentũ. Vnde qui illum frangit, & qui in se frangi permittit, specialiter delinquit, contra naturalem custodiam tali signaculo deditam, natura sic ordinante.

Stuprum nouam malitiam supra simplicẽ fornicationem addit, secũdum D. Thom. & alios.

Contrariam sententiam astruere contendit Dominicus de Soto in 4. distinct. 18. quęstione 2. articul. 4. versi. *de simplici natura, Saltem* (ait ille) *quando puella non est sub cura parentum*, quod consequenter diceret si esset existens sub eorum cura, illi tamen consentiunt. *Quia* (inquit) *puella est domina sui corporis in illo vsu*. Quia licet peccet peccato luxuriæ, tamẽ nemini facit iniuriam. 418

Mihi videtur primum, quod si puella est violenter oppressa, vel extracta de domo parentum etiam voluntariè, planè est species distincta, quę raptus dicitur. Fit enim patri manifesta iniuria, illam de domo eius educendo etiam consentientem, vel ipsam renitentem in domo violando aut extraendo. Neque in hoc vllus dubitat. Ita Sotus, Sylvest. vbi supra, & D. Thom. artic. 7. & a fortiori, si est sancti.

Stuprũ adit nouã malicią supra simplicem fornicationẽ, quando puella extracta est de domo parẽtum etiã volũtariè

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctimoniales, & vt Syluester notauit vtroque casu, est speciale peccatum raptus & iniustitiæ, etiamsi non esset virgo, sed corrupta.

In iuuene, stuprum non est speciale peccatum.

Secundo mihi videtur, quod in iuuene nũquam est speciale peccatum. Non enim est uaturaliter sub custodia parentum, vt habilis seruetur matrimonio, quod omnes fatentur.

419

Tertio igitur mihi videtur, prædictos doctores cõciliari posse. Nam si sermo sit de speciali iustitia commutatiua. Verissima mihi videtur Sot. sententia. Licet enim peccet tamen non facit vlli iniuriam. Cum ipsa sit domina sui corporis, sicut posset nolle perpetuò matrimonio iungi & ita nulla erit restituendi obligatio, si ipsa consentiente fiat stuprum. Si verò sermo sit largè de iustitia. Qua ratione multi fatentur mutilantem se, peccare contra iustitiam, aut se occidentem, vt suprà retulimus. Quia nonnullam facit reipublicæ iniuriã, concedi posset id, quod Caiet. docet. At hæc non est iniustitia ad restitutionẽ obligans. Cum nulli in particulari fiat iniuria: sed tantũ communi ordini naturæ & reipublicę. Neque est circunstantia mutans speciem necessariò confitenda, vt bene Sot. docuit. Vnum tamen placet hic animaduertere, ne lector confundatur. Quòd stuprũ variè solet sumi à doctoribus. Quãdoque enim adulterium: quandoque omnem luxuriam significat: quandoque virginis violationẽ vt ex D. Thom. art. 6. constat. Hic plures disputare possunt quæstiones de stupro facto prætextu matrimonij. Vt si quis fictè promisit, sine intentione promittendi: sed fallendi potius. Item si ea promisit se ducturum, quæ erat opinione virgo & tamen re ipsa non erat, &c. Quæ cum de matrimonio disputabitur, commodius explicabuntur, cum de sponsalium obligatione agitur. Quare hoc loco ea tantũmodo explicare tentabimus, quæ ad stuprum attinent sine ordine ad matrimonium, quando scilicet virgo cognita est, sine promissione matrimonij. Id enim ad restitutionis naturam magis spectat.

Stuprũ non est peccatũ cõtra iustitiam commutatiuã, quãdo puella nõ est sub dominio parentum. secus vero si sit sub illo, tamen ad restitutionem non obligat.

Stuprum multis modis sumitur.

420

SIT ergo secunda dubitatio. Ad quid teneatur qui virginem violauit? Et quidem si ipsa liberè consentiat, manifestum

manifestum est ei nullam deberi restitutionem. Scienti enim & volenti non fit iniuria. Vnde falsa est prorsus illa sententia, quam primus inuenisse videtur Barthol. Med. in sum. lib. 1. cap. 14. fol. 160. Qui non modo restituendum in hoc casu damnum existimat: sed etiam teneri stupratorem eam accipere vxorem, etiam si liberé omnino & ea rogante, secutum sit stuprum. Probat duabus rationibus. Primo: quia stuprator etiam, si absoluatur, & liber declaretur, non manet quietus: sed scrupulo conscientiæ pulsatur. Secundo, quia virgo, non est domina suæ integritatis vnde sicut non potest in membri abscisionem concedere: ita neque in fractionem sigilli.

Stupræns puellam libere consentientem, nihil tenetur restituere, contra Barthol. Medin.

421

Falsa igitur est omnibus modis ista, leuibusque rationibus instituta sententia. Nam quamuis daremus illum teneri ad restitutionem (quod non est verum) tamen, quod eam ducere teneatur, omnes rationis metas excedit, nec ipse vlla ratione probat. Nam (omissa illa leuissima ratione sua de scrupulis, ex quibus argumentum ab aliquibus doctoribus in hoc opere desumptum sæpe deficit, vt friuolũ & omnino infirmum: maximè quia rari sunt, qui ita scrupulosé agant, postquam à confessore, vel Theologo liberi sunt redditi) secunda illa, ratio minimé vrget. Quia, vt infra probauimus puella domina est suę virginitatis. Non ita, vt licitè possit eam amittere extra matrimonium: sed quia nullam facit iniuriam amittendo. Quod si quæ à stuprante iniuria fieret, patri certé, & non puellæ fieret, vt statim dicemus, quod nec etiam verum est. Deinde: quia esto non esset domina & ei, & patri fieret iniuria. Vnde argumentum ducitur, quod eam ducere teneatur, & nõ potius damna secuta reparando, satisfacere? Vel enim tenetur eam ducere ex contractu, vel ex delicto. Non est ex contractu. Ex contractu minimè: cum nulla promissio matrimonij præcesserit, vt supponimus vera, vel ficta. Ex delicto minus: quia delictum non est contra iustitiam, cũ ipsa libera rogãusque consenserit, vt ipse etiam Medina supponit. Tum quia esto sit delictum contra iustitiam, solum nascitur ex delicto obligatio restituendi damna, vt æqualitas, & iustitia seruetur, nec aliud lex iustitiæ requirit. Tan

Puella sue virginitatis domina est.

422

Puellam liberè consentientem stuprare nõ est delictum contra iustitiam.

dem, quia si ea sententia esset vera, vix tandem esset iuuenis, qui non teneretur ducere aliquam, quam sponte vitiauerat, quod est ab omni ratione alienum.

423

An autem patri restitutio debeatur, maior dubitatio est: quando est sub eorum cura. Si enim grandæua est, nulli debetur. Cord. ergo in lib. qq. quæstione 13. dict. 5. docet quòd si puellæ secutum est detrimentum in nuptijs, tenetur restituere, etiam si illa remittat. Quia in stupro fit iniuria parentibus & puellæ, licet ergo non teneatur ratione iniuriæ factæ puellæ: tamen tenebitur ratione iniuriæ parentibus, vel tutoribus factæ. Secus ait Cord. quando nullum est datum detrimentū in nuptijs, vel infamia. Pro hac sententia citat Caiet. & D. Thomam in dicta quæst. 154. art. 6.

Stuprans libere consentientem, nulli restitutionem facere debet, cõtra Cordub.

Mihi aliter videtur, quod scilicet, si illa leuiter consenserit, nulla restitutio vlli debetur. Vt enim dubitatione præcedenti diximus, licet fiat aliquando iniuria parenti: tamẽ non est specialis iniustitia, cum ipsa sit vera domina suicorporis, & nuptiarum iacturam pati possit, si velit. Nulla ergo est restitutionis obligatio. Et ita cum solum Diuus Thomas, & Caietan. nihil de restitutione sint loquuti, sed tantum dixerint fieri parenti, vel curatori iniuriã immeritô â Cord. pro sua citantur sententia. Nobiscumque sentit Sot. lib. 4. de Iust. q. 7. art. 1. ad 2. & Speculum coniug. 2. par. art. 19. ad finem, quidquid etiam prædictus Medina contra docere conetur.

424

Puellam violẽter stuprãs, absoluta vi, eam vxorem ducere tenetur, secundum Angelum.

Si autem violẽter, sit habita, maior dubitatio est. Et quidem vis in puella potest fieri, vel absoluta vi, sub qua dolum & ignorantiam intelligo, vel metu mortis, vel importunis precibus. Si primo modo fiat, docet Angel. stuprum §. 1. quod non solum tenetur eam dotare, sed etiam ducere vxorem. Atque idem censet, si eam se duxit, vel decepit. Et pro ea sententia refert Panorm. in cap. 1. de adulterijs. Eam planè docuit Bartholomæus Med. loco citato. Et probari posse videtur satis apertè ex c. 1. & 2. de adulterijs. Nam in cap. 1. sic scribitur: *Si quis seduxerit virginem, nondum desponsatam, dormierit què cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam*

iuxta modum dotis. Et in cap. 2. ait Greg. Papa *disponimus, vt quam stuprauerit vxorem habeat, ac si venundum patauerit, corporaliter castigatus, & excommunicatus retrudatur in monasterium.*

425

Sed verius docet Cord. quæst. 13. dict. lib. 1. quæst. Antonin. 2. p. titulo 5. cap. 6. §. 1. Veracruz in speculo coniugiorum 3. p. art. 9. Naua. cap. 16. num. 16. dictam dispositionem esse accipiendam in foro exteriori, in conscientia enim solum tenetur ante sententiam damnum resarcire eique satisfacere, vel eam ducendo, vel dotando. Imo docent Nauar. & Cord. non teneri ante sententiam ad dotandam totaliter, sed ad reparandum damnũ omne, quod illi euenit iuxta boni viri arbitrium, siue sit pecuniam dãdo, vt cum suo patrimonio honestè viuat, vel vt in loco honesto reponatur. Dare enim totam dotem, tantum est pœna post sententiam. Sylvest. verò huius est sententiæ, qui secluſa promissione de ducenda fatetur, solum teneri in conscientia ad reparanda damna ex violentia vel seductione incursa. Et ad idem tenetur, si est clericus, vt Sylvest. docet. & ratio iustitiæ postulat. Quamuis contra sentiat Iosephus Angles in Floribus Theolog. 4. sent. quæstione de Rest. bonorum corp. dub. 7. concl. 1. 5. & Angel. vt ipse refert.

426

Stuprans virginem violenter, aut mendacijs & falsis promissionibus, illã dotare, aut vxorem ducere tenetur.

Sed quæ sit dicenda vis in hoc casu, non est facile explicare. Primum ex omnium sententia, si corporalis vis est illata, non dubium, quin teneatur ad supradicta. Secundo, si metu graui id faceret, vt patet. Tertio, si mẽdaciis & falsis promissionibus: tum enim non liberè consentit. Atque idem est, si vanis & impossibilibus, quod intelligo, si illa crediderit. Si enim ipsa sciebat esse impossibilem, vel certè non condecentem & iustam, non potest dici decepta. Quo fit, vt impropriè censeam elocutum Ioseph Angl. conclusione 2. malieri seductæ falsissimis precibus (sic ille loquitur) nihil esse restituendum, dummodo (inquit) falsę promissiones non adsint. Impropria est enim ista locutio. Preces enim veritatẽ, aut falsitatẽ non continent, cũ nõ fiãt verbo indicatiuo, nec sunt propositiones, vt logici dicũt, sed quædam obsecrationes modo imperãdi effectæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus dicere non possumus, verum vel falsum dicis, sed id Dialecticis dimittamus.

427 *Stuprans virginem sub promissione matrimonij, eam vxorem ducere tenetur.*

Quartò si promissio fuit de matrimonio, animo promittendi: licet non implēdi: tum non solum dotare, sed eam ducere tenetur ratione promissionis, & quia illa aliàs non consentiret. Si verò fictè promisit sine animo promittendi, fatentur omnes teneri ad restitutionem. An verò teneatur eam ducere, doctorum concertatio est. De quo infra latius agemus. Quamuis omnes in eo conueniant, quod si vir erat longè nobilioris conditionis, satis erit dānа reparare. Quia vt dicebam, non præsumitur seducta. Quod limitandum putarem, si puella id intelligebat. Posset enim esse ita inuincibiliter ignorans, vt reuera crederet ab eo ducendam fore, & aliàs non consensisset. Tum enim licet in foro exteriori liberaretur nobilis propter disparitatem, quia præsumeretur mulier non fuisse seducta, tamen in conscientia non putarem esse liberum a dānorum restitutione, quia, vt dixi reuera illa, nō nisi in matrimonium consensit.

Quintò existimamus, quód si promissiones erant, puta de pecunia, fauore, &c. Quidam dicunt, quod tenetur quia excecant, & per consequens inferunt vim leuibus mulierculis: sed non putarem. Si enim ille implet, nullam vim intulisse video, & ita docuit Sotus lib. 4. de Iust. quæst. 7. art. 1. ad 2. Sextò tamē si copula est consequuta precibus importunis, & suasionibus vehementibus, vel muneribus docent quidam teneri ad restitutionem. Quoniam illæ respectu leuium puellarum coactionis rationem habent. Sic sensit Nauar. num. illo 16. & Cord. vbi supra dict. 4. & maximè d. 7. Ioseph Angles, vbi supra conc. 4. Barth. Med. §. prælegato. In quā sentētiam Cor. citat Abulēs. super Exod. 22. q. 12. Nicol. de Lyra ibidē Ang. & Ant. Syl. luxuria q. 5. Cai. 2. 2. q. 15. ar. 6. Et probari potest per l. C. de Rapt. virg. Et gl. in c. Scienti de Reg. iur in 6.

428 *Stuprans virginē suasionibus, ad restitutionē damnorum tenetur, secundū aliquos.*

Ego vero quæ vis esse possit in eo, quod precibus, & persuasionibus fit, numquam potui deprehendere, omni secluso metu etiam reuerentiali minis, & huiusmodi. Aliàs qui assiduis precibus ac muneribus officiū, vel quid simile obtineret,

obtineret, iniustitiam committeret, & restituere sic adquisitū teneretur. Quod ab omni veritate est seiunctum. Et licet puellæ sint leuiores & procliues ad sui copiam faciēdam, solùm efficit illarum consensum esse faciliorem, non vt liber non sit, vel vt ei fiat iniuria. Preces enim ac suasiones potius augent, quām minuunt voluntarium, teste D. Thom. 2. 2. q. 6. quando omnis dolus, ac metus abest. Et ita planè sensit Sylvest. quæst. illa 5. & Ledes. 24. q. 18. art. 2. immeritò à Cord. pro sua sententia citatus. Cū aperte dicat, quód si quis volentem puellam corrupit non vi, metu, vel mendacibus promissionibus, nō tenetur, &c. qui in eandem sententiam refert Archia. In eo casu hanc sententiam veram putarem, quando dictæ assiduæ preces essent hominis, à quo illa dissentire sine incommodo non posset, vt si esset eius dominus à quo beneficia sperat, vel princeps à quo fauorem, & huiusmodi. Is enim metus quidam reuerentialis dicitur, causatqué inuoluntarium, ob id quê dici solet, Preces principum iussa sunt, & vim infertur.

Puella consentientis instupro nō infertur vis si solum intercedant preces & suasiones, secluso metu etiam reuerentiali, minis & alijs huiusmodi.

429

Ad argumenta Cord. & Nau. respon. falsum esse, quôd eo solo, quod quis persuasione trahatur, nisi alia fraus, vel metus intercedat fit obligatio restituendi, de quo infra latius. Sed, ais, illa non aliter consentiret. Fateor. Sed sponte consentit. Multi enim multa non facerent, nisi rogati, & tamen non ob id dicemus iniuriosé ab eis esse extortū actum. Quæ enim mulier nisi rogata consentit etiam iam corrupta? Sed non ob id dicemus illi esse vim illatam. Ex quo colligo sententiam Bartho. Med. qui in loco citato putat in hoc casu vitiatorem teneri eam matrimonio sibi iungere, falsam esse omnino, & contra communem Doctorum consensum. Si enim quando eam coegit simpliciter, ad id non tenetur, vt supra ostendi, multò minus tenebitur cum precibus & muneribus assiduis eius cōsensum adeptus est. Et quando ad restitutionem teneretur, id est, siue damna reparando, siue eam dotando, tamen eam ducendo omnino est à ratione alienum.

Reuerentialis metus, causat inuoluntarium & similiter preces principum,

430

Argumenta igitur Cord. resoluamus isto modo. Fundamentū siquidē ipsius ex dictis non verū esse videbitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mulier precibus aliquid excipiēs à suo fornicatore, acceptum restituere non tenetur.

Ad singulos autem casus dicendum est, falsum supponere mulierem per blanditias, & præces excipientem aliquid à suo fornicatore, teneri ad restituendum accepta. Id enim inferius, in ea specie carere firma ratione, & veritate declarabo. Secundum argumētum certē diffi cultatem facit. Video enim plerosque in eam ingressos sententiam, vt arbitrentur, eum qui precibus, & persuasionibus vehemētibus aliud ad ludendum traxit, teneri ad restitutionem. Eius profecto sententiæ planē sunt nobiles doctores. Sic sensit Cordub. vbi supra Ioan. Med. quæst. illa 22. versus finem, in quem sensum Adria. in 4 q. de ludo. D. Thom. est interpretatus, eamque falsam esse censet.

431

Verūm non iustè. Adrian. D. Thom. sentētiā intellexit in sensu prædicto. Siquidem doctissimē fatētur plerique eius sectatores aliter intelligendum fore, quando licet tales preces importunæ adhibentur, vt pudore, aut conuitiis, & huiusmodi quis omnino nolens trahatur ad ludum, vt explicat ibi Caiet. & Couar. in reg. peccatum 3. par. §. num. 7. Sotus 4. de Iust. q. 5. art. versus finē, versic. *de illo autem.* Sylvest. ludus quæst. 11. dict. 3. 15 sic D. Thomā declarant, vt tum demum censeat restitutionem faciendam eius, quod attractor lucratus est, quādo ita traxit, vt vi vel importunis precibus ruborem causantibus, ne si non luderet inurbanus & ignobilis haberetur. Tum enim meo iudicio metus intercedit, ad modum metus reuerentialis, quem nullum reddere contractum, cum causa illius est, infra dicemus, & ita dicemus nos libenter, cum is metus ex parte puellæ adest esse illi restituendum damnum.

Trahens aliquem ad ludū pudore aut conuitiis, ei restituere tenetur.

432

Tertia dubitatio.

TERTIA dubitatio sit. An is, qui ad eā accessit, quæ in populo virgo habebatur, sed reuera non erat, teneatur ad restitutionem? Respondetur omnium sententia, quod si occultē fecit, & omni fraude seclusa, nihil restituere tenetur, vt ex supra dictis satis constat. Quod verissimum puto. Si vero fama ei læsa est, tenetur de dāno arbitrio boni viri. Ita docuit Nauar. c. illo 16. n. 19. Mai. in 4. dist. 37. q. 33. Cor. q. illa 13. d. 5. Probat Cor. Quia ipse fuit causa illius damni infamię. Sed certe si ipsa volūtariè consensit

Occultè & omni fraude seclusa, ad corruptam accedens, quæ vt virgo habebatur, nihil tenetur restituere.

sensit, vel se obtulit, non video cur teneatur ex iustitia. Cùm famam, vel matrimonium futurum iniustè non abstulerit, vel sub falsa promissione. Ipsa sibi imputare debet tale damnum. Secus esset, si culpa viri ipsa patitur in famiam, vt quia illa occultè, & in loco tuto consensit, alter verò se iactans, vel alia via rem manifestans infamiæ causa fuit. Tum enim iniustus est damnificator, & tenetur prouidere de dote, vel alia via satis facere, ad quod alius quicunque proditor teneretur. Verum si illa famam amisit, vel sua culpa, quoniam ipsa, vel dixit, vel occasionem, vt diceretur, præbuit, vel alia quauis ratione sine culpa stupratoris, res venit in publicum, non inuenio, quam iniuriā ille fecerit, vt restituere teneatur. Nō enim fecit iniuriā ea fruendo. Cū ipsa sponte cōsenserit, nec infamādo, vel occasionem dando, aut culpa sua lata non obuiando damno, igitur, &c. Vnde patet friuolam esse rationem Cordubę.

Accedēs ad corruptam libere consentiētem, vel se offerentem, quæ vt virgo habebatur, nihil ei tenetur restituere ex iustitia, secus vero si culpa viri infamiā patitur.

433

QVARTA dubitatio, vtrum stuprator iniustus teneatur ad restitutionem. Si virgo nupsit æquè bené, ac si non esset defl orata? Et sanè non obid excusari ad restitutionem docuit Barth. non Med. fo. illo 160. & Gom. nu. 11. & potest probari hæc sententia. Quia quod illa matrimonium inuenerit per accidens est, & suæ fortunæ tribuendum, cum ipsa reuera fuerit damnificata in sua virginitate, sicut si quis aliquē membro truncaret, qui tamen fortè inuenit, qui sibi sine vllo labore, & expensis mederetur, sanumque redderet, non ob id damnificator erit à restitutione immunis. Cum damni efficax causa fuerit, nō salutis, aut prosperi euentus.

Quarta dub.

Secūdo, quia licet actu non fuerit damnificata, tamē in probabili periculo posita est amittendi matrimoniū, quod periculum actu incurrit, etiamsi matrimonium postea inuenerit. Poterat enim nō inuenire, idque magis erat probabile, at illud periculū est pretio æstimabile, saltem ergo tenebitur arbitrio boni viri. Alioqui, si prædicta virgo ante iam recepisset pretiū damni, teneretur, si postea matrimonium inuenit, vel continentiam seruare vellet, restituere acceptum, si quidem re ipsa non est detrimentum

434

Stuprator iniustus, non tenetur ad restitutionem, si virgo nupsit æquè bene.

435

Infamator nihil tenetur restituere, si infamatus aliqua via suam famã adeptus est.

Stuprator iniustus ad restitutionem tenetur si virgo quæ nupsit, male à marito tractatur vel deseritur cognito vitio.

passa. Verũ Cor. q. illa 13. dict 4. Didacus Perez super tit. 15. lib. 8. Ordi. Nau. c. 6. nu. 19. contra sentiunt, nullã esse restituendi obligationem. Et mihi maximè placet hæc sententia. Quam hac ratione probo, quia vt infra dicemus, damnum corporale ex fractione signaculi virginalis sicut nec homicidium, vel aliud damnum corporale non exigit de rigore iustitiæ pecuniariam restitutionem, licet bene iniuriæ illatæ satisfactionẽ. Hæc enim pretio æstimabilia non sunt: sed solum restituendum est in his omnibus damnum, quod ex talibus iniuriis consecutum est. Cùm igitur nullum in hoc casu damnum fuerit efficaciter illatum, cùm illa æque benè, atque antea nupserit, nullũ profecto damnum esse passa, cõsequens est, vt nulla ei debeatur restitutio. Adde, quod vt infra ostendemus, infamator nihil restituere tenetur, si iam infamatus suis optimis factis, vel alia via suam bonam famam est adeptus. Est enim eadẽ prorsus ratio, vt ibi latius dicemus.

Verum est sanè, quod si maritus cognito vitio eam malè postea tractaret, vel deserat, teneretur restituere arbitrio prudentis, vt Cord. docuit. Et per hæc patet ad primum. Non enim est verum, quod fuerit in effectu damnificata in eo, quòd restitutionem pecuniariam postulat, sed in eo solum quod satisfactionẽ iniuriæ corporalis requirit. Et ita illa est necessario facienda. Ad secundum respõdeo quod periculum, licet sit pretio æstimabile, tamen si non deducitur in pactum vt dicemus, non necessario exigit restitutionem re salua existente. Aliàs qui furatus est pecuniã, ob quod dominus periculo magni damni, expositus remansit, post damni euasionem teneretur restituere quod nullus dixerit. Alioqui sequitur, quod si ipsa obiret, antequam matrimonio iungeretur, teneretur restituere hæredibus pretium ratione periculi, & damni dati, quod dicendum non est.

436

Tertium verò argumentum, quod nos in hãc nostrã sententiã instituebamus, iudicio nostro probabilẽ reddit præfatã sententiã. Non enim video, qua ratione possit acceptũ pro virginitate retineri, si reuera nullũ est passa detrimentũ. Sic enim efficio argumentationẽ vtroque latere coarctan-

coarctãtem. Nã si prò periculo nihil potest recipere. Quo modo ergo iustè accepit, cũ reuera certũ nõ esset detrimẽtũ, nisi ratione periculi, cui erat exposita. Quod si malè accepit, malè retinebit. Si autẽ accipere potest ob periculũ. Et præterea iustè accepit, planè erit cõsequẽs, vt etiã post inuẽtũ maritũ, illi sit debita restitutio. Accipe simile: vulneraſti proximũ ob quã nullã restitutionẽ tẽporalis rei debes vt infrà dicemus, nisi ratione expensarũ, aut ob lucrũ vulnerato cessans, & huiusmodi. Ac ita res accidit, vt nullum penitus dãnũ patiatur vulneratus, siue quia miraculosè, siue, quia alio inopinato casu, sanus est factus. Certũ esse videtur nullã illi deberi restitutionẽ, & si quid accepit, retineri nõ posse. Datũ enim ob causam illa cessante retineri nõ potest. Sic igitur in proposito, cũ illi nõ debeatur restitutio, nisi ob dãnũ nuptiarũ, cũ illud nõ sit subsecutũ, nec accipere, nec acceptũ ob illã causam retinere poterit.

437

Sanè argumentum est difficile, quantumquè conjicere possum opinionem probabilem efficiens. Sed responderi potest. Primum, quòd pecunia illa accepta, quæ fuit vel dos, vel pars dotis, ipsa est assecuta maritum illum ignorantem defectum cum fortasse nõ inuenisset talẽ, nisi ea pecunia. Sed demus quòd ipsa, pecuniam absq; õdens dixit se tantum habere dotis, seruans dictã pecuniam pro bonis paraphernalibus vel vt alteri donaret, nec propterea amisit idoneum coniugem sua parua dote. Tum enim difficultas argumenti restat. Verum respon. quod inuenisse postea maritum talem suæ vel industriæ, vel fortunę est tribuendum nec ob id priuanda est pretio accepto, vel promisso, postea recepto. Sicut si accepto, vel promisso pretio illa vellet vel monasterũ ingredi, vel viuere cõtinẽter, nõ propterea diceremus teneri ad restituẽdũ acceptum vel nõ recipiendum promissum. Id enim illius voluntatis fuit, non ex parte damnificatoris. Ita sanè, quòd maritum inuenerit, suæ industriæ fuit vel fortunæ, nõ causa alterius, ac proinde illi nihil debetur. Maximè, quia periculum perseuerat, ne postea maritus intelligat, & ob id asperè tractetur, cui semper est exposita vxor.

Mulier acceptum pro virginitate non tenetur restituere, si nullũ patiatur detrimentum.

438

Vnum ad extremum addam pro dicti argum. solutione

corum

eorumque omnium, quę diximus in hac difficultate, quod à quibusdam audiui, ticque plamus intelligere licebit, quo pacto illa possit promissum accipere, ante matrimonium & stuprator teneatur dare, post maritum verò inuentum, nec ipsa possit exigere, nec alter dare teneatur. Est enim duplex obligatio iustitiæ ad proximum, vt infra latius erit à nobis tradendum. Altera, quę dicitur absoluta, vt quæ ex contractu, vel alio debito ortum habet. Et hæc semper manet mortuo creditore, & ad hæredes transit, vt soluere mutuum, vel depositum, aliaque debita seu damna data re parare. Quædam vero dicitur iustitia seu obligatio subsidiaria, id est, pro instanti aliqua necessitate. Et hæc nõsem per manet, sed ad diem tantum, & necessitatem instantem qua transacta, obligatio nulla supereſt. Vt dum quis tene tur proximo extremè indigenti subuenire, siue illa sit obli gatio iustitiæ, vt nos infra probaturi sumus, siue tantum charitatis, vt alijs placet. Durante enim prædicto necessi tatis tempore dare tenetur. At vero ea necessitate transa cta, siue quia aliter est prouisum, siue quia obiit ille, nul la est restituendi obligatio, vel ei, vel hæredibus eo emor tuo.

439 *Mulier stuprata, post inuentum maritum, aut alium statum religionis, nec promissum pro virginitate petere potest, nec stuprator illud restituere tenetur.*

Obligatio ad proximum duplex.

440

Item quandoque contingit quempiam alicui teneri alimenta dare etiam ex iustitia, quod si illa non dederit (dicunt isti) hæredibus restituere nihil tenetur. Erat enim de bitum personale, & subsidiarium ac proinde neque hæredibus, neque eidem elapso necessitatis tempore restituendum est. Et tamen in vtroque casu, si esset iam acceptum, vel promissum retineri atque accipi posset, etiam si necessitas non subsequeretur, vel alia via ei esset remedium adhibitum. Sic igitur in præsenti: stuprator ille tenetur ex iustitia subsidiaria, ac proinde si ille, antequam reddat pretium illa, vel nupsit conuenienter, vel obiit, vel monasterium, aut continentem statum est amplexa, non tenetur quidquam restituere. Cum tempus necessitatis sit delapsum; quòd si antè illa accepisset, iustè retinebit acceptum,

441 vel accipiet tum antea promissum, quod ei tempore illo necessitatis, damniquè probabilis, erat debitum. Neque vero nos hunc modum dicendi omnino improbamus. Is igitur

igitur omnibus propositis eruditus lector, quæ sibi melio ra videbuntur amplectetur. Atque hæc de stupro satis hoc loco dicta sint.

De cæteris corporalibus iniurijs.

SVMMARIVM.

PVblicè potestati licitum est, corporales pœnas & no cumenta infligere, num. 442

Verberare, vulnerare, aut ligare, non licet priuata authoritate, publica tamen licitum est, num. 442

Patri, magistro, & pedagogo, suæ fideicommissis irreparabile nocumentum facere, immoderatè, & malo celo, non licet, num. 443

Patri, magistro, & pedagogo, verberare aut alijs afflictionibus vti, ad punitionem & vindictam licitum est, num. 444

Auus eandem habet iurisdictionem in nepotes, quam pater, num. 446

Frater & patruus potestatem habent sorores coercendi, si eorum curæ sint commissæ, per modum castigationis, si verò non sint commissæ per modum correctionis habent potestatem, num. 446

Maritus vxori iniustè nocumentum notabile faciens ad restitutionem & satisfactionem tenetur, & ita eam nisi magna causa, castigare non potest, num. 448

Prælatus subditum sacerdotem verberare potest, iuris ordine præcedendo, non tamen ex ira aut passione, num. 451

Prælato nullo modo licet, subditos clericos propria manu vulnerare, num. 452

clericos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clericos percutere, aut in eos violentas manus iniicere, sine debita iurisdictione, etiam si clericus sit percusor, peccatum mortale est, num. 454
Clerici ab executore seculari, vel iudice laico verberari non possunt, nisi forsan sint degradati, num. 454
Adhibitis prius omnibus requisitis a iudice, tortura licita est, num. 456
Si aliter quam extorquendo, potest iudex, veritatem cognoscere, sub mortali extorquere non potest. num. 456
Etiam peccat iudex, immoderata & crudelia tormenta adhibendo. num. 457

442

Quinta dubitatio.

Publicæ potestati licitũ est, corporales pœnas, & nocumenta infligere.

QVINTA difficultas erit de cæteris corporalibus iurijs: verbi gratia de vulnere, verberatione, incarceratione, &c. Et primum certum est, quòd publicæ potestati licitum est has omnes corporales pœnas, & nocumenta infligere. Si enim mortem & mutilationem inferre potest, vt supra ostensum est, multò magis poterit has, quę reparabiles sunt. Quãuis percussio, aut vulneratio non ita sunt in vsu, sicut verberatio, incarceratio, exilium, missio ad triremes, &c.

Verberare, vulnerare, aut ligare, non licet priuata authoritate, publica tamen licitum est.

Secundo certum est, quòd sicut nec mutilationem licet priuata authoritate inferre, etiam ob delictum: ita nec verberare, vulnerare, aut ligare, aut denique violentas manus injicere, nisi habenti iurisdictionem iure naturę, vel positiuo, vel ex delegatione superioris. Et ratio est plana. Tum quia fit iniuria ei qui cæditur, quòd est contra charitatem & iustitiam. Tum ei, qui publica fungitur potestate, cuius iurisdictio vsurpatur, & ita in foro exteriori taliter percutientes & iniuriantes grauiter puniuntur. Tertio igitur D. Thom. quæst. 65. art. 2. Sot. 5. de Iust. quæst. 2. art. 2. Sylvest. verb. verberatio, & verb. percussio, Caiet. in sum. verb. percussio, docent, quod pater licitè potest filium verberare & ligare, & dominus seruum. Magister, ac pedagogus suæ curæ commissos. Cum enim prædicta nõ sint pœnæ, maximè irreparabiles, meritò debet eis commissa

443

missa esse dicta punitio, & correctio. Aliàs domus bene instituí, & gubernari non posset.

Patri, magistro, & pedagogo, suæ fideicõmissis irreparabile nocumentum facere, immoderatè, & malo zelo, non licet.

Tres tamen limitationes huic conclusioni adhibent doctores. Prima, quòd occidere, & mutilare, aut irreparabile aliquod nocumentum inferre non possunt. Non enim id patriæ & œconomicæ potestatis est, sed publicę, & politicæ. Maiores enim causæ & pœnæ ad communitatem, quæ perfecta potestas est, pertinere oportet. Vnde solum est illis licitum ea nocumenta inferre, quæ reparabilia sunt. Secunda, vt moderatè fiant dictæ correctiones. Aliàs essent iniustæ, & peccatum mortale in re notabili, vt Sylu. fatetur. Tertia, vt fiant bono fine ac zelo, non ex ira. Et ita intelligitur Paul. ad Ephes. *Patres* (inquit) *nolite ad iracundiam prouocare filios vestros.* & infra. *Et vos domini eadem facite illis.* Exquo colligitur, non modo eos peccare ob iram & passionem: sed etiam, quia sunt occasiones peccatorum filiorum in ipsos. Hoc enim est prouocare illos ad iracundiam. Quod animaduertere deberent patres & mariti. Re enim vera, vt Sotus, & prędicti fatentur mortaliter peccare possunt, siue ob præcipitatam correctionem, siue ob irã & passionem vehementem, siue quia peccatorum filiorũ occasionem præbent insipienter ac temerè.

444

Sed rogas, An præfatę personæ possint exequi talem correctionem ad vindictam & pœnam inferendã, an tantum ad emendam? Et secundo, vtrum in prædictis personis sint annumerandi alij cognati, vt fratres, maximè respectu sororum, auus, & patruus, &c. Refert enim multum id docere, nõ solum ad cognoscendum peccatum in iis actibus, qui frequenter esse solent inter homines: sed etiam ad excommunicationem. Si enim illicita est manus iniectio non excusabitur ab excommunicatione, si clericus sit is, qui ceditur, aut verberatur. Tertiò tandem de viro respectu vxoris explicare expediet. Quartò, an clericis liceat alium verberare, aut percutere. Quintò, quomodo clericum verberare liceat.

Patri, magistro, & pedagogo, verberare,

Ad primum respondet Sot. vbi supra solum licere ad emendam. Sed certè etiam ad punitionem, & vindictam licitum putamus. Tum, quia sicut iudex se habet Reipubl. ciuitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut aljs afflictionibus vti, ad punitionem, & vindictam, licitum est.

445

ciuitatis quæ est perfecta communitas in ordine ad enormia delicta, & pœnas pro eis imponendas, ita pater ac dominus, &c. respectu leuium causarum & pœnarum, qui est naturaliter iudex œconomicus, respectu suorum subditorum. Aliâs non liceret, si iam esset emendatum delictum animaduerterè, quod dici non debet. Tum, quia prædicta potestas non esset iudicialis: sed tantum fraternæ correctionis, cùm tamen reuera sit iudicis & superioris fundata in naturali dominio & subiectione. Non nego, quin emendam etiam prætendere debeat in ipsa punitione. Sicut iudex, qui intulit, vel aliâs graues pœnas infligit, id etiam prætendere debet. Tandem D. Thom. huius est sententiæ qui art. illo 2. in corpore sic ait: *Nocumentum inferre alicui, non licet, nisi per modum pœnæ, propter iniustitiam*. Supra autem docuimus, quod inferre malum per modum pœnæ solius est iudicis. Singulariter autem D. Thom. ait, *propter iustitiam*. Quia nonsolum prædicti exhibent correctionem & disciplinam ad emendam: sed etiam ad iustitiam. Et in solutione ad secundum comparando ait: *Sicut autem ciuitas est perfecta communitas, ita princeps ciuitatis habet perfectam potestatem coercendo*, & ideo potest inferre pœnas irreparabiles. Pater autem & Dominus, qui præsunt familiæ domesticæ, quæ est imperfecta communitas, habet imperfectam potestatem coercendi secundum leuiores pœnas. Et hæc videtur sententia Sylvest. verb. vxor. q. 3. & Panor. in cap. Cum contingat. de For. comp. dum asserunt, quod pater habet in filium potestatem ordinariam, licet non in vxorem: & ita potest eũ verberare, vinculare, punire. &c. sed id inteligendum est, vt dixi de leuibus punitionibus, non degrauibus, & seuerioribus. Ad has enim superior nó est, vt dixi in secunda limitatione. Et multo minus maritus respectu vxoris, & similiter dominus, respectu serui. Sed iudicibus ciuitatis sunt commitendi vt grauiter castigentur etiam verberibus, vt idem docuit Sylvest. dic. 3. Alias esset aperta contradictio.

446

Auus eandē habet iurisdictionē in nepotes, quā pater.

De materia secundi argumẽti nihil legi apud aliquẽ. Deinde tamen id fatetur Sotus quod de patre. De fratre verò maximè respectu sororis, de patruo & aliis valdé dubium est. Quinquis in

silin eadem domo habitet, vel specialiter eius curæ, aut custodiæ sint commissi manifestum est coercendi potestatẽ habere non minus ac pedagogi. Si verò nec eorum curæ sint specialiter commissi, nec in eadem domo habitent (in quo tacita quædam cura commissa videtur) nõ video quo iure id facere possit. Cum non sint veri superiores, & ita per modum castigationis & pœnæ, non possunt in eos manus injicere. Secus per mõdũ correptionis ad vitãda eorũ maiora dãna. Vt si frater sororẽ leuiorẽ coerceret domi, vel flagello afficeret vt à malo exemplo, scandaloq; desisteret. Cũ ob ipsius puellę bonũ, tũ ob propriũ honorẽ. Tũ enim non tã superioris, quã fraternæ correptionis, & defẽsionis suæ, & suorũ dignitatis, munus exerceret. Alio quin, vt dixi, nõ putarẽ licere, quo sit, vt si iã destitisset nõ posset, vt pater poterat ob patratũ crimẽ castigare, ꝙ mag no argumento est non esse potestatem superioris, aut coercinam: sed fraternæ tantum charitatis, vt fratrẽ lucretur Vnde Sylvest. verbo percussio. *Percussio* (inquit) *omnis corporalis, manu vel flagello est illicita, vel alio instrumento, conhabenti authoritatem super verberandum, & peccatum mortale nisi excusset facti moditicas*. Correctonis tamẽ causa leuiter percutere licebit. Nam & id respectu clericorum permittitur sine excommunicatione: vnde Gregorius IX. in cap. Cũ voluntate. §. Siquis verò, ita scribit: *Ij non incurrunt excommunicationem, qui aliquos de familia suâ, vel propinquis inferiorũ graduum simili modo, id est, leuiter percutiunt, vt cohibeantur à suis insolentijs, scientia, & bonis moribus informentur, duxerint corrigendos*.

Frater, & patruus potestatem habent sorores coercendi, si eorum curæ sint commissæ, per modũ castigationis, si verò nõ sint cõmissæ, per modum correctionis habent potestatem.

447

Ad tertium docet Sylvest. d. illo primo, & Panorm. in d. c. Cum contingat. Maritum non habere in vxorem potestatem ordinariam: sicut habet pater in filium, ex l. si vxor. C. de Con. in sem. Docet tamen quod potest eam castigare & verberare moderatè, & id ex magna causa. Vnde verberare sine causa, vel grauiter, esset peccatum mortale, & cõdẽnabitur ad dãdum ei tertiã partẽ donationis propter nuptias, vt habetur in Auth. vt lice. ma. & aui. §. si quis autẽ. Et C. de rep. auth. Sed nouo iure. Et idẽ dicerẽ de alio nocumẽto notabili, quo ad peccatũ attinet.

448

Quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quamuis non video quo sibi concederet Syluester. In primo enim dicto docet, vxorem non esse in potestate viri, quo ad hoc, sicut est filius in potestate patris & tamen de vtroque fatetur leuiter castigare, verberari posse, non grauiter. Et ita non video differentiam in eius doctrina: nisi quod vxorem non potest nisi de aliqua magna causa verberare vt si eam habet suspectam de adulterio, vel de aliquo alio pertinente ad gubernationem domus, nolletq; admonita se emendare, vt Sot. docet art. 2. in fine. Sunt enim ait Sot. barbari, quidam qui teste Arist. vxores velut mancipia tractant indigné, filium vero non ita ex magna causa. In ijs igitur omnibus quãdo iniustè tale nocumentũ infertur necessaria est restitutio & satisfactio. Cũ sint corporales iniuriæ. Sicut de occisione, mutilatione atque stupro docuimus: quid autẽ pro his restituendũ sit, infrà. Quãuis si esset superior, siue iudex, siue pater, siue dominus, non tantam satisfactionem facere debebit si iniustus contumeliator existat, propter cõcurrentem in eo dignitatem, vt infra latiús dicemus.

Maritus vxori iniustè nocumẽtum notabile faciens, ad restitutionem & satisfactionẽ tenetur, & ita eã nisi maga causa, castigare non potest.

449

Ad quartum dicendum est, clericis etiam superioribus non esse licitum percutere, aut vulnerare propter delicta subditorum, tam longé abesse debet, vt ira, impatientia ve perturbetur. Vnde Apostolus (inquit) *non percussorem.* Quare Grego. lib. 2. Epist. Epist. 52. ad Ioannem Episc. Constant. aliàs c. 91. vt refert 45. d. c. 1. sic ait: *Quid autẽ de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra nouit. Pastores enim sumus facti, non percussores. Vnde Paulus: Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Noua verò ista & inaudita prædicatio, quæ verberibus exigat fidem, &c.* Et in c. Episcopũ eadem 45. d. *Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniquè agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci officio suo præcipimus.* Et est doctrina desumpta ex Cant. Apostolorum cap. 26. iuxta priscam versionem. Et ita cũ sit pœna depositionis, erit peccatum mortale, quód longe esset verius, si esset in non subditum, etiam si bona intentione fieret vt Syluest. adnotauit. Est enim contra iustitiam ex parte percussi & superioris, cuius iurisdictio vsurpatur

450

patur, & contra religionem sui status. Et in cap. Cũ beatus. ex Concilio Bracharen. 3. cap. 6. *Non est dignum, vt presbyter honorabiliora membra sua verberibus subijciat, & dolori, necdum incautè subdita percutiat membra. Ipse quoque debita sibi reuerentia subtrahit, iuxta id quod quidam Sapiens dixit. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, asperitas autem nimia increpationis, nec increpationem recipit, nec salutem: Vnde taliter verberans excommunicationis & exilij sententiam sustinebit.* Et in cap. 1. de clerico percutiente dicitur, *Si quis ex aliquo gradu percussor extiterit corripiatur.* Et si non emendauerit deponatur. Et in c. 2. suspenditur Episcopus per duos menses, qui verberibus subiecit mulierem, etiamsi ex inde non fuerit defuncta, vt ibidem dicitur: quia ad ordinem noluit habere respectum.

451

Hæc tamen intelligerem esse limitanda, si fiãt in nõ subditum. Est enim in ecclesia consuetum prælatum subditum etiam sacerdotem verberare posse, vt Sot. docet. Vnde in cap. ex tenore de Sentent. excom. non censetur excommunicatus, qui in clericum etiã subditum manus violentas iniecit, vel se defendendo, vel de mandato Prelati, vel si ipse prælatus est. Secundo, si in subditum, tamen nõ procedendo iuris ordine: sed ex ira aut subita passione, arrepto fuste, vt Sotus docet illicitum putare, cum nõ tam castigatio, quàm iniuriosa læsio videatur, & ita intelligit Grati. dicta patrum testimonia. Et in cap. Duæ sunt, eadem d. sic ait: *Percussores ergo, qui præmissis authoritatibus ab officio remouentur, non quilibet corporaliter flagellantes, sed prætermissa mansuetudine ad verbera semper sunt parati, intelligendi sunt.* Qui per flagella non vitia corrigere, sed temeri appetunt, quibus Petrus scribit, *Ne sitis dominantes in clerum,* quod Hispanicé dicitur, *hazerse muy señores.* Tertio etiam si in subditum specialiter, tamen immediatè & propria manu ob indecentiam status clericalis, & ita planè dicta iura loquuta videntur, & Paul. cum dixit, *non percussorem.*

Prælatus subditum sacerdotẽ verberare potest, iuris ordine procedendo, non tamen ex ira aut passione.

452

Sicque videntur declarata per Concilium Agath. relatum in cap. Non licet 86. d. *Non liceat Episcopo manibus suis aliquem flagellare. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.* Bene tamen putarem per sententiam iudicialem, aliumque

Prælato nullo modo licet, subditos clericos propria manu vulnerare.

executorem facere posse, idque apud Inquisitores ad flagella, & alia similia condemnantes receptũ videmus. Episcopum etiam seu eius vicarium publicè verberare delinquentes vsitatum videmus. Et Prou. 23. dicitur: *Percute filium, & animam eius ab inferno liberabis*, & Gregorius libro secundo decalogi capite 4. scribit B. Benedictum quemdam monachum virga percutiendo, sanasse, quem crebra monitione curare non poterat. Quem ordinem hodie in religionibus vsitatissimum cernimus. Hinc dominus malè se gerentes in templo flagellauit, vt de orationis domo eijceret. Hinc Apostolus fornicatorem illum Sathanę corporaliter vexandum tradidit, & Magum illum corporali cæcitate damnauit. Denique Moses, aliàs mansuetissimus, post acceptam à Deo veniam populo Israelis, amãtissimis ex vna parte, & ex alia tremendis verbis. *Aut dimitte noxam populi, aut dele me de libro vitæ*, iussit, vt vnusquisque occideret proximum: & Exod. 22. latè prosequitur Gregor. libr. 20. ad cap. 29. Iob cap. 7. Vbi nota quod Moses non manu propria, sed commissionem occidendi dedit ei. Quomodo bene potest Episcopus, vel alius clericus habens iurisdictionem temporalem officiali committere, vt agat iustitiam etiam ad mortem: vt habetur in ca. Episcopus ne cleri. vel mo. lib. 6. vbi dicitur: *Clerici habentes iurisdictionem temporalem causam sanguinis illicite agitent sed non illicitè committunt*, & ita docuit Sylvest. homicid. 1. quæstione 7. correctionis verò & disciplinæ causa, non putarem peccare eos, qui percutiunt, modo percussio levis sit, quamuis reuera melius esset vt id per alios seculares efficerent, cui hoc munus committendo, vt religionum quorundam hoc tempore, mos tenet: vbi Magistri correctorẽ habent, qui disciplinæ & correctionis causa, sibi commissos puniant propter grauitatem & decentiam status, vt supra ex iuribus dicebam. Decet enim iudicio meo clericos eos saltem, qui sunt in sacris, mites esse, & manus abstinentes habere.

453

454

Clericos percutere, aut in eos violentas manus

Ad vltimum de clericis percussis. Primum est certum, quod eos verberare, & quoque modo in eos manus injicere violentas sine debita iurisdictione etiam si clericus sit percussor,

percussor, peccatum esset mortale in re notabili, & excõmunicationem incurreret, vt habetur in illo celebri canone. *Si quis suadente* 17. quæstio. 4. & in cap. Neminem 45. dist. & fere per totum titulum, de Sententia excommunicationis.

injicere sine debita iurisdictione, etiam si clericus sit percussor, peccatũ mortale est.

Secundo certum est, quod ab executore seculari, aut iudice laico non potest verberari, vel aliter puniri propter dignitatem ordinis, nisi forsan essent degradati, vel incorrigibiles, vt Sylvest. docet in d. verbo percussio, & ob id religiosi, & alij clerici flagelantur in triremibus sine peccato & excommunicatione. Tertio Magister causa disciplinæ, & pater causa correptionis, licitè potest vt Sylvest. docet verb. percussio, & Sotus art. illo 2. & glos. in c. 1. 23. quæst. 5. & habetur super eo. de Sententia excommunicationis, & ff. ad legem Aquil. l. præceptoris. Limitat tamen glossa, dummodo non nimis sæuiant in eos, vt in d. l. dicitur. Quæ etiam docet maiorem esse potestatem magistri ad discipulum quàm patris ad filium, quo ad castigationem. Nam pater solum habet eam potestatem, quousq; filius sacrum ordinem recipiat, at magister etiam post, ordinem sacrum receptum id facere potest, vt patet ex dict. capite super eo. & Sotus docuit vbi supra. Quæ omnia nõ placet fusius examinare.

Clerici ab executore seculari, vel iudice laico verberari non possunt, nisi forsan sint degradati.

455

VLTIMA difficultas est de tortura: an licita sit, & de in carceratione, & ligatura, & quando liceant. Videtur non esse licita, quoniam est proxima occasio, vt totius sibi & alij falsa testimonia imponat metu illorum confitendo quæ non commiserit vt experientia testatur. Præcipuè quia crudelitatis genus quoddã videtur, & à Christiana mansuetudine alienum. Nihilominus tamen leges & consuetudo huiusmodi genus veritatis indagandæ probant & apertius ostenditur ex Eusebio Papa Epistola prima ad Epis. Galliæ. *Vetita est* (inquit) *diuersis e cruciatibus e latebris suis religiosus tortor, aliàs rigurosus tortor, exigere debet, vt dum pœnis corpora subijciuntur, quæ gesta sunt fideliter, & veraciter exquirantur.* Et apertè glossa in capite cum tu, de Vsu in verbo, *euidenter*. Vnde ad argu-

Vltima dubitatio.

456

Adhibitis prius omnibus requisitis à iudice, tortura licita est.

mentum respon. esse occasionem, sed remotam, cum ex natura rei ad veritatem agnoscendam sint inducta. Ita, modò iudex si requisita seruet nō peccat, nec restituere tenetur ob tale nocumentum, vel dolorem illatum. Quæ verò sint hæc requisita? Respond. Primum vt indicia præcedant competentia, vel semi plena probatio. Alias esset mortale, vt Sylvest. docet verb. tortura. Et cum obligatione restituendi, nō solum iniuriam, sed omnia damna sequuta. Vnde confessio sine indicijs sufficientibus facta ipso iure est nulla. Deinde si aliter per cruciatus potest veritatem cognoscere, peccat mortaliter iudex torquendo, etiā contra iustitiam. Sicut si aliam corporalem iniuriam sine iuris ordine irrogaret, & ita restituere tenetur. Tertio peccat immoderata & crudelia tormenta adhibendo maximè Christiano homini. Maximè etiam si iudex est Ecclesiasticus, iuxta id quod scribit August. ad Marcellinum. Epist. 159. & refertur in cap. 1. 23. quæst. 5. *Noli* (inquit) *perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extendente aquuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis: sed virgarum verberibus erudiri, qui modus coercitionis & à Magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudicijs solet ab Episcopis adhiberi. Noli ergo atrocius vindicare, &c.* & per hoc patet ad secundam rationem. Immoderatas enim torturas non probamus. Maximè Christiano homini illatas, & à Christiano Ecclesiasticóque iudice.

Si aliter quam extorquēdo potest iudex veritatem cognoscere, submortali extorquere non potest.

457

Etiā peccat iudex, immoderata & crudelia tormenta adhibendo.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

De lædente in bonis quæ sunt honoris, & famæ.

SVMMARIVM.

A Quo fama deriuatur, num. 458
Famæ definitio, secundum aliquos, num. 459
Vera definitio & explicatio famæ, num. 462
Honor aliquid aliud, supra famam addit, nu. 462
Bona fama, & gloria, omnium honorum exteriorum præstantissimum est. num. 464
Honor præmium virtutis, & eius comes indiuiduus est, num. 464

HACTENVS de læsione data in bonis corporalibus sermonem fecimus. Proximè sequitur disputemus de dāno & lęsione famę atq; honoris. Quo modo in his, homines peccare soleant. Quomodo denigratæ famæ restitutio, ac reparatio facienda sit. Res sanè tam difficilis est, quam necessaria. Percrebruit enim his calamitosis temporibus pernitiosissimum hoc detractionis ac murmurationis vitium: vt vix tandem sanctissimus locus sit: quem non tetigerit, atque infecerit ista labes. Cū igitur & bonorum virorum fama, etiam ad conscientiæ bonæ conseruationē, & Dei laudem sit perneccssaria: eàque simul gemma per se, sit pretiosissima: idcirco perutile fuerit peracta de rest. bonorum corporalium disput. de famæ honorisqué conseruatione ac restitutione sermonem instituere. 458

A quo fama deriuatur.

Fama igitur à fando dicitur, vt linguę tradūt periti, ex quo deducitur famam non esse, nisi vbi est locutio, licet sit credulitas, vel locutio interior de aliquo, quæ præsupposita est ad famā. Vnde fama & nomē de aliquo idē est.

Deinde, cum de aliquo malum & bonum homines loqui & fari possint, consequens est famam se habere posse ad bonum & malum. Quidquid enim de aliquo diuulgatur, fama est: Communis tamen fama sumitur in bonam partē. Vnde ff. de Var. & extra ord. cog. l. cognitionum. §. Existimatio, dicitur: *Fama est illæsæ dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus.* Et ita sensit glossa in c. Vestra de Cohab. cleric. Quam minus verè Cord. retulit tract. de detract. quæstione 1. in principio; dicens gloss. prædictam famam bonam definiisse. Fallitur enim. Siquidem gloss. de fama absolutè loquitur, & id, quia, vt dixi fama frequentius in bonam partem accipitur. Minus etiam bene idem Cordub. definitionem prædicti §. æstimatio tā quam distinctam affert à definitione gloss. Est enim sensu eadem, imo fere verbis. *Fama* (inquit) *est æstimatio dignitatis, & status illæsus legibus ac moribus comprobatus, qua ex nostro delicto legum authoritate consumitur, ac minuitur.* Hinc illud Virgilij.

459

Fama definitio secundum aliquos.

Sum pius AEneas fama super æthera notus.

Hinc fama Scipionum, fama Camilli, id est, laus & celebritas ex virtute orta. Infamia verò dicitur fama non bona alicuius. Fama verò (vt dici solet, *clara tum laude notitia.* Quæ definitio tantum est de bona fama. Et valde concordat prædictæ definitioni sue d. §. æstimatio, siue ex d. glossa allata.

Quam definitionem non omnino probat Cord.: Quia (inquit) stat aliquem famam, imo bonam famam habere, qui non est honestæ vitę. Et contra contingit esse infamatum infamia iuris. Quia vel per confessionem, vel sententiam est diffamatus, qui tamen nunquam perdidit famam facti integritatis, & virtutis re ipsa. Ideo ait Cord. aliter magis ad rem definienda est fama ex Adrian. Quodlib. 11. in 1. suppositio. *Fama est æstimatio dignitatis seu honestæ vitę in toto, vel in parte.* Dicunt notanter hi authores, *in parte.* Quia sunt adulteri aut ebriosi, qui tamen quoad integritatem iustitię, & fidei, sunt bonę famę. Verum ego non video quomodo differat à prædicti §. & glossæ definitione nisi quia addit *in parte*, quod satis erat intellectum si enim

460

fama *est illæsa dignitatis status*, &c. qui talē statum habeat in parte, & non in toto, consequens erat famam habituri in parte, licet non omnino. Maximè, quia rationes Cord. militant contra hanc definitionem. Nam fieri potest, vt quis habeat integritatem iustitiæ, & fidei verbi gratia, vt eorum exemplo vtar, & tantum laboret infamia iuris, adhuc in ea parte, vt si innocens sit condemnatus. Et contra fieri potest, vt sit iniustus, & infidelis: habet autem famā fidei & iustitiæ. Quare duplici ratione mihi non placent hæ definitiones. Primum, quia fama non solum ex virtute, & honestate consurgit: verum etiam ex alia præstātia. Et excellentia artis, scilicet industriæ, doctrinæ, &c. Vnde famatissimum Theologum, medicum, iurisperitum, artis ve alterius appellamus. Quem tamen constat legibus, ac moribus non esse probatum.

461

Secundo, quoniam prædictæ definitiones tantum conueniunt bonæ & honestę famæ in communi, vt patet. Denique specialiter contra definitionem glossę est, quod fama non est status ipse bonus, sed opinio atque æstimatio, quæ de aliquo habetur. Vnde fama nō est in ipso, de quo habetur, sed in aliis qui benè, aut malè de eo existimāt. Vnde honor (teste Aristot.) non est in honorabili, sed in honorante. Contra definitionem vero Adriani, & Cordubæ est. Quod etiam si eam per ęstimationem, & opinionem aliorum definiant, tamen sola æstimatio non facit famam.

462

Vera definitio, & explicatio famæ.

Quare generalior meo iudicio & prior est definitio. *Fama est communis opinio voce manifestata.* Dicitur *communis.* Quia dicta paucorum, nec bonam, nec malam famam efficiunt. Dicitur *voce manifestata.* Nam interior notitia & opinio, æstimatio dici potest, magis quàm fama. Rumor autē est parua quædam fama, & est velut genus. Omnis enim fama est rumor. Non econtra. Cum enim minor pars ciuitatis, vel viciniæ, opinionem de aliquo eloquitur, rumor dicitur. Cum verò maior pars ciuitatis, vel vicinię, dicitur fama. Vnde impertinens est, quod sit ab incerto authore, vt aliqui voluerunt. Quandoque enim fama, & rumor à certo authore proueniunt. Nos igitur in præsen-

ti de bona fama præcipuè loquimur. Et quamuis honor, & bona fama idem videãtur: tamen honor addit aliquid ad bonam famam, vt scilicet sit de excellenti virtute, aut bono alicuius. Tum etiam, quia bona fama magis consistit in

Honor, aliquid aliud supra famam addit.

463 bonis verbis, quæ de aliquo effamur: honor vero in verbis & actibus, quibus honorem exhibemus. Vnde meritò dicitur honor testimonium excellentiæ, quæ est in homine, maximè secundum virtutem, cuius præmium est, vt D. Thom. docet 2.2. quæst. 103. artic. 1. & Cord. de detractione quæst. 1. in princ. Gloria verò idem videtur esse, quod honos, quamuis ex honore videatur ortum habere. Est enim fruitio ipsius honoris. Vnde honor non est in honorato sed in honorante, in quo cum fama conuenit, sed gloria est in ipso, qui bonam famam & honorem assequitur.

Secundo est animaduertendum famam, honorem, & gloriam esse inter bona exteriora maximum omnium. Tria enim bonorum genera ab antiquis tradita, & distincta accepimus. Primum genus bonorum animi, vt scientię, virtutis, &c. de quibus supra egimus latè cap. 2. Alterum est bonorum corporis, vt vitę, membrorum, sanitatis, &c. De quibus cap. 3. disputatum est. Tertium est bonorum, quæ externa dicuntur, vt famę, honoris, & gloriæ ex vna parte, ex alia verò rei familiaris, & aliarum vtilium, atque ad vitæ naufragia necessariarũ. Licet ergo primum & secundum bonorum genus nobilius sit, & omnino bonorũ externorum genere præstantius: tamen omniũ in hoc tertio genere contentorum maximum est, & excellentissimum honor, & bonum nomen. Adeo vt nonnulli ob honorem vitam ipsam contẽpserint, eligentes, vt sit melius,

Fama, honor & gloria, inter bona exteriora maximum omnium sunt.

464 glorioſè & fortiter occumbere, quàm ignominiam inferre gloriæ & famæ. De quo dubitatione sequenti fortasse reddibit sermo. Modo id stet, bonam famam & gloriam omnium bonorum exteriorum essa præstantissimum. Ita sanè docuit D. Thom. 2.2. quæstione 103. & cæteri, qui rectè senserunt. Vnde Prouer. 22. *Melius est bonum nomen quàm diuitiæ multæ.* Et Ecclesiastici 41. *Curam habe de bono nomine, quia melius est bonum nomen, &c.* Quare Cicer. in Orat. pro

Bona fama, & gloria, omniũ bonorum exteriorum, præstãtissimum est.

Rumoris publici authoritas instar oraculi est. Et Publ. Mino. *Honestus rumor* (inquit) *alterum patrimonium est.* Nec minus pulchrè Liuius Dec. 1. lib. 3. *Famæ damna maiora sunt, quàm vt æstimari possit.*

Quod duplici ratione potest ostendi. Quoniam ipsa externa bona, vt potentatus, & diuitiæ propter honores appetuntur, sicut propter finem, teste Arist. 4. Eth. Vnde merito sapientes honorem vtilitatem prætulerunt. Secundo quoniam est præmium virtutis, & eius indiuiduus comes, vt D. Thom. docet in d. loco & Arist. 4. Eth. & experientia constat eos, qui virtutẽ colunt ab omnibus tam sapientibus, quam insipientibus honorari. Quod si aliquibus potentioribus, & diuitibus honorem deferri videmus, non tam est ob potentiam & diuitias. Illis enim timor magis, quam honor debetur: quam propter virtutẽ in illis fulgentẽ, vel qua illa bona sunt consecuti, vel qua rempublicam, & cætera administrant, & rebus bene vtũtur, vel vti debebant. Vt enim bene notauit Merca. trac. de Regt. cap. 8. Quoniam status & dignitates antiquitus similibus virtute fulgentibus dari solebant, cœperunt homines magistratus in honore habere, quasi in hominibus excellentissimis. Vnde iam miseris his temporibus status sine re, id est, sine virtute quandoque honoratur. Homines enim quod interius est prospicere non possunt: merita tamen & virtutes in talibus, vt debemus, præsumẽtes veneramur. Is enim demum mihi verus honos sẽper videri solet, qui non propter diuitias aut magnã imperia, aut denique propter spem futuri beneficij. Ob hãc enim spem multi multos (licet immeritos) laudare, vel adulari solent: sed propter claras virtutes, & magna in rempublicam merita claris viris defertur. Vnde præclarè quidam sapiens amico suo scripsit. Ea quæ habent speciem gloriæ collecta ex inanissimis splendoris insignibus contemne, breuia, fugacia, caduca existima. Verum decus in virtute positum est, quæ maximè illustratur magnis in Rempublicam meritis.

Honor præmiũ virtutis, et eius comes indiuiduus est.

465

466

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMA PARS DE HONORE

De ijs qui propter honorem vitam periculo exponunt.

SVMMARIVM.

PRopter honorem vitam exponere licitũ est, quando ignominia ex vitio admittendo oritur, secus tamen licitum non est, num. 468

Potens fugere cum dedecore, & cum certo periculo vitæ manens, mortaliter peccat, num. 469

Vitam periculo exponere pro ignominia vitanda, quæ ex alieno peccato prouenit, non licet. num. 473

Ad vitandam ignominiam, licitum est leue vulnus, aut aliud reparabile malum perferre, num. 472

Sicut verus honor ex virtute, ita verum dedecus ex vitio oritur, num. 472

Licitum est mortem subire, ne fiat res vero dedecore digna, num. 473

Gloria & honos qui apud Deum non est, gloria vera dici non potest. 473

PRIMA dubitatio sit, vtrum peccet mortaliter, qui propter honorem vitam periculo exponit. Ex vna parte licitum esse videtur exemplo clarissimorum virorũ quos omnis laudat antiquitas, qui ne ignominiosè viuerent, mortem subire maluerũt, vt legimus apud Machab. Vnde est illud prouerbium Hispanice *mas vale morir con honrra que deshonrrado viuir*, quod Italus dixit *vn bel morir tutta la vita honora*. Ex alia parte est quod vita & membra sunt excellentiora bona hominis. Tum quia magis intrinseca, quam honos, qui ad externa bona pertinet, tum quia vt dicemus infra, homo sui honoris dominus est non vitæ

Prima dubitatio.

467

Vnde

Vnde sanctissimi viri Christianitatis nostræ, ignominiã voluntariam eligunt exemplo Christi R. N. qui *cum in forma Dei esset*, &c. Quod tamen respectu vitæ non liceret. Demum sine vita nullum est bonum. Est enim omnium bonorum fundamentum. Quid enim honos post mortem valet? At sine honore vita & alia bona esse possunt. Igitur vita præferri debet dedecori, atque ignominię. De hac re Gab. in 4. d. 15. quæst. 16. sic ait. *Verum autem fama præferenda sit bonis corporis? videtur nonnullis, quod præferatur. Alij verò præferunt corporis bona, quod videtur verius.* Hæc ille. Eandem etiam rem sub dubio reliquit idem Gabr. paulò latius in can. dect. 74. lit. P. Ricar. vero & Lyra in c. 18. Matth. vt refert Gab. idem, licitum putant pro honore tuendo mortẽ subire voluntariè, & videtur Armill. verb. detract. §. vlt. 468

Mihi vero in hac re videtur distinguendum esse. Aut enim ignominia, & turpitudo pro qua vitanda moriendũ est, oritur ex vitio admittendo, quæ vera ignominia est: sicut contra verus homo, qui ex virtute est. Et tunc licitũ est, & laudabile mortem obire, ne turpe quidpiam tale admittamus. Vt si quis mihi mortem minaretur, nisi essem adulter, homicida, vel aliud quod dedecori mihi esset futurum. Cuius quidem ratio est, quia iste talis non tam pro honore tuendo, quam pro vitio non admittendo mortem subit, quod facere potest & debet. Bona enim animi in omni sententia maiora sunt bonis corporis. Si vero dedecus absque vitio subiici posset, non putarem licere vitam pro tali ignominia vitanda periculo exponere. Ita docuit Nau. cap. 18. nu. 47. & inter verbi. conc. 4. num. 217. S. Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 3. in corp.

Propter honorem vitam exponere licitum est, quando ignominia ex vitio admittendo oritur, secus tamen licitum non est.

Ex quo optimam ad hoc rationem licet colligere. Quia homicidium est grauius peccatum quàm detractio. Cuius certè non est alia ratio, quàm ea quæ à D. Thom. & doctoribus assignatur. Quia per illud maius bonũ demitur proximo scilicet vita. Sic etiam Sot. in 4. de Iust. quæst. 6. art. 2. in solutione 4. Et sigillo memb. 1. q. 2. concluſ. 5 Adrian. quodlib. 11. Cordub. in annotat. in tract. de secret. Magistri Sot. membr. 1. quæst. 1. concl. 3. in quam

469

sententiam

sententiam magis inclinat Gab. vbi supra Merca. cap. 8. Vnde sine dubio peccat mortaliter, si quis ad duellum exiret, quia prouocatus est, ad turpitudinem vitandam, vel si quis potens fugere, cum dedecore mallet manere cum certo vitæ periculo, vt sæpius duces in bello facere solent. Cuiusmodi etiam fuit Lucretia, & Cato, qui, vt ignominiam vitarent, mortem elegerunt, cum reuera illorum vitio non contingeret, sed alieno. Quod egregiè prosequitur August. 1. de Ciuit. cap. 20. Huius ratio, meo iudicio est, quam August. tangit vbi supra. Quoniam hi licet specie quadam virtutis fecisse videantur: tamen reuera non ex fortitudine, aut virtute aliqua: sed ex infirmitate quadam fecerunt: qua non valebant inculpabilem ignominiam perferre. Non enim fuit pudicitiæ charitas (ait August.) sed pudoris infirmitas. Vnde Ouid. in Fastis.

Potens fugere cum dedecore, & cũ certo periculo vitæ manens, mortaliter peccat.

470

Succubuit famæ victa puella meæ.

Non sic profecto sancti primitiuæ nostræ Ecclesiæ fecerunt, qui passi ignominiam vixerunt. Habent quippe intus gloriam castitatis testimonium conscientiæ. Habẽt coram oculis Dei sui, nec requirunt amplius, ne deuient à legediuina, cũ male deuiant suspicionem offensionis humanæ. Et de Catone id ipsum docet August. egregiè c. 23. De cuius facto, quid potissimum dicam? Nisi quod amici eius docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant imbecillioris, quam fortioris animi esse consuerunt, quo demonstraretur, non honestas turpia pręcauẽs sed infirmitas aduersa non sustinens. Alias, si turpe ducebat, id est, contra virtutem se facere putabat. Cur author fuit huius turpitudinis, dum filium viuere pręcepit sub Cæsaris benignitate. Quid est nisi quod filium quantum amabat, cui parci à Cæsare sperauit, & voluit: tãtum glorię ipsius Cæsaris, ne ab eo sibi parceretur, inuidit: vt Cæsar dixisse fertur, aut vt aliquid nos mitius dicamus, erubuit Quod verè esse August. dictum probat illa nota omnibus Cæsaris sententia ad nuntium mortis Catonis. *Inuideo* (inquit) *gloriæ tuæ Cato. Nam & tu inuidisti meæ: ne inter cætera mea præclarè facta numerarentur, & illud me Catonem seruasse.* Hinc est illa pręclara Plutarchi sententia. *Non est magna-*

471

magnanimi dicere. Non patitur hoc: sed dicere. Non faciam hoc. Hinc martyres, non quia passi sunt turpia fuerunt minus fortes, imo eo magis, quod cum iniuriam non fecissent, pertulerunt. His igitur, & aliis, quæ in dubitando dixi, plane conuincitur non licere, sed peccatum esse mortale vitam periculo exponere pro ignominia vitanda, quæ ex alieno peccato, non ex meo prouenit. In quo sensu Gab. & cæteri Theologi verius putarunt, non licere honorem corporalibus bonis anteferre. Et hæc ipsa magis confirmantur. Quia nullus tenetur famam proximo restituere cũ detrimento propriæ vitæ, vt infra dicemus, ex omniũ sententia. Quorum ratio est: quia rem inferioris ordinis alienam non tenetur quis restituere, cum iactura suorum bonorum superioris ordinis, vnde relinquitur eorum iudicio vitam esse superioris ordinis respectu famæ.

Vitam periculo exponere, pro ignominia vitãda, quæ ex alieno peccato prouenit non licet

472

Vnum tamen concedi fortasse posset. Si damnum corporale non esset irreparabile, vt est mors & mutilatio: sed reparabile, vt leue vulnus, &c. non esset illicitum id ad vitandam ignominiam perferre. Cum vtilius sit homini honorem illum conseruare, & nõ parui fieri a populo quã vulnus, vel aliud reparabile nocumentũ corporale vitare.

Ad vitandam ignominiam licitum est leue vulnus, aut aliud reparabile malũ perferre

Ex quibus colligo, vt notabiles doctores tradiderunt, & D. Thom. quæst. citat. Quod sicut verus honos solum est ex virtute. Ex aliis vero, vt ex diuitijs, temporalibus bonis, non nisi imago quædam honoris, & secundum vulgi æstimationem: ita dedecus verum est ortum vitio hominis. Ex paupertate vero, & huiusmodi, imago quædam dedecoris. Quid igitur stultius ac magis illicitum, quàm pro imagine honoris vitam ipsam veram perdere, non dico spiritualẽ verũ corporalẽ. Nam neque etiam pro vera ignominia vitanda licęret. Sic fecit Iudas, qui vt ignominiam verissimumque dedecus vitare, se occidit vtranque vitam infœlicissimé amittens. Solum igitur tum demum licet, quãdo ne facias rem vero dedecore dignam, mortem subis. Id enim est laudabile & gloriosum, & fortitudine plenum, & apud Deum, & homines sapientes gloria. Nã gloria & honos qui non est apud Deum, gloria dici non debet.

Sicut verus honor ex virtute, ita verum dedecus ex vitio oritur.

473

Licitũ est mortem subire, ne fiat res vero dedecore digna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet, iuxta id quod Apostolus ait, *Habet gloriam, sed non apud Deum.*

Ad argum. quod in oppositum fecimus respon. Quod vt Aug. docet 1. de Ciuit. Dei Sana ratio exemplis anteponenda est: & specialiter ad eos, qui in lib. Machab. laudantur de fortitudine. Quia occubuerunt, ne ignominiã
474 inferrent gloriæ suæ. Respon. id eos non fecisse ob proprium, sed ob Dei honorem & religionis. Qua ratione fatendum est Christianos quotidie ob Dei honorem & religionis, ne detur gentibus in opprobrium, licitum esse mortis periculo se obijcere. De Razia verò, & similibus est animaduertendum, vt S. Thom. docet. 2. 2. quæst. 64. art. 5. non tam veræ virtutis laudari, quâm cuiusdam speciei, & imaginis virtutis.

De ijs qui Episcopatum appetunt.

SVMMARIVM.

Honores vt Episcopatum, &c. appetere peccatum est, secundum aliquos, non tamen eos procurare, num. 475

Appetere honores in certibus casibus licet, non tamen procurare, secundum aliquos, num. 476

necessitatis instat articulus, quilibet tenetur dignitatem episcopalem appetere, num. 478

Probabiliter se credens idoneum, & altero meliorem, ad aliquam dignitatem, eam acceptare tenetur, nu. 478

Quidquid sine peccato desideratur, sine peccato operatur, num. 479

Prælaturam, vel aliud honorificum officium in repub. appetere ex obiecto, omni praua circunstantia secluſa, licitum est. num. 480

Appetere honorificum officium, aliis dignioribus stantibus, peccatum mortale est, & ad restitutionem obligat, num. 483

Indignus notus ab omnibus, honorificum officium appetere non potest, num. 483

Episcopatum appetere, illum ad redditus vel honorem ordinans, peccatum mortale est, num. 483

Episcopatum appetere, cum inani gloria quæ nulli noceat, non erit mortale peccatum, num. 484

Episcopatum, vel aliud beneficium, ad honorem, vel paupertatem suam, vel aliorum subleuandam appetere, est honestum finem habere, num. 485

Finis Episcopatus duplex est, num. 486

Spiritualem statum ad honorem tanquam ad finem ordinari, peccatum mortale est, num. 486

Appetens Episcopatum ob bona tẽporalia, taliter vt ob illa nullum crimen sit admissurus, mortaliter non peccat, num. 488

Præsumptio ambitio, & auaritia, nisi materia iniustitiæ admisceantur, non sunt peccata mortalia, nu. 489

Facienti quod est in se, in omni statu, Deus non denegat gratiam & auxilium sufficiens, num. 489

Episcopalis dignitas, reliquibus beneficijs ecclesiasticis, periculosior est, num. 481

Episcopalis dignitas, status perfectorum est, num. 490

Sapientissima cõstitutio de præsulatu nõ admittẽdo, n. 490

SECVNDA dubitatio, vtrum sit licitum honores appetere in Ecclesia, & in republica? Multi sanè fuerũt, quibus absoluté videatur esse peccatum mortale, & specialiter de episcopatu. Cũm id superbiæ sit, et præsumptionis. Nam si indignum se iudicat ea dignitate vel officio eo ipso quòd appetit peccat mortaliter. Cum officij obligationi non possit satisfacere. Si verò se dignum reputat superbiæ peccatum est, et temeritatis. Cum enim honor sit testi-

Secunda dubitatio.

475 *Honores, vt Episcopatũ &c. appetere, peccatum est secũdum aliquos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonium excellentiæ quæ est secundum virtutem, eo ipso, quód de se tale quidpiam credit contra humilitatem delinquit, & modestiam, & ita indignum se facit, vt habetur 1. quæstione 6. cap. Sicut is. Vbi Grego. sic ait: *Sicut is, qui inuitatus tenuit, quæsitus refugit, sacris altaribus est admonendus: ita qui vltro ambit, vel importunè se ingerit, est repellendus, &c.* Maximè in episcopatu vbi perfectum se esse indicare debet. Non autem negat hæc opinio licitum esse procurare: docet autem peccatum mortale esse fauore & alijs humanis medijs procurare, ita docet Barthol. Med. in sum. cap. 16. §. 1. maximé autem arbitratur esse mortale qui dó habens vnum episcopatum alterum procurat, præcipuè mediis (vt ille dicit) humanis. 476

Appetere honores in certis casibus licet, non tamen procurare, secundū aliquos.

Alij vero contra vt Sylvest. verb. Episcopus, quæst. 3. fatentur licitum esse appetere in certis casibus, procurare vero nunquam quouis medio fiat. Primum autem, quod nullo fine aut necessitate quantumcunque vrgente procurare liceat, docet Sylvest. sed non probat. Secundo docet, quod tempore necessitatis liceret appetere. Quãdo scilicet quis non videt, vnde de bono pastore prouideatur, & tunc non absolutè, sed vt à Deo, non vt præsit sed vt prosit: Sine his tamen conditionibus tale desiderium (inquit) non esse illicitum. Quia esset minus bonum præferre meliori. Melius enim est vacare Deo, quàm proximo: extra tempus necessitatis. An vero sit ita illi item, vt sit mortale. Respondet esse mortale in multis casibus tale desiderium, sed specialiter si appetatur prælatura, & omne beneficium cum cura propter ambitionem, vel cupiditatē principaliter. Quia est ambitio periculosa, & repugnans communi bono. Quia nescit se idoneum ad illud opus. Cũ sine Dei gratia præstare nequeat, quam nescit se habere, & ita exponitur periculo malé administrãdi. Tertio, quia ordinaret bonum commune ad suum priuatum, quod secundum rectam rationem debet esse econtra. Nam pastor est propter gregem. Quartó docet esse mortale recusare prælaturam, cum quis probabiliter credit se idoneum vel saltem dubitat, & ad suscipiendum astringitur præcepto superioris. In dubijs enim tenetur obedire. Et idem putat si non 477

si non astringatur præcepto, sed consilio, & probabiliter credit per alium prouideri non posse.

Mihi sane non omnino vera videntur ista. Primum nõ placet, quod dicitur in nullo casu etiam necessitatis esse licitum procurare dignitatē. Licebit siquidem etiam Episcopalem, modo tamen id fiat medijs honestis, & sine scãdalo, quod non esset scandalum nisi Phariseorum. Si enim necessitatis instat articulus, quia scilicet quis certo, vel probabiliter credit, non esse vnde conuenienter Ecclesiæ prouideatur, reuera non modo licere: sed teneri ad procurandum putarem. Si enim salutem temporalem proximi & multò magis boni communis tenetur quis, non solum desiderare, sed quærere, & procurare, si potest, quomodo nõ magis licebit & tenebitur spiritualem & communem Ecclesiæ, vel congregationis procurare, quando non nisi per ipsum potest commodè obtineri? Quod præcipuè verum putarē in particularibus congregationibus maximè monialium, vbi tãtum vnam aut alteram reperias, quę officiũ dignè exequi possit, & cum ædificatione, quam certè teneri putarem omni secluso scandalo, omniq; adhibita discretione, vt sic peccata & scandala vitarentur. 478

Si necessitatis instat articulus, quilibet tenetur dignitatem Episcopalē appetere.

Prætera illud est verum, & fatetur ipse Sylvest. vt ex eius 4. d. à me relato, patet. Si quis se probabiliter credit idoneum, & per alium prouideri animarum saluti non ita posse, potest imo tenetur acceptare non solum, quando à superiore præcipitur, verumetiam ad consilium alterius, igitur ob eandem animarum salutem, quam nõ solum appetere, sed procurare tenetur, poterit ac debebit non tantum velle sed procurare dictum officium præcipuè cum tenues, vel nullos habet redditus, sine vllo peccato, vel iniustitię, vel præsumptionis. Sed neque secluſa necessitate auderem peccati mortalis condemnare, secluso scãdalo pecunia, & alijs medijs illicitis, si alias ipse est idoneus, modo bono aliquo fine faciat, vt scilicet prosit, & alias honestas functiones perficiat. Quod ex eo probo, quia non video, quę specialis deformitas sit petendo & procurando, quę non sit in desiderãdo. Si enim bono fine desiderare licet, cur tale desiderium opere complere non 479

Probabiliter se credens idoneum, & altero meliorē, ad aliquam dignitatem, eã acceptare tenetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licebit? Quod enim sine peccato desideramus, sine peccato etiam operamur, nisi in operatione aliqua specialis malitia admisceatur, quę certe hic non apparet. Est tamen nonnulla species ambitionis, & gloriæ inanis, qua tamen carere potest, qui bono fine prætendit secluso semper, vt dixi scandalo. Ego igitur non procurarem, nec vt quis procuraret, consulerem propter hanc mali speciem, & alia nonnulla pericula, & obligationes in eo officio requisitas. In quo casu Gregor. potius iudicat esse repellendum. Et ita iudicat non immerito his temporibus prudentes prælati, qui eo ipso, quod impudenter, & ambitiose aliqui se ingerunt, eos repellunt. Sed non damnarem ad mortale qui aliâs idoneũ se iudicat probabiliter, & bono fine procurat. Si autem non bono fine procuret: tum vel ociosus actus erit, vel malus, secundum malitiam finis, & circunstantiæ. Qui malus finis, vel circunstantia, quando sit, in sequenti puncto, cum de desiderio agemus explicabitur. Aliàs mortaliter peccarent, qui se opponũt ad beneficia curata, imo ad non curata, vt Canonicatus, &c. Imo si Episcopatus concursu daretur peccaret mortaliter prætendens Episcopatum. Tunc enim etiam decretur præsumptuosus, ac temerarius, quod nullus dixerit.

Quidquid sine peccato desideratur, sine peccato operatur

480

Prælaturæ, vel aliud honorificum officiũ appetere ex obiecto bono, omni prava circunstantia seclusa, licitũ est.

Secundo igitur videtur, quod appetere prælaturam, vel aliud officium honorificum in republica licitum est, nisi aliqua praua circunstantia admisceatur. Ex obiecto enim illicitũ nõ est. Sicut nec procurare, iuxta illud Paul. *Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat.* Ac proinde solum potest vitiari ob malam circunstantiam. Et sane ea circunstantia, quod scilicet non appetatur, pro tempore necessitatis, mihi non videtur sufficiens, vt plane docet Caietanus 2.2. quæstione 185. art. 1. in quarta conclusione, & Sotus infra citandus. Quidquid Syluester dicat.

481

Licet enim alij sint, qui æquè benè possent præfici, non ob id desiderium meum vitiosum est. Cum sit de obiecto non malo, & hæc circunstantia, vt de se patet non sit mala. Alias quis esset hodie, qui posset vllo pacto beneficium desiderare? Cum tót sint alij benemeriti. Non ergo necessitatis articulus expectandus est, vt licite appeti

pati possit. Is quippe nõ facit, vt licite possimus appetere sed vt teneamur non solum appetere, sed etiam procurare lego charitatis, vt dictum est.

Neque vero eo circunstantia, quam etiam damnat Syluester, quod scilicet propter aliquam vtilitatem propriam vel aliorum faciat, mihi videtur vitiare. Id enim non est bonum commune ad priuatum ordinare, vt Syluester putat, & Sotus explicat libro decimo de Iustitia quæstione secunda articulo primo versiculo. *Secundo autem,* & in solutione argumentorum dicemus. Neque etiam illa circunstantia adducta à Medina obest, quod scilicet fiat fauore, & mediis humanis, vt ipse loquitur. Si enim media alioqui illicita non sunt, vt, quia vel pecunia assequi dignus, vel fauore indiguus intendit, non debet damnari. Si enim alias est dignus & aliæ debitæ circunstantiæ appetendi, & procurandi adsit, fauor humanus, aut humana media nihil oberũt. Vt enim debitum recuperare fauore humano illicitum non est. Quia ad id, quod est iustum nõ aliàs nocet humanum auxilium sic sanè, &c. nam si mediis humanis non appetat, aut expectat, nescio, quomodo nisi miraculo intercedente expectare possit? Neque verò alia eiusdem Med. circunstantia vitiat, quod scilicet est iam Episcopus. Episcoporum enim translatio vtilis ac necessaria esse potest. Pone enim quod ex pingui beneficio transferri procuret ad tenue, vbi maior est labor & animarum necessitas, quis hoc damnaret? Aliunde ergo damnari debet. His ergo circunstantiis concurrentibus putarem esse peccatum mortale.

482

Primum, si cum alij sint digniores, ipse sibi appetere, esset enim iniustitiam desiderare. Tum in conferentem tum in se. Quod vt supra latè ostendimus est peccatum mortale, & cum onere restitutionis. Quod restringo ad ea beneficia, & dignitates, quæ concurso, & edicto dari solent: non vero de ijs, quę conferri possunt, vt supra explicaui. Et expresè docet Cordub. in summa quęstione trigesima prima, imo in hac specie Episcopatus aperte docet Med. vbi supra.

483

Appetere honorificum officiũ aliis digniori-bus stantibus, peccatũ mortale est, & ad restit. obligat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indignus notus ab omnibus, honorificum officiū appetere nō potest.

Secundo si sit indignus, & id notum est omnium sententia.

Episcopatū appetere, illū ad redditus, vel honorem ordinās, peccatum mortale est.

Tertio si Episcopatum ordinet ad redditus, imo etiam ad honorem, quæ temporalia sunt, vt Sylvest. docuit, & in specie Sotus explicuit & Caiet. Quarto si non a Deo, vt Sylvest. ait. Quæ etiam manifesta est. Nam nec obtinere, nec gerere dignè posset sine gratia. Quinto, vt prosit tum spiritualiter sibi subiectis: tum etiam tēporaliter secundum exigentiam debiti officij. Si enim faceret, solū vt præsit, superbiæ esset, & libidinis dominādi, quod Beatus Petrus reprehendit, cum dicit: *Ne sint Episcopi dominātes in clerum.* Sunt enim Ecclesiastici nonnulli, qui cum eum honorem in Ecclesia sunt assecuti, inflata quadam præsumptione cæteros dedignantur, & contemnūt. Quod ab Ecclesiasticis personis alienissimum esse deberet.

484

Episcopatū appetere cū inani gloria, quæ nulli noceat, non erit mortale.

An vero hic intercedat peccatum mortale, sicut in tribus prioribus, non est facile assignare. Nam si tantum sit quædam præsumptio & inanis gloria nulli nocens, non videtur esse mortale, vt Caiet. adnotauit in quarta conclusione. Secus si proximo, vel officij obligationi deesset, vel sibi: dico sibi. Quia sunt nonnulli rita infirmi, vt cum eam dignitatem sunt assequuti, velut in alios viros mutati à prima humilitate, & virtute desciscunt, quam profitebātur: & alios asperè, & superbè contemnunt, & delitiis seruiunt, non sine magno suarum animarum malo & scandalo, ac tristitia pusillorum, ac propterea viri sanctissimi tum olim: tum etiam his nostris temporibus de se ipsis parum confidentes, ne se in id periculum conjiciant, salubriter, ista fugiunt, non ita vt has dignitates, & præsulatus non modo ambiant & procurent, sed neque etiam acceptare velint, cum magna populorum testificatione suæ religionis ac virtutis. Adeò, vt tantum de horum præclarissimo exemplo, & virtute ædificentur, quantum de aliorum in talibus se ingerentium ambitione, & malè administrantium insolentia scandalizantur. Pro ratione igitur periculi, cui se quisque ista appetendo & procurando exponit, censeri debet, an sit mortale peccatum.

485

Ex

Ex dictis patet solutio ad argumen. Sylvest. Ad illud, quod objicit, quod velle beneficium propter priuatū commodum est bonum commune ad priuatum ordinare. Respon. id non necessarium esse, vt supra dicebam. Velle enim episcopatum, vel aliud beneficium ad honorem, & temporalium sufficientiam habendam, vel ad paupertatem suam, vel aliorum subleuandam, non est bonum commune ad priuatum referre: sed honestum habere finem, non qui sit finis ad quem dirigit episcopatum: sed est finis intendendi episcopatum. Sicut enim de voto viri docti distinguere solent, quod aliud sit finis voti, aliud applicationis ad vouendum: sic sane alius est finis Episcopatus, & hic est bonum commune Ecclesiarum, & honor Dei: alius est finis applicationis ad episcopatum. Vt Caiet. obscuris licet verbis, verè tamen & doctè in hac specie tradit 2.2. quæstione 185. articulo primo. Et hic potest esse bonum priuatum. Ad id raro contingere existimo, Quis enim ita sit desipiens, vt Episcopalem dignitatem, & spiritualem statum ordinet ad temporales vel prouentus, vel honores sicut ad finem? Qui enim id faceret certè mortaliter peccaret. Si enim peccatum graue grauiterque mortale simonia à sapientibus meritò pronuntiatur, eâ profectò ratione, quia spirituali rei grauis irrogatur iniuria, eam pretio vel rei temporali comparando. Cùm omne pretium excedat. Certè idem imò, maius crimen esse debebit, cum non modo episcopatus spiritualis iurequè diuino institutus rei temporali æquatur: verum illi post habetur minorisque æstimatur quod planè facit, qui illum sicut ad finem ordinat ad prouētus & honores quæ temporalia sunt. Si ergo rari sunt, qui ita affectu peruerso Episcopatum appetant, quomodo dicitur à Soto vbi supra eum, quem prouentus monent esse in periculo peccati mortalis ordinandi, scilicet dignitatem ad temporales res? cum vt dixi non Episcopatus finem constituat temporalium, sed suæ applicationis ad episcopatum. Alioqui ille qui Deo seruit propter retributionem, vt Dauid concupiebat mortalis peccati periculo esset expositus ordinandi, scilicet Deum, ad prædicta creata bona. Peccaret

Episcopatum, l. aliud beneficium ad honorem, vel paupertatem suā, vel aliorum subleuandam appetere, est honestum finem habere.

486

Finis Episcopatus duplex est.

Spirituale statum ad honorem tanquā ad finem ordinare peccatum mortale est.

487

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret etiam mortaliter qui vel canit in choro, vel missam dicit propter pithantiam, & temporalia. Esset enim in periculo prædicto vt dictum est.

488 Adde quod tum demum reprehẽsibile esset, & lethale crimen ita proprium commodum, & vtilitatem intendere ex Episcopatu, vt principaliter vellet bonum proprium præferendo etiam bono omnium: vt cum necesse esset bono aliorum tam spirituali, quam temporali subuenire desineret. Id enim sæpius a sapientissimis atque optimis de Ecclesia viris iure reprehenditur. Id siquidem est bonũ priuatum communi bono anteferre, & nolle oues seruare & pascere: sed se ex illis. Cum incurrentia suorũ cõmodorum & ouium, sibi suisque delitijs atque intẽtionibus magis indulgendum atque inseruiendum putant. De quibus dixit Ezech. *Væ pastoribus Israel. Nonne pascebant semet ipsos*: Quæ verba exponens Chrisostom. sic ait: *Nonne greges pascuntur a pastoribus? Sed illi contrarium faciebant*. Vnde Paulus, *omnes, quæ sua sunt quærunt*. Et sic intellectus secundus ille modus quem Sotus probat, admittendus erit, dũ ait veriorem & certiorem regulam in iis appetionibus esse vt si quis ita appetat Episcopatum ob bona temporalia, vt nullum ob illa crimen in officio sit admissurus, extra metũ est peccati mortalis. Vnde si recte perpẽderet Sot. non deberet, vt distinctos hos duos modos discernere, vt vnum probaret alterum refutaret. Imo certe maxime cõsentiunt, vnusque ex alio nascitur. Si enim statu altitudo quod præsumptionis est, si honor ipse, quod ambitionis est si temporales prouentus, quod auaritiæ est ita appetãtur, vt efficiantur fines episcopatus, & non solum appetentis: consequens est, quod vt principaliora illa appetantur, ac pro inde post habeat animarum curam, & bonorum debitam distributionem præ bonorum circunstantium episcopatum fruitione. Quod cõstat esse mortale & iniustum,

Appetens episcopatum ob bona temporalia, taliter vt ob illa nullum crimen sit admissurus, mortaliter non peccat

489 cũ desit fũctionibus, & obligationibus officij, propter quę Episcopatus appeti debet, vt docet D. Thom. in d. quæst. 185. Teste enim Arist. vnumquodque est propter suam operationem. Vnde bene Caiet. probat nõ esse mortale nisi quãdo isto modo appetitur tũ ob supra dicta, tũ etiã quia præsumptio, ambitio & auaritia, quæ hic intercedere possunt, nõ sunt peccatum mortale suo genere, nisi quãdo materia iniustitiæ admiscetur.

Ad illud de gratia fatemur esse necessariam: sed tamen probabiliter credere potest, imo certissimè sibi à Deo præsto esse, vt conferatur, si ipse cooperari velit. Facièti enim quod est in se, in omni statu Deus non denegat gratiam & auxilium sufficiens. Nam & ad curatum, & ad alia beneficia ecclesiastica etiam simplicia, & ad seculares magistratus, & officia necessaria est Dei gratia: & tamen non ob id dicemus illicitum esse ea appetere, & se periculo exponere. Quia nescimus an gratiam habeamus. Periculosior tamen est Episcopalis status & dignitas. Tum ob maiorem dignitatem, qua infirmi ad superbiam abuti solent: tum ob maiores prouentus temporales, quos nonnulli malè ad auaritiam conuertunt, non distribuendo, vt debent. Tum ob maiores obligationes, & ampliorem animarum curam, & vigiliam requisitam, cui rari sunt, qui plenè satisfaciunt. Tandem ob maius vitæ exemplum & sanctitatis. Est enim status perfectorum, quam perfectionem vtinam in omnibus perspicere liceret,

Faciẽti quod est in se, in omni statu Deus nõ denegat gratiam, & auxilium sufficiens

490

Episcopalis dignitas, status perfectorum, & omnium periculosior est.

Ob hæc igitur & alia huiusmodi cordati et sapientes, vitiosta fugerunt, *Ne*, vt ait Paul. *in superbiam incideret, & laqueum diaboli*, tanto profecto digniores, quanto in sua opinione miseriores, & diuitiarum spiritualium indigentiores se reputarent. Quare sapientissima est ea constitutio quarundam congregationum à summisque Pontificibus meritò probata vt nemo præsulatum, non solum ambiat, sed nec acceptare quidem possit, nisi præcepto ad mortale peccatum obligante astringatur. Quamuis eas dignitates & prælationes, quæ simul sunt cum animarum summa necessitate, vt sunt apud Indos, & nullos habent prouentus sed maximos labores, & Dei gloriam, celeriter acceptant, & gloriosè gerunt & administrant. Quando vero peccet quis mortaliter recusando, placet quod ex Syl. suprà attulimus scilicet necessitatis tẽpore. Cũ intelligit Ecclesiæ, vel cõgregationi prouideri nõ posse de bono pastore siue ad præceptũ siue ad cõsiliũ superioris. i. alterius

Sapientissima constitutio de præsulatu non admittendo.

491

In necessitatis articulo erit peccatum mortale, recusare episcopatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientis fiat. Vt aperte docuerit D. Thom. in dict. quæstione 185. art. 3., & ibi Caiet. Sot. vbi supra art. 2. Quplura de hac re conferunt à nostra disputatione aliena.

De alijs beneficijs ecclesiasticis appetendis.

SVMMARIVM.

Ecclesiastica beneficia appetere, ex obiecto licitũ est, num. 492

Clerici licitum est, appetere ecclesiastica beneficia, non tamen laico, num. 492

Propter temporalia (non vt ipsa sint finis) clericus vel laicus, beneficia appetere potest, num. 493

Clericus, propter reddituste temporales, beneficium appetens, finis ordinem peruertit, num. 494

Nullum ecclesiasticum beneficium licet appetere propter honorem aut prouentus, num. 496

Oratio, eleemosyna, aut aliud opus bonum, ob humanã gloriam factum meritorium est, secundum aliquos, num. 498

Supposito quod operari ob humanam gloriam sit finis malus, opus bonum ob illam factum, meritoriũ non est, num. 468

Opus bonum licet fiat in charitate, nõ est meritorium, ob malum finem factum, numer. 499

Circunstantia omnis accidens actus humani, num. 499

Dans eleemosynam de alieno, licet ex obiecto actus sit bonus, ex circunstantia tamen simpliciter est malus, num. 500

Peccatum veniale, licet non excludat charitatem & gratiam

gratiam, actus tamen ille incapax præmij, & pœnæ, meritorius est, num. 501

Intentio humanæ gloriæ, licet alterius finis mali in actu, dupliciter se potest habere. num. 502

Opus aliquod bonũ, ratione humanæ gloriæ vt causæ principalis facere, peccatum mortale non est, num. 503

Si humana gloria sit tantum causa impulsiua actus boni, nihilominus ille erit meritorius, num. 503

Quærere gloriam apud homines, de se malum non est, n. 505

Appetitus inanis gloriæ, malus & illicitus est. num. 506

Quando inanis gloria concurrat, vt causa principalis ad actum. num. 506

Quando aliquid sine fine vtili honesto appetitur, peccatum vanitatis seu ociositatis committitur, nu. 508

Bonum aliquod facere, ob inanem gloriam, peccatum mortale est, contra Ang. & alios, nisi ponatur vt vltimus finis, num. 510

Differentia inter contumeliam, conuitium, & improperium, num. 512

Differentia inter contumeliam, conuitium, & improperium ex vna parte, & detractionem, murmurationem, & susurrationem, num. 512

Verba iniuriosa proferre cum intentione iurandi, peccatum est mortale, num. 513

De honorationem, causa correctionis facere, peccatum non est, num. 514

Verba iniuriosa proferre, cum ira & despectu, peccatũ mortale est. secundum Sylvest. & alios, nu. 514

Verbis contumelijosis, aliquem notabiliter infligere, etiam gratia correctionis, vt causæ principalis, peccatum mortale est, contra Sylu. num. 515

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertia difficultas.

TERTIA difficultas, an appetere cætera Ecclesiastica beneficia sit licitum? Et sanè certum est, quod ex obiecto non est illicita talis appetitio, vt de Episcopatu diximus.

492 Quod satis ex se patet. Ratione ergo circunstantiæ illicitum esse potest. Ex quibus ea communior apparet. Cum scilicet appetitur propter honorem, & prouentuum temporalium sufficientiam. In quo Caiet. 2. 2. quæst. 185. articul. 1. distinguendo respond. Quod clerico non est illicitum appetere: at laico licitum non est. In neutro autē casu putat esse mortale. Rationem discriminis assignat Caiet. Quoniam beneficium ecclesiasticum in communi habet honorem, & sufficientiam temporalium propter vitam decentem clericorum, qui deputati sunt cultui diuino: ac per hoc, sicut iam habet statum, cui debetur beneficium ita ei debentur honor & temporalia prædicta. Vnde non mutat ordinem, quem appetibilia in beneficio inuenta habent inter se. At laicus appetens clericatū propter temporalia bona, planè peruertit in suo appetitu ordinem, quem habent inter se appetibilia. Constat enim redditus temporales, & honorem esse propter diuinum ministerium, & animarum curam. Vt igitur appetens episcopatum etiam clericus, peccat saltem venialiter, vt supra dictum est, quia ordinem appetibilium in sua saltem appetitione, inuertit, sic, &c. Et sicut supra diximus, esse peccatum mortale peruertere ordinem episcopatus ad temporalia circunstantia ex parte rerum appetitarum, vt quando temporalia efficiuntur finis episcopatus: ita certè, cum laicus ita appeteret clericatum propter temporalia, quòd

493 ordinaret clericatum ad bona temporalia, vt ad finem clericatus proculdubio peccaret mortaliter.

Ecclesiastica beneficia appetere, ex obiecto licitum est.

Clerico licitū est, appetere ecclesiastica beneficia, non tamen laico.

Propter temporalia (nō vt ipsa sint finis) clericus vel laicus beneficiū appetere potest.

Mihi in hac re videtur. Primum esse verū, quod Caiet. docet siue à clerico siue à laico appetatur beneficium propter temporalia non esse peccatum mortale, modò temporalia non constituantur finis beneficij, aut clericatus, sed tantum ipsius appetentis, vt cum de episcopatu ageremus satis explicatum est. Secundo non placet id, quòd de clerico appetente episcopatum distinguit, ab appetente aliud beneficium. Non enim video quomodo à venialis ordinis què

què peruersione excusetur clericus appetens beneficium propter redditus temporales, eodem prorsus modo atque appetens episcopatum propter honorem ac redditus. Cō- 494
stat enim talem clericum, licet non beneficij diuiniquè ministerij, at suæ appetitionis finem constituere rem temporalem, à qua sicut à fine mouetur ad appetendam beneficiū, sicut id, quo dictam temporalem rē est assecuturus atque ita ordinem, quem res habent inter se, inuertit. Ille in sua appetitione, vt manifestè constat, & de episcopatu ipse, & omnes fatemur. Præterea, quia si, vt ipse Caiet. fatetur eo ipso, quòd est clericus debetur sibi beneficium, ac proinde licet sibi appetere honorem, & temporalia, cum constet episcopatum etiam esse beneficium ecclesiasticū, sicut Curatum, Canonicatum, &c. licebit etiam ex eiusdem ratione episcopatum propter honorem ac temporalia expetere: quod nullus fatebitur, & aperte est cōtra D. Thom. Cur enim minus debetur clerico, vt clericus est, episcopale beneficium, quā quoduis aliud.

Clericus propter redditus tē porales beneficium appetens finis ordinē peruertit.

Denique Caiet. ratio non conuincit. Fateor siquidem, quòd ex eo, quòd est clericus, debetur ei beneficiū: atque ita rectè colligit, quòd sicut iam habens ius ad primum, scilicet ad beneficium ratione clericatus, potest appetere secundum, scilicet temporalia. Sed vnde colligit ipse quod liceat hæc velle tanquam finem appetitionis, ita vt possit velle beneficium propter redditus? Imo oppositum ex sua ratione colligitur. Si enim quia redditus temporales sunt ob vitam clericorum, consequēs est, vt potius illa debeant, esse volita à clerico, propter clericatum, & beneficium beneficij; què ministeria obeunda: quam beneficium propter illa. Vnde constat, vel non esse veniale clerico appetere episcopale beneficium propter honorem, & temporalium sufficientiam, aut si est fore etiam veniale quoduis aliud beneficium appetere propter honorem & prouētus. Cum, vt dictum est, etiam ordinem rerum, quem habeat inter se, in sua appetitione conuertat.

Quid igitur existimabimus, si æqua est vtriusque rei ra- 495
tio? Sanè D. Tho. Caiet. Sot. Sylvest. cæteriquè arbitrantur esse illicitum, saltē venale: ob rationem sæpe à nobis repetitam.

repetitã. Nempe: quia ordo appetibilium à Deo naturàq; institutus, inuertitur ab appetitu: quod rectæ rationi aduersum est. Quod profecto si concedamus, quantũ conji-
496 cere possum, cõcedere oportebit, illicitum esse Deo seruire, propter retributionem. Si quidem retributio, & quodcunque bonum creatum propter Deum, sicut propter finem, est naturaliter ordinatum, at tum in appetitione creatum bonũ mouet ad quod Dei seruitus, & dilectio appetitur. Præterea non liceret propter pithantiam, Missam dicere, siquidem illa mouet appetitum ad sacrificium volendũ. Atque idem est de eo qui ad chorũ venit propter distributiones. Denique cum, vt ostensum est, sit eadem ratio de Episcopatu, & alio quouis beneficio iã non licere vllum Ecclesiasticum beneficium propter honorem, & prouentus appetere, quod nec Caiet. putat concedendum nec par est, vt concedatur. Verum quia D. Thom semper quoad possumus doctrinam consectari solemus, cæteriq; doctores tanquam illicitum damnant, id ita nobis videri debet, atque studioso cuique. A quo nostræ rationes perfacilè enodabuntur.

Nullum ecclesiasticum beneficium licet appetere, propter honorem, aut prouentus.

Quarta dubitatio.

QVARTA dubitatio sit, vtrum opus aliàs bonum, vt oratio aut eleemosina, sit ob humanam gloriam & honorem fiat, possit esse meritorium? Sunt enim multi, qui tale opus esse meritorium augmẽti gratiæ, & gloriæ, sine vlla dubitatione defendunt. Et probari potest hæc sententia. Primum: tale opus fit principaliter propter Deum, sicut ob finem, cum reuera, nisi opus esset charitatis non fieret, & ita gloria humana videtur, vt plurimum consequi actum, & esse causa impulsiua: nõ finalis. Secũdo, quia peccatum veniale non excludit charitatem & gratiam, sed tantum est præter rationem, non ergo amittit meritum, quod ex charitate vim habet. Tertio quia virtualiter sunt ibi duo actus, alter bonus vt est eleemosina,
497 & huic respondet meritum: alter malus, scilicet malus finis cui pœna respondere potest: sed hic non nocet primo. Vtile enim variari non debet pro inutile. Tandem quia humanam gloriam appetere, & velle non est malum ex se, imo sæpe necessarium, vt supra ostendimus. Si ergo opus

Oratio, eleemosyna, aut aliud opus bonum ob humanam gloriam factũ meritorium, est secundũ aliquos.

opus ex obiecto est bonum, scilicet eleemosina, & finis non est malus, cur tandem dicemus actum non esse meritorium? Has pro hac sententia placuit efficere rationes, licet à prædictis non adducantur.

498

Hic duo breuiter sunt explicanda. Primum an supposito quod operari ob humanam gloriam sit peccatum saltem veniale, opus possit esse meritorium, si aliàs est bonum, & fit in gratia. Secundò explicandum est, an id sit verum, quod quærere humanam gloriam, sit peccatũ, quod quartum argumentum tangit?

Primo igitur mihi videtur supposito finem illum esse malum, nullo pacto opus esse meritorium, etiamsi de se sit bonum, & fiat in charitate. Moueor ex eo, quoniam de intrinseca ratione meriti est opus esse bonum, per opera enim indifferentia vel mala nemo meretur, alias Deo placerent, quod dici non potest. Cum opera indifferẽtia, vel mala Deo grata non sint. Vnde bonitas actus est veluti genus ad meritum sicut militia operis est genus ad demeritum. At ille actus est simpliciter malus. Cum malam habeat circunstantiam, finis igitur, &c.

Supposito quod operari ob humanam gloriã sit finis malus, opus bonum ob illam factum, meritorium nõ est.

Sed dicunt isti opus esse bonum, cui respondet meritũ licet circunstantia sit mala. Sed hoc nihil est. Quia implicat opus esse bonum, si malam habet circunstantiam. Licet enim sit bonum ex obiecto, & ita cum addito, & secũdum quid tamen simpliciter malum est. Cum bonum cõsurgat ex integra causa: malum ex quocunque defectu. Sicut si quis eleemosinam daret, vt induceret ad hæresim non posset dici actus simpliciter bonus: sed tantum cum addito, id est, bonus ex obiecto: ex fine tamen, & ex consequenti simpliciter malus.

499

Opus bonum licet fiat in charitate, non est meritorium ob malum finẽ factum.

Sed dicunt iterum esse duo actus formaliter, licet vnus realiter, ac vt dici solet, materialiter. Sed hoc falsum est. Nam reuera vnus actus est in genere moris, licet habeat duas rationes, alteram ex obiecto, alteram ex fine. Circũstantia enim omnis est accidens actus humani, vt probat D. Thomas 1. 2. quæst. 7. & artic. 1. Et ita non possunt dici duo actus. Aliàs essent duo obiecta, & esset in duabus speciebus & per consequens vnum nõ esset accidens

Circunstantia omnis accidẽs est actus humani.

seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu circūstantia alterius: sed ex æquo essent duæ species distinctę, sicut est furtum, & eleemosina, vel eleemosina, & superbia. Cum ergo tantum sit vnicum obiectum, scilicet leuare indigentiam, tantum est vnus actus: habet tamen circunstantiam malam adiunctam, qua actus deprauatur. Sicut dans eleemosinam de alieno, licet actus sit bonus ex obiecto: tamen ratione circunstantię est malus simpliciter & orans tempore, quo dormire iubetur à prælato. Licet enim actus ex obiecto sit bonus simpliciter: tamen ex tēporis circunstantia est malus, quod in exemplo posito clarius apparet. Nam alioqui, cum quis dat eleemosinam, vt ad hæresim inducat duo actus essent in genere moris: & ita talis datio eleemosinę diceretur bona, licet alter actus, scilicet finis dandi (hunc enim vocant isti, actum) sit malus. Quę certé prorsus sine ratione dicuntur. Si ergo vnus tantum est actus in genere moris ex obiecto bonus, ex fine, & per consequens simpliciter malus. Quo pacto dici potest Deo esse acceptus, & ad præmium ordinatus? Et hanc nostram determinationem legimus postea non inuiti apud Caiet. 2. tom. opusc. 17. Respond. respon. 14. dubitatio. prima. Vbi concludens ait: peccatum veniale tollere ab actu, quem afficit meritum vitę æternæ, quāuis non tollat meritum vitę æternę à persona.

500 *Dans eleemosinam de alieno, licet ex obiecto actus sit bonus, ex circunstantia tamen simpliciter est malus.*

501 *Peccatū veniale, licet non excludat charitatem & gratiā, actus tamen ille incapax præmij, & præmeritorius est.*

Et per hęc patet solutio ad argumentum de duplici actu. Ad ea verò, quæ nos fecimus, quæ certé difficultatem habent. Respondeo, quòd licet peccatum veniale, non excludat charitatem & gratiam: attamen actus ille est incapax præmij, imo meritorius pœnæ: & ita repugnat eo actu mereri. Id tamen ego semper concessi, quod posset, venialiter peccando mereri: sed non mereri tamen ipso actu, quo peccat. Exempli gratia, dat quis eleemosinam alicui dicens. Accipe centum aureos pro tua necessitate leuanda. Neque enim quidquam amplius apud me pecuniæ reseruo, in quo sane mentitur. Is quidem dando eleemosinā licet venialiter peccet, sed non amittit meritum eleemosinæ. Actus enim eleemosinę bonus est, & aliās dans est in gratia, at peccatum veniale, quod simul committit, nō tollit meritum, cum non opponatur gratię & charitati, quę

est radix meriti. Igitur nihil ei deest, quo minus actus sit meritorius. Actus enim, qui adiungitur non potest nocere, primò, cum non sit eius circunstantia, sed actus ex æquo distinctus. Solum igitur tum quis venialiter peccādo non meretur, quando venialis malitia est accidens, atque effectus ipsius actus, vt si fiat malus ratione finis mali, vel loci, vel temporis, &c.

502

Ad illud de intentione principali. Respondetur, quod dupliciter se potest habere intentio humanæ glorię, vel alterius finis mali in actu. Primo, vt sit causa totalis, vel principalis actus. Quia scilicet præcipuè ob illum finem moueretur, quo deficiente non operaretur tale opus. In quo casu, quidam putant esse peccatum mortale. Quia finis vltimus ponitur in humana gloria. Sed falluntur. Quia licet sit conditio, sine qua non ageretur tale opus, tamen nō est finis super omnia dilectus, in quem se & sua omnia dirigat: sed solum ita est dispositus, quod eo fine humanę inquam gloriæ, non existente non operaretur. Sicut neque canonicus iret ad chorum, nisi speraret stipendium, sed non est finis vltimus in quem referat horas, & se & sua nec simoniaca ob id meus dicenda est. Et sicut paulo ante dicebam. Licet quis non appeteret episcopatum, nisi haberet honorem, & prouentus temporales: tamen non hæc facit tanquam finem episcopatus. Est tamen tunc peccatū veniale, & totus actus malus ratione finis, vt dictū est, & per consequens nō est meritorius actus ob talē finē totalitet, vel principaliter factus. Aliomodo potest humana gloria se habere, vt scilicet, sit causa nō finalis sed impulsiua. Quia reuera eleemosina fieret etiā nō existēte illa gloria: Sed nō ita facilé, & placidé, & tūc non putarē amitti meritum actus, nec reddi actū malū: sed admiscetur imperfectio quædā, & venialis culpa, simul cū actu: non vt circunstantia, sed vt actus quidā malus concomitans quod meritum & laudem alterius actus non excludit, vt dictum est. Et hæc maximè sunt animaduertenda. Quia in practica quotidiana sunt, & sępius bonorum operum merces stultè & leui de causa amittitur.

Intentio humanæ gloriæ, licet alterius finis mali in actu, dupliciter se potest habere.

503 *Opus aliquod bonum, ratione humanæ gloriæ vt causæ principalis facere, peccatum mortale non est.*

Si humana gloria sit tantum causa impulsiua actus boni, nihilominus illi erit meritorius.

Solum ergo restat explicare. An dare eleemosinā, vel

504

aliud

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud quidpiam bonum opus facere, vt orare, ieiunare, &c. ob humanam gloriam sit malum ex circunstantia finis. Id enim sæpe supponere visi sumus & ita vulgo vana gloria
505 vocatur & à Christo sæpius. *Qui* (inquit) *sua opera faciunt, vt videantur ab hominibus: amant primas Cathedras, & primos accubitus in cœnis, & synagogis: dilatant philacteria sua & magnificant fimbrias, & cupiunt vocari ab hominibus Rabbi*, id est Magistri, Quibus ita multis & grauibus Christi verbis non modo venale: sed mortale etiam peccatum pronuntiari videtur opus ob humanam gloriam factum.

Ex alia tamen parte est argumentum supra à me factũ, quod humana gloria sæpe vtilis est. & necessaria, & ad fines honestos referri potest. Quæ enim deformitas est ad rationem, quod quis velit ex bono suo opere ab homine laudem, & approbationem habere? Adde, quod Christus Domnus consilium dedit, quod *opera nostra luceant coram hominibus. Vt videant* (ait) *opera vestra bona, &c.* Denique: quia gloria, & honor premium est virtutis: at virtutis premium non est illicitum appetere.

Quærere gloriã apud homines, de se malũ non est.

In hac re breuiter, quædam placet explicare. Primum quærere gloriam apud homines de se non est malũ. Quod ex eo constat. Quis gloria est clara cum laude notitia, quę de alicuius facto habetur, id verò desiderare nullam deformitatem, aut repugnantiam cum ratione importat, vt patet. Velle enim meum factum laudari, & approbari, si bonum est nullam cum ratione repugnantiam dicit. Vnde 1. Corint. 2. vt ait Apost. *sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis*, & Matth. 5. *Sic luceat lux vestra.*

506 *Appetitus inanis gloriæ, malus & illicitus est.*

Secundo videtur, quod appetitus inanis gloriæ est malus, & illicitus. Est autem inanis gloria. Primum quando quis appetit gloriam de eo quod non est, vt si quis velit haberi sanctus, cum non sit vel sapiens, &c. Hęc enim temeraria & inconsiderata, & bonis viris repudianda gloria est. Quam Christus sæpius reprehendit, cum sit in pelle ouina, cor lupinum, & sepulchrum dealbatum, denique peccatum hypocrisis. Secundo si velit gloria ex facto aliquo: sed non digno glorię, vt si ex vitijs quærat laudem. Quid enim inanius, & peius? Vel ex diuitijs, pulchritudine

Quando inanis gloria incurrat, vt causa principalis ad actum.

ne, viribus, vel sanguine, denique ex omni eo quod non est virtus. De qua Tullius, gloriam collectam ex inanissimis splendoris insignibus contemne. Et sane tam hic, quã primus modus inanis gloriæ ex vulgi irrationali, falsã & 507
inconsiderata sententia solet oriri. Quales etiã sunt nõnullæ personę publicæ, vt nonnulli prædicatores, & iudices & huiusmodi, qui sępe cum reuera apud sapientes minime laude ac gloria digni iudicentur: vulgo tamen magni habẽtur, & nominantur. De quibus merito dici potest, consectantur, nullam eminentem effigiem virtutis: sed adumbratam quandam imaginem gloriæ. Quę non est vera & solida gloria, sed veræ glorię resonans & imitatrix. Et hic modus ad primum reducitur. Idẽ enim est non esse gloria dignum, ac penitus opus non esse.

Tertio ait Sylvest. Si non illam ordinet ad finem aliquem honestum scilicet, vel ad Dei honorem, vel proximi, vel sui salutem, & vtilitatem. Si enim in hominum approbatione & complacentia sistat, vana erit. Cuius sententiæ dicit D. Thom. 2. 2. quæstione 132. & de malo quæstione 9. articul. 1. Huius ratio, est, quia hominum iudicium est incertum, & ita vanum est ab eis gloriã quærere. Sed sanè, si hęc ratio sufficeret, peccatum vanitatis esset consilium ab hominibus petere suffragia, & approbationes ad officia quærere. Si enim eorum iudiciũ incertum est, vanum esset ab eis prædicta petere, sicut peccato vanitatis peccant Astrologi, & alij quos supra retulimus, qui ex incertis signis iudicia deducunt. Quod si satis est sapientium probabilia consilia, approbationes, ac suffragia quærere & admittere, vt in electionibus, & aliis huiusmodi vanitatis peccatum vitetur, non video cur gloriã & laudem quęrere ex benefactis, à sapientibus viris, sit peccatum vanitatis, propterea, quôd incertũ sit illorum iudicium. Cum tamen probabile esse possit. 508

Quando aliquid sine fine vtili, vel honesto appetitur, peccatũ vanitatis, seu ociositatis cõmittitur

Ratio ergo meo iudicio, cur dicta complacentia, & gloria humana, sit peccatum vanitatis, est: Quia non refertur in Deum vel in proximi salutem & vtilitatem. Quoniam cum ibi sistitur solũ intenditur delectatio: at velle delectationem sine alio fine vtili, vel honesto peccatum est ociosi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis, seu vanitatis. Cū homo semper agere debeat, secundum rationem. Sicut autem corpus delitijs, corporaliter delectatur: ita animus factis & gestis. Velle igitur aliorum
509 laudem & gloriam, solum ob illam recreationem, & delectationem, pertinet ad peccatum actus vani, & otiosi. Vt enim supra dicebam, gloria nihil aliud esse videtur, quā honoris, bonæque opinionis fruitio. Imo & ad superbiā, dum quis in illa suæ excellētiæ delectatione persistens, sui creatoris, à quo bonū habet, oblitus, nonnullā deformitatē ad rectam rationem admittit. Ac propterea est veniale peccatum, & ob id in donis spiritualibus, vt moralibus, & intellectualibus virtutibus, tantô periculosius est listam hominum gloriam quærere, quantô & bona sunt excellentiora, & à Dei gratia & auxilio maximè dependentia. Vnde id voluit reprehendere Paul. 1. Cor. 4. cum dicit: *Si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis.* Ibi enim non videtur reprehendere eam superbiam, qua quis expressè à se bonum habere appetit: sed inanem gloriam, qua quis ita se gerit, quasi non acceperit, & propterea Ieremiæ 9. dicitur: *Non glorietur sapiens in sapientia sua.*

Sed rogas, an sit peccatum mortale. Ang. vt refert Sylverbo vana gloria, q. 2. & verb. Honor. q. 8. quod etiā tenuit Henri. de Ganda. Quodlib. 1. q. 34. docet esse peccatum mortale. Quoniam ea quę sunt ordinata ad gloriam Dei, facit quis principaliter, quo hominibus placeat, ad gloriam suam, vt sacramenta, & script. sacra. Ex quo infert esse peccatum mortale prædicare, aut Missam celebrare, & huiusmodi ob inanem gloriam.

510 Verum falsa est hæc sententia, & à Sylu. merito rejicitur. Solum enim id est verū, si ibi ponatur vltimus finis, vt supra dicebā in quē se & sua refert. Quod certé non potest esse nisi in eo, qui ita ob humanam gloriā opus illud facit, quod etiam si esset contra Deum tale opus ob dictam gloriam humanam assequendam, facere non dubitaret. In hoc enim casu esset mortale quod tamen raro fiet. Neque refert, quôd actu non habeat aliū finē, quā humanum. Nā habitu non præfert Deo illum finem, alias permulti, imo ferè totus clerus mortaliter peccaret. Quis enim est qui non

Bonum aliquod facere ob inanem gloriam, peccatum mortale non est, cōtra Ang. & alios, nisi ponatur vt vltimus finis.

non glorietur, vel de sacris vestibus, vel de bona pronuntiatione, vel cantu diuinorum, de prædicatione, vel de eruditione Theologica, &c. Erit igitur mortale. Primū, vt dictū est ratione intentionis. Quia scilicet appetitur, vt vltimus finis, in quē actu & habitu omnia refert, quôd, vt dixi, nō est nisi dū quis est paratus Deum offendere, vt illā gloriā assequatur. Quod certé in publicis spectaculis frequentius euenire posset. Quod aliter dici potest, si appreciatiué præfert honorem illum Deo. Tum enim est mortale, non autē si amore intensiuo. Quia scilicet plus cōplacet in illa humana gloria. Sicut casta spōsa plus æstimatiué amans Christum, plus cōplacet, & delectatur in cōplexu sponsi. Secundó ratione rei de qua delectatur: quia est mortaliter mala, vt Cyrus gloriabatur se esse Deum. Ezechiel. 28. vel si glorietur de adulterio, fornicatione, &c. Tertiô, si testimoniū hominum prę eligeret & prę ferret divino, de quibus dicitur Ioan. 12. *Quod dilexerunt magis gloriam hominum quā Dei.* Et in his tribus casibus gloria humana esset mortale. Et in hoc sensu Christus R. N. reprehendit hypocritas & Pharisęos. Aliàs tātum veniale, vt ex dictis patet. Duo ergo explicauimus satis vtilia, & quotidiana. Et quando gloria humana sit licita: Et quando veniale, vel mortale peccatum. Secundó, an quando tantum est veniale, possit esse actus meritorius. Prę missis his tribus dub. de hac re. Placet iam (vt ad institutum nostrum de restitutione redeamus) agere de lędente in honore. Nā sequenti de fama, & lædente in fama agetur.

511

512

QVINTA ergo dub. sit. Quis sit inuictus læsor honoris, et an restituere teneatur? Pro cuius explicatione est aduertendum, quôd licet ex D. T. 2. 2. quæst. 72. Sylvest. verb. contumelia. Cord. de detract. quæst. 1. in princ. & aliis multis plures assignentur differentiæ inter contumeliam, conuitium, improperium, &c. Nam contumelia est dehonoratio palam verbis facta importantibus culpam, vt si quis alium in faciem appellet furem. Conuitium verō est generalius: qua importat dehonorationem etiam sine culpa, vt si cæcū, vel ex Iudęis ortū esse Hispanicé cōfesso. Improperium vero est per verba, aut signa denotātia

Quinta dubitatio.

Differentia inter contumeliam, conuitiū, & improperiū

Universidad de Deusto
Biblioteca

ægestatem, & id maximé si commemoretur beneficiū in necessitate factum, tum iam communiter pro eodem accipiuntur. Id solum placet animaduertere, quod D. Tho. q. 73. art. 4. ad primum & Caiet. in art. 1. illius q. 72. & omnes fere adnotant, eam esse differentiam inter hęc tria ex vna parte, & detractionem, murmurationem, & susurrationem ex altera, quòd hęc fiunt occultè, & in absentia lęsi sicut factum: illa vero in facie & palam. Vnde contumelia est directè ablatiua honoris, & reuerentię debitę, & licet quandoque in absentia defectum illius dicat aliquis; tamen semper contumeliosus intendit, vt in eius notitiā deueniat: at detractor solum intendit famam lędere, & ita non vult, vt in eius notitiā deueniat. Iniuria vero cōmunis est tam his peccatis linguę quàm alterius signi exterioris, quā etiam operis, vt occisioni, vulneri, alapæ, furto, &c. de illis ergo tribus quę pro eodē vsurpamus, modo est disputandū, scilicet de cōtumelia, cōuitio, & improperio, quę sunt directè læsiones in honore. An lędēs in illis teneatur restituere? S. Tho. q. 72. ar. 8. & ibi Caiet. in sum. ver. Cōtumelia. Ang. Syl. ver. Contum. q. 2. Nauar. in su. c. 18. nu. 10. & c. inter verb. nu. 220. & Cord. q. 2. conc. 8. fatentur mortale esse peccatum, si talia verba proferantur intentione iniuriandi notabiliter, quod planum est. Peccata enim verborū ex intentione sumūt grauitatē. Et idē docet Caie. & Syl. & Bar. Med. in sum. lib. 1. §. illo 35. fo. 79. esse dicendū etiā si nō intendat, si reuera aufert suo facto, q impediret, cū deberet nō curauit. Redit enim actus in naturā suæ formæ cū mea culpa datum sit damnū. Secundò econtra fatentur nō esse peccatū quando dehonoratio fit gratia correctionis. Vnde Christus Apostolos stultos, & tardos ad credendum appellauit. Et Paulus. *O insensati Galatæ, &c.*

513 *Differentia inter contumeliam, conuitiū, & improperiū ex vna parte, & detractionē, murmurationē & susurrationem ex alia.*

Verba iniuriosa proferre cū intentione iniuriandi, peccatū est mortale.

514 *De honorationē causa correctionis facere, peccatum non est.*

Sed dubitatio est, quando nec cum intentione lædendi, nec secundo ita purè correctionis causa: sed admiscetur ira, & despectus in proferendo. Et sane etsi fateātur omnes esse veniale, quādo excessus est leuis in obiurgādo tamen quādo graue quid effatur, vt si ira concitus illū latronē aut ebrium appellet, Iudæum vel hæreticum maior dubitatio

dubitatio existit. Sylvest. enim & Cord. conc. 8. & Naua. docent esse peccatum mortale, si ex verbis & modo loquēdi, cum ira & despectu fiant, cum proximum notabiliter contristent, & iniustè. Quia vt supponimus, nec est superior, vel si est, in eo tamen excedit, notabilem in proximo tristitiam, & pudorem causando. Reuera enim nihil estimagis proximo debitæ charitati contrarium, quàm illum cō tristare, quod præcipuè fit verbis contumeliosis, ira & despectu prolatis, & ita vix à peccato mortali excusarē eum qui iratus alteri dixit eo quod debitū differret post multas soluendi promissiones fictas: Non pluris facio tua verba, quàm si iumentum loqueretur. Hæc enim grauiter dehonestant & contristant. Quare sibi consulere deberent homines malę linguæ, quos sæpè & grauiter peccare in hoc genere existimo. Deberent autem consulere Aug. dicentem: *Quis speret fratres vitam æternam, cū veritas dicat. Qui dixerit fratri suo Racha, &c.*

Verba iniuriosa proferēdo cū ira & despectu, peccatum mortale est. secundū Syluest.

515

Limitat tamen Sylvest. quæstione 3. Cord. & Nauar. supra dicti. Quod scilicet non erit peccatum mortale, si correctio sit principalis causa improperandi. Tunc autem dicit esse principalem causam, quando remota hac nō inferret iniuriam. Sed id mihi non placet. Nam reuera, si notabiliter excedit, proximum contristando, non excusabitur à mortali. Siquidem iniustè notabilem dolorem, & tristitiam infert, ficut si notabiliter nocerer punitione corporali non excusaretur, quod causa principalis fuisset correctio ita vt tale damnum non intulisset, nisi occasione correctionis. Id enim non iustificat excessum: sed si excedit leuiter erit veniale, si notabiliter mortale. Aliàs daretur ansa dominis respectu seruorum, patribus respectu filiorum, prælatis, respectu subditorum, & maritis respectu vxorū, prætextu correctionis quemcunque excessum & iniuriam inferendi. *Omnis* (inquit Cicer.) *animaduersio & castigatio cōtumelia vacare debet.* Vnde bene Caiet. ac Nauar. non excusant hos prælatorum excessus, nisi quando Spiritus sanctus idipsum, suggerendo inspirat, ac D. Thom. ex Aug. id raro absque peccato fieri solere docet. Videant ergo iudices, præcipuè seculares, qui insolenter conuiciantur subditis,

Verbis contumeliosis aliquē notabiliter infligere, etiam gratia correctionis vt causa principalis, peccatum mortale est, contra Syluest.

516

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudices improperantes reos de aliis vitijs á quibus accusatur, grauiter peccant.

ditis, &c. Vbi hoc animaduerto non solum peccare eos nimis grauiter vitium corrigendo, verum quando de aliis vitiis improperant. Quorum tamen correctio non intenditur, vt si de latrocinio esset reprehendendus, & diceretur ebrius, vel Iudæus. Hoc enim planè peccatum esset graue. Cum enim de eo vitio non agatur eo tempore, iam nō vt iudex, sed vt priuata alia persona dehonestat subditum in

517 eo, in quo non est subditus, nec eius foro subiectus. Quod Nauar. annotasse videtur in dict. num. 10. Certé in hoc animaduertere deberent confessarij, vt homines à contumeliosis verbis deterrerentur. Nam reuera omnium malorum velut seminarium in repub. sunt: & certé non minor. Nihil enim est quod magis optimum quemque virū tristitia, & dolore afficiat, quā iniusta improperiaa udire. Et proportionabiliter iudicandū est de irrisione, subsannatione, &c. vt Cor. in d. conc. 8. docet.

De modo quo satisfactio contumeliæ, & conuitij, &c. debet fieri.

SVMMARIVM.

HOnorando aliquem, per signa debita honoris, illi iniuria verbis contumeliosis facta restituetur, nu. 518

Superiores incorreptione excedentes, si excessus sit grauis, restituere tenentur, per se, vel per interpositam personam, num. 519

Minus sufficit in superiore pro satisfactione, quam in inferiori, vel æquali, nu. 519

In satisfacienda iniuria, non est necessaria ipsa veniæ postulatio, nisi postulatio sit pars satisfactionis, num. 520

Si contumelia fuit secreta, sufficit satisfactio secreta, si publica, satisfactio publica requiritur, saltim per amicum, vel confessorem, num. 521

Commintiando falsum dicens, se mentitum fuisse, dicere tenetur

tenetur, secundum Syluest. num. 521

Regulariter loquendo, reconciliatio per genuflectionē, aut veniæ petitionem, errorem agnoscendo, est sufficiens, num. 522

Ex eo quod læsus familiariter cum iniuriante conuersetur, iniuriam non remittit, nec iniurians excusatur a restit. num. 523

Læsus ita iocosè cum læsore agens, vt signa manifesta contumeliæ remisse præbeat, læsor a restitutione excusatur, num. 524

Animo offendendi, crimen publicum alteri obijciens, mortaliter peccat, num. 525

Si iusta causa poterat reuelare, ad publicam vtilitatem & damnum tertij vitandum, licitum est, crimen publicum alteri obijcere, num. 526

Si ex odio reuelet, licet peccet mortaliter, non tamen tenetur restituere, num. 526

Aliquem a consecutione beneficij impediens, animo nocendi, restitutionem tenetur, num. 527

Obijciens alicui animo iniuriandi crimen publicum, licet peccet, non tenetur restituere, num. 529

Obijciens alicui crimen si non probet, se sine consilio nocendi fecisse, actione iniuriarum puniri debet, num. 529

Quando ex patientia, aliquis parui æstimaretur in populo, contumelias sustinere non tenetur, num. 530

Odium iniuriarum deponere, quilibet tenetur, secundum Cord. num. 531

Loquelam alteri interdicere, vel alia signa inimicitiæ indicantia facere, licitum non est, ex ipso Cord. num. 532

SEXTA dubitatio fit. Quid & quomodo pro talibus iniuriis sit restituendū? Caietan. 2. 2. q. 72. ait 3. putat nō teneri ad petēdā veniam: sed solū ad satisfaciēdū honori. *Sexta dubit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

518 *Honorando aliquem per signa debita honoris, illi iniuria verbis cõtumeliosis facta, reintuetur.*

Quomodo vero satisfactio hæc fieri possit sine humiliatione sui per verba vel alia signa petendo veniam, non explicat. Posset tamen dici, quod honorando illum quẽ dehonestauimus per signa solita honoris, vt caput ei aperiendo, vel per interpositam personam, &c. Verum Sylvest. quæst. 4. ex Nicol. de Lyra, & Restitutio. 7. q. 1. docet quod tenetur iniuriato satisfacere cognoscẽdo per se, vel interpositam personam apud læsum suam culpam: nisi scãdalum, vel periculum sit, vel signa æquipollentia ostendere: nisi comprehendat sibi esse remissum. Quia cum co redit, & huiusmodi, & Med. d. §. 35. hoc ipsum docet, & Abulens. super 5 cap. Matth. ad eum locum. *Si offers munus tuũ ad altare, &c.* Sed verius videtur quod Caiet. docet. Satis enim reparat honorem ablatum per alios actus, absque genuflexione, vel veniæ petitione, quod etiam docuit Pedraza præcept. 8. §. 10. Couar. 2. Var. resol. cap. 10. nu. 7. Cord. nemb. 4. de detract. quæstione 3. conclusi. 11. Angles in flor. Theol. 4. senten. quæstione de Rest. bonorum temp. art. 1.

519 *Superiores in correptione excedentes, si excessus sit grauis, restituere tenetur, per se vel per interpositam personã.*

Sed an idipsum teneantur facere superiores excedẽtes in correptione vt prælatus, & paterfamilias. Sylvest. docet teneri si iniuriam fecit ex proposito, seu liuore vindictæ, quod planum est, & Med. d. §. 35. Porro ego iuxta supra dicta distinguendum censeo. Quoniam, si excessus est leuis, non tenetur: si vero grauis, non video quomodo excusetur. Si enim iniustè læsit, & notabiliter, cur non teneatur vel iustitiæ satisfactionem facere? si non per se (quia non decet superiorẽ humiliari subdito) tamen per aliũ. Quemadmodum si corporaliter læsisset excedẽs iustam punitionem, teneretur ad restitutionem damnorum. Maximè, quia vt Caiet. & Pedraza docent, non potest veniam humiliter petere, aut genuflectere, & similia subiectionis signa ostendere: sed satis est, vt secundum illius statum & dignitatem debitum honorem exhibeat, quod facere potest & debet sine dedecore, & sic honorem ablatum restituet quod aperte docuit Cord. in hac specie de detract. quæst. 3. conc. 11. siue sit prælatus à subdito: pater à filio: vir ab vxore: dominus à seruo: magister à discipulo, &c. pro qua sententia

sententia citat D. Tho. & Floren. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 3. Rayn. & Durand. in summ. Minus tamen meo iudicio sufficeret in superiore pro satisfactione, quã in æquali, vel inferiori. Sicut enim ex dignitate personæ iniuriatę, & paruitate iniuriãtis: creuit iniuria: ita cũ læsus est inferior, & læsor maior, minor est iniuria, & tãto satisfactio maior, quãtó satisfaciens maior. Siue ergo quia iniuria à prælato facta fuit minor, siue quia eius satisfactio est maior, & vtrunque ratione suæ dignitatis non idem satisfactionis genus à prælato, quod ab aliis est exigendum. Satis ergo facit si seruata dignitate personæ suæ læsum placere studeat, vt in hac specie Angles adnotauit.

Minus sufficit in superiore in satisfactione, quam in inferiori æquali.

520

Caietanus vero limitat suam opinionem opusc. 16. R. R. 13. dubitat. 5. vt scilicet vera sit, quando petitio veniæ non est pars restitutionis. Si enim esset pars teneretur (inquit) eam petere, quod arbitrio boni viri dicit esse relinquendum. Et ita docuit Sotus lib. 4. de Iust. quæst. 6. art. 3. in respon. ad quintum, & Cord. in dict. conclu. 11. Nã quandoque contumelia est tanta, vt vltra petitionem veniæ amplius requiratur, & econtra aliquando non tanta requiritur satisfactio. Non enim decet prelatum à subdito veniam petere, aut genua flectere, & similiter nec plebeius homo iustè ab illustri tantam satisfactionem exposcere, sed aliter potest restituere. Imo inter illustres non est hic mos veniam petendi, ac per hoc non sunt cogendi a confessoribus ea petere: sed aliter debitam reuerentiam exibere. Modus vero satisfactionis est, vt si fuit contumelia secreta, sufficiat secreta satisfactio, si verò publicè fuit illata, vel secreta in publicum venit: dicit Sylvester quæst. 5. quod tenetur publicè satisfacere. Probat ex Paulo Acto. 16. Quod nolluit occultè liberari, sed publicè quod laudabiliter seruatur ab inquisitoribus, qui publico honore innocentes liberant. Sed non mihi videtur esse necessarium: vt is, qui publicè læsit, per seipsum publicè veniam petat satis est per amicum, vel confessorem, vel aliã personam, publicè tamen honorem reddat, vt Corduba dicit in dicta conclusione 9.

In satisfaciendo iniuria, non est necessaria ipsa venię postulatio, nisi ea postulatio sit pars satisfactionis.

521

Si contumelia fuit secreta sufficit satisfactio secreta: si publica, satisfactio publica requiritur, saltim per amicum, vel cõfessorem.

Denique si conuitiando falsum dixit, non satis est veniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuincendo falsum dicens, se mentitū fuisse dicere tenetur, secundum Syluest.

niam petere, sed se mentitum fuisse (inquit Sylvest.) dicere debet, de quibus infra latius. Addit autem Angles cōclus. 3. quod si iniuria irrogata leuis fuit, & satisfactio potest integrè & sufficienter fieri per venię petitionem, tenetur contumelioſus ad petendam veniam, quod non omnino probo. Quia licet integrè, ac sufficienter illa via honoris læſi atque ſublati reparatio fiat, tamen ſi alia via reconciliatio, & ſatisfactio fieri poteſt, non eſt quiſquam cogendus ad hunc ſatisfactionis modum, vt conſtat. Non enim reſtitutor ad aliud tenetur, quā vt æquale reddat, ac ablatum fuit, quauis via id efficiatur.

522

Regulariter loquendo, reconciliatio per genuflexione, aut veniæ petitionē errorem agnoſcendo, eſt ſufficiens.

Adde, quòd regulariter loquendo præcipua, ac ſufficiēs reconciliatio ſit per genu flexionem, aut veniæ petitionē errorem agnoſcendo, quamuis aliquando nō ſufficiat, ſed alia requiratur, vt ſi colapho, aut fuſte percuſſo dicas te id feciſſe circunſtantiū fauore, magis quām tuis armis, aut viribus confiſus, vel quia illum inermem vidiſti ſecluſo mēdatio, vel ſi a loco diſcedas, vbi iniuriam paſſus habitat.

Illud autem quod Pedraza docet in ſum. præcepto 8. §. 10. & Anto. 2. p. tit. 2. c. 2. §. 3. quod referunt ex Duran. in ſum. probareque videntur, quod in expreſſo docuit Cord. quæſt. illa 3. cone. 11. Sylueſt. quæſt. illa 4. ſcilicet quod ſi læſus contumelia, familiariter conuerſetur cum iniuriante, iam videntur eam remittere ſecumque reconciliare, & conſequenter ad reſtitutionem non teneri. Hoc inquam tam falſum eſt iudicio meo, quam ſuaue cōtumelioſis iniquiſſimiſque hominibus. Certè quamuis cū omni genere peccatorum non rigore eſt vtendum, quod debebamus, ſed totius miſericordia, quæ illis nulla debetur: tamen cum hoc genere inſolentium hominum rigidè quo currentur: non leniter, quo deteriores fiant eſt agendum.

523

Nec eo quod læſus familiariter cum iniuriante conuerſetur, iniuriam non remittit,

Ego ſanè minimè verum puto, quod ob id quod cum ipſo familiariter agas reſtitutionem honoris tui remittas. Multi enim vel quia ſimul viuunt, cum iniuriatore, vel quia eo indigent, vel ceté ſapientia quadam, vt notam vel ſcandalū vitent, diſſimulant. Hos ego non dixerim ob eam conſeruationem, iniuriæ ſatisfactionem remittere.

Cum

Cum ipſi maximè cuperent eis ſatisfieri, cum huiuſmodi iniuriæ plus pœnæ afferant, & doloris, quām rei familiaris ablatio, quām certè conſtat, non ita facilè condonari à creditore. Aliàs oſtium aperiretur ſuperbis, atque inſolētibus iniurias ac contumelias inferēdi, ſi tam facilè ac ſuauiter eſſent in ſatisfaciendo tractandi: vnde à vero longè abeſſe prædictam ſententiam in foro conſcientiæ exiſtimo, licet in foro exteriori aliter iudicaretur ac præſumeretur. Niſi ergo ſponte iniuriatus accederet, expreſſa ac manifeſta remiſſæ contumeliæ ſigna præbens, valdeque familiariter ac iocosè cum læſore agens, non putarem eſſe liberum à reſtitutione, & debita ſatisfactione iniuriatorē. Et ob id ſcite Sylueſte. & alij vbi ſuprà docent niſi comprehendat ibi eſſe dimiſſum, quia cum eo reddit, &c. non eſſe liberum. Quis eſt enim qui (quo omnes vehementer natura ducimur) nollit ſibi honorem iniuſtè ablatum reſtitui, & exhiberi? Quis non gaudeat ſuam cognoſci innocentiam ſecumque irrationabiliter, cum ipſe tamen modeſtè ſegeſſerit, eſſe actum? Quis tandem, qui nollit ſuam dignitatem in alterius inſolentia, & iniquitate retinere? Non igitur quia iniuriatus ſe humanè gerat. Tum in perferenda iniuria: tum in diſſimulanda. Non quia ſe non iudicio, & ratione ſed vi, & oppreſsione euertere conanti nō reſiſtat, cum reuera illius temeritati, virtute & animo reſiſtere poſſet, non inquam ob id peioris conditionis eſſe debebit, debitoque erit ſibi honeſtiſſimoque honore carituruſ. Non igitur nos Theologi in hac parte inſultātibus ac cōtumelioſis hominibus fauere debemus: nec ita liberalos in remittēda reſtitutione iure naturali debita miſero iniuriato, atque oppreſſo, ſed ita iudicare, ac ſi nos ipſi acerbitatem, & iniuriā accepiſſemus. Nemo enim noſtrum eſt qui graui perculſus iniuria, nō aliquo modo leuaretur dolore. Si vel ab iniurioſo venia peteretur l. aliter honos ablatus reſtit. Ne quis vero qs erret, intelligat aliud eſſe iniuriā 525
ad eſt, odiū ex animo remittere ad qd Chriſtianus tenetur: aliud honoris iniq; ablati reparationē ac reſtit. cupere, qđ licitū eſt, ac neceſſariū aliud tandē vindictā, in iudicio exigere puro animo, quod licitum eſt, non tamen neceſſariū

ſępéque

nec iniuriās excuſatur a reſtitutione.

524

Læſus ita iocoſe cum læſore agens, vt ſigna manifeſta contumeliæ remiſſa præbeat, læſor ad reſtit. excuſatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpeque cum liuore fieri solet, at naturæ disputatio longe ab ijs abest, vt patet.

Septima dubitatio.

Animo offendēdi, crimen publicū alteri objciens, mortaliter peccat.

SEPTIMA difficultas sit, vtrum qui alteri objcit crimen etiam publicum teneatur actione iniuriarum, & adest. Sane si animo offendendi facit manifestum est mortaliter peccare. Pertinet enim ad iniuriam improperij, seu conuitij, vt Cord. docet de sigillo memb. 4. quid est de Detrac. quæst. 3. conc. 4. Secūdo manifestum etiam est, quod si scilicet iusta causa poterat reuelare, vt quia crimen est probabile, vt infra dicemus, licitum est illi reuelare ad publicam vtilitatem, vel ad vitandum damnum tertij, &c. si non ex illa iusta causa, sed ex odio reuelet, licet peccet nō tenetur tamen restituere, vt ibidem Cord. fatetur. Sicut nec iudex ex odio occidens, licet peccet mortaliter contra charitatem: tamē restituere nō tenetur ex quo iusta causa damnari potest ad mortem, licet ipse non ex illa sed ex odio. Difficultas igitur in eo posita est. An si quis ita crimen alterius illi objciat, vt dolo, & nocendi animo faciat teneatur restituere.

526

Si iusta causa poterat reuelare, ad publicam vtilitatē, & dānū tertij vitandum, licitū est, crimen publicū alteri obijcere

Si ex odio reueleт, licet peccet mortaliter, non tamen tenetur restituere.

Videtur enim quòd teneatur. Tum quia vt multi docent, quos retuli supra etiam ex claris Thologis, qui aliquem à religione auertit animo nocendi tenetur restituere, cum tamen sine illo animo non tenetur. Itēvt infra ex multis alijs narrabimus inter quos plane videtur D. Tho. Pal. & alij plures, qui aliquem impedit à consecutione beneficij animo nocēdi, tenetur ad restitutionem idque apertissime decernitur in §. Denique Marcel. ff. de Aqu. plu. l. 1. Vbi si quis fodiens in suo fundo vicini fontem auertit, tenetur actione de dolo, ait Iurisconsultus, si animo nocendi fecit. Igitur à simili, qui alteri suum dedecus proponit, intentione iniuriandi tenebitur actione iniuriarum, & per consequens ad restitutionem, etiam si aliàs secluso illo malo animo non teneretur, vt dictum est. Cui sane sentētię subscribit Adria. Quodlib. 11. in 6. ff. Cyn. in l. Si nō conuitij. C. de Iniur. q. Oldeal. consi. 53. Ludo. de. Racio. consil. 99. Anchar. consi. 22. Panor. in cap. Cum te, de Sent. & re ind. cuius etiam sententię videtur Bar. in d. l. si non conuitij. Cum dicit hanc legē inuenisse vltra mōtanos

527

Aliquem a consecutione beneficij impediēs animo nocendi, ad restitutionē tenetur.

tanos ad sit mandam hanc sententiam. Clare siquidem videtur fundari in ea lege quod si quis probare potest, se quid iniuriosum dixisse sine conuitij consilio, seu animo fides veri illum à calumnia defendi, igitur à contrario sen- *528*
su, si fides veri non defendit, quia probare non potest an animo nocendi dixisset, tenebitur actione iniuriarum.

Vnde cum Fabianus Rom. Pont. in ca. Si quis iratus secunda quæst. 3. scribens ad Hilarium Episcopum, sic dicit. *Siquis iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuitium non est pro accusatione habendum.* Vbi ait glos. *Sed habetur pro iniuria.* Idque maximè, si ex deliberatione conuitiū locutus est. Vt patet 11. q. 1. cap. si quis sacerdotem, & ff. de Iniur. l. Item apud. §. 1. Vbi annotatio Gregorianæ editioni explicat prædictam glossam intelligendam fore, quando ita objcit conuitium, quod probare non potest aut non vult. Quasi tum presumatur non bono fine: sed iniuriādi fecisse. Quod aperè sensit Gaius Papa in Epistola vnica ipsius. *Si quis* (inquit) *non probanda detulerit, id est,* (quæ non est probaturus: siue quia non potest, aut non vult) *authoritate huius sanctionis, vt domo pudoris, & existimationis dispendio discat sibi aliene verecundia impunè insidiari de cætero non licere.* Et ita seruare videtur cōmunis praxis. Nam qui aliquid iniuriosum proximo dicit, punitur cùm presumatur cōsilio cōtumeliæ fecisse, nisi contrarium probet. Denique si non excusat veritas dicti, cùm aliquem stultum appello, aut Iudæū multò minus excusabit, cùm crimen objcio illius. *529*

Verumtamen mihi planè videtur nullam fore restituendi obligationem. Si enim tale crimē iusta de causa reuelari poterat, licet peccet contra charitatē ob nocendi animum: tamen reuera non nocet. Sicut nec iudex reuera nocet condemnando, licet malo animo faciat. Et idē docuisse videtur Adrian. vbi supra. Et planè sentit Cordub. in d. conc. 4. Quamobrem prędicta ex iurisperitorum legumque sententia, locum habet ante sententiam. Fatemur enim quod objciens crimen si non probet se sine nocendi consilio fecisse puniendum fore actione iniuriarū. Actionem verò pœnalem nullis tenetur subire ante condemna-

Objciēs alicui animo iniuriādi crimen publicum, licet peccet, nō tenetur restituere.

Objciēs alicui crimen, si non probet se sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

consilio nocendi feciſſe, actione iniuriarum puniri debet.

530

demnationem. Illud videtur verum, quod ſi ſtatim ac conuitium obiecit deferat & probet eum, veritas dicti excuſabit à pœna iniuriarum, non quia verum dixit dumtaxat ſed quia præſumitur non animo nocendi feciſſe: ſed bono fine, ac ſi à principio accuſaſſet. Vnde merito docuit Adrian. vbi ſupra. Et Cyn. ab eo relatus. Quod qui libellum famoſum eddidit, ſi modo ſtatim deferat, & probet, euadet pœnam iniuriatoris. Licet aliqui contra ſenſerint. Et ita videtur aperte decerni in l. vnica C. de Libellis famoſis, cum dicit, ſufficere veritatem probare, & non requiri, vt probet ſe ex rationabili cauſa libellum famoſum ſparſiſſe. Sed hæc cum ad iudiciale forum pertinēt, non placet amplius diſcutere.

Octaua dubitatio.

Quando ex patientia, aliquis parui æſtimatur in populo, cōtumelias ſuſtinere non tenetur.

OCTAVA dub. vtrum homo teneatur ſuſtinere cōtumelias? Reſpondeo primo non teneri, quando ex tali patientia parui penderetur à populo, vt in illuſtribus, & ingenuis ſupra diximus, cum de honoris defenſione ageremus. Quamuis ſalutare eſſet conſilium & Chriſti humilitati conformius, vnde clerici & religioſi eas tolerare tenētur, vt ibi diximus. Secundo non tenetur quando id eſſet neceſſarium ad reprimendam alterius audaciā. Tunc enim ob bonum ipſius iniuriantis fit. Eſt etiam velut genus fraternæ correptionis iuxta illud Prouerb. 28. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam*, id eſt, ſecundum quod eius ſtultitiam meretur. Tertio quando ex patientia mea aliorum profectus impediretur, vnde Grego. hom. 9. ſuper Ezech. ait. *Hi quorum vita in exemplo imitationis eſt, debent ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant qui poſtea ſant, & ita in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnunt.* Sæpius enim patientia noſtra occaſio eſſet peccati alterius, qui malitia ſua ea abutitur, & tum melius eſt ob illorum bonū eos reprimere. Vnde eſt illud Ciceronis in Catilinam. *Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? ad quem finem ſeſe effrenata iactabit audacia.*

531

Odium iniuriarum deponere, quilibet tenetur ſecūd. Cor.

Tandem dubitatio eſt, vtrum teneamur contumelias remittere. Lege Cord. in ſum. q. 58. qui docet. Primum teneri iniuriarum ad deponendum odium, ita vt non deſideret, vel procuret, l. delectetur de malo proximi animo vindictæ

vindictæ, quamuis hoc deſiderare & procurare zelo iuſtitiæ, & authoritate publica licitū ſit. Secundo docet, quod non poteſt loquellam auferre, & ſigna dare inimicitiæ, vt cum ei occurrit, toruis eum aſpiciendo occulis, vel alio iter faciendo, ne illi occurrat, & ſimilia, quibus illi & cæteri ſignificant, quod eum odium habet. Ita Cord. ibi & gloſ. in cap. Cum Adrianus 64 diſt. Panormit. in cap. Repellatur. de accuſat. Vide eundem Cord. quæſt. 27. quæſtionarij Richard. in 3. d. 30. art. 1. quæſt. 1. D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 8. & 9. & quæſt. 34. art. 2. & 3. & ibi Caiet. & q. 108. art. 1. & Scot. 3. d. 30. & ibi Dur. Ant. Florent. 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 1. & tit. 8. cap. 3. §. 2. Abul. Matth. 5. quæſt. 60. vſque ad 70. & 124. Gad. in can. lect. 73. & 76. Sylueſt. Charitas q. 6. & in aurea roſa quæſt. impertinent Caſu 65. Couar. 2. Varia. c. 10. num. 7. gloſ. in capite. Si quis contriſtatus. 90. diſtinct. & 23. q. 4. ſi illic. &c. Cum in lege q. 5. cap. de occidendis, & 11. q. 3. cap. Inter verba. Ioſeph. Angles in floribus 4. Senten. q. de Reſt. honoris conc. 4. quod longè proſequi non eſt huius loci.

Loquellam alteri interdicere, vel alia ſigna inimicitiā indicantia facere, licitum non eſt ex ipſo Cord.

532

SECVNDA PARS DE *Iadente in fama.*

SVMMARIVM.

Detractionis definitio. num. 1
Detractio, murmuratio, & ſuſurratio idem ſunt, numero. 1
Subſannatio & illuſio, ſecundum ſpem & fidem, idem ſunt. n. 1
Imponendo falſum proximo, & renelando verum ſed occultum, præcipuè læditur fama, num. 1
In genere infamandi, triplex modus, contingere poteſt, num. 1
Animus denigrandi proximi famam, peccatum mortale eſt, & obligatio reſtitutionis, num. 2

Qui

Qui suo actu proximo notabiliter lædit, etiam si directè malum non intendat, licet peccet, non tenetur restituere, num. 2
Contumelia specie a detractione differt, num. 3
Deum sanctum canonizatum, aut creaturam aliquam rationabilem in quantum creatura Dei est infamare, nō tam detractio, quam blasphemia dici potest, num. 3
Seipsum iusta & rationabili causa infamare, meritorium esse potest, num. 4
Seipsum metu tormentorum infamare, peccatum mortale est, & grauius quam alterum infamare, & tenetur ecclesiæ restituere famam, secundum Caiet. & alios, nu. 5
In extremo quis tenetur reuocare, quod de se falso testificatus est, secundum Syl. num. 6
Infamare seipsum, non est genere suo peccatum mortale, sed prodigalitatis, secundum Sotum & alios, num. 8
Homo famæ suæ dominus est, contra Caiet. num. 10
Nisi aliud bonum quam bona existimatio apud homines ex manifestatione suæ innocentiæ sequatur, melius est vitia detegere, num. 11
Fama etiam si leuis sit, nullo pretio æstimari potest. num. 13
Se infamare non est peccatum veniale contra iustitiam, sed tantum contra aliam virtutem esse potest, num. 13
Infamare se sine rationabili causa, peccatum genere suo tantum veniale est, num. 14
Cum quis sine causa talia de se crimina dicit, quod in eis gloriatur, mortaliter peccat, num. 15
Si sui infamatio occasio sit alijs ad facinora perpetranda, se infamare peccatum mortale est, sed non contra iustitiam. num. 17
Se dissamare, ineptum se faciens ad obtinendum, vel administrandum officium, vel bonum aliud temporale, ob quod

quod damnificatur personæ quibus eius opera erat necessaria, peccatum mortale est, non tamen contra iustitiam, num. 18
Falsum de se crimen proferens cum iuramento, mortaliter peccat, num. 19
Cum infamatio sui vergit in damnum vitæ suæ, vel proximi, aut membri mutilatio, erit mortale, si fiat sine rationabili causa, num. 19
Infamare se, siex eius infamia etiam alteri sequatur, peccatum mortale est. num. 20
Infamare se, si ex tali infamia damnum familiæ sequatur, licitum non est, num. 21
Se infamare verè aut falsè ob tormentorum metum, peccatum mortale non est. si tamen intercedat mendacium, peccatum veniale erit, num. 21
Falso aliquem infamans, ob metum tormentorum, peccat mortaliter, num. 22
Nisi reuelatio secreta esset contra Regem, vel rempubl. vel priuati hominis, per iniuriam tamen tale secretum extorsisset, licitum est verum crimen prodere, ob metum tormentorum, secundum Sot. & alios, num. 22
Aliquem infamare verè, si sit extra confessionem, peccatum mortale non est, etiam in quocunque casu, nu. 23
In tormentis aliquem falso infamans, mortaliter non peccat, secundum aliquos, tenetur tamen postea se retractare, num. 23
Ad minas iudicis de tormento inferendo, ita celeriter cō fiteri non debet, vt proxima signa veræ voluntatis iudicis, non sperentur, num. 24
Falsum de se testimonium dicens, in extremo se retractare non tenetur, contra Sylu est. nu. 25
Nihil de bono nomine curare, peccatum prodigalitatis est. n 26

Detractionis definitio.

FAMA detractione lęditur. Est enim detractio, vt S. Thom. docet 2.2. quęst. 73. artic. 1. & doct. ex illo iusta denigratio famæ per occulta verba. Ita Syluester verb. detractio. Adrian. quodlib. 11. in 1. supp. Cordu. de detract. quęst. 1. in princ. Pro intelligentia dicendorum notandum est, quòd detractio, & murmuratio, imo & susurratio idem sunt: quamuis susurratio, vt D. Thom. dicit quęst. 74. speciale quid includit, scilicet, intentionem lędendi amicitiam. Itaque cum denigratur fama intentione seminandi discordiam inter aliquos susurratio dicitur, derisio etiam ad hoc reducitur. Differt enim solum ex intentione à prędictis. Fit enim ad erubescentiam in aliquo generandam. Igitur in conuitio seu contumelia honos lędi intenditur, in detractione seu murmuratione, fama, in susurratione amicitia, in derisione erubescentia intenditur. Subsannatio verò, & illusio sunt idem secundum speciem cum derisione, & secundum finem, nisi quod derisio fit verbis, vel cachinno: subsannatio verò fit rugato naso, illusio autem fit factis. Hic ergo pręcipuè de detractione, & murmuratione disputare intendimus, cætera latius Corvbi supra.

Detractio, murmuratio, & susurratio, idem sunt.

1

Subsannatio, & illusio, secũ dũ speciẽ & finem, idẽ sunt.

Secundò animaduertendum famam multipliciter lędi iniustè, sed pręcipuè duobus modis. Primò imponendo falsum proximo. Secundò reuelando verum, sed occultũ. Quando enim vel verum peccatum publicè augetur, & similiter quando peruertitur proximi intentio, & in malam partem confertur, quod sæpius fit, est etiam detractionis genus, sed ad primum modum reducitur, cum falsum imponitur, vt Syluest. tangit verb. detractio in princ. Addè quòd in vnoquoque genere prędicto infamandi, potest triplex modus contingere, scilicet aut sola intentione nocendi famam, cum tamen re ipsa nocumentum non sequatur, vel quia sciebat iam antea audientes, vel si non adhibent fidem detractori, vel si is, cui detrahitur est in seipsis, vel ita vilis, vt nil perdet, &c. Et hęc ab aliquibus dicitur detractio formalis tantum, alia per oppositum dici solet detractio mentalis, quando scilicet sine intẽtione nocendi ex incuria, negligentia, loquacitate, &c. proximi fama lædit, qui detrahendi modus communior est in praxi, valdèque pernicios⁹. Sanè vtrumque esse peccatum, & in re graui mortale nullus doctorum dubitauerit, vt infra latius ostendimus; & in specie docet Caiet. in sum. verb. detract. Cord. quæst. illa 2. conc. 5. Sylu. detract. Armil. detractio. §. 4. Gerson alphabeto vigesimo nono litera E, & quidem de primo modo certissimũ est. Cũ peccatũ præcipuè in voluntate consistat. Vnde sicut intentio furandi etiam si re ipsa non perficias, est peccatũ mortale in re graui, ita animus denigrandi famam proximi, quę pretiosior est diuitiis, peccatum sit necesse est. De secundo etiam ex eo constat, quia quando ex meo actu proximus notabiliter lędit⁹ à peccato mortali excusari non potest, etiam si directè non damnum intendat, siquidem interpretatiuè damnum consentit. Qui enim causam damni dat, &c. ea tamen est differentia quod vt infra dicam, in primo casu restituendi obligatio nulla est, at in secundo existit.

Imponendo falsum proximo, & reuelãdo verum, sed occultum prącipuè lędit⁹ fama.

In genere infamandi, triplex modus contingere potest.

2

Animus denigrãdi proximi famã, peccatũ mortale est, & obligatio restit.

Qui suo actu proximo notabiliter lędit, etiam si directè malum non intẽdat, licet peccet, non tenetur restit.

3

Contumelia specie à detractione differt.

Tertio animaduertendum, contumeliam à detractione, specie differre, cum longè distinctæ sint iniuriæ, & distincta auferant bona. Vnde qui in alterum profert contumelias animo infamandi, peccat duplici malitia specie distincta, & tenetur confiteri circunstantiam detractionis, vt Nauar. docet c. 18. num. 12. & Cord. quæst. illa 1. versic. Et nota. Honor enim & fama bona sunt specie differentia, vt ex dictis patet. Fama enim est bona opinio, & honor est reuerentia exhibita. Vnde sæpe homines bonæ famæ contumelijs affici solent, licet iniustè, qui quamuis honorem perdant ob talem iniuriam, sed non famam. Quare peccata specie distincta sunt. Et sanè quando econtra fit, vt quis occultè detrahat famam lædendo, cum intentione dehonorandi, sine controuersia verissima est Nauar. sententia. Plurimam enim addit malitiam velle in faciem dehonestare, vltra ipsam occultam murmurationem.

Deum, sanctũ canonizatum, aut creaturam aliquã rationalẽ in quantum creatura Dei est infamare,

Quarto suppono, quod infamare Deũ aut sanctum aliquem canonizatum, aut creaturam aliquam rationalem prout creatura est Dei, non tam est detractio, quàm blasphemia. Ita docet Nauar. 17. siue fiat animo detrahẽdi eo rum gloriæ, & famę, atq; honori, siue ad deridendum, vel iocandum

non tam detractio, quam blasphemia dici potest.

iocandum. Verum antequam aggredior dicere de infamã te alium publica authoritate placet pauca præmittere de infamante seipsum.

4 *Prima dubitatio.*

PRIMA igitur dubitatio sit, vtrũ infamare seipsum sit peccatum mortale. Et primo certum est, quòd si iusta & rationabili de causa fiat, non est peccatum mortale, sed meritoriũ esse potest, vt cũ quis cõfessori suo peccata manifestat, vel etiam extra confessionem ad capiendum consilium, siue à Theologo, siue ab aduocato, siue ab amico quocunque, siue à medico, denique si ad maiorem sui humilitatem & proximorũ ædificationem faciat sic sanè fecit Augustin. in lib. Confes. & Anselm. scripto. sua peccata relinquens & cùm amissam virginitatem lamentabatur. Sic multi sancti viri nostro tẽpore ad maiorem sui spiritualẽ profectum, humilitatem & pœnitentiæ exemplum. Vnde in religionibus quibusdam sanctissimus seruatur vsus, vt religiosi cum approbatione tamen superioris suos defectus tam culpæ, quam naturæ publicè corã aliis & voluntariè referant. Sic fit, vt inania splendoris insignia, terrenamque ac vanam apud homines gloriam fortiter contemnant, tanto sapientiores ac beatiores effecti, quanto veriorem in oculis Dei sui gloriam & Christi humilitatẽ magis sectãtur. Sicut ẽcontra elati homines leuitate, inaniter exultantes, ac temere gestientes, tanto profecto (vt gentilis quidam dixerit) sunt miseriores quanto sibi videntur esse beatiores. His igitur & similibus casibus exceptis quæritur. An sit peccatum mortale seipsum infamare.

Se ipsum ista & rationabili causa infamare, meritorium esse potest.

5 *Se ipsum metu tormẽtorũ infamare, peccatũ mortale est, & grauius quã alterum infamare, & tenetur Ecclesiæ restituere famã, secũdum Caiet. & alios.*

Caietanus in sum. verbo detract. & 2.2. quæstione 73. articulo 2. etiamsi fiat metu tormentorum putat esse peccatum mortale & graue, quam alterum infamare. Per omnia enim idem iudicium esse existimat, ac de occidente se. Homo enim (ait ille) non est dominus famæ, sed non tenetur eam conseruare propter Deum, & commune bonum. Sicut nec est dominus vitæ & membrorum. Vnde sicut nullum tormentum excusat à vulneratione, & occisione sui, ita, &c. Ac per hoc si falsum sit quod dicit, peccat duplici iniquitate.

Primum

Primum ob infamationem sui. Secundò, ob mendacium pernicioſum in iudicio. Adde, quod facit contra diuinum præceptum, quo præcipimur curam habere de bono nomine. Et ita colligit, quod tenetur ecclesiæ cuius est membrum ad restitutionẽ suæ famæ. Opponitur enim ex hac parte sui infamatio, iustitiæ, quæ est ad alterum. Et eiusdẽ sententiæ videtur Syluester verb. detract. quæstione 3. Docet enim quod in extremo tenetur quis reuocare, quod de se falso testificatus est. Si ergo sibi famam restituere tenetur, peccasse illum sensit Syluest. contra iustitiam commutatiuam. Et hæc videtur fuisse eius sententia, licet obscurè satis loquatur. Et vt Nau. refert in sum. c. 18. n. 18. eiusdem sententiæ est. Anto. 3. parte tit. 8. cap. 4. §. 1. Hæc sententia tribuitur glos. in cap. 1. 15. quæst. 5. Sed illa nihil de hac re habet. Eã tenet planè Pedraza in sum. præcepto. 8. §. 1. Armil. verb. detract. §. 4. Maior, in 4. d. 22. col. 5. Panor. & Felin. in c. 1. de Test. cog. Ioann. Lup. in tract. de regno Nauar. 3. part. §. 2. & in repet. de Don. inter vir. & vxo. §. 70. num. 4. Palud. in 4. d. 21. q. 2. artic. 3. conclus. 4. Soci. in rep. super cap. Ad audientiam de Homicid. Possumus probare hanc sententiam ex Augustin. relato in cap. Non sunt audiẽdi 11. quæstione 3. *Dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, existimationem hominum non solum impudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant animas aliorum siue blasphemantium viam Dei, quibus quasi turpis, quæ tamen casta est, displicet vita sanctorum, vel cum excusatione imitantium non quod vident, sed quod putant.* Vnde concludens, ait: *Nobis necessaria est vita nostra, alijs fama nostra.* Peccatum ergo est contra iustitiam, vt Caiet. ait. Quia delinquit se infamans cõtra Ecclesiam, & Deum & Rempubl. quorum est sua fama. Et certè clarius idipsum mihi videtur docuisse Augustin. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 2. *Porro si falsi testimonij non minus reus est, qui de se ipso falsum fatetur, quam si de proximo id faceret, &c. cum in eo præcepto quo falsum testimonium prohibetur aduersus proximum prohibeatur, quanto magis intelligẽdum est non licere seipsum occidere?*

In extremo quis tenetur reuocare, quod de se falso testificatus est, secũdum Syluest.

6

7

8

Contrariam tamẽ sententiam tenet Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 10. articul. 2. vers. *celeberrimum*, & lib. 4. quæst. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infamare seipsum, non est genere suo peccatũ mortale, sed prodigalitas, secundum Sot. & alios.

artic.3. & quæst.6. de tegendo secret. memb.1. conc.3. Nauar. cap.18. nu.28. Adrian. in 4. quæst. de rest. famæ. q. 35. & Quodlib.11. pag.17. & videtur senten. D. Thom. 2.2. quæst.73. artic,4. ad primum. Couar. lib. 2. Variar. resolut. cap.2. num.8. Cord. memb. 4. de detract. quæst. 3. conclus.14. dub.1. vers. *Respondeo, secundum Adrian. & dub. 2. per quatuor puncta*, & latius mem.1. illius tract. q.3. cõ.3. Angles in 4. de restit. fam. dub.2. diffi.2. & quæst. de do
9 minio art.2. con.2. Hi inquam fatentur non esse genere suo peccatum mortale, sed prodigalitatem quandam, per omnia idẽ iudicãtes de honore & fama, ac de diuitijs & bonis fortunæ. Vnde sicut in aliquibus casibus diuitias prodigere est mortale, sic de fama propria censendum putãt. Quorum quidem opinio simpliciter accepta, mihi magis probatur. Sed tamen, quoniam nonnulla sunt etiam apud hos doctores, quæ examinatione, & limitatione indigent, placet per puncta & conclusiones de more veritatem explicatius tradere.

Primo igitur asserimus, non esse illicitum, imo quandoque opus meritorium magnæque virtutis atque constantiæ proprios defectus tam culpæ, quàm naturę ob rationabiles fines propalare, vti in principio huius difficultatis probatum est, quem finem habuisse videtur Ambr. si vera est de eo historia. Qua fertur fœminas in cubiculum inclusisse, vt illa infamia fugeret Episcopatum & hoc constat, tum ratione, tum exemplo clarissimorum virorũ, nõ modo Christianorum, sed externorum qui inanem & popularem famam & gloriam celeriter neglexerunt, cúmque rectè facerent & sentirent, nihil de fama male, aut turpiter facti pertimescendum putabant, conscientiamque benefactorum maximam esse consolationem, & infamię, & rerum incommodarum arbitrantes, omnia collecta ex ina
10 nissimis splendoris insignibus contemnenda, breuia, caduca, fugacia existimantes. Et hoc omnes fatentur.

Homo famæ suæ dominus est, cõtra Cord.

Secundo putamus falsum docuisse Caietanum, & eos, qui sicut vitæ, ita & famæ arbitretur hominem dominũ non esse. Constat enim sui homicidium, & mutilationem, seu vulnerationem ita esse mala, vt nulla priuata authoritate

tate nisi Deo reuelante in se manus tales injcere liceat, quod cum omnes fatentur, tum potissimum prędarè & copiosè prosequitur August. 1. de Ciuit. Dei à c.17. at seipsum infamare, etiamsi quod nõ feceris (secluso tamen mẽdacio) fecisse ostentes, fieri potest bono aliquo fine, vt supra ostensum est. Magis ergo domini sumus famæ, quã vitę. Item se occidi permittere, cũ facilè vitari posset, illicitum est, vt supra ostendimus at famę bonique nominis iacturam perferre libẽter, etiã si prote respondere possis, nõ modò non est illicitũ, sed altissimum virtutis opus exemplo eius, qui *cum malediceretur, non maledicebat*, qui cũ falsa testimonia iniquissima audiret, nihil respondebat, vt literis Euangelicis traditur. Et vt Isaias ait. *Tanquam ouis coram tondente se obmutuit*. Vnde & perfectionis opus à sapientibus (sapientia, inquã, Christi) iudicatum est nolle se de-
11 fendere, & excusare, cum possent suam declarare innocentiam, & virtutem quod videtur probare Paul. dum dicit: *non vos defendentes, sed date locum iræ*. Quare vituperatione dignos putamus nonnullos Christianos qui gentilitate magis, quàm Christi amore ac cognitione (cognitione inquam practica) grauiter reprehendunt, imo irrident religiosos viros aliósque Christi humilitatis amatores, eo quod docent melius esse, & sanctius se non excusare, & defendere, cum possint, dicentes brutis esse similes, nõ hominibus, rationèque vtentibus, quos oportet rationẽ reddere sui, suorumque factorum. Hæc inquam sapientia est huius mundi, quæ stultia est apud Deum. Etsi enim fateamur libenter quandoque opus esse pro se respondere, ac suam innocentiam manifestare, cum necessitatis tempus instat, vel scandalum ex taciturnitate imminet, vel damnum notabile sibi, vel tertio: tamen cum solum illius bonæ existimationis apud homines iactura timetur, sanctissimũ est religionis opus Christi exẽplum sanctorumquè virorum sequendo, virtutes atque innocentiam contegere: vitia detegere. Quod gentiles ipsi lumine tantum rationis ducti obseruabant, ne nimis insolescerent, inaniquè bonorum factorũ lætitia efferrentur. Igitur in hominis potestate est honoris, & famæ iacturam facere, magis quàm vitæ.

Nisi aliud bonum quam bona existimatio apud homines ex manifestatione suæ innocentię sequatur, melius est vitia detegere.

Cuius certè iacturam voluntariam, niſi violentia illata patri non licet. Vnde ſanctiſsimum eſt illud conſilium, quod in religionibus quibuſdam habetur. Quod quemadmodũ
12 mundani homines, qui mundi ſunt, diligunt, ſequuntur, & quærunt magna cum diligentia, honores, ſcilicet famam, magni nominis exiſtimationem in terra, &c. ſic qui procedunt in Spiritu, & ſerio Chriſtum Dominum ſequuntur, ament, & ardenter exoptent, quæ ijs omnino contraria ſunt, &c.

Præterea id oſtenditur illa ratione D. Tho. ſupra â me allata, qua probat hominem non eſſe proprię vitæ dominum 2.2. quęſt. 64. artic. 5. ad 3. *Quia* (inquit) *homo conſtituitur ſui ipſius dominus per liberum arbitrium, & ideo licitè poteſt homo de ſeipſo diſponere quantum ad ea, quæ pertinent ad hanc vitam, quæ hominis libero arbitrio regitur, ſed tranſitus de hac vita ad aliam non ſubiacet arbitrio hominis, ſed poteſtati diuinæ.* Cum igitur honor & fama eorum ſint, quę ad hanc vitam pertinent, ſicut bona fortunę, ſequitur, &c. Vnde ipſe D. Tho. quæſtione 73. artic. 4. ad primum, inquit. *Sub arbitrij eſt detrimentum famæ pati, &c.* Adde, quôd honor & fama ſunt hominis propria bona. Quippe quę proprio labore, vel induſtria parta, & aucta, ſicut externa bona. Eſt ergo ſui arbitrij illa impendere, nec vlli iniuriam in hoc facit. Aliter probat Sot. hanc concluſionem lib. 4. quæſt. 2. art. 3. poſt 3. concl. & q. 10. cit. *Quia* (inquit) *tanta vis pecuniæ eſſe poſſet, vt æquaret, & ſuperaret valorem famæ. Quia ad humanos vſus pluſquam fama, tanta pecuniæ valeret: ſed homo eſt pecuniæ dominus, ergo, &c.* Verum falſum ſupponit hæc ratio. Vt enim infra probabimus, fama nullo pretio æſtimari poteſt, etiamſi le
13 uis ſit. Alioqui ſimiliter probaretur hominem etiamſe mutilare poſſe. Nam ad humanos vſus magis valeret magna quantitas auri, quam membrum. Liceret ergo ſicut pecuniam, ita membrum abſcindere.

Fama etiam ſi leuis ſit, nullo pretio æſtimari poteſt.

Ex hac igitur concluſione ſequitur non eſſe peccatum contra iuſtitiam etiam veniale, ſed tantum contra aliam virtutem eſſe poſſe, ſeipſum infamare. Nulli enim facit iniuriam. Non ſibi. Ipſe enim voluntariè amittit, ſicut ſupra de occidente ſe, dixi. Non reipublicæ. Quando dominus eſt

Seinfamare, nõ eſt peccatũ veniale contra iuſtitiam, ſed tãtum contra aliam virtutem eſſe poteſt.

eſt propriæ famę. Vnde licet mortaliter peccaret, vt infra dicemus, famam perdendo, quę alijs erat neceſſaria: tamen ad reſtitutionem non tenetur. Cum non inferatur tale damnum ex tranſgreſsione iuſtitiæ, ſed tantum charitatis. Et hæc eſt germana ratio, cur homo ſe infamans, nec ſibi, nec alteri quicquam reſtituere tenetur. Quod infra latius explicabimus.
14

Tertio igitur putamus, quôd ſi ſui infamatio fiat, ſine rationabili cauſa, erit peccatum genere ſuo tantum veniale, ſicut mẽdacium, ſeu verbum otioſum, ſeu prodigalitas bonorum fortunę, & hoc omnes fatentur. Cuius ratio eſt clara. Quia ſi bona exteriora perperam expendere vitium eſt prodigalitas. Multo magis bonum nomen & famam, quæ precioſora ſunt omnibus diuitiis. *Dixi genere ſuo.* Quia ex circunſtantia poſſet eſſe mortale vt infra dicemus. Qui verò ſint caſus, ac circunſtantiæ, in quibus eſt peccatum mortale, docent prædicti authores. Primum ait Sotus, ſi enorme ſit & inſigne crimen, quod de ſe verè, vel falſo
15 pronuntiat, vt ſe eſſe hæreticum, vel proditorem boni cõmunis, &c. Ita docet in d. art. 3. conc. 3. & lib. 4. quæſt. 2. & 10. citat. & Couar. num illo 8. quod illi non probãt. Cæterum mihi iſta limitatio ſine ratione dicta videtur. Quid enim refert peccatum eſſe graue, ſi ipſe dominus eſt propriæ famæ, & eius ſuſtinere iacturam vult ipſe, vt ob id mortale crimen admittere dicamus? Nec etiam facile erit aſsignare, quæ ſint iſta grauiſsima peccata, quę quis de ſe confitendo mortaliter peccet. Qua ratione enim de hęreſi dicitur, dici etiam poteſt de blaſphemia, de peccato nefando, &c. Et ita in paucis materijs ſua noſtraque ſentẽtia vera eſſet. Et ſcrupulos hęc ſententia multos iniiceret.
Tum vero ego veram putarem hanc Soti ſentẽtiam, cum
16 aliquis ita perperam, & ſine cauſa talia de ſe crimina dicit, quod in eis gloriatur, ac ſe ſe iactat. Iã enim duplici iniquitate peccaret. Et quia illa ſibi placent, Et quia ſcandalizat audientes, qui in eo affectu eum perſiſtere intelligunt. Vnde iuuenes, & alij. Qui talia â ſe crimina perpetrata narrãt grauiter ſunt à confeſſarijs obiurgandi. Nam multipliciter eos peccare exiſtimo: tum quia ſe infamant quod omnium

Infamare ſe ſine rationabili cauſa, peccatũ genere ſuo, tantum veniale eſt

Cum quis ſine cauſa talia de ſe crimina dicit, quod in eis gloriatur, mortaliter peccat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium minimũ est: tũ, ,quia de peccato commisso gloriantur, ac si eis placeat, tum quia aliis exemplo suo, scandalo
17 sunt & ruinæ spirituali: tum tandem, quod omnium pessimũ est, quia cõplices prodũt, præcipue si fœminæ bonæ famæ sint. Extra hosergo casus siue magnũ, siueparuũ sit delictum, non putarem esse mortale seipsum infamare.

Secundo ait Sotus erit mortale peccatum, & quod plus est contra iustitiam, quando esset publica persona, cuius fama aliis est obligata. Et idem sentire video D. Thomas quæst. illa 73. art. 4. ad primum, dum dicit posse hominẽ prolibito suæ famæ detrimentum facere, nisi vrgeat in periculum aliorum. Et idem sentit Nauar. numero 28. Sed oportet iudicio meo, hæc magis declarare. Fama enim alicuius aliis necessaria esse potest, vt ex August. supra diximus, aut obligata, vt Sot. docet. Primum ob animam aliorum, ne scandalizati malo exemplo peccent, vt si prælatus, vel alius pro iusto habitus hæresim, vel alia turpissima de seipso detegat, quod occasio esse potest, vt alij talia admittant, vel certê murmurationis, & cuiusdam notabilis contristationis causa esse potest in alijs. Et tũ verũ puto quod ab his doctoribus dicitur, esse scilicet mortale peccatum, non tam ratione suæ iacturæ ex fama de perdita, quam ob damnũ aliorum spirituale. Sed tunc non peccat contra iustitiã, quicquid Sot. dicat. Cum nullius dãni pretio æstimabilis in proximo causa efficax sit. Secundo
18 potest esse necessaria bona fama propter bonum temporale aliorum, vt cum quis ingubernatione existens, vel ad eam proximus, detegit sua aliqua peccata, ob quæ se ineptum facit, vel ad obtinendum officium, vel ad retinendum obtentum, & administrandum, ob quod filij, vel alij quibus eius opera erat necessaria, damnificantur. In quo etiã casu putamus cum Nauar. & aliis, pecare mortaliter, sed non committere iniustitiam, sicut neque in casu præcedenti. Licet enim damnorum temporalium causa sit, tamen non tenetur ex iustitia, sed ex charitate talia aliorũ commoda procurare. Sicut enim si talia officia cum dignus esset nollet ad ministrare in detrimentum aliorum, quibus eius opera esset necessaria, non faceret vllí iniu-

Si fui infamatio occasio sit aliys ad facinora perpetrãda, se infamare peccatum mortale est, sed non contra iustitiam.

Se disfamare, ineptum se faciens ad obtinendum, vel administrandũ officium, vel bonam aliud temporale, ob quod damnificantur personæ quibus eius opera erat necessaria, pec

riam, licet moraliter peccaret contra charitatem. Non enim ex officio, vel lege iustitiæ talia officia seu persona tus quærere, vel retinere tenetur: ita neque cũ se voluntariè ineptum reddit. Aliãs teneretur ad restitutionem talium damnorum illis personis, quæ postea eius opera carent, quod certê nemo cordatus dicat. Non igitur peccat contra iustitiam quicunque se infamat, etiam in aliorũ detrimẽtum. Imo siquis esset debitor, verbi gratia, mille aureorum, sciensque se fore soluendũ, si officium aliquod admittat, quod tamen foret amissurum, si se infamet, quo fiet, vt non possit soluere non putarem mortaliter peccare peccato iniustitiæ se infamando ob damnum alteri sequutum, quod illi non imputatur. An autem debitor, qui renuntiat legato, hæreditati, vel donationi, quibus poterat soluere, peccet mortaliter: infra disputatur.

catum mortale est, nontamẽ contra iusti tiã

19

Falsũ de se crimẽ proferẽs cũ iuramẽto, mortaliter peccat.

Tertius casus Soti est, cum falsum de se crimen profert, cum iuramento, & idem docet Nauar. & est planum. Cum omne periurium etiam non pernicioſum sit peccatũ mortale.

Quartus casus in quo est peccatum mortale ponitur â Nauar. numero 28. Et capite inter verba conclusione 6. corol. 44. & Couar. in dicto numero 8. & Sylvester q. illa tertia. Cum talis infamatio vergit in damnum propriæ vitæ, vt si detegit peccatum, vel sibi imponat, ob quod sua, vel aliorum damnatio ad mortem sequenda sit, aut membri mutilatio. Sed ista doctrina meo iuditio locum habet, cum fine causa rationabili se prodit. Esset enim prodigalitas vitæ, quæ mortalis est. Si enim bono fine faceret, vt ob virtutem iustitię, quia scilicet vult in hoc mundo peccati pœnam sustineri, non est credendum esse peccatum, quod se iudici prodat, volens sponte delicti Pœnas dare. Tum enim ob virtutem facit, quod licitum est & sanctũ, & per consequẽs homicida sui censeri nõ debet: vel metu tormentorum etiam iniustorum, vt pro- 20
bat Cordub. quęstione 3. conclusione 14. dub. 2. puncto 1. Si verô ob talem confessionem proprij peccati alterius mors esset sequenda, vera esset Nauar. sententia. Tunc enim iniustê faceret, tum, quia alterum iniustê proderet:

Cũ infamatio sui vergit indãnum vitę suę, l. proximi, membri mutilatio, erit mortale, si fiat sine rationabili causa.

tum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ob malum alteri secutum, cui ipse non potest renunciare. Vnde dupliciter illum offendit, & famam auferendo & vitam. Imo cum propria tantum mors sequitur, sed nō a iudice sed a priuato inferenda, vt si dicat se violasse virginem cuius fratrē scit ei mortem illaturum. Tunc enim mortaliter peccaret crimen detegendo, tum ob peccatum alterius: tum ob iniustam sui necē, quā permittit, vt aperté idem Couar. censuit numero 10.

Se infamare, si ex eius infamia etiam alteri sequatur, peccatū mortale est.

Quintus casus est, cum quis se infamat, ex cuius infamia alteri etiam sequitur infamia, vt si religiosus crimen detegar, vel monialis, ex quo religioni vel monasterio notabilis infamia sequitur. Tunc enim peccatum est mortale, vt Nauar. docet, & putarem, tum peccare contra iustitiam.

21

Quia fama sua nō tam est sua, quàm religionis, cui cedere non potest. Est enim ac si aliquem alium tertium, vel cōplicem infamaret, quòd planè cōtra iustitiam est. De quo infra specialiter.

Infamare se si ex tali infamia damnū familiæ sequitur, nulli licet.

Sextum casum video apud Ioseph. Anglem vbi supra quando eius infamia redundat in detrimentum familiæ, scilicet suorum descendentium de quo infra latius. Ex his sequitur, vt Nauar. Sotus & Corduba dubitatione illa 2. tradidere, quod infamans se verè aut falsé ob metū tormentorum non peccat vllo modo. Sicut enim supra ostēdimus ob bonum finem licitum esse famā amittere, sic, &c Mendacium tamen si adsit veniale peccatum erit.

Infamās severè aut falsé obtormentorum metum, peccatum mortale nō est, si tamen intercedat mendacium peccatum veniale erit.

Sed ait Caiet 2. 2. quæst. 37. art. 2 quòd homo ita est suus, vt etiam sit pars alterius, scilicet Ecclesiæ, & non potest cum iniuria alterius seipsum infamare. Sicut paulò ante de religioso dicebā. Et ita est mendatiū pernicioſum læsiuum proximi seu totius in magno bono. Verum, respondetur esse diuersam rationem cuiusque fidelis respectu totius Ecclesiæ: & religiosi, respectu particularis cōmunitatis. Nam in Ecclesia scimus esse bonos & malos, & ita nō infamatur ecclesia, nec eius dignitas læditur, nec

22

ei opus est restitutione ob alicuius membri infamationē, at in speciali religione, in qua perfectio profitetur, magna est læsio, & damnum, si aliquod membrum infamatur de crimine, vt constat. Aliàs ex opinione Caiet. aperté sequetur

retur, quod lædens famā proximi teneretur adhuc illo cō donante Ecclesiæ satisfacere, quod nemo cordatus dicet.

Falso aliquem infamans etiā ob metum tormentorū peccat mortaliter

An autem teneatur ferre tormenta, ne alios infamet, maior dubitatio est. Et certū esse videtur, quod si falsō eos infamat mortaliter peccat. Mendacium enim pernicioſum est, & damnificatio innocentis, quod ob meum commodū facere non possum. Si autem verum sit crimen, docet Sotus art. illo 3. quæst. 10. licité posse illum prodere, etiamsi sub sigillo secreti acceperit, nisi sit sacramentale. Quia nō tenetur cum tanto dispendio alterius famam & vitam seruare: nisi reuelatio secreta esset contra regem, vel rempublicam, vel si esset priuati hominis: tamen per iniuriam tale secretum extorsit. Atque idem sensit Cordub. quæst. illa 3. conclu. 14. dub. 2. puncto 1. Damnum enim aliorum ait Cordub. per accidens est, cùm ego vtor iure meo, vt me à corporali meo damno seruem indemnem, quod verū putat Corduba, etiam si peccaret se infamando. Non enim esset peccatum iniustitiæ, nec ad restitutionem obligans famæ aliorum, pro quo refert l. 19. tit. 32. partita 3. Sed mihi videtur in quocunque casu non peccare mortaliter, si sit extra confessionem. Nullum enim reuera damnum infert, nec in fama, nec in vita. Talis enim confessio cruciatibus extorta nullius est momenti, nec valida. Ob quā rationem Sotus ipse in dict. art. 3. fatetur nō peccare metu tormentorum infamantem, etiamsi alterius crimē mortē sit dignū. Imo sunt qui doceant nō peccare mortaliter eum, qui in tormentis aliū falsō infamat ob dictā rationē. Quod expressé docet Syl. verb detract. q. illa 3. Talis enim (inquit) confessio nō infamat efficaciter, nec valet. Vnde in c. Si quando 16. q. 6. ait Alex. Papa. *Omnis enim cōfessio quæ fit ex necessitate, fides nō est.* Et statim. *Pessimū est de suspicione aut extorta cōfessione quēquā iudicare.* Peccaret tamē mortaliter, postea ratificādo extra tormeta id per q̄ alius esset dānificādus & teneturretractare, vt ipse Syl docet. Sed ait Cai. q̄ licet talis cōfessio iure sit nulla & ita nō adfert infamiā iuris, bene tamē ait Caie. infert infamiā moris. Quia licet nō sit valida ad infamamādū in foro iudicii, est tamē valida in foro cōscientiæ. Quia est actus mixtus

ex

In tormētis aliquē falso infamans, mortaliter nonpeccat, tenetur tamen postea se retractare, secundū aliquos.

ex voluntario,& in volũtario, qui est simpliciter voluntarius. Sed hoc nihil refert. Quia si præsumitur coacta â iudice multo magis a quocũque alio,& per consequens nõ
24 veritate, sed metu tormentorum extorta, præsumitur a quocunque.

Sed maior dubitatio est, si confiteretur proprium, vel alienum delictum ad minas iudicis de tormento ei inferendo. Sylvest. vbi supra ex Angel sententia docet, quod dicta de alio tenetur retractare, etiam si timeat tormenta, dicta vero de se non tenetur, cum mortem tormento præeligat. Quod ipse verum putat si speret retractaturum ante mortem. Sot. de tegend. secre. memb. 3. q. fina. col. 10. conclus. pen. quem refert, & secutus est olim Nauar. putat simpliciter non peccare. At ipse Nauar. sibi iam eam sententiam non placere docet vbi supra. Primum, quia dat causam propriæ mortis, vel alienæ, quod neminem licet, tum quia non debet credere iudicis voluntatem ita esse firmatam: licet verbis iratis eam explicet. Interdum enim iudices fingere solent.

Ad minas iudicis de tormento inferẽdo, ita celeriter confiteri non debet, vt proxima signa veræ voluntatis iudicis, nõ sperentur.

Mihi videtur primum, quod non licet ita celeriter confiteri, vt non speret certissima, & proxima signa veræ voluntatis iudicis in quo bene docet Nauar. Secundo si expressa signa, imo & ficto appareant, puta quia iam est ligatus, &c. iam diximus non peccare mortaliter, etiamsi falsum crimen sibi imponet. Et ita docuit Sot. loco citato & Sylvest. vbi supra Ledesma 24. quæst. 18. art. 2. fo. 156 col. 1. Cord. concl. illa 4. dub. 2. puncto 2. Angel. detract. §. 6. Adrian. Quodlib. 11. difficult. 3. Limitatio verò Syl. vbi supra nullius est momenti. Fundatur enim in opinione Caiet. quod homo non est propriæ famæ dominus, & ideo pro eius sententia supra eum retulimus, quæ tamen iam est impugnata. Neque argumentum Nauar. contra
25 hoc facit. Quia, vt probatum est, licitum est confiteri delictum dignum morte coram iudice ob finem bonum, scilicet patiendi pœnam propter peccatum in hoc mũdo propter Deum, & ad aliorum exemplum, vel ad euadenda tormenta. Si vero de alio dicat delictum falso, nõ licet, vt supra ostendi. Licet si iam torqueri cœpisset, non peccaret

ret mortaliter, vt dicebam. Si verè, potest quidem, vt probatum est, cum de existente in tormentis dicebam.

Ex quibus sequitur eum, qui de se falsum dixit testimonium, non teneri retractare in extremo, quicquid dicat Sylvester verb. detract. quæstione illa 3. Felin. de Test. cog. capite primo. Soci. in rep. super caput Ad audientiam de Homicid. & Anto. 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 3. quos refert Sylvester quoque sequitur Cordub. illo 2. puncto 2. Ratione enim infamiæ propriæ non tenetur, vt dictum est, rationẽ autem vitæ propriæ non tenebitur certè. Quia
26 iniustè mortis causa sibi existit. Quamuis, si nihil profecturum putat, nescio cur teneatur, cum tunc eius taciturnitas non possit dici causa mortis, vt latius dicemus. Cum de causis damnorum loquemur. Si vero alij sint infamati ob eius dictum, iá explicauimus, quod si falsum dixit in tormentis non tenetur, nedum si dixit verum. Quia talis confessio est nulla. Si verò extra tormenta, vel ante sine probabilitate de firma voluntate iudicis, vel post ratificando siue falsum, siue verum dicat, mortaliter peccat, modó sit omnino occultum aliorum crimen, vt dictum est.

Falsum de se testimonium dicens, in extremo se retractare non tenetur, contra Syl.

Ad rationes ergo Caietani iã satis respondsum est. Ad illud Prouerb. *Curam habe de bono nomine.* Respondet Sotus sensum esse, quod nihil faciat vitiosum & contra virtutem, vt sic habeat bonum nomen. Secundo dicimus, habendam esse curam, quia peccatum est prodigalitatis, nihil de bono nomine curare. Adde tertio, quòd in dictis casibus supra relatis est mortale peccatum, & ob id fatemur hominem teneri curare de bona fama & nomine. Et sic intelligitur Augustinus, vt in dicto capite ex eius verbis citatis, planè ostenditur. Vnde concludit vitam nobis esse
27 necessariam, famam verò proximis. Et propterea supra diximus esse peccatum mortale. Et idem Respõdetur ad caput vigesimo, lib. de Ciui. Dei, vt dictum est. Ex his colligitur, famæ propriæ restitutionem posse condemnari, de quo latius infra.

Nihil de bono nomine curare peccatum prodigalitatis est.

De

De interrogato á iudice de crimine occulto.

SVMMARIVM.

1 Quando crimen est omnino occultum, ad præceptum iudicis, etiam sub iuramento, reus non tenetur seipsum prodere, num.

28 Reus ad præceptum iudicis sub iuramento, quando aliqua est probabilitas de crimine occulto, se prodere tenetur, contra Panor. & alios, num.

29 Subditus, in conscientia superioris iusto præcepto parere tenetur, num.

30 Qui iudici habenti ius ad interrogandum respondere non vult, peccato inobedientiæ, & iniustitiæ peccat, num.

30 Aliud est occultare veritatem, aliud vero dicere falsitatem, num.

31 Probabiliter loquendo, in causa criminali, potest reus in cõscientia veritatem celare, seclusa mendacio, num.

32 Consanguineus, ad testificandum contra consanguineum cogi non potest, num.

33 Etiam si iudex legittimè interroget etiam sub iuramento Reus veritatem cellare licitè potest, probabiliter loquendo, num.

33 Excepta causa sanguinis, semper tenetur reus manifestare veritatem, si iuridicè a iudice interrogetur, num.

34 Sola publicitas quæ ad torturam sufficit, ad interrogandum non est sufficiens, contra Grego. Lopez, num.

35 Triplex modus procedendi in publicis iudicijs, aduersus crimina, num.

35

Differentia

Differentia inter tres modos procedendi contra crimina, num. 37

Si crimen, & persona, omnino occulta sit, iudex inquirere non potest, nisi aliqua præcedat infamia, nu. 37

Ad infamiam, certus numerus testium sufficiens non est, sed maior pars, vel populi, vel parrochiæ, vel viciniæ, num. 39

Fama et insinuatio clamosa, pro eodem vsurpantur, contra Nauar. num, 40

Secundum aliquorum sententiam, potest iudex interrogare de crimine occulto, quæ tamen falsa est, num. 41

Iudex potest interrogare in communi, non vero in particulari de crimine occulto, secundum aliquos, num. 42

Super persona occulta iudex inquisitionem facere non potest, secundum Sot. & alios, num. 43

Inquisitio spiritualis, potest fieri de persona occulta, secundum plures authores, num. 44

Quando factum est notorium & persona secreta, iuris ordo seruari debet, secus vero quando persona cum facto est notoria, num. 45

Peccata, & peccatores occultos, lege naturali & amore, obtegere tenemur, quando in communitatis damnum non vergunt, num. 46

Licet sit naturalis lex occultum peccatorem celandi, ad maiora mala vitanda, de illo inquirere, licitum est, nu. 48

Consuetudo qua iudices inquirunt de malefactoribus, cũ crimen est manifestum, nõ est contra ius naturæ, num. 50

Pro præterito peccato, excommunicatio fieri non potest, 50

Plures sunt casus, in quibus de delictis perscrutari, nulla interueniente fama licitum est, num. 51

Iudices si communiter sine nota facere possunt, testes ignaros struere tenentur, quando intelligunt iniustè

Universidad de Deusto
Biblioteca

personam occultam prodituros esse, numero. 52
Iudice iuridicè interrogante de crimine publico, non tenetur testis, vel reus dicere veritatem, si persona est occulta, num. 53
Indicia competentia sine infamia sufficiunt ad inquirendum de crimine publico, num. 54
Conuictus de vno crimine, non potest interrogari de alio alterius speciei num. 56
Quando conuictus de crimine, possit interrogari de alijs eiusdem speciei num. 57
Iudex non potest interrogare reum conuictum de suo crimine, de complice omnino occulto, num. 58
Reus peccabit si reuelet, num. 58
Licitè potest iudex interrogare de complice, quando crimen necessario exercetur cũ cõplice, vt Sodomia, & hoc, caute & prudenter debet fieri, num. 59
Si delictum non requirit socium, non licet interrogare de complice occulto, num. 60
Iure naturali, ad inquisitionem famæ requiritur, num. 60
Licitum est prælato in peccato religionis, de complicibus inquirere, licet nulla præcedat infamia, & hoc quando in inquisitione ad pœnam non procedit ur, num. 61
Licitum est sine infamia præcedente inquirere, quoties maior permities reipu. imminet, ex eo quod non ita procedatur, numero. 62

Secunda dubitatio.

SECVNDA difficultas. Vtrum ad præceptum iudicis teneatur reus aduersus seipsum testimonium dicere, quando crimen est occultum? Omnes doctores fatentur, si crimen est omnino occultum, puta quia de illo non est infamia, aut indicia competentia, aut clamorosa insinuatio, aut denique semiplena probatio, non teneri reum etiam sub iuramento seipsum prodere. Imò ne quisquam alius testis

28

Quando crimẽ est omnino occultũ, ad pra

testis in iudicium vocatus. Vt aperte constat ex c. Qualiter & quando de Accusa. & apertius in cap. Cum oporteat, & cap. Inquisitionis, §. Tertiæ, eodem titul. Et ratio ipsa probat. Nam cum talia crimina sint occulta, nec subiecta sunt, nec vllo pacto pertinent ad iudicium hominũ. Iuxta illud *nollite ante tempus iudicare, quousque veniat dominus qui manifestabit abscondita tenebrarum.* Specialiter autem quando iuramentum interuenit docuerunt Henric. Syluest. Ang. & Gregorius Lop. vt infra, & ad id est tex. in cap. Si omnia, & cap. Ex merito 6. quæst. 1. idque latius probabimus infra. Quæstio ergo procedit, quando est aliqua probabilitas ex quatuor prædictis, scilicet infamia, indicia, clamorosa insinuatio, semiplena probatio. Etsi vt infra dicam clamorosa insinuatio, & infamia idem sunt.

ceptum iudicis etiam sub iuramẽto, reus non tenetur seipsum prodere.

Prima sententia dicit reum negare posse talem delictũ si ex confessione timeat pœnam temporalem, siue iudex inquirat ex mero officio, siue ad instantiam partis. Si tamen pœna imponenda (inquit hæc opinio) nõ sit temporalis, sed spiritualis, vt excommunicatio, tenetur sub peccato mortali, delictum confiteri. Hanc sententiam tenet Panorm. in cap. 2. de Confess. colum. penultima Syluest. verb. Confessio delicti. q. 1. Angl. eodem verb. & num. Armil. q. 8. Alcocer in sum. cap. 26. §. *el reo.* Nauar. cap. inter verb. corol. 64. nu. 732. & 746. vt Alcocer citat, & vt Cogdub. citat conclu. 6. corol. 65. num. 244. 225. 272. quictiam refert glossam pro hac sententia in cap. 2. de Confess. in 6. Couar. citari solet pro hac sententia in practicis quæst. capite 18. num. 7. Ratio huius sententiæ est quia nullus tenetur seipsum condẽnare, & contra seipsum arma ministrare. Non sic autem est de pœna spirituali, quæ non tam pœnæ, quam medicinæ rationem habet. Et ita in illa non tam ius habet, quam in temporali, se quacũque via defendendi.

29

Reus ad præceptũ iudicis sub iuramento, quã do aliqua est

Nos hanc sententiam ita vniuersaliter acceptam falsam omnino putamus, & contra omnium fere Theologorum sensum. Quod enim reus in eo casu cælare non possit veritatem iuridicè interrogatus, docuit Diuus Thom. 2. 2. quæst. 69. in corpore Caiet. ibid. ad secundã rationẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

probabilitas, d crimine occulto seprodere tenetur, contra Panor. & alios

Sotus de tegendo secreto memb. 2. q. 2. & latius conclu. 7. quæst. 1. & 2. & 5. lib. de Iust. q. 6. art. 2. conclu. 2 Cord. lib. qq. q. 43. dub. 3. Nauar. cap. 25. sum. Latinum. 53. citatque seipsum in dict. cap. inter verba num. 725. & reuera ita tenet, & num 814. & num. 822. Couar. idē apertè tenet in pract. quæst. 23. num. 5. Gabr. in 4. d. 15 quæst. 6. art. 2. conc. 6. Rosell. verb. accusatus, §. 11. Palud. in 4. d. 19. quæst. 4 num 7. Henric. Quodlib. 2. quæst. 33. ex Iuristis Greg. Lopez super part. 7. tit. 29. l. 4. Archidi. 9. Item quod dicitur, 22. quæst. 2. Bart. in l. Marcellus ff. de Actionibus rerum amotarum. Speculator tit. de Pœnitentibus §. 7. versic. 19. Roder. Suar. 4. tit 12. *de las iuras*. lib. 2. fuero legum. Ant. Gom. tom. 3. Variar. resol. cap. 12. num. 15. Bernar. Diaz in sua pract. criminal. capit. 118. Bartol. Medina in sum. lib. 1. cap. 14. num. 350.

30

Subditus in cōscientia superioris iusto præcepto parere tenetur.

Et probatur hæc sententia hac vrgenti ratione. Quia subditus tenetur parere in conscientia præcepto superioris tunc, si iudex iustè ac legitimè procedit, vt veritas sibi requisita in hoc casu, ergo, &c. Omitto alias rationes panni momenti, quę pro hac sententia adducuntur. Hęc enim ratio maximè efficacissima est. Maior autem huius rationis est certa: quia ille, qui iudici habenti ius ad interrogandum non vult respondere peccat peccato inobedientię, vt & ipse, & iniustitię, cum faciat ei iniuriam, & reip. ius illo tempore volendo. Minor vero quòd iudex iuridicè roget, patet etiam quæst. Quia vt elicitur ex c. Qualiter & quando, & 2. & ex cap. Super his, & cum delicti, & aliis multis, tit. de Accusationibus, iudex legitimè inquirit super delictis, duquibus reus infamia laborat, vel indiciis sufficientibus, vel semiplena probatione, imo in l. 4. tit. 29. part. 7. iditafieri præcipitur iudicibus, *et juzgador deue de fazer jurar que diga la verdad, &c.* Et in cap. illo qualiter & quando 2. ita præcipitur, & in multis cap. tit. de Purgatione. peiuriumentum ob infamiam subortam, aliàs puniuntur. Licet ergo, imo tenentur inquisitionem facere. Atque idem habetur in capite primo de Confess. Et ratio id apertè ostendit. Si enim super his delictis iudex, nec procederet, nec rogaret, nec tormenta minaretur: sed liberum dimitteret

Qui iudici habenti ius ad interrogandum respondere noluit, peccato inobedientię & iniustitię peccat.

34

teret infamatū, indiciatum, vel accusatum: magnum esset in republica scandalum: imo & damnum. Cum hac confidentia omnes fierent malefactores, & breui respublica plena esset criminibus. Si ergo iuridicè procedit iudex, parere tenebitur reus.

Aliud est occultare veritatē, aliud vero dicere falsitatem.

Alia vero, ratio quod scilicet, reus negando delictum mentitur, nulla est. Siquidem aliud est veritatem occultare verbis æquiuocis, aliud autem falsitatē dicere, vt constat. Tandem probatur hæc sententia ex l. 4. titulo 29. part. 7. & l. 23. titulo 11. quæ aprobantur in l. 11. legum Maioriti quæ habentur in volumine pragm. ordinis iudiciarij. Item in dict. cap. Cùm dilect. dicitur, *quod si iurauit, veritatem dicere tenetur*, & tamen, vt ibi constat tantum erat clamorosa insinuatio. Si autē negare posset, iuramentum non obligaret sicut in occultis.

32

Probabiliter loquendo in causa criminali, potest reus in conscientia veritatem cellare secluso mendacio.

Quamuis autem hæc ita sint, pié tamen & probabiliter existimo, non vniuersaliter, vt prior dicebat opinio: sed in causa criminali, præcipuè capitis, posse reū in conscientia veritatem secluso mendatio, contegere. Moueor ea ratione: quoniam in causa sanguinis, ob rei magnitudinem de qua agitur, & naturalem ac vehementem inclinationē, quam natura hominibus dedit ad sui conseruationem, ipsa eadē natura tribuit summā ac libertimā facultatē se tuendi. Hac enim causa licet aliena subripere, quæ secluſa vitæ necessitate extrema, non liceret. Hac licet inimicum inuadentē occidere, quē aliàs nō liceret. Imò, vt multis videtur etiam innocentē, vt suam vitā quis saluet, quā aliter saluare nō potest, nisi hominē occidendo. Hac eadem ratione licet seruo fugere â domino, vt ex mēte Soti, Couar. & cuiusdam legis, part. infra probabo, & id ob summū ius vitandæ seruitutis, quæ est mors ciuilis, licet aliquibus hoc ipsum videatur secus, Multò igitur magis natura tribuit ius & facultatem tacendi veritatē, quæ probari non potest, vt suā quisque vitā saluare possit. Moueor secūdò quoniā, vt habetur in l. 4. ff. de Testibus consanguineus non potest cogi ad testificandum contra consanguineum, nec similiter vt Couarrubias docet, quando magnam aliquod dispendium timet testis in seipso.

33

Cōsanguineus ad testificandū contra consanguineum cogi non potest.

Quis autem est magis consanguineus, quàm quisque sibi? Quod ve maius dispendium, quàm mortis? Neque valet, si dicas ibi sermonem esse de delictis occultis. Hac enim ratione nullum esset illius legis beneficium. Cum etiam extraneus non possit cogi ad testificandum de occultis. Quare aliquid speciale est in consanguineo, & in proprio crimine.

Etiam si iudex legitimè interroget etiã sub iuramẽto reus veritatem celare, licite potest probabiliter loquendo.

34

Ratio verò facta pro communi, perfacilè soluitur, licet sit apparentissima. Fateor enim iudicem iuridicè ac legitimè interrogare, & præcipuè etiam sub iuramento veritatem sibi manifestari: cui quo tamen verum esse, reũ licitè posse eã abscondere. Vterq; enim iure suo vtitur. Iudex percontando ob commune bonum, reus cælando ob bonũ proprię vitæ. Neque mirari quisquiam debet, quod detur istud veluti iustum bellum vtraque ex parte, secluſa adhac ignorantia inuincibili. Siquidem constat licitum esse iudici condemnato ad mortem præcipere, vt è carcere non fugiat, & tamen ipse parere non tenetur. Præterea damnato ad mortem in absentia iudex præcipere potest, vt compareat: qui tamen in conscientia venire non tenetur. Et hæc propter maximum ius vitę & naturæ conseruandę. Vlterius, vt supra dicebam seruus â domino fugere potest dũ ipse non se vendidit, & latè alibi probaui: & tamen dominus iustè præcipit, ne aufegiat, & ad id cogere potest. Mirũ ergo nõ est, sed verissimum, vbi agitur de capite, de membro, imo de graui dedecore, ius habere reũ ad tantum damnum fugiendum, & declinandum, nulliq́ue iniuriam facere suo iure vtentem veritatem reticendo.

Excepta causa sanguinis, si impertinetur reus manifestare veritatem si iuridicè à iudice interrogetur.

35

Ratio verò inducta satis probat in causis ciuilibus, & pecuniarijs vel carceris, imo in criminalibus, vbi pœna sanguinis non timetur, & in spiritualibus iuxta omnium sententiam. Tunc enim propalare veritatem tenetur, quidquid dicat prima opinio. Quæ per rationes & authoritates secundæ opinionis, ita vniuersaliter accepta, satis impugnata est. Cum enim natura in eo casu illud amplissimum ius non tribuat, peccat reuera non obediendo iusto præcepto iudicis, & iniuriam illi facit iuris executionem impediens.

Notandum

Notandum tamen quôd non placet Greg. Lopez sententia, quod sola publicitas, quæ sufficit ad torturam, sufficiat ad interrogandum. Vnde colligit, quod nisi sit semiplena probatio, vel indicia manifesta, non tenetur reus respondere in quacunque causa, etiamsi esset infamia, vel clamorosa insinuatio. Quia tunc crimen est occultum & improbabile, & ita iudex licitè non interrogat. Quia vt ex iuribus constat existente infamia, vel clamorosa insinuatione iudex licitè inquirit. Et ratio supra facta id probat, ergo reus tenetur secluſa morte in nostra opinione.

Sola publicitas quæ ad torturã sufficit, ad interrogandũ nõ est sufficiens, contra Gregor. Lopez.

36

Sed obijcit Med. contra prædicta: quia si ille negat, facit iniuriam iudici illum infamando, negãs veritatẽ. Quia plures erunt, qui suspicientur, iudicem iniustè illũ ad mortem damnare, quæ infamia cessaret, si ipse veritatem declarasset. Sed iudicio meo leuis est ista ratio. Nam vel habet plenam probationem, cum damnat ad mortem, vel non. Si non habet, sibi imputet, qui iustè condemnat, si infametur, & iniustus iudex habeatur. Alter enim vtitur iure suo cum antequam sit plenè probatum non possit iure illum pœna legis mulctare. Si autem habet plenam probationẽ iam docuimus teneri reum. Et nec tunc iniuriam facit iudici: quia ex quo publicè est ac sufficienter conuictus, nulla iudicis iniusti suspicio esse potest. Vnde ratio non est ad rem. Et hæc de sui infamatione dicta sint, iam de lædente alterius famam agamus, & primo de infamante publica authoritate.

Multi sanè sunt, qui vt publicæ personæ ob bonũ commune possunt alicuius famam iniustè lædere, vt sunt iudices malè inquirendo, denuntiatores, accusatores, testes. Et ideo ordine procedendo placet primum de iudice disputare. Et pro dicendorum intelligentia, est enim aduertendum ex doctorum sententia, triplicem esse modum procedendi in publicis iudicijs aduersus crimina. Nempe via inquisitionis, cum iudex ad nullius instantiam: sed ex officio procedit, vel ad prouinciam purgandam, vt sunt visitatores, vel ob criminis euidentiam, &c. Secundo via denuntiationis, seu delationes, quando nimirum ob alicuius cuius monitum iudex procedit, quæ si ad vindictam sit, & ob

Triplex modus procedendi in publicis iudicijs aduersus crimina.

37

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum commune, dicitur denuntiatio iudicialis: si ad emẽdam, & ob priuatum bonum, denuntiatio dicitur fraterna. Accusationis autem via est, quando ad instantiam partis iudex procedit, in qua denuntiator, accusator, seu actor dicitur. Quia promittit se, quod denuntiat, probaturum. Si enim nollet probare, solum simplex denuntiationis via decenda est. Differunt præterea hę viæ procedẽdi. Nam accusatio semper est inferioris apud superiorem: inquisitio econtra superioris, apud inferiores. Denunciatio verò omnium est siue inferioris siue superioris, & id ex officio: nã absolutè vnusquisque potest denuntiare, accusare, &c.

Differentia inter tres modos procedendi contra crimina.

TERTIA igitur dubitatio sit, vtrum de crimine omnino occulto possit iudex inquirere, an necessarium sit præcedere infamiam siue delicti, siue personæ? Et sanè primum omnium certum esse debet, quod si crimen, & persona est omnino occulta non licet iudici inquisitionem facere, sed oportet aliquam præcedere infamiam, qua iudex ad inquirendum moueatur. Sic enim docent omnes doctores, quos inferius citabimus. Estque aperta constitutio iuris, ac rationis. Sanè in cap. Cum oporteat de causa, sic dicitur. *Discretioni tuæ mandamus quod nisi super prædictis criminibus famam illius læsam esse noueritis, ad inquisitionem minime procedatis.* Et in capite Qualiter & quando, eodem titul. *Formam* (inquit) *iuramenti in inquisitione faciendam in hoc negotio, & similibus volumus obseruari, vt scilicet iurent testes de iis, quæ sciunt vel credunt, exceptis occultis criminibus, &c.* Et in capite Inquisitionis eodem §. Tertiæ dubit. *Ad hæc* (inquit Rom. Pontif.) *respondemus. Nullum esse pro crimine super quo aliqua non laborat infamia seu clamosa insinuatio præcesserit, &c.* Quin depositiones contra eum recipi non debent, cum inquisitio, fieri debeat solum modo super illis de quibus clamores aliqui præcesserunt. Verum omnium apertissimè, in cap. Qualiter el 2. eodem titul. idem Innocent. 3. hanc veritatem è naturali, diuinoque iure ducens sic scribit. *Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex authoritatibus veteris & noui testamenti colligitur euidenter. Legitur enim &c. & infra, ex quibus authoritatibus manifestè probatur, quod non solum eum subditus*

Tertia dubitatio.

Si crimen & persona omnino occulta est, iudex inquirere nõ potest, nisi aliqua præcedat infamia.

38

tus, verum etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famã ad aures superiores peruenerit.

Sed iustè rogabis, quid sit hæc fama, & quanta sit futura, vt ritè procedatur ad inquirendum? Aliqui putant duorum aut trium testimonium sufficere, maximè cum iuramento rem attestantur. Verum falluntur isti, iudicio meo. Fama enim vt supra diximus non paucorum, sed multorum diuulgatione & locutione colligitur. Non enim ex eo quod duo aut tres meum crimen nouerint seclusa accusatione, & denunciatione ad instantiam partis (modo enim via agimus inquisitionis) aliquem infamant. Et est aperta decisio prædicti cap. Inquisitionis. Vbi sic scribitur, *tertiæ dubitationis articulus continebat. Vtrum cũ duo vel plures iurati affirmant aliquem crimen commisisse, de quo aliqua infamia non laborat, &c.* Vides quemadmodum Pontif. duorum, vel plurium testimonium, etiam cum iuramento non putat infamiam. Vnde in responsio. dicit, vt supra retuli, eas depositiones recipi non debere, &c. Cum inquisitio fieri debeat solummodo, &c. Videantur ergo iudices, an hunc iuris ordinem, & documentum seruent. Non ergo est certus numerus testium vt benè Sotus animaduertit, sufficiens ad infamiam: sed maior pars, vel populi, vel parrochiæ, vel certe viciniæ. Hoc enim nomen rumor seu fama significat, vt supra dictum est. Debet autem ista fama seu rumor à probis, & non suspectis hominibus diuulgati. Aliàs non excusabitur iudex procedendo, vt dicitur in dicto §. 3. dubitationis: Sed apertius in dicto cap. Qualiter el 2. Non quidem à maleuolis, & maledicis: sed à prouidis, & honestis, nec semel tantum: sed sæpè, quod clamor innuit, & difamatio manifestat.

39

Ad infamiam certus numerus testiũ sufficiẽs non est, sed maior pars, vel populi, vel parrochia, vel viciniæ.

Duo autem video a nõnullis dici, quæ omnino nõ probo. Docet enim Nauar. in capite inter verba corollario 63. numero 214 discrimen esse inter famam & clamosam insinuationem. Famam putat eam esse, quæ in iudicio sufficientibus testibus est probata. Clamosam insinuationem esse crebram famam extra iudicium. Ego enim pro eodẽ video vtrumque nomẽ vsurpari à prędictis iuribus Nam etiam diffamatio extra iuditium est, & non solum in iudicio.

40

Famã & insinuatio clamosa pro eodẽ vsurpantur, contra Nauar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicio. Et præterea vix tandem explicari poterit, quis sit ille numerus testium in iudicio ad infamiam sufficiens.

41 Denique si iudex non potest præcedere, nisi præcedente fama delicti, igitur ante iudicium famam existere necesse est. Vnde in dicto §. 3. dubit. planè pro eodem vsurpatur vtrunque in illo verbo. Ad hæc respondemus. Et in dicto cap. Qualiter, el 2. non semel ait, sed sæpè, quod clamor innuit, & diffamatio manifestat. Vnde glos. in neutro loco distinxit quidquam inter hæc, ita sensit aperté Cord. de tegendo secreto memb. 2. quæst. 6. dub. 3. Alterum est quod Ang. docet verb. Inquisitio, quod ista fama vel clamor debet deferri ad iudicem pro tribunale sedentem. Alioqui non valere, nec iustificari inquisitionem. Id enim non probo, vt benè Sylvest. adnotauit. Cùm nullo iure fundetur: nec rectè gubernationi, & necessariæ reipublicæ delictorum punitio cõueniat. Suppositio igitur necessariâ esse infamiam ad inquirenda delicta, restat secundo loco disputare. An satis sit infamia delicti, an etiam personæ requiratur.

Quarta dubitatio.

SIT igitur quarta dubitatio, vtrum de crimine occulto de quo fama non præcesserit possit iudex inquirere? In hac quæstione prima oppinio est quorũdam, qui dicunt, quod iudex potest inquirere absolutè, respondentis tamen interierit solũ manifestare infamatum, vel indiciatum. Mihi non placet omnino hæc sententia. Quia licet hic locum haberi possit, cum testis est peritus, tamẽ cum est ignarus iuris, vt magis communiter accidit, datur manifesta occasio detegendi peccatorem occultum: quod est iniustum, vt ipsi fatentur, & infrà probabimus. Si tamen vt Nauar. adnotauit in capite inter verba, conclusione sexta, corol. 67 numer. 336. daretur locus consulendi peritum virum, vel confessarium, vel ipse iudex instrueret, se de infamatis in crimine, vel indiciatis interrogare, non de occultis, sic vera esset dicta sententia, sed communiter nec talis instructio adhibetur, nec locus datur consulendi, & ita idiotis hominibus, vel has iuris subtilitates nescientibus aperta datur occasio, & scandalum manifestandi iniustè occultum delinquentem, qui licet à peccato ob ignorantiã excusare-

Secundum aliquorum sententiam, potest iudex interrogare de crimine occulto, quæ tamen falsa est.

42

cusaretur, tamen iudices neque à peccato, & fortasse neq; à damnorum illatorum restitutione essent immunes.

Quare secundò sententia est aliorum quos refert Sotus §. de iust. quæst. 6. art. 2. & Cordub. de tegẽd. secre. mẽbr. 2. quæst. 6. dub. 4. qui docent quod iudex potest interrogare in communi quis fecerit, non tamen in particulari an Petrus fecerit. Hæc sententia est Sylvest. verbo correptio, 8. Ratio Sylvest. est, quia solum præcessit infamia vagæ personæ, sed non huius, vel illius, & ita solum rogare poterit indeterminatè, quis fecerit, non tamen an hic vel ille fecerit: sine causa enim talis suspicio haberetur de Petro vel Paulo. Idem Cord. super Sot. quæstione 6. conclus. 1. dub. 4. Verum hæc sententia scitè reijcitur à Soto locis citatis. Quia vel iudex intendit scire peccatorem in communi, & sic respondere debet testis, & hęc est inutilis inquisitio. Iam enim certum est aliquem commisisse delictum, si ergo vult in particulari personam detegi, iam ergo vult occultam omnino personam cognoscere, quod ipsi fatentur fieri non debere in particulari, cum nullus in particulari infamatus sit, vel indiciatus.

Iudex potest interrogare in communi, nõ vero in particulari, de crimine occulto, secundum aliquos.

43

Tertia ergo sententia est Soti locis citatis, Caiet. 2. 2. quæst. 66. art. 1. & 2. Sylvest. vbi supra, Armill. verbo accusacio §. 28. Panorm. Hostiens. & Innocent. in c. Bonę memoriæ, de appellatio. Primò hi docent nullo modo licere talem inquisitionem facere super persona occulta. Et probatur hæc sententia. Primo, quia in capite Qualiter & quando 2. & in capite Inquisitionis, & in cap. Cum oporteat, de Accusationibus aperté videtur exigi infamia non solius criminis, sed personæ, imo vt Sylvest. ait, non dicitur crimen pub. ex eo quod cadauer videatur, vel domus combusta, vel spoliata, quia crimen est actus quo peccator fecit quod non videtur. Solum enim videtur effectus secutus ex crimine. Si ergo prædicta iura strictè postulant ad iuridicam inquisitionem peccati & peccatoris infamiam, sequitur, quod etiamsi effectus sit notorius non potest procedi ad specialem inquisitionem. Secundo, quia si iuridica esset illa interrogatio, teneretur testis occultũ peccatorem manifestare, & si forsan ipse esset, teneretur confiteri,

44

confiteri. Quia si iuridicè rogatur non potest veritatem negare, neque celare, quod sane contra omnia iura & rationem esse videtur.

Quare quarta sententia tenet omnino oppositum, posse scilicet in eo casu fieri specialem inquisitionem occultæ personæ. Pro qua sententia citatur Palud. ab Armill. in 4. dist. 15. art. vlt. in sol. argumentorum. Cuius sententiæ, vt refert Caiet. & Sot. fuit D. Thom. quando bachalaureus erat Parisijs. Iam habet Nauar. in cap. intervarba conclusio. 6. corolario 49. num. 214. In quam sententiam refert Innocent. & Panorm. quos pro se retulit Armill. & alios Iuristas. Cord. in sum. quæst. 64. puncto 1. Gerson alphab. 34. litera Q. Angel. denunc. §. vltimo, & cõfessio. delicti. Arenalo de correp. fraterna, conc. 6. prop. 7. Ioan. Medin. in sua lectura, vt ait Cordub. in d. quæst. 43. fol. 347. Hæc sentẽtia probatur, triplici ratione, quia in notorijs non est necessarius iuris ordo, vt habetur in c. Ad nostram 3. de iure iurand. Si ergo crimen est notorũ &c. Secundo in cap. Quidam maligni 5. quæst. 1. excommunicauit Grego. quendam, qui occultè libellum infamatorium promulgauit, nisi se proderet, sufficit ergo euidentia facti. Et in cap. Si sacerdos, de offic. ord. Eugenius Papa decernit excommunicãdum fore authorem dãni etiam occultum ad petitionem damnificati: & est cõmunis praxis Ecclesiæ, quæ vana videretur, si sciens reuelare non teneretur.

Inquisitio spiritualis potest fieri d personaoculta, secundũ plures authores

45

Quando factũ est notoriũ, & persona secreta, iuris ordo seruari debet, secus vero quãdo persona cũ facto est notoria.

46

Hæc sententia mihi magis placet, non ob rationes factas. Primæ enim responderi potest, esse veràm quando notoria est persona cum facto, at quando factum est notorium, sed persona secreta, non est verum, quod non sit seruandus iuris ordo. Secundę responderi potest ad Pont. loco citato, ibi excommunicationem latam esse à Grego. pro peccato præterito infamationis, non pro peccato inobedientiæ, quo non se prodebat, vel vt Sotus respondet, quod non excommunicatur, nisi se manifestet. Sed si ad Eschatistiam accedat, antequam se prodat. Sed infra vtraque solutio examinabitur. Tertię respondeo falsum esse, quòd sit de iure humano. Potius enim videtur iusnaturale

turale & diuinum, quod non procedatur ad inquisitionẽ sine infamia, naturale quidem, quia lex naturalis est seruãdi secretum. Peccata enim occulta, aut peccatores occultos, vel naturali & fraterno atque naturali amore tenemur obtegere, cum in communitatis damnum non vergunt, vt infra dicam. Lex enim seruandi secretum, vt doctores docent, non solùm obligat seruare secretum nobis commissum, sed etiam peccata, seu peccatores occultos nõ reuelare. Tum etiam, quia potestas inquirendi in iudice est publica: ergo iure ipso naturali publicam requirit notitiã criminis seu criminosi, cum naturaliter sint exẽpta ab humano iudicio prædicta crimina: Item quia contra ius naturale est, vt idem sit accusator & iudex, ergo necesse est, vt præcedat infamia, quę locum habet accusatoris. Quæ ratio in eo cap. Assignatur, cum dicitur *Non quod idem sit accusator & iudex, sed quod fama deferente, &c.* Quod etiam sit de iure diuino, deducitur ex citatis cap. vbi Pont. ex diuinis præceptis id colligunt. Sic enim ait Innocen. 3. cap. Qualiter & quando citato. *Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum ex authoritatibus veteris, & noui Test. am. euidenter colligitur, ex quibus canonica processerunt sanctiones. Legitur enim in Euangelio, quod villicus ille, &c.* Secundo id probatur Matth. 18. *Si peccauerit, &c.* Nec valet dicere, quod ibi est sermo, quando proceditur fraterne ad emendam. Nam multò strictius obseruari debet quando ad pœnam proceditur. Cùm charitatis vinculum, in quo illud præceptum nititur magis obligẽt, vbi animus flammam fratri timetur, quod absque scandalo, & maiori damno vitari potest.

Peccata, & peccatores occultos lege naturali, & amore obtegere tenemur, quando in cõmunitatis dãnũ nõ vergãt.

47

Ratio ergo, quæ me in hanc sententiam & morem iudicum saluandum impellit est. Quia, quamuis sit lex naturalis & diuina: tamen non est primi ordinis, vt est non mentiri, & Deum diligere, &c. Hæc enim nec interpretationem, nec dispensationem recipiunt. sed est secundi ordinis, quarum, scilicet quæ interpretationẽ recipiunt. Sicut enim lex naturalis est, vt quis sua sponte non se exponat periculis propriæ vitæ: & tamen licet pro bono communi, & patria libenter animã pro morti offerre: quia ius illud naturale

48

de-

de vita conseruanda epicheiam recipit ob aliud naturale ius illo fortius de bono communi cõseruando: sic, &c. Ità quòd licet sit naturalis lex celandi occultum peccatorem, licet in aliquo casu reuelare, seu inquirere de illo ad vitanda maiora mala. Si enim publica scelera sic relinquerẽtur, sequerentur, duo maxima mala. Tum, quôd daretur scandalum in populo, quôd impunita, & non inquisita manerent crimina. Tum quod breui respub. plena esset malefactoribus, nullusque securus viueret. Ob maius ergo malũ vitandum interpretatur lex naturalis de celando peccatore, sicut etiam iura disponunt in crimine læsæ maiestatis, & similibus, inquisitionem fieri nulla præcedente infamia ob maius malum vitandum, & plura id genus.

Licet sit naturalis lex occultum peccatorẽ celandi, ad maiora mala vitãda, de illo inquirere, licitũ est.

49

Et quidem hæc conclusio & ratio videtur aperte in l. 1. tit. 17. part. 3. vbi postquam dixerat de generali inquisitione, *que ninguno non se querelle nadie, puede el Rey fazer pesquisa, maguer ende non aya malafama; para parar mayor fuerça, para pesquisar los malefactores, &c.* subdit de particulari inquisitione, dicens: *la segunda manera de pesquisa, es sobre fechos de algunos, que no saben quien los fizo, &c.* Sed in l. 3. clarius loquens, dicit: *si fuesse vn ome muerto, y no supiessen quien lo matara, quier sea fecho de dia, quier de noche: porque vienen muchos males dello, y grandes daños, deuen ser las personas pesquisadas, solo que no sea fecha de algunas personas ciertas.* Vbi adnotat Greg. Lopez in hæc verba: Duo requirit hæc lex, quod delictum cõmittatur clam: & quod non fiat inquisitio super certam personam. Sed generaliter sub verbo, quis fecit: non autem si Petrus fecit. Quod adnotauit Cord. vbi supra, & aperte decernitur in l. 6. tit. 1. lib. 8. recopil. *si la tal cosa fuere fecha quier de dia, quier de noche, quier en villa, quier en yermo, y ninguno pidiere querella, el alcalde de su officio sepa la verdad, por pesquisa, o por donde mejor pudiere: por que razones que los malés y desaguisados, y malefactores no queden sin pena.*

50

Et ideo respond. ad citatos, quibus non sunt contrariæ hæ leges. Nam illi prohibent, ne contra certam personam fiat inquisitio, vt videre est in cap. Cùm oporteat, & cap. Inquisitionis, quod etiam lex illa tertiæ partitæ cõcedit. Vnde perperam Nauar. dicit cap. illa derogata esse per

Cõsuetudo quæ iudices inquirunt de malefactoribus, cũ crimen est manifestum, non est contra ius naturæ.

per contrariàm consuetudinem. Nam re vera consuetudo iudicum diſquirendi malefactores, cum facinus est manifestum non est contra illa iura aut leges, quin potius secũdum ius naturæ, cuius declaratio videtur esse illa lex 3. partita, non noua cõstitutio, quæ reuera simul, & l. 5. recopil. id adnotarunt.

51

Tertiò moueor in hanc sententiam ob cap. illud Quidam maligni, citatum, vbi Gregor. excommunicationem tulit, nisi se proderet ille, qui publicum libellum emisit. Nã Cai. solu. quam supra retuli, scilicet, quôd excommunicatio lata fuit, non quia non se prodebat: sed ob peccatum præteritum emissionis libelli, nõ est vera. Quia, vt alio loco probaui pro præterito peccato non potest ferri excommunicatio, de cuius ratione est peccatum contumaciæ. Neque solutio Soti placet, quod ibi excommunicatur solum, ti ac eed ad sanctissimam Eucharistiam antequam se prodat. Nam ibi reuera nisi se prodat priuatur Eucharistia. Dicitur enim, Si nõ exierit, nec publicè confessus fuerit, quisquis ille sit definitus vt Sacramẽto Dominici corporis & sanguinis sit priuatus. Ecce cõmunione priuatur, nisi publicè cõsiteatur. Deinde verò planè excommunicatur, si Eucharistiam sumat antequã se prodat. Et reuera, ita tenet cõmunis praxis nõ solũ secularium principũ, sed episcoporũ qui meritò excõmunicationes expediũt super personas occultas, cũ facto sit publicũ. Et ita ex his dicendũ est ob dicta iura, & rationẽ supra assignatã licitè fieri huiusmodi inquisitiones. Tãdem moueor, quia, vt infra dicemus plures sunt casus, & cõmuni sententia doctorum recepti, & iure expressi, in quibus licitum est sine infamia de delictis perscrutari id quę nulla alia ratione, nisi quia maius strictiusque naturale ius alterum interpretatur, & ei præualet. Vnde Cor. limitans suam sententiam in d. q. 43. dub. 2. fol. 349. docet fore intelligendam quando damnum ex futuro pẽdet: & non aliter, sicque intelligendum censet dictum c. Quidam maligni, & c. Si sacerdos, vbi supra.

Pro præterito peccato, excommunicatio ferri non potest.

Plures sunt casus in quibus de delictis perscrutari, nulla infamia ineuenientẽ fama licitum est.

52

Ex his patet ad rationes Soti & Caietani. Primæ enim iam est responsum ad illa capita. Nam ibi non est sermo, quando factũ est publicũ. Et secundò ibi prohibetur fieri

inquisitio

inquisitio certæ personæ, si illa nullatenus est infamata, etiamsi crimen sit publicum: non tamen, quod nō inquiratur quis fecit ob commune bonum scandali vitandi, & pacis reipublicæ. Tenerentur tamen iudices, si quando commodè possent sine nota testes ignorantes instruere vel locum consulendi peritum dare, vt suprà dicebam, quando intelligunt iniustè prodituros esse personam secretam, in quo, vt suprà dixi & peccati, & restitutionis essent rei. Sed si id attentis omnibus circunstantiis fieri non possit absque aliqua nota populi tunc vt dixi rogare potest. Minus enim præponderat fama delinquentis, quàm commune bonum, quando aliter commune bonū saluari non potest. Maximè, cùm causa eiusdem peccatoris detrimentum patiatur, neque tamen damna imputabuntur iudici, qui iure vtitur suo, si non facit quod facere tenetur. Secundum argumentū, quod si iuridica esset interrogatio teneretur testis, imo ipse reus, se prodere, petit specialem dubitationem, quæ iam sequitur.

Iudices si commodè sine nota facere possunt, testes ignorantes struere tenetur, quando intelligunt iniustè personam occultam prodituros esse.

53

Quinta dubitatio.

QVINTA ergo dubitatio sit, vtrum in casu quo iudex iuridicè interrogat, quia factum est publicum teneatur testis, & ipse reus veritatem exponere. Quidam etsi nostram sententiam teneant, quòd ob commune bonum potest iudex inquirere de occulto peccatore, dicunt, quòd consequenter reus tenetur veritatem dicere. Quia iudici legitimè interroganti parendum est. Mihi sanè videtur, quod in eo casu, nec testis, nec reus tenetur veritatem dicere, si est omnino occulta persona. Moueor ea ratione quia in hoc casu iudex non habet licentiam inquirendi, quia iurisdictionem habeat super id, quod quæritur: cùm sit omnino occultum & exemptum à sua iurisdictione, sed solum procedit legitimè ob maiora mala vitanda, quæ sequerentur, si non inquireret, vt suprà dixi. Sed his malis sufficienter prouidetur per solam eius inquisitionē etiamsi persona non inueniatur, nec se prodat. Non ergo testis, aut reus tenetur occultum reuelare, cùm ad illud finem nisi nimiè sit necessarium. Et ita datur vnum velut bellum iustum, ex vtraque parte, vt multis exemplis probare possem, quæ suprà à me tradita sunt. Et ita docuit aperte

Iudice iuridicè interrogāte de crimine publico, non tenetur testis, vel reus dicere veritatem si persona est occulta.

54

aperte Sylvest. verb. correp. §. 8. & verb. inquisitio. 1. q. 8. d. 3. Cord. super Sot. quæstione 6. concl. 1. dub. 4. Armill. inquisitio. §. 10.

Sed roga, an sufficiant indicia sine infamia ad inquirendum in d. casu, Cord. in sum. quæst. 64. putat non sufficere. Pro quo refert Navar. cap. 18. num. 38. & c. 25. num. 35. & c. 17. num. 135. Sot. de Iust. lib. 5. quæst. 6. art. 2. Sylvest. verb. inquisitio. 1. quæst. 3. & 4. Ratio horū est: quia ad inquisitionem particularem contra aliquem non sufficiunt indicia, sed solum sufficiūt ad semiplenam probationem, supposito accusatore, vt ipse vel testes cogantur veritatem dicere.

Indicia competentia sine infamia sufficiūt ad inquirendū de crimine publico.

55

Oppositum sentit idem Sot. vt refert Cor. de Tegend. secret. mem. 2. q. 6. conc. 8. dub. 2. & 3. & mihi hoc magis placet. Quia si quando est persona occulta & crimen ipsum, satis sunt indicia competencia, multò magis sufficiēt quando delictum est euidens, & persona indiciata, quod satis esse probatum ex prædictis iuribus, & omnibus supra citatis, arbitramur.

Sexta difficultas

SEXTA dub. sit. Vtrum postquam quis est conuictus de vno crimine licitè interrogatur, an alia commiserit, & an participantes habeat in delicto præfato? Sane, quod ad primum attinet articulum quidam docuerunt rectè inquirere posse, reumque teneri ad veritatem propalandam sic docuit Palud. in 4. distinct. 19. in solutione argumen. Sylvest. verb. inquisitio. 1. quæst. 3. dic. 4. Probant ij authores, quia non propter occultationem peccati: sed peccatoris, prohibetur iudex de occultis iudicare, igitur quando criminosus est in iudicio proditus iuridice interrogatur, & veritatem dicere tenetur de omni peccato ipsius. Atque idem docent de aliis occultis criminibus participantium. Si enim socius criminis legitimè interrogari potest de vno eo crimine, potest iste de aliis illius criminibus respondere ob eandem rationem. Eandem sententiam sequitur Ant. 2. part. tit. 9. cap. 7. §. 5.

56

Ego aliter sentio. Non enim arbitror iure interrogari posse proditū de vno crimine, de criminibus aliis, vel eiusdem, vel sociorum iam de vno proditorum, si omnino occulta

culta sunt, vti rectius, hanc speciem considerauerunt Sot. 5. de Iust. q. 6. art. 2. post medium, & detegendo secreto memb. 2. q. 6 ar. 2. & Cord. in eodem locum. Caie. 2. 2. q. 69. articu. 2. Adrian. Quodlib. 11. sub litera I. Henricus Quodlib. 9. q. 25. Nauar. loco citato concl. 6. corol. 51. nu. 127. & in sum. c. 25. nu. 36. Alcocer in sum. ca. 26. Ij igitur iure docent nisi crimen probatum, indicium sit alterius criminis, nullo pacto licere de illo interrogare. Quoniam, vt ex dictis initibus, & ratione naturali constat, infamia criminis exigitur, non criminosi. Vnde in cap. Cum oporteat, dicitur: *Nisi super ijs famam eius lesam esse noueritis, &c.* Dicunt tamen nonnulli, quod si crimen, de quo est infamatus est eiusdem speciei cum eo, de quo rogatur: recta erit interrogatio. Est enim aiunt indiciū, quod illud cōmiserit. Vt Hisp. prouerbio dicitur, *quiē haze vn cesto, hara cien to.* Sed id ego locum habere putarē, quādo ille ex infamia vel ex insinuatione clamosa crederetur frequens in eodē peccato. Vt si vinctus est præxtu famosi latronis vno confesso, posset interrogari, an alia commiserit. At si de vno tantum crimine est suspectus & conuictus, nō par est de alio, etiā eiusdem speciei interrogari. Cum omnino sit occultum, nec infamia liberet, vel indiciū alterius, de quo rogatur criminis.

Cōuictus de vno crimine, nō potest interrogari de alio alterius speciei nisi de eo essent indicia.

57

Quando cōuictus de crimine, possit interrogari de alijs eiusdē speciei.

Secunda huius dubitationis pars, illud quærebat. An conuictū de vno crimine liceat de sociis interrogare? Quidam simpliciter docent interrogari posse, tenerique reum ad respondendū manifestandūque socium occultū. Quia (dicunt) iam crimen est notum. Alij verō vt Syl. vbi supra dicto 5. distinguit. *Quædam enim* (inquit) *sunt crimina, quæ principaliter in odium alterius, non committuntur, vt falsare monetā latrocinia facere, & in ijs potest interrogari, secus in alijs, quæ in odium offensi committuntur.* Hanc vero distinctionem ducit ex Bart. in lege repet. ff. de Quæst. Sed impertinens mihi videtur, & confusa ista differētia seu distinctio. Quā quam modō impugnare nolumus breuitati studētes. Quare simpliciter arbitramur, nec iudicem posse percontari, nec reum teneri detegere complicem delicti omnino occultum, imo reuelando peccare. Hāc enim speciem ita tradidere

58

Index non potest interrogare reum conuictum de suo crimine, de complice omnino occulto.

Antonius Cordub. super Sotum memb. 2. quæst. 6. dub. vltim. sub 1. conclu. & idem Sot. ibidem lib. illo 5. de Iust. & iure allegato. Adria. Quodlib. 11. in responsione ad quintam difficultatem, & ad secundum argumentum principio Hentic. Quodlib. 11. quæst. 33. vt refert Cord. Caiet. opusc. 17. Responsionum respon. 5. Opusculorū, Alcocer cap. illo 26. Atque idem esse de iure seruandum tenet Nauar. conc. illa 6. corol. 67. Moueor in hanc sententiam ea ratione. Quoniam, vt supra ostendimus, quando factum est publicum & peccator occultus, non tenetur reus vel testis occultum criminosum detegere, at in hoc casu non est maior necessitas, imo multo minor. Siquidē ibi nullus, hic aliquis peccator est inuētus ad punitionem exercendam ob bonum publicum, non ergo tenetur complicem reuelare.

Reus peccabit si reuelet.

95

Non nego equidem licite posse iudicem interrogare de socio, quando tale crimen est, quod natura sua sine socio exerceri non potest, vt adulterium, Sodomia, &c. Tunc enim, quoniam iam est veluti publicum, esse alterū illius criminis participem, non satisfaceret iudex suo officio, nisi de illo inquireret ne daretur occasio cogitādi de licta impunita velle relinquere. Sicut supra diximus, si nō inquireret quando factum est publicum, attamen id cautē facere debet saltem intentionem explicando, imperito respondenti, vel locum, consilium capiendi dando, vt Nauar. nocat & supra diximus. Aliàs peccaret grauiter occasionem infamiæ iniuste præbendo, & sic limitanda est Caiet. sententia vbi supra, asserentis licitum esse iudici simpliciter interrogare de sociis intelligendo, vt illi, quod publicum est manifestetur: non autem secretum. Si autem delictum natura sua non exigit societatem, vt furtum, homicidium, &c. Eo sanē casu nec interrogare licet. Tunc enim nō interrogando, nullū scandalū iure timeri potest, aliàs reus respōdere nō tenetur. Frustra est igitur, & pernicio sa illa inquisitio. Vnde q̄ ait Nau. corol. 51. nu. 128. q̄ potest cōsuetudine introduci, vt de cōplicibus sine infamia inquiratur, falsū est. Vt ostēsū est de iure naturali requisita est infamia ad inquisitionē: q̄ si quādo sine illa potest

Licitē potest iudex interrogare de complice quando crimē necessario exercetur cum cōplice, vt Sodomia, & hoc, caute & prudenter debet fieri.

60

Si delictum nō requirit sociū. non licet interrogare de complice occulto.

Iure naturali, ad inquisitionē fama requiritur.

procedi, non contingit ex vi consuetudinis, vel alteriꝰ legis humanæ: sed ex interpretatione naturalis iuris percōcurrētiam alterius strictioris: & ideo cū factū est publicū supra docuimus inquiri posse ob eandem epicheiam, qua

61 seruari debet naturale ius inquirendi, & puniēdi publica maleficia, ne cōmunis ripublicæ pax & bonum perturbetur ex tali omissione: quod certe bonū præponderat bono priuato famæ, vel vitæ malefactoris, at in hoc casu talis necessitas non adest nisi forte, vt supra dicebam, quādo tale esset crimen, quod sine complice perpetratum esse nō potuit. In quo casu admitti posset dicta sententia, non ex vi consuetudinis humanę sed alterius iuris fortioris naturalis concurrentis, vt dictum est.

Licitum est prælato in peccato Religionis, de complicibus inquirere, licet nulla præcedat infamia & hoc quando in inquisitione adpœnam non procedit.

Docet autem Cordub. super Sot. quæst. 4. conclu. 7. quod in religionibus, licet quando agitur ad pœnam seruandus sit iuris ordo, in inquirendo tamen quando agitur ad emendam non est necessarius seruandus: nisi solū lex naturalis & diuina. Ex quo colligit ipse quæst. 6. con. 1. dub. vlt. quod licitum est prælato in peccato religionis de complicibus inquirere nulla præcedente infamia, quando non ad pœnā proceditur, in inquisitione. Sed de hoc art. inferius cum agemus de denuntiatione latus sermo redibit. Illud modo Cordub. obiicimus, quod cum procedere in inquisitione infamia precedente sit de iure naturali & diuino, vt supra probatū est, ipséq; consentiat etiam quando proceditur ad emendam, iure naturali & diuino fore seruandum, nescio quomodo asserat de complicibus nulla eorū fama læsa interrogari posse: nisi fortasse quādo verisimiliter religionis pernicies, & damnum ex non

62 inquirendo sequeretur. Tunc enim ob maius strictiusque ius naturale fama neglecta inquisitio fieri posset.

Septima dubitatio.

SEPTIMA dubitatio hoc loco ad extremū ob plures casus posset adiungi, in quibus (fatentibus doctoribus) sine infamia procedi potest, vbi non parue difficultates existunt. Sed eas lectorem legere apud Doctores præfectos volumus, vt breuitatem sequamur. Ea generalis regula dari à nobis par erit, vt quoties ex non inquirendo maius malum præcipuéque communis pernicies consequatur

quatur, licebit sine infamia procedere, vt ex dictis satis est apertum, quam ad singulares casus prudens atque studiosus lector applicabit.

De denunciante crimina.

SVMMARIVM.

IN peccato publico existens, sine vlla secreta admonitione, apud superiorem denunciari potest, num. 64

Secundum D. Thom. ordo correctionis fraternæ, habet tamen vim, cum peccata non sunt publica, num. 65

Peccata publica non statim sunt denuntianda, cum alia via potest adhiberi medella, num. 66

Blasphemiam coram sex, aut quatuor hominibus dicens, a quocumque audiente denunciari, & publicè corripi potest, num. 68

Delictum coram 6. aut 4. hominibus committens, si non esset spes emendæ, sine scrupulo denuntiari potest, si vero esset spes denunciari non potest, dum illud non sit notum omni, vel maiori populi parti, num. 68

Si delictum vergit in damnum commune, & non sit spes emendæ, per secretam correctionem potest fieri denuntiatio sine præuia correctione, & si peccatum sit occultum, num. 69

Quando cum communi bono, potest fama & vita proximi seruari, non est denunciandum peccatum (maxime si sit occultum) sine præuia correctione, num. 70

Cum certo damno priuati, maximè noxij hominis, reipub. periculum probabile vitari debet, num. 71

Crimina publica dicuntur, quæ pro obiecto bonum commune & publicum habent, num. 72

Si delictum est in damnum tertij, statim denunciandum est, si non speratur correctio, num. 73

Octaua dubitatio.

OCTAVA dubitatio. An liceat de aliquo denunciare? Egimus de iudice lædente famam. Nunc quoniam denuntiator habet rationem cuiusdam publicæ personæ sequitur, vt explicemus, quando pec. et lædendo famam? Et quidem cùm denuntiatio esse possit ad vindictam, vt

63 est denuntiatio apud superiorem, vt iudicem, & apud eundem, vt patrem. Ideo sit octaua dub. in ordine: An liceat de occulto peccato proximi iudicem admonere, vt puniat? Et videtur quod non peccet, qui sine admonitione secreta denuntiat. Tum, quia vnusquisque de republica habet ius vt delicta puniantur, cu n sit membrum reip. cuius salutē potest, & debet velle esse saluam. Ad 1e secundó, quia in crimine hæresis, sine vlla admonitione solet, & debet denuntiari, idem ergo erit in alijs delictis. Tertió, quia in quibusdam religionibus ea constitutio habetur, vt vniuscuiusque defectus & peccata possit ad superiorem deferri, perquēcunque, qui extra confessionem agnouerit. Ergo non fit iniuria proximo, si eius peccata iudici deferantur. Quartô, accusator non peccat sine monitione crimen alterius iudici detegendo ex omnium sententia, igitur multo magis licebit denuntiare alteri, qui non ita coram iudice expostulat, sed in denuntiatione cessat. Ex altera parte videtur peccatum iniustę infamiæ. Quia si infraterna correptione, vbi proceditur ad emendam & bonum ac lucrum fratris, & superiori reueletur peccatum, vt patri necessaria est fratris secreta admonitio, multô amplius iure naturali & diuino, & fraterna charitate obligante, erit necessarium proximi famam seruare, cum apud iudicem ad vindictam proceditur. Cum hic non solum fama periclitetur: sed etiam pœna sit publicè imponenda.

Ad hanc difficultatem quę vtilissima est, & multarum grauiumqué quæstionum circa famam conseruandam pro-

64 ximi præcipuum fundamentum, placet distinctè per assertiones respondere.

In peccato publico existens, sine vlla secreta admonitione, apud superiorem denunciari potest.

Prima igitur assertio. Si peccatum est publicum statim sine vlla secreta admonitione potest ad superiorem deferri. Hanc doctrinam fatentur omnes infra citandi doct. Et ratio est manifesta. Quia maiori malo, minori neglecto est

obuiandum naturali luce rationis dictante, at cum peccatum est publicum, scandalum est subortum, quod sine publica denuntiatione ac reprehensione sedari non potest. Non ergo curādum est de perturbatione delinquentis. Finis enim, vt ait D. Thom. tunc non est sola emendatio fratris, sed vt illi quibus scandalum datum est & ędificentur, & à peccato deterreantur. Adde, quod si secreta admonitio requiritur, in detegendis criminibus superiori, est propter seruandam famam proximi, sed qui publicè delinquit iam eam perdidit. Vnde Paul. ad Timot. 5. *Peccantes corā omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant*, & Alex. Papa c. 1. de pœnit. & rem. *Manifesta* (inquit) *peccata non sunt occulta correctione purganda.* & Aug. hom. 50. relatus in cap. Si peccauerit, 2. quæst. 1. *corripienda ipsa sunt coram omnibus quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda sunt secretius quæ peccantur secretius. Distingue tempora, & concordabis scripturas.* Quæ verò sit hæc scripturæ contrarietas nō explicat Augustinus. Puto eam esse, *si peccauerit in te frater tuus corripe illum inter te, & ipsum solum*, & illam. *Peccantes coram omnibus argue.*

ta admonitione, apud superiorem denunciari potest.

65

In hac autem assertione conueniunt omnes cū D. Tho. 2. 2. quæstione 33. articulo 7. in principio. Vnde notanter ait D. Thom. *dixit Christus si peccauerit in te, quia si publicè peccauit, peccat in alios eos turbans, & propterea in eo casu non habet locum Euangelicus ordo.* Et id specie Sotus de tegendo secret. memb. 2. quæst. 4. concl. 1. ibidem Anton. Cord. Adrian. in 4. de Correptio. fraterna art. 2. ad secundum: Gabr. in can. lectione 74. litera L. & R. Caiet. in dict. locum 2. 2. D. Thomæ, Duran. Paludan. & c. d. 19. Quam tamen doctrinam limitandam censeo, nisi esset spes certa publicæ emendæ, per publicam pœnitentiam ab eo faciendam, sine denuntiatione, puta per publ. correptionem fraternam, vel per secretam, aut si ipse sua sponte in meliorē

Secundum D. Tho. ordo correctionis fraternæ habet tā tum vim, cum peccata nō sint publica.

66 mentem reuocatus vitā mutet, quo cæteri videntes emendatum scandalum deponunt. Tum enim existimo habendam esse rationem pœnæ, quam passurus est, & perturbationis delinquentis, & seruandum esse ordinem traditum Matt. 18. Et ita video docere in specie Cordub. in annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Sot. memb. 2. quæst. 4. conc. 1. Quod ratio docere videtur, quod licet taliter corripiens publicè vel denunciãs, non lædet famam illius, quia vt diximus amissa est, tamen lege charitatis tenemur curare, si facile possumus, tum ne deterior fiat, & perturbetur, tum ne pœnam subeat delicti. Vnde cum occurri simul potest communi malo, & bonum speciale fratris conseruari neglector veræ charitatis esse videtur is, qui vel publicè denunciat, vel publicè reprehendit. Et quamuis D. Thom. communisque doctorum sententia hanc limitationem non adhibeant, sed peccata publica statim esse denuncianda, vel publicè reprehendenda, neque in hoc casu locum habere diuinum præceptum Matthæ. 18. doceant, tamen ipsi loquuntur, quando aliter non potest communi scandalo obuiari. Imo & hanc restrictionem scribit quidam doctor intelligi communiter apud doct. in 4. dist. 19. & iurisperitos 1. quæst. 2. cap. Si peccauerit, & de Iudicijs. cap. Nouit ille. Adria. in 4. agentem de Correct. fraterna, Sot. de Tegen. secret. memb. 2. quæst. 4. Et Cordub. ibidem, vt dixi Syluest. ita tenent verb. correp. quęstio. 5. & Gabr. lect. 74. in can. sub litera I. Quamuis posset quispiam dicere, quòd etiam cessante scandalo per probabilem vel certè præsentem emendationem delinquentis potest denunciari, vt puniatur: & publicè corripi, quia non satis est, vt scandalizati scandalum deponant, sed requiritur eos esse instructos & deterritos â peccando, ne videntes talia crimina impunita, & sine correptione relinqui, ansam arripiant similiter peccandi. Et ob id Apostolus dicebat: *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Quod cum magis præponderare videatur, quâm quòd delinquẽs peior fiat, aut pœnam subeat temporalem peccato debitam, non videtur â ratione alienum dicere, quòd non obstante spe conuersionis talis peccatoris, ac proinde ædificatione eorum, qui scandalũ susceperant, adhuc potest, licitè denũtiari, & publicè corripi propter aliorũ instructionẽ, timorẽ, & exẽplum. Vnde si esset prælatus, vel fiscus, vel denique habens ex officio, non solum posset, sed teneretur denunciare ac punire.

Peccata publica non statim sunt denuntianda, cũ alia via potest adhiberi medella.

67

68

Ex

Ex quo deduci videtur, quod si quis blasphemiã publicè dixit coram 4. aut 6. vel aliud delictũ commisit, etiã si illum iam pœnituerit, ius est vnicuique de populo, qui audiuit denunciandi, & publicè etiam corripiendi. Ex quo enim publice peccauit ius famæ sibi seruãdæ amisit. Quod aperte docuit Cord. lib. 1. qq. q. 34. dub. 2. f. 346. col. 1. & 2. præcipuè vers. quod incipit, *Ad quod etiam facit*. Et licet id fieri licitè possit, vt videtur, tamen ego non ita faciendum consulerem. Sed ego ita mę gererem in hac dub. Primò secludo hæresim, de quo crimine infra specialiter dicam, animaduerterem, an esset spes emendę. Si non esset, sine scrupulo denuntiarem. Si esset, animaduerterem, an tãm esset publicè vt omnes, vel maior pars populi, vel certè multi sciuerint, & tunc vel denuntiarẽ, vel publicè corriperem ob aliorum timorem, etiamsi esset spes emendæ, vel emendatio præsens, vt paulò ante neruosè disputare videbar. Et multo magis, si essem publ. officialis. Si verò iam publicè non fuit. Sed tantum coram 4. aut 5. personis peccauit, sane tacendum putarem si ipse paratus esset se emendare. Tunc enim non ita boni communis ratio cogit vt alterius detrimentum, & animæ, si deterior fieret, & verecundiæ, & pœnę delicto debitę, & infamiæ etiã apud alios subire faciamus. Quod enim nobis fieri nollemus, aliis inferre par nõ est. Et hęc circa delictum publicè commissum dicta sint. Quod sine communi damno & scandalo, nec saluti & bono delinquentis cõsulitur denunciationem, aut correptionem, tacendum est omnino, & ingemiscendum, Deusque exorandus, in cuius manu sunt hominum corda.

Blasph emiam coram 6. aut 4 hominibus, dicens, à quocũque audietz denunciari & publicè corripi potest.

Delictum coram 6. aut 4 hominibus, si nõ esset spes emendo, sine scrupulo denuntiari potest, si vero esset spes denũciari nõ potest, dum illud non sit notum omni vel maiori populi parti.

69

Secundo igitur asserimus, quod si delictum est secretũ distinguendum est cum Diuo Thom. articulo 7. Nã quędam vergunt in damnum publicũ, vt proditio ciuitatis. Quędam in damnum alicuius priuati vel spirituale, vt si quis occultè aliquos à fide auertat docens falsam doctrinam, quod etiam sanè inter damna publica recenseri debet, licet Diuus Thomas, ad damnum priuatum referre videatur, siue temporale, vt si quis sciat aliquẽ putare insidias proximo, vel ad furandũ, vel occidendum. Quædam denique

denique vergunt in damnum ipsius peccantis dumtaxat, vt si sit blasphemus, gulosus, Sodomicus, &c. In primo ergo casu fatetur D. Thom. esse statim denunciandū sine monitione secreta, & si est iudex statim procedēdum ad punitionem. Ratio D. Thom. est, quia iste non in te peccat sed in alios, quibus nocumentum parat, & ideo non habet locum in eo Euangelica sententia, quæ dicit. *Si peccauerit in te, &c.* Adde secundo, quia bonum commune præponendum est bono priuato, maximè, cum bonum cōmune est certum, priuatum incertum. Si ergo moraliter est certum damnum reipublicæ, vel dubium nisi denūcietur statim, sequitur postponendam esse famam, vel vitam, aut alia bona priuati. Præcipue cum sit veluti aggressor, & noxius,

Si delictū vergit in dānum cōmune, & nō sit spes emendæ per secretā correctionē potest fieri denuntiatio, sine prævia correctione, & si peccatum sit occultum.

70

Limitat tamen D. Thom. prædicta, vt nos in puncto precedenti limitauimus, vt vera sint, nisi denuntiator firmiter credere per suam secretam admonitionē emendatū iri fratrem, & sic damnum occursum iri. Tunc iniustè infamaretur apud iudicem. Et ratio est clara, quia quando cum cōmuni bono potest proximi famam & viram conseruari, vt supra dicebam, maxime in occultis, lege charitatis, imo & iustitiæ tenemur eorum crimina nō detegere. Quam limitationem ille idem doctor, quem supra retuli, dicit esse receptam à Theologis in 4. d. 19. & iurisperitis in dict. cap. Si peccauerit, & in dict. cap. Nouit ille, & Sot. de tegend. secret. quæst. 4. Et docet expressè Nauar. c. 18. num. 31. & Mart. in 4. d. 21. quæst. 2. colum. 5. & Syluest. verb. correp. quæst. 3. idem ipsum expressè docuit Cord. super Sotum de sigilio q. 4. concl. 3. qui refert ad idem D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 2. 6. & 7. & de Verit. quæst. 3. & in 4. d. 9. & ibidem Richard. & Palud. Gerson alphabeto 34. litera T. Grabr. in can. lect. 74. Adrian. in 4. de Corrept. fraterna. Ex qua doctrina colligo duo, & quod ex mente D. Thom. idem censet de hæresi, quod scilicet si quis firmiter crederet per suam monitionem proximum fore emendandum non potest illum denuntiare, quod an ita sit faciendum statim explicabimus.

Quando cum communi bono, potest fama & vita proximi seruari, non est denuntiandum peccatum (maxime si sit occultū) sine prævia correctione.

71

Sed quid si non sit certum, sed dubium de emendatione rei.

rei. Respublica statim esse denuntiandum. Notanter enim D. Thom. solum excepit, quādo firmiter crederet per secretam admonitionem damnum fore impediendum, quod & rectè probat. Nam si dubia est emendatio, dubium etiā est damnum publicū & cæteris paribus magis consulendum est bono publico. Non ergo licet rempublicam periculo exponere, ne priuatum delinquentis bonum periculo exponatur. Imo cum certo dāno priuati, maximè noxij hominis reipublicæ periculum probabile euitandum. Et ita docuit Nauar. in sum. Hisp. cap. 24. num. 22. Vnde bene ipse colligit, rarò esse præmittenda in secretam admonitionem in his criminibus. Nam vix tandem potest quis esse certus eum, qui paratus est rempublicam tradere vel hæreses docere, & similia committere, fore ea priuata monitione emendandum. Maximè cum sæpius sit in his moribus admittendis periculum.

Cum certo dāno priuati maximè noxij hominis, reipub. periculum probabile vitari debet.

72

Sed quæ dicuntur crimina publica. Nauar. putat ea esse, quę sunt notoria iure vel facto vel fama. Sed meo iudicio de ijs criminibus publicis egimus puncto præcedenti, cum de denuntiatione ac correctione publici criminis ageremus. Melius ergo dicitur cum Sot. in hoc casu ea dici crimina publica, quæ pro obiecto habent bonū cōmune & publicū. Sicut enim priuatū delictum, quod priuatū bonum offendit, sic ea publica dicuntur crimina, quæ in bonum publicum committuntur, damnique publici illatiua sunt, etiam si secreta sint; & vtrumque modū publici criminis mirificè tangit D. Thom. in d. art. 7. dum dicit: *Vtrumque delictorum genus esse statim denunciandum.* Quia siue pecces coram omnibus, v. g. si notorius sis concubinarius siue occulte pecces: tamen in perniciem & nocumentum communitatis, vt si tractes de prodenda ciuitate, vel hæresi docenda, in vtroque inquam genere non in me, sed in alios peccas, & ita semper publicum bonum lædis. Quæ vero sint ista crimina vergentia in damnū rei publicę in particulari? Ea numerat Sot. de Secret. quæst. 4. mēb. 2. dub. 2. vt hæreses, proditiones, quę natura sua peruertere moliuntur populum ac perturbare, lepra, aut pestis, aut alius morbus contagiosus, vt Nauar. docet cap. 18. num. 31. fal

Crimina publica ea dicuntur, quæ pro obiecto bonum commune & publicū habent.

73

sitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitas literarum, vel monetæ, item ambitiones, & suborriationes in cathedris, & aliis electionibus Ecclesiasticis aut secularibus. Et generaliter, quando quis in aliqua communitate satagit peruertere fratres. Et idē est de crimine læsæ maiestatis: & de publicis depræ datoribus & latronibus viarum, Hispanicè, *salteadores*. Homicidiū verò, furtū, adulterium, &c. non tam dicuntur crimina in republica, quam in damnum tertij. Licet enim ex illis damnum reipublicę inferatur: tamen id est mediatè, & indirectè. Immediatum enim & proximū obiectum illorum est damnū priuatum, sicut econtra immediatum obiectum illorū est damnum commune.

Si delictum est in damnum tertij, statim denuntiandū est, si non speratur correctio.

Tertio putamus, quod si crimē est in detrimentum tertij, eodem prorsus modo est denunciandū si firmiter correctio non speratur: sicut de nocumento communis boni diximus. Melior est enim conditio innocentis, quām nocentis, & illius bono magis consulendum, estque ius defensionis proximi natura permissum atque cōcessum. An verò quis teneatur denunciare, & cum quo detrimento
74 supra diximus, & latè prosequitur Nauar. in sum. lat. c. 24. num. 15. Debet tamen fieri quantum potest sine detrimento tertij noxij, vt dicendo personam, vel crimē ingenuè vel alia via. Sic enim si malo occurri posset teneretur sub mortali tacere, famam proximi seruare. Et etiam, quia si damnum proximi non est magnum, persona nō est prodenda, vt patet. Vt si vir alioqui bonę famę furaretur aliquid non magni momenti, potius est dissimulandū, quā ille diffametur. Præponderat enim fama illius paruū dānum temporale alterius. Vt expressè annotauit Gab. in can. lect. 74. sub litera S. Quę verò sint hæc crimina iam supra diximus, quę scilicet immediate priuatum aliquem damnificāt, vt adulterium, furtum, homicidium, falsū testimonium, &c. Si autem delictum est tantum in damnū
75 peccātis, vt fornicatio, gula, Sodomia, auaritia, statim grauem ac specialem quæstionē de eo habebimus. Id tātummodo aduertimus: quod quando crimen est secretum, & non est in damnum tertij, quia vel damni inferendi verè pœnitet, vēl si non pœnitet: tamen in seipso manet delictum

lictum infra dubitatione sexta dicemus, an liceat denunciare in vtroque casu. Per hæc facile est ad argumenta respondere supra posita. Primum ex dictis est solutum, cū explicatum sit, quando quis habeat ius prodendi malefactores. Cætera vero argumenta speciales petunt dub. & ideo pro solutione 2. sit 9. dub.

De hæresi denuntianda.

SVMMARIVM.

Hæresis vt cancer serpit, & omnium criminum maximum videtur, num. 76
Multipliciter quis poterit errare contra fidem, num. 77
Errans in fide scienter, vel vt corrumpat cæteros, vel vt in se nullam falsam opinionem derineat, statim denuntiandus est, num. 78
Errans in fide ignoranter, statim non denuntiandus est, nisi admonitio supponatur, num. 79
Pertinatia, de intrinseca ratione hæresis est, num. 80
Hæresis definitio, tradita a patribus, & viris doctissimis, num. 80
Hæresis ab electione dicta est a patribus, num. 81
Hæresis nomen Græcum est, num. 81
Hæresis diuisionem non significat, num. 81
Non damnantur vt hæretici, nisi qui ausu temerario aliter sentiunt, quam Romana Ecclesia, num. 82
Secundum omnium doctorum sententiam, vt quis hæreticus dicatur pertinacia, necessaria est, num. 84
Ignorantia errans, cum paratus sit corrigi, peccato hæresis non peccat, nec censuras, nec pœnas hæresi incurrit, num. 84
Qui sciens & prudens, aliquid contra ecclesiæ determinationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationem temerè præsumit, verè hæreticus est, numero. 85

Cum quis ignoranter incidit in hæresim corrigendus est, secundum ordinem a Christo traditum, num. 86

Qui scienter & prudenter incidit in hæresim, statim denunciandus est, sine præuia admonitione, num. 87

Cum quis sciens & prudens incidit in hæresim, perinde incurritur excommunicatione ipso iure, ac si præcisset admonitio, num. 87

Ad peccatum hæresis requiritur, vt quis explicite cognoscat se errare contra fidem, vnde quælibet ignorantia, etiam crassa, excusat ab hæresi, num. 89

Qui per ignorantiam affectatam errat contra ecclesiam, quoad effectum etiam videtur hæreticus, num. 89

Errantes in fide lapsu quodam linguæ, & si sint prælati, & doctores denunciantes, grauissime peccant, num. 90

Nonnulla inter disputandum & concionandum dicentes contra fidem, ex incuria & inconsideratione, prius admoneri debent, quam denuncientur, num. 90

Articulos fidei, & ea, quæ in ecclesia communiter solemnizantur, sciri debent, sub peccato mortali, secundum D. Thom. num. 92

Si audiens errorem sit vir simplex, intelligens alterum de fide male locutum fuisse, sine monitione illum poterit denunciare, nu. 92

Ignorantia errans, si culpam in errando habeat, præmissa monitione, ad iudicem deferendus est, secus vero si sciens & prudens, num. 93

Verba Christi asserentis (proximum corripiendum esse secreto) non sunt intelligenda de peccato hæresis, quando vocè est hæreticus, num. 94

NONA

Nona dubitatio.

NONA dubitatio sit specialiter de crimine hæresis. An sit statim inquisitoribus denunciandum omni postposita admonitione secreta. Videtur enim quod nõ liceat tantam infamiam & damna proximo afferre. Cũ per secretam admonitionem æque bene possit omne damnum præueniri, in quo maxime locum habere videtur Euangelicum præceptum, vt corripias inter te ipsum solum, & ex communi doctorum sententia in præcedenti dubio, peccata etiam vergentia in perniciem reipublicę, nõ sunt statim prodenda, & detegenda, quando quis firmiter existimat per suam correptionem malo occurri posse sufficienter. Et quod magis hoc confirmat videtur esse Diui Thom. sententia. Qui cum in dicto artic. 7. specialiter de hæresi loqueretur docet, quod debet hæresis statim denuntiari, nisi quis certo existimet per secretam admonitionem posse talem malum impedire. Facit etiam Paulus ad Titum 3. *hæreticum hominẽ post primam & secundam admonitionem deuita.* Quem locum exponens Hieronim. ait non sufficere semel admonere. Et ita cum Diuo Thoma tenet Sylues. verb. correptio. quæst. 5. specialiter de hæresi agens, & Gab. in can. lect. 74 sub litera S. 76

Hæresis vt cancer serpit, & omnium criminum maximũ videtur.

Ex alia vero parte est q̃ hæresis est valde cõtagiosũ crimẽ. Serpit e. vt cãcer, vt ait Paul. & omniũ criminũ maximũ videtur. Cũ prorsus omne bonũ auferat ab anima. Nam profecto, si odiũ Dei explicitũ & formalẽ nefãdissimũ omniũ peccatorũ iure à doctissimis hominibus pronũntiatur: cũ tamẽ nõ omne bonũ auferat omnino ab anima. Cũ eo enim cõpati potest vera cognitio, & fides ex parte intellectus, quãto amplioris malitię esse cẽsebimus peccatũ infidelitatis, q̃ omni bono tã volũtatis, quã intellectus hominẽ priuat & spoliat? Maximè in hac ætate, in qua & circũspectos nos esse, & prędicta moderatione vti non oportere, sed statim esse denunciandum iure censeri debet. Adde, quod si moras in hoc expectes, vix postea oportunum remedium adhiberi potest. Cui accedit, iustã nos putare debere eam legem, quam fidei censores, atque inquisitores in hac re tulerunt, vt quàm primum sine præuia admonitione tale crimen denuntietur. Et ita sustit 77

Sotus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sot.quæst. illa 4.conc. 2. & Cast.lib.2.de Iust.hær.puni. cap.25.& Mer.cap.11. verticulo *Io 1.* Postquam dixerat reum ius habere negandi & sibi occulendi secretum, subdit esse verum in delictis quibusdam communibus, non in aliis grauioribus, damnosis, & pernicioſis communitati, vt est proditio, vel hæresis, aliæ (inquit) in his regulæ magis strictę sunt seruandæ. Denique Cordub. in prędicta 2. conclu. Soti quęst. 4. num. 2. idem censet.

Multipliciter quis poterit errare contra fidem.

Verum tamen in hac distin. opus est. Potest siquidem multis modis aliquis errare circa fidem. Primum scienter. Deinde ignorãnter. Scienter, aut doceat & corrumpat cęteros, quod hæresiarcharum, & dogmatizantium propriũ est, aut non, vt alios auertat, sed, vt in se falsam illam opinionem retineant, putans se melius ac verius de Deo sentire, quãm Ecclesiam Romanam. Ignorãter etiam potest dupliciter contingere, aut ignorantia, quam inuincibilem vocãt: quia nescit quid dicat, nec scire debet, aut crassa, vel supina, quia nescit se errare, scire tamen debebat: in vtroq; tamen casu paratus est corrigi, cum contra Ecclesię iudiciũ se teneri nõ existimet. Sicut in vtroque priori nõ est corrigi paratus, cum sciens & prudens iudicio Ecclesię anteponat suum. Sic igitur dirimẽdam putamus hanc controuersiam. Si erret scienter quocunque ex duobus modis citatis, esse celeriter denunciandum, in quo casu planè Sot. Castrusque docuerunt, vt ipsi explicant, & Cord. memb. 1. quęst. 4. conclu. 2. in annot. super Sot. Et pręter supra adductas rationes, ex eo id probo licitè fieri posse. Quoniam de his nunquam potest esse verisimile, quod priuata correptione resipiscat. Qui enim Ecclesiã negligit, & tantorum doctissimorumque hominum iudicio anteponit suũ quomodo credi potest priuatę admonitioni pariturũ fuisse? Siue ergo dogmatizare paratus, siue sibi soli retinere errorẽ velit (quod vix facere poterit:) Serpit enim vt cancer, & conceptum sermonem retinere non possunt, quin semper, aut alios post se adducant (aut certè probabile est periculum, quod ita facient) statim sunt denunciandi. Hi enim propriè hæretici sunt, vt statim dicemus. Quippe, qui pertinaciter suę sententiæ atque iudicio (Ecclesiæ iudicio

Erraus in fide sciẽter, vel vt corrumpat cæteros, vel vt in se nullam falsam opinionẽ detineat, statim denunciandus est.

78

79

dicio neglecto) adhærent. Neque in hoc casu puto D. Thom. atque aliorum doctorum sententiam & moderationem esse accipiendam. Ob id enim non sine causa addidit D. Thom. illam exceptionem, nisi firmiter existimaret per suam correptionem tale malum impediendum, quę firma existimatio iure haberi non potest in casu hæresis formalis ac pertinaciæ, vt patet. Huius aliam rationẽ reddit Cordub. vbi supra. Quia (inquit) hi non sunt fratres Euangelici, licet sint fratres natura, id est, proximi. Et per consequens ordo Euangelicus cum eis seruandus nõ est. Pro quo citat Archidiaconum, in cap. Si peccauerit 2. q. 1. & Panor. in cap. nouit. de Iudi. 79

Errans in fide ignoranter, statim non denunciandus est, nisi admonitio supponatur.

Si verò sit sermo de errante ignorantia quadam sine culpa, veram putarem communem doctorum & D. Tho. sententiam, limitantium denunciationem, vt scilicet non fieri debeat, nisi præmissa admonitione. In quo etiam casu non contradicit secunda doctorum opinio. Vnde diuersa sensisse non video. Id verò sic explicandum censeo. Nam primum, si sermo est de errante ignorantia inuincibili, certum est eum non posse absque magno peccato denunciari. Ille enim non est hęreticus (vt dicunt) formaliter: sed materialiter. Est enim de intrinseca ratione hæresis, pertinacia. Imo neque vllo modo peccat, cum ignorantia inuincibilis ab omni culpa excuset omnium sententia. Similiter si ignorantia est vincibilis crassa, vel supina, licet peccet mortaliter in eo credendo, sed non peccat peccato hæresis. Non enim est formaliter hæreticus. 98

De intrinseca ratione hæresis est pertinacia.

Vt vero lector facilius ista percipiat placet rationem ac definitionem hæresis, prout à Patribus doctissimisque viris traditur, explicare, qua cognita facilè erit scire quis propriè sit hæreticus, & quis excommunicationem aliasque iuris pœnas incurrat, quis denunciandus nulla correctione fraterna præmissa. Sic igitur ex doctorum sententia atque præceptis potest hęresis definitio colligi, *Hęresis est professentis Christum circa res fidei falsa ex electione sententia, post Ecclesię de ijs in Petri sede iudicium.* Et quamuis singulas partes huius definitionis non infructuosè explicare possemus, instituti tamen nostri non est, nisi eam explicare, qua

Hęresis definitio à patribus & doctissimis viris tradita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

81 dicitur hæresis *falsa ex electione sententia.* Hęresis enim ab electione dicta est à patribus, vt per hoc denotarent pertinacem voluntatem esse de ratione illius. Licet enim quidam hęresim dixerint ab hærendo dici, eo quod pertinacia quadam propriè adhęreant sententię: at falluntur. Nomen enim est Græcum ex omnium sententia, vt infra dicemus. Vnde à Latino verbo hęreo deriuari non potest.

Hęresis ab electione dicta est à patribus.

Hęresis nomen Gręcum est.

Addo, quod Catholici etiam cum hæreant efficaciter rebus fidei, ex diuino lumine & reuelatione adeo, vt olim qui tyrannorum tormenta acerrima, constantia mirabili superassent, pertinaces (licet immeritò appellarentur) iuxta horum sententiam hæretici possent dici. Neque vero hęresis significat diuisionem, vt rectè probat D. Thom. super 2. ad Corinth. cap. 11. lect. 4. & super epist. ad Titum cap. 3. lect. 4. Licet enim hæretici se diuidant per falsam ac diuersam doctrinam verèque sint ab ecclesia diuisi, quippe qui excommunicati, tamen inde non sunt dicti hęretici, sed à verb. Gręco, quod electionem significat, ita D. Thom. loco citat. & Ansel. in dict. Epist. ad Titum. Ex hac autem particula *ex electione* colligunt doctores de ratione hæresis esse pertinaciam. Vnde D. Thom. in dict. Epist. ad Titum, sic ait: *non dicitur hæresis à diuisione, sed ab electione, vt ait Hieron.* & ita habet Hierony. in cap. 5. epist. ad Gal. & refertur 24. quæst. 3. cap. *Hæresis in Græco enim hæresis dicitur electio, vnde hæreticus, id est electiuus, quia si pertinaciter adhęreat sententię, quam elegit, & statim si eligens non est pertinax sed paratus corrigi secundum ecclesię determinationem, & sic non ex malitia sed ex ignorantia, non est hęreticus.* Quod etiam notasse mihi videtur Paul. cum dixit: *Quod est proprio iudicio condemnatus.* Id ipsum ex capit. Damnamus, de sum. Trin. & fide Cathol. & cap. 1. eod. titul. in 6. colligitur. Vbi non damnantur, vt hæretici, nisi qui præsumunt aliter sentire, & ausu temerario aliter sentiunt, quã Rom. Ecclesia. Et clarius in Clem. 1. eodem titul. §. porrò, non damnantur, vt hærerici, nisi temerè aliter asserentes. Et infra, *Quisquis deinceps asserere pertinaciter præsumpserit, &c.* hęreticus est censendus, & Augustin. id apertissimè docuit Epist. 162. & refertur in capite, dixit Apost. vbi sic ait:

Hęresis diuisionem non significat.

82 *Non damnantur vt hæretici, nisi qui ausu temerario aliter sentiunt, quam Romana Ecclesia.*

Qui

Qui sententiam suam licet falsam, atque peruersam nulla pertinacia animositate defendunt præsertim quam non audacia suę præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine veritatem corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos computandi, & idem Aug. contra Manich. relatus in cap. Qui in ecclesia. *Qui in ecclesiæ* (inquit) *morbidum aliquid & prauum sapiunt, si correcti, vt sanè sapiant, resistunt contumaciter, suáque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare perfistunt, heretici sunt.* Quæ verba expressè habentur, lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 51. vbi notat interpres illud verbum. *Si correpti*, quasi necessarium sit, vt sit verè hæreticus, vt admoneatur. Et lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 6. sic dicit. *Si aliquis hoc idem sentiat de Christo, quod Fotinus sapuisse dicitur, & in Ecclesia Catholica baptizatus est, & hoc credit esse fidem Catholicam, nondum dicant hæreticum, nisi manifesta doctrina Catholicę fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit.* Pro quo etiam citatur Hier. in epist. ad Damasc. de nomine Apost.

83

Denique concors est Doctorum omnium sententia necessariam esse pertinaciam, vt quis possit hæreticus censeri, quod in particulari docuit D. Thom. in 1. par. quæstione 32. art. 4. in corp. & in d. expositione Epist. Paul. Qua receptissima veritate suppositâ talem conficio rationem. Nam is qui ignoranter errat, etiamsi crasse ac culpabiliter errat, non peccat peccato infidelitatis, licet mortaliter peccet ob culpam latam. Si enim pertinacia est de ratione hæresis, à qua procul est, qui ignorantia errat, cum declarata ei veritate paratus sit corrigi, consequens sanè est eum non peccare peccato hæresis, aut censuras pœnasque alias hæresis incurrere. Et ita in particulari docuit Syluest. verb. hęresis 1. in princ. dicens: *Qui errat in ijs in quibus ignorantia non excusat, peccat non per infidelitatem hæreticam, quę pertinaciam requirit, sed per negligentiam.* Solum igitur is, qui sciens & prudens aliquid contra Ecclesiæ Catholicæ determinationem temerè præsumit, est verè hæreticus, quidquid dicat Cast. de Iust. hære. punit. c. 6. qui pro contraria sententia communiter refertur. Sed immeritò.

84 *Secundum omnium doctorum sentẽtiã, vt quis hęreticus censeatur, pertinacia necessaria est.*

Ignorantia errans cum paratus sit corrigi, peccato hęresis non peccat, necessuras, nec pœnas hęresis incurrit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

85 *Sciens & prudens aliquid cõtra Ecclesiæ Catholicæ determinationem, temerè præsumẽs veré hæreticus est.*

Nam etsi eum librum, vel legerem non habui, tamen libr° 1. de hęresi. cap. 9. sic ait: *Si prælati & prædicatores quos ignorantia non excusat, errant, tamen si parati sunt corrigi, quamuis peccent ignorantes, quod scire debebant, non tamen hæretici sunt censendi, magis quàm indoctum vulgus eo, quod pertinaces nõ sunt,* hæc ille. Idẽ expressè tenuit Nàu. in sum. Lati. prælud. 1. num. 11. & 12. Anton. 2. par. tit. 12. cap. 5. §. 1. Imo idem Castr. 1. lib. de Iust. hæreticorum punitione, cap. 9. & idem Nauar. c. 11. num. 17. Cano. lib. 12. de Locis cap. 9. ad 5. Cord. vbi supra.

Missam modô facimus eam quæstionem, an qui scienter negat aliquid de fide metu mortis, aut alterius grauis nocumenti, qui tamen corde non consentit, vt fecit Beatus Petrus, & Marcellinus Papa, sit verè hæreticus. In quo varia est doctorum sententia, quod disputat Caiet. 2. 2. q. 94. art. 2. Sylvest. verb. hæresis, q. 9. Nauarr. ca. 11. num. 24. Tabien. verb. hæreticus. num. 2. & apostasia num. 3. Alex. 2. p. quæst. 183. membr. 2. Ochan. 1. par. dialog. 5 cap. 6. Si igitur non peccat peccato infidelitatis, non videtur vlla ratio, cur ordinem Euangelicum prætermittere debeamus. Ob periculum enim huius criminis in mora denũciandum, & ob nullam spem lucrandi fratrem, supra docuimus esse statim denunciandum ordine Euangelico prętermisso, vtendo epicheia ad illud pręceptum ob dictas rationes, quibus stantibus naturale ius, & ipsum diuinum dictat statim esse denunciandum, at cum ignorantia peccat prędictę causę planè cessant. Nam neque est periculum in mora, nec desperatio correctionis, cum potius taliter peccantes sint corrigi parati, cum fuerint instructi. Igitur seruare debemus dominicum præceptum de admonendo, qua facta admonitione, si perseueret in errore, iam est certè denunciandus. Cum iam non ignorantia, sed scientia scelesta peccet.

86 *Cum quis ignorante incidit in hęresim, cor regẽdus est, secundum ordinẽ à Christo traditum.*

Et per hoc doctorum diuersitas, & scripturarum dicta saluantur. Nam illud, *corripe illum inter te, &c.* Non de proprié hæretico, sed de ignoranter peccante intelligere oportet, quod colligo: Tum quia dicit *frater tuus*, hæreticus autem formalis frater non est Euangelicus: Tum ex eo, quod

quod statim subdit Christus. *Si te audierit lucratus eris fratrem tuum.* Iam ergo supponit Christus fore spem lucrandi & emẽdę, quæ certe non est in eo, qui pertinaciter contra Ecclesiam sentire eligit. Est vero in eo qui ignorantia, & simplicitate peccat. Et illud, *hæreticum hominem post primam & secundam monitionem, &c.* Prorsus de ignoranter peccante intelligere debemus, non de scienter peccante. Vt in hac specie docuit Cordub. loco citato referens Ambro. Christ. & Theoph. de in corrigibilibus exponere. Greg. 3. par. Pastoralis cap. 25. Ber. serm. 63. super Cantica & Augu. ser. 14. de verb. Apost. B. Thom. & alij doctores. Cuius egregiam rationem accipe. Nam qui scienter peccat, reuera admonitione non eget, cum totius Ecclesiæ admonitionem negligat. Nec potest dici sine monitione denuntiari, cum ipse eo ipso, quod peccat sciens & prudens, admonitus peccat, non secus ac in excõmunicatione contingit. Licet enim ex vna parte verum sit, excommunicationem incurri non posse absque peccato contumaciæ, contumaciaque esse non possit, nisi pręcedat admonitio, tamẽ cum hoc stat excommunicationem incurri ipso iure sine speciali admonitione. Quoniam reuera non sine admonitione incurritur, cum ipla specialis lex omnes admoneat. Ita profecto qui scienter contra Ecclesiæ sensum credere audet, admonitus certè à tota Ecclesia, ne sic sentiat, delinquit, & peccatũ pertinacię admittere censendus est. Non igitur taliter peccãtem sine admonitione speciali denunciare iudicialiter est contra Christi pręceptum. Nam lex inquisitorum pręcipientium statim sine admonitione sibi denũtiari, diuino & Apostolico pręcepto, nõ contradicit, imo secundum diuina & Apostolica præcepta posita est, cum reuera pręmissa admonitione, omniũ maxima, scilicet totius Ecclesiæ feratur.

87 *Qui scienter & prudẽter incidit in hæresim statim denuntiandus est sine prævia admonitione.*

Cum quis sciẽs & prudens incidit in hæresim, perinde incurritur ac excõmunicatione ipso iure, ac si præcesisset admonitio.

Quod si contra hæc quis obiciat, quod in genere virtutis ac vitij, ignorantiæ crassæ peccatum reducitur, & est eiusdem speciei, cum vitio ipso, vt si quis ignorantia crassa fornicaretur: & si putaret esse suam, quia tamen crassa ignorantia id credit, peccat peccato intemperantiæ, &c. Item qui ignoraret esse festum ignorantia crassa, eadem

88

Universidad de Deusto
Biblioteca

specie peccat, ac si scienter peccaret. Vnde dicitur actus redire ad naturam suæ formę, ergo idē erit in hæresi. Maximè, quia culpa lata æquiparatur dolo, vt Iuristę docent: ergo. Vnde dici solet paria sunt scire, & debere scire, vt probatur in l. quod te mihi. ff. de Reb. cred.

89

Respondeo tamen non esse simile. Quoniam sunt quædam peccata quorum malitia formaliter in eo consistit, vt explicitè quis delinquat: adeo, vt ea conditione deficiente non sint in ea specie reponenda. Sicut enim odiū Dei implicitè, & generaliter in omni peccato est inclusum, & tamen non quicunque mortaliter peccat, dicendus est peccatum speciale committere, quod est Dei odium, nisi explicitè & formaliter Deum odio habeant. Item licet in omni peccato mortali sit quidam Dei contemptus: tamē non est specie distinctus, nisi quis explicitè nolit obedire, eo solo, quod non vult esse sub iugo. Sane in hæresi, ita est de eius ratione explicata cognitio eius, quod quis Ecclesię iudicio renitatur, vt nisi explicitè sciens, & prudens id faciat non sit verè & formaliter hæreticus, quamuis reipsa erret ignorantia culpabili. Non nego ignorantem ignorantia affectata esse hęreticum. Nam reuera est hæreticus, licet non explicitè negat articulum aliquem. Satis enim est, vt explicitè velit suæ sententię inhærere neglecto ecclesiæ iudicio. Hoc enim habet, qui procurat nescire id, quod est ab ecclesia determinatum, vt non assentiatur ecclesiæ maiori cum libertate. Quamuis hac in parte doctissimi non consentiant, arbitrantes non esse verè & formaliter hęreticum, qui ignorantia affectata errat in fide. Siquidem infidelitas se tenet ex parte intellectus, ille vero prauitatem in intellectu non habet formaliter, ac scienter. Sed certè quoad affectum ille hæreticus est. Ex parte enim voluntatis paratus est ecclesiæ sententiam ad iudicium spernere, dissensumque ab ea habere, licet nondum habeat. Sed de hoc aliàs.

Ad peccatum hæresis requiritur, vt quis explicite cognoscat se errare contra fidem, vnde quæbilet ignorantia, etiam crassa, excusat ab hęresi

90

Ex quibus colligo malefacere & grauissimè peccare eos, qui denunciant errantes in fide lapsu quodam linguæ & si sint prælati & doctores: Nā vel leuissima culpa, vel nulla fieri solet, in quo iniustè famam lędunt, & alia damna

Errantes in fide lapsu quodam linguę, & si sint prłati,

na committunt, ac per cosequens ad restitutionem tenentur, quòd intelligo, quando esset certum, linguę errorem protulisse, nec prorsus esset vlla præsumptio in opositū. Secundò idem dico de ijs qui inter disputandū, & concionandum nonnulla ex incuria quadam, & inconsideratione dicunt, quos omnes certū est non ex animo velle Ecclesię iudicio cōtrauenire. Vnde eos monere prius debent, an id verè & ex animo sentiant: aut si in ea re dubitans statim denuntiare. Tertiò idem dicendū de simplicibus, qui simplicitate quadam errorem aliquem dicere solent. Hi enim cum charitate sunt prius instruendi, potius quā prodendi, cùm cōstet eos paratos esse ab Ecclesia corrigi, vt qui putant patrem esse hominem senem, & Spiritum sanctum esse columbam, angelos habere alas, quæ latius prosequitur Nauar. prælud. 1. num. 10. Quartò de nescientibus articulos fidei, & alia quæ scire tenentur, vt de Christiana doctrina. Rogas an pater sit factus homo, an filius. Respondet, patrem pro nobis hominem factum, certè licet ille mortaliter peccet id ignorando, & ex ignorantia credendo, tamen non ob id denunciandus est iudicialiter, nisi cū facere edoctus nolit acquiescere, vt ex supra dictis est probatum, aliàs maiorem populi partem denunciari inquisitoribus oporteret, tanta est ignorantia rerum fidei, tanta incuria eorum quibus incumbit Christiana rudimenta docere, adeò vt etiam nimium prudentes in seculo, in ijs rebus quas omnes Christiani scire tenentur passim errēt. Sic enim articulos fidei sciunt, & narrant ac psittacus, qui vocem edit nihil prorsus eorum, quæ dicit intelligens, quæ verò sint ea, quæ scire omnes de fide tenentur sub mortali docet Diuus Thomas in dict. lect. 4. capite 11. Epistola secunda ad Corinthios, & Castrus in dicto capite decimo, Nauarr. capite vndecimo sum. Lati. numero decimo octauo. Articulos scilicet fidei, vel eos, saltem, qui in Ecclesia communiter solennizantur. Quibus ego adderem orationem dominicam, Ecclesię præcepta, & sacramenta. Nam decem Dei præcepta, nemo est qui nesciat: sed de his aliàs.

& doctores denunciātes, grauissimè peccāt

91

Nonnulli inter disputandum & concionandum dicentes contrasidē, ex incuria & inconsideratione, prius admoneri debent, quam denunciā tur.

92

Articulos fidei, & ea quę in ecclesia communiter solemnizātur, sciri debent, sub peccato mortali, secundum D. Th.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si audiens errorē sit vir simplex, intelligēs alterum male de fidelocutum fuisse, sine monitione, illū poterit denunciare.

Hinc colligo, quod si audiens errorem sit vir simplex, qui intelligit alterum malè fuisse de fide loquutum, poterit sine monitione denunciare. Nam ipse per se posse corripere non sperat. Nam incapax est talis muneris, & cogitare debet illum posse amplius nocere, cum ipse capax nō sit ad integrum iudicium ferendum, & debitā correptionem præstandam. Denique colligo de aliis criminibus ab hæresi iustam esse inquisitorum in edictis publicandis formam, qua iubent, vt qui certa quædam grauia, & perniciosa delicta nouerint statim deferant absque eo, quod alicui

93 communicet, vt tradit, & explicat doctissimus Banes clarissimæ dominicorum familiæ super secūdam secundæ D. Thomæ quæstione 33. articulo 8. dubij 2. ad septimum. Quamuis per hoc non tollitur, vt ille docet quin possint confessori communicare, qui si dubius erit, remittere ad inquisitores debebit. Quod si in his, quæ diximus alicui fortasse aliter esse dicēdum videatur, meliori censurę humiliter ac libenter submittimus, & præcipuè integerrimo fidei censorum iudicio. Quorum profecto, & in administrando, prudentia, & in seruanda bonorum fama, diligentia, & clementia, in parcendo ita elucet, vt merito seruari debeat, & augeri eorum in Ecclesia saluberrima authoritas.

Ignorancia erans, si culpam in errando habeat, præmissa monitione, ad iudicem deferēda est, se us vero si sciēs & pndens.

Ex dictis patet argumentum, vtriusque partis solutio. Si enim ignorantia quis errat, etiam si culpam in errando habeat, est præmissa monitione deferendus ad iudicem, sin verò sciens ac prudens contra Ecclesiæ definitionem existimare ac docere præsumit, sine vlla prorsus admonitione est denunciandus. Neque verò, quia Theologus sit certam regulam puto, vt si erret, statim scienter, ac pertinaciter errare dicamus. Sæpé enim ex incuria, & inconsideratione quadam labūtur. Vix enim esse potest tam doctus, qui in omnibus quibusque definitionibus ita sit prōptus. Maximè si aliâs bonæ opinionis habeatur. Dices ℣ Christus generaliter dixit esse corripiendum secreto quo-

94 quo modo delinquat. Respondetur, quod vt supra dixi Christi sententia non est intelligenda de peccato hæresis, quando verè est hæreticus delinquens. Tum quia Christus

stus loquitur de eo de quo spes est emendæ per priuatam correptionem, cum dicat: *Si te audierit lucratus eris fratrem tuum* quæ spes vt suprà dicebam in hoc peccato esse non potest. An eum qui toti Ecclesiæ scienter suum anteponit iudicium meę priuatę monitioni pariturum existimas fuisse? Deinde epicheiam admittit præceptum diuinum sicut multa alia naturalia, quę ob vitanda maiora mala, ob aliud strictius ius diuinum, vel naturalem interpretationē recipiunt. Et ita est in hoc casu, vt supra dictum est, ob periculum in mora, & ob maiora damna, quæ ex talibus monitionibus sequi possunt. Si scienter peccantem tali peccato non statim denuntiemus. Tum etiam, quia nec deest

Verba Christi asserentis (proximum coripiendum esse secreto) non sunt intelligēda de peccato hæresis, quando vocē est hæreticus.

95 monitio, vt suprà dicebamus. Cum enim tam a lege diuina, quàm speciali lege ecclesiæ, hæretici sint detestati, & sub excommunicatione grauissimisque pœnis damnati, nun video quæ maior monitio esse potest. Qui enim hāc tam salutarem totius Ecclesiæ monitionem contemnit, nō potest iure cōqueri, quod non fuerit admonitus. Deniq; cum peccantem ignorantia admonendum docuerimus, in quo simile periculum, & epicheia non est, satis impletur Christi præceptum de correctione præmittenda. Ad illud etiam ex Paul. iam satis est responsum. Tum ob has quatuor rationes satis neruosas & eficaces. Tum quia vt Hyeronimus, Chrisostomus, & Theophilus docent in eū locum loquitur, vt vitetur tanquam excommunicatus: quasi dicat. Si semel aut bis monitus nolit acquiescere, vitandus est, Quia reuera excommunicatus ante omnem denuntiationem & declarationem, cum iam sit certus esse formaliter hæreticum. Maximeque vitari debet propter periculum, cui se exponeret, cum eo communicans. Vnde Ioannes in sua canonica: *Siquis hanc doctrinam*, &c. Secundò & vt mihi videtur magis ad mentem Pauli, Respondeo. Quod ibi est sermo de publica monitione iudicis. Vnde 96 cum Tito Episcop. loquebatur, quasi dicat. Si Episcopus vel Ecclesia bis monuerit aliquem, & nolit acquiescere, vitandus est, & pœnis afficiendus. Et hæc quidem speciali ter de hoc crimine dicta sunt. Iam generaliter de omnibus aliis agamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando vrgeat præceptum superioris, demanifestando crimina.

SVMMARIVM.

ETiam in casibus dub. 7. explicatis de crimine publico & secreto in damnum tertij, vnusquisque tenetur manifestare, si præceptum superioris speciale, vel generale intercedat, num. 97

In casibus in quibus iuridicè non proceditur etiam cum mãdato superioris sub excommunicatione, occultum crimẽ, vel criminosum manifestare, nullus tenetur, numero. 97

Crimen occultum proximi tribui, aut quatuor notum, si iudex ad pœnam procedere intendit, nullus tenetur manifestare, cum dicto præcepto, num. 98

Cum non ad pœnam sed ad emendam, vel satisfactionẽ lesi proceditur, sciens tenetur prælato aut patri, qui possit prodesse, & non obesse, manifestare, num. 101

Si denunciatio, vel testificatio, ad vitandum reipublicæ damnum, vel tertij necessaria sit, rem etiam sub sigillo secreti acceptam, quilibet tenetur reuelare, numero. 103

Commissum crimen sub sigillo secreti, nullus debet detegere, & si reus laboret infamia, si contrarium tantum proceditur ad vindictam, num. 104

Rem alienam in recompensationem sui debiti accipiẽs, modo debitum omnibus circunstantiis constet, eam manifestare, nec de se, nec de aliis tenetur, etiam si sub iuramento excommunicationeque recipiatur, num. 105

Etiam si in præcepto ponatur clausula vt manifestentur ea

ea quæ pro recompensatione alicuius debiti accepta sunt, tamen non tenetur manifestare, num. 106

Non tenetur quis obedire præcepto demanifestando, aut denuntiando crimine, si obligetur denuntiator ad probandum crimen, quod alias non posset probare, num. 107

Non tenetur etiam manifestare aut denuntiare, quando res sciuit ab aliquibus personis ignobilibus, & non fide dignus, num. 108

Clericis licet denunciare, in causa sanguinis cum protestatione, num. 108

DECIMA igitur dubit. sit. Vtrum quando præcepto superioris speciale aut generale præcipit sub excommunicatione, aut iuramento, vt author alicuius criminis reueletur, teneantur scientes manifestare? Et primũ suppono, quod in casibus explicatis dubio septimo de crimine publico & secreto in damnum tertij, &c. in quibus licitum esse diximus denunciare: in eisdem prorsus non modo licebit, sed tenebitur vnusquisque manifestare. Aliàs excommunicationem incurreret, & mortaliter peccabit: tum ob in obedientiam, etiam si sit iudex secularis: tum ob iuramentum. Si enim licitum est prodere, iam iudicis præceptum est iustum ad complementum probationis, ac per consequens in conscientia obligatorium. Vnde si crimen est publicum vel semiplenè probatum, vel indiciatum, &c. tenetur illud reuelare, &c. ita docuit Cord. quæst. 64. in fin. punct. 2. pro quo citat Nauarr. cap. 17. num. 114. 134. & 135. & cap. 27. num. 15. & 25. num. 33. 35. 37. 42. 46. 49. & 51. & cap. 18. n. 56. & 58. Sot. de Iust. libr. 5. quæstione 6. articul. 1. & 2. & quæstione 7. articul. 1. Sylvester verb. furtum quæst. 15. & verb. venatio. Med. c. de Rest. q. 12. Contra vero in casibus, in quibus iuridicè non proceditur, vt dictum est per quatuor priores difficultates non licebit, nedum non tenebitur sciens, occultum crimẽ vel criminosum manifestare. Pro cuius planiori intellectu colligit Cord. quosdam casus

Decima dubitatio.

97

Etiam in casibus dub. 7. explicatis de crimine publico, & secreto, in damnum tertij, vnusquisq; tenetur manifestare, si præceptum superioris speciale, vel generale intercedat.

In casibus, in quibus iuridicè non proceditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam cum mã dato superioris sub excommunicatione, occultum crimẽ vel criminosũ manifestare, nullus tenetur.

98

casus, in quibus non obstante mandato generalis, vel speciali superioris, & excommunicatione, vel iuramento potest, & tenetur subditus non manifestare delictũ vel aliud quod iubetur. Primus est, quando superior id iubet manifestare præcipuè ad emendationem delinquentis, vel ad impediendum, ne malum proximo inferatur, vel vt illatũ ei reparetur. Tum enim ait Cordub. quod si malefactor est emendatus, vel speratur verisimiliter emendatio seu satisfactio partis, non est licitum denunciare. Quia cum cesset causa finalis præcepti, cessat etiam obligatio, & ita debet sine detrimento famę proximi procedere. Cum separata illa possit iudicis intentio obtineri, & ita nec excommunicationem incurrit, nec periurium tacendo veritatem, &c. Hæc verò intelligit Cordub. quando delictũ est secretum, vel duobus aut tribus cognitum. Si enim esset infamia, vel semiplena probatio, &c. nõ liceret contegere. *Quia* (inquit) *iam iudex non solum videtur velle emendationem delinquentis, & partis satisfactionem: sed etiam punitionem.* Et ita mihi videtur, quod si iudex punitionẽ intendit, cùm iustè ac iuridicè procedat, supposita infamia, indiciis, &c. peccaret mortaliter, & excommunicationẽ incurreret, qui non obtemperando veritatem contegeret. Secus, vt dictum est, si solum emendationem, vel partis læsæ satisfactionem intenderet. Ita Nauar. cap. 25. num. 46. ex S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. ad tertium, & Anton. 2. part. tit. 9. cap. 6. §. 4. col. 5.

Crimen occultum proximi, aut tribus, aut quatuor notũ, si iudex ad pœnam procedere intendit, nullus tenetur manifestare, cum dicto præcepto.

99

Secundus casus est, quando res est secreta, vel tribus aut quatuor nota, & iudex ad pœnam procedere intẽdit. Tunc enim non est manifestandum. Et mihi ita videtur. Nam si non sequitur dãnum tertio, & delinquens non est infamatus, &c. nõ iustè procedit iudex, vel si iustè vt dub. 7. dixi: tamen etiam aliter iustè tacet, cum res secreta non sit illius foro subiecta. Illud animaduertam putare eundẽ Cordub. lib 1. qq. quçst. 43. dub. 2. fol. 346. hoc solum esse verum, quando criminosus de se crimen est dicturus. Si enim (inquit) quis sciat crimen alterius secretum vel tribus aut quatuor notum, qui viderũt, & per se sine præcepto superioris manifestare posset, & coactus præcepto, excommunicatione, vel iuramento, tenebitur illum reuelare, in quo ab Adri. discedere se testatus, sequitur Sotũ in 4. d. 18. quæst. 2. art. 5 ad quartum argum. Nauar. cap. 18. num. 26. 27. & 37. Adria. de Correp. fraterna conclu. 5. quæst. 7. fol. 153. & conclu. 6. propos. 4. 7. & 9. Rationem reddit Cordub. huius doctrinæ fol. illo 346. col. 2. adeò confusam, errore fortasse excussoris, vt vix tandem eius sensum intelligas. Quare quidquid sit de eius mente in prædicta probatione. Mihi sentẽtia non placet. Quin arbitror, sicut contra se: ita contra alium nõ teneri ad testificandum, cum crimen occultũ est, adeo, vt nec infamia specialis sit de illa persona respersa, nec indicia sufficientia vel probatio semiplena, &c. Quoniam, si de me ipso testificari non debeo teste Cordub. Igitur nec de alio. Imo multò minus de alio id facere potero. Cum meæ famæ iuri cedere possim non alterius. Cur enim rogo de me dicere occultum crimen etiam duobus aut tribus notum, no debeo? An quia occultum? Aut quia de me? Non secundum. Quia si fama præcederet, & legitima accusatio, cum indiciis, vel vno teste omni exceptione maiore, tenerer veritatem dicere contra me. Non igitur, quia de me, dicere non debeo: sed quia occultum est crimen, quod prodere nõ tenor, nisi aliquo modo venerit in publicũ, vel ratione infamiæ vel indiciorum, &c. Si igitur hoc idem contingit in crimine alterius, non debeo sane nec potero crimen occultum prodere, nisi charitatem & iustitiam offendendo. Præceptum ergo illud & excommunicatio, ac iuramentũ interpretari debent ordine iuris seruato, vt scilicet exceptis occultis criminibus cætera manifestentur: nisi vt supra diximus, damnum adhuc impenderet: huius enim alia ratio est.

100

Sed ait Cordub. Primum, non esse simpliciter occultũ. Quia probari potest per duos aut tres qui viderunt. Deinde, quod maius est bonum cõmune, quod ex punitione speratur, quàm damnum huius priuati. Sed certè quamuis dum crimen est publicum (vt dixi dubio septimo) licitũ sit ob commune bonum reuelare, vt cæteri timorem habeant, &c. Tamen quando ita est occultum, vt duobus aut

101

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut tribus duntaxat notum sit, nulla est necessitas reuelá di, vt ibi ostendebam. Non enim vllum est scandalum, vel notitia talis peccati in populo, ac per hoc boni communis necessitas non exigit, vt ille prodatur & puniatur. Cumque conseruari possit fama fratris, vita, &c. verba charitas & fortasse iustitia lęditur ex tali reuelatione. Vnde in hoc Adri. sentẽtia est omnino complectenda.

Cum non adpœnam, sed ad emendam, vel satisfactionẽ lęsi proceditur, sciens teneturprælato aut patri, qui possit prodesse & nõ obesse, manifestare.

Illud concedamus Cordub. quod cum non ad pœnam. sed vel ad emendam, vel satisfactionem læsi, &c. posset, & teneretur sic sciens manifestare prælato, vt patri, qui posset prodesse & non obesse. Aliàs in excommunicationem incideret, vt ipse Cordub. fatetur in dict. quæst. 43. pag. 347. colum. 1. idque etiam si sub secreto acceperit. Quia cum intelligat illa via malo fore obuiandum, & non alias, mortaliter peccaret, excommunicationẽmque incurreret, si non reuelaret. Siquidem ex reuelatione nullum inconueniens timetur. Non pœnæ: quia ad pœnam non agitur. Non infamię, quia apud vnum & patrem infamatio dici non debet, vt infra latius. Ex alia parte damni occurritur. Iustum igitur est tale præceptum.

102 Tertius casus, quando quis rem accepit sub sigillo secreti, vt consilium vel remedium adhibeat misero delinquenti in anima, vel corpore, vt medicus obstetrix, aduocatus, vel alius consiliator, & adiutor mali cõmissi. Quod verum est etiam præcedente infamatione, semiplena probatione, &c. Ij enim peccant mortaliter reuelando, nisi alia via sciant. Sicut confessor. Et ad damnorum restitutionem tenentur. Ita docet Corduba casu 3. & lib. primo qq. quęst. 43. dub. 2. pagina 346. colum. 1. Et eam sententiam tenet Nauar. cap. 25. numero 41. & 46. casu 7. & cap. 18. numero 52. & numero 60. Syluest. confes. 3. quæst. 20. Henric. Quodlib. 9. vt citat Syluest. & idem Syluest. verb. testis, quęst. 8. dict. secundo. Gab. in 4. d. 15. quæst. 6. concluf. 7. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 1. ad secundum, Adr. in 4. de confes. dub. vltimo. Hanc tamen sententiam ipsi non probant. Verumtamen Sotus de tegen. secre. memb. 2. quæst. 9. conc. 4. contrarium sensit & 5. de Iust. q. 7. art. 1 Cuius ratio est, quia suppositа infamia

infamia, &c. iudex via & ratione legitimẽ, & iuridicè procedit. Non ergo promissio, vel iuramenti seruandi secretum alteri, debet illi parare præiudicium, & pro hac sententia citatur Bona. a Cordub. & alij doctores, quam secutus est Ang. vt refert Sylvest. verbo Testis, quæst. 8. dicto secundo. 103

Si denuntiatio, vel testificatio, ad vitãdum rei publ. damnum vel tertij, necessaria sit. vẽ etiam subsigillo secreti acceptã quilibet tenetur reuelare.

Mihi videtur. Primum, quod si est necessaria talis denunciatio, vel testificatio ad vitandum Reipublicæ damnum vel tertij, promissio secreti ad iuramentũ non obligant, & ita poterit & tenetur reuelare, quôd Cordub. Sot. & omnes expresse fatentur. Quamuis contra senserit Iulius Clarus, lib. 5. Senten. 5. fin. quæst. 27. Putans quod ad præceptum iudicis etiam Ecclesiastici, & sub excommunicatione, non tenetur quis rem furtiuam manifestare, si inquit, habeat ab ipso fure, non aliunde, quod probat ex Soc. qui ita in facti contingentia consuluit lib. 4. Consili. 102. vt enim dixi promissio illicita est & minime obligat, imo si iuramentum tacendi accederet, esset illicitum cum sit in perniciem tertij proximique innocentis, secus si talis esset, vt vel pœnituit, vel restituit, vel omnino dãnum in futurum non impendet. Secundo econtra, si per sacramentale secretum nouit, etiam si respublica pereat, & vt Sotus ait, licet paretur præiudicium totius mundi, vt etiam omnes concedunt. Tertio magis placet Cordu. Nauarr. & Diui Thomę sententia, licet ipsi non probent. Quia cum ille tale secretum sub fide commiserit ad remedium animæ vel corporis, non debet esse ob id peioris conditionis, quam si tacuisset. Nec postulat ius naturę vt illi sine causa fides præstita frangatur. Dico sine causa vrgenti qualis esset, impenderet damnum Reipublicæ, vel tertio. Tunc enim ille meretur, vt sibi frangatur fides 104 eum non desistat à malo inferendo, vel si desistat, tamen bonum innocentis Reipublicæ vel tertij præponderat. At cum ad pœnam solum proceditur, non est vrgens causa, vt fides naturaliter debita non seruetur, & ita ac si nihil sciret se habere debet. In quo casu Iuli. Clar. Socij que sententia vt vera sit, erit accipienda.

Dices

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dices non minus obligat ratio secreti ad contegendum delictum, quod ego solus vidi, non mihi commissum, quã si esset commissum: at illud teneor reuelare, supposita infamia, &c. Respondeo, nõ esse simile. Quia ille mihi committendo non peccauit: sed officio vsus est secum vel cũ aliis, & ob id nihil iuris amittere debet, sicut alter, qui secretó faciens peccauit mortaliter quo ius amisit, supposita infamia sequenti. Maximè: quia promissio & iuramentũ per se habent naturalem obligationem: & deformitatem infidelitatis, illa frangere. Et ad argum. Soti respondeo. Quod tunc promissio & iuramentum non obligat contra ius. Supponit enim probandum, quód tum tacere sit contra ius, quod non est dicendum. Licet enim iure interroget in communi: sed non obligatur vnusquisque, nisi secũdum modum, quo rem cognouit. Vnde qui per confessionem aut consultationem nouit, non tenetur dicere. In ca
105 su vero hæresis, nõ esset seruãda promissio secreti vel iuramenti, vt supra habitum est. Melius diceret Sot. quód iudex non potest obligare cõtra ius, quomodo loquitur D. Thom. in dict. art. 1. ad secundum dicens contra debitum seruandi secretum non potest obligare. Nihil enim (inquit) potest præcipi ab homine contra id quod est de iure natutali.

Rem alienã in recõpensationẽ sui debiti accipiens, modò debitum omnibus circunst. aliis constet, eã manifestare, nec de se, nec de aliis tenetur, etiam si sub iuramento excommunicationis recipiatur.

Quartus casus est, quando quis rem alienam accepit in recompensationem sui debiti, modô debitum sit ex iustitia, & liquidum, & aliæ adsint circunstantiæ quas infra referemus, cum id licitum esse probabimus. Tunc enim, nec de se nec de aliis tenetur manifestare, etiam si sub iuramẽto & excommunicatione præcipiatur. Imo addit Nauarr. etiamsi expressè dicatur, vt reuelet eum, qui subtraxit grátia recompensationis. Ita docuit Cord. in d. quæstione 64. casu 4. & q. 12. est. 111. ad fin. §. *yassi*, & in dict. q. 45. citata. Et idem docuit de exhibenda scriptura in suũ dam num quæst. 63. Est enim similis ratio. Idem docuit Naua. cap. 17. num. 114. & infra ca. 25. num. 46. Medina C. de Restit. quæst. 3. causa 12. & quæst. 11. & latius Sylvest. verb. furtum 9 qest. 15. Ang. verb. furtum. Ratio huius est quoniam excommunicatio ferri non potest, nisi vbi est

est mortale peccatum. At ille mortaliter non peccat, non restituendo, cum reuera non alienum, sed suum proprium retineat, ergo, &c. De quo latius infra. 106

Dices, saltem quando diceret specialiter, vt reuelet, etiã si in recompensationem acceperit. Quo casu Rosel. quem refert Sylvest. & Nauar. putant teneri ad manifestandũ, quod ille probat: Primo, quia oppositum est contra stylum auditorum Curiæ Rom. à quibus tales literas emanasse vidimus. Cum tamẽ non sit dicendum, quód in hoc Curia erret. Tum rationabilissimè talis clausula apponitur à prælatis. Quia multi sui amore excæcati credunt sibi deberi, cum tamen nihil eis ab altero debeatur, imo fortasse ipsi debent. Et quia, vt plurimum tales decipiuntur, & decipiunt, talis clausula iustè apponitur. Verum Naua. & Ang. simpliciter fatentur, non incurri talem excommunicationem in casu. Mihi placet distinct. Sylue. Quia si clausula dicat, *vt etiã qui causa recõpensationis acceperit, restituãt*, nõ tenetur restituere, neq; reuelare, si timeat cogẽdũ fore ad restitutionem. Quia tunc excommunicatio, & mãdatum continet intolerabilem errorem. Si vero tale periculum non sit, sententia ligat. Qua de reuelando iusta est maximè si prẽsumit illicitam aut nimiam esse recompensationem, aut debitum esse dubium. Sed quid si nescit, an iustè fecerit compensationem? Respon. Ang. quod tenetur reuelare. Aliàs multæ fraudes fierent. & Nauarr. in dict. num. 115. Nisi vir esset magnæ fidei, vt dub. ab animo repelleret.

Etiam si in præcepto ponatur clausula vt manifestetur ea quæ p recõpẽsatione alicuius debiti accepta sunt, tamen nõ tenetur quisquam manifestare.

107 Quintus casus, quando cogendus esset probare, quod denunciat, cum reuera non possit, vel aliud detrimentum ex tali denunciatione acciperet in honore, vita vel rebus &c. Cum tanto enim detrimento non tenetur contra proximum testificare, aut denunciare. Ita Cordu. casu 5. & Nauar. cap. 25. nu. 37. qui se refert ad cap. 18. nu. 58. vbi nihil dicit de hoc puncto. Et ita dicit, in d. c. 25. num. 50. secundum Bald. receptum in c. Nuntius, de Testa. & in c. delectorum eod. tit. & Fel. ibid.

Nõ tenetur quis obedire præcepto de manifestando, aut denunciando crimine, si obligetur denunciator ad probandũ crimẽ quod alias non posset probare.

Sextus casus, quando quis ex leuibus personis res scit, quæ non sunt fide dignę. Tum enim & sibi, qui leuitatis

108 notaretur, & reo, qui ob id rigidus castigaretur, & forte iniuste damnum inferret, & tum consilium dat Cordub. vt faceret ipse, quo ij a quibus audiuit testificarentur. Sed mihi non placet tale consilium, quia si personę non sunt fide dignæ, manifesto periculo reum exponit iniuste infamandi, & ita omnino tacendum putarem. Tandem fatetur Cordub. in d. q. 64. in fine quod latius probat, q. 63. & 65. Nauar. cap. 25. num. 43. & cap. 18. nu. 61. Hen. Cand. Quodlib. 9. in princ. Adrian. in 4. de Correc. fra. §. Ostensis col. 6. Iuan. Medina gens de sigillo confes. vt citat idem Cordub. in annot. super Sot. memb. 3. q. 3. corol. 5. Quod in jis casibus, & quibuscunque reuelare non tenetur, potest iurare se nescire, interius intelligendo ad reuelandum. Quod nos alibi latius docuimus. Et hæc est cōmunior veriorque sentētia, licet nonnulli contradicāt, vt Sotus membro tertio quæstione 3. conclusione 4. & 5. dubio 3. & conc. 5. & 7.

Nō tenetur etiam manifestare, aut denunciare, quando res sciuit ab aliquibus personis ignobilibus, & non fide dignis, &c.

Vndecima dubitatio. Clericis licet denunciare in causa sanguinis cum protestatione.

VNDECIMA dubitatio. An clericis liceat denunciationem facere cum agitur de causa sanguinis. Respon. sine controuersia recte posse, modo protestentur, se non ad pœnam, sed ad cautelam denunciare, neque ex hoc incurritur irregularitas vlla. Ita Caiet. 2. 2. q. 32. art. 7. Sot. de reg. secret. memb. 2. q. 5. conc. 3. Nauar. c. inter verba 11. p. 3. col. 6. Couar. in Clem. Si furiosus 2. par. §. 5. Canones enim id non prohibent, quod facere homines iure naturæ tenentur. Et ita eisdem can. est decretū, vt si præmittat protestationem prædictam, non incurrit, vt est text. in cap. 2. de Homicid. lib. 6. & sic intelligere oportet Cōcil. Tolet. 23. quæstione, octauo capite. Ij a quibus, & capite Clericus, ad sententiam, nec Clerici: qui plura volet legat Couarrubias, & citatos Doctores, quod breuiter transeurro, quia non est nostrę disputationis.

109

De crimine, quod tantum vergit in damnum ipsius peccantis.

SVMMARIVM.

PEccantem in sui tantum damnum, sine admonitione,

superiori vt iudici, reuelare non licet, num. 110
Si peccantis in se, emenda non speretur, nec cum admonitione, nec reuelatione, & correptione superioris, siue vt patris, siue vt iudicis, prodi non debet, num. 111
Si in ea admonitione correptio non speratur, sed per authoritatem superioris speretur, tunc taliter peccans illis non solum vt patri, sed vt iudici reuelari potest. num. 112
Si denuntiatio est facienda ob hanc, vel illam causam, prius denunciari debet superiori vt patri, deinde vt iudici, num. 113
Tam prælatus præcipiens vt peccatum sine certa admonitione profatur, quam subditus prodens, mortaliter peccant, quando peccatum est secretum, & subditus scit sua monitione peccantem emendaturum, vel iā esse emendatum. nu. 114
Occultorum homo iudex non est, antequam appareant per indicia vel præsumptiones, num. 118
Qui crimen cognouit, & verisimile credit fratem non lapsurum iterum, non tenetur illum prodere, secus si credat lapsurum, num. 120
Dicto modo conciliari possunt opiniones suprapositæ, de correctione, & denunciatione criminis, num. 121
Eodem modo procedendum est in reuelando crimine alicui, qui licet superior non sit, est tamen valde familiaris delinquentis, vt per illum fiat correctio, num. 123

DVODECIMA dubitatio. An de crimine, quod in damnum tantum ipsius peccantis cedit, vt concubinatus, gulæ, blasphemiæ, &c. An debeat secretē corrigi antequam denuncietur, an licitū sit statim denuciare quę præcipuē in religionibus locū habere videtur. In his ferūda

Duodecima dubitatio.

110 sunt omnia supra dicta n. 7. 8. & 9. dub. Quibus suppositis tota huius rei difficultas in eo posita est, an quando vides prælatum profuturum quantum satis est, & te similiter, vel certè pone, quod prælatus melius proficiet, sed tu proderis sufficienter. Denique si dubites, num prælatus, an tu melius ac vtilius occurras damno ac peccato, an liceat sine correptione secreta illum deferre ad superiorē, siue vt patrem, siue vt iudicem? Et primum præsuppono, vt certum, atque ab omnibus concessum, quod superiori, vt iudici non est reuelandum, sine admonitione secreta. Esset enim contra ordinem à Christo positum, & non solum famę proprię apud superiorem, sed etiam apud omnes cum publicari debeat, detrimētum fieret. Et denique pœnę subeundæ, quæ omnia iniustè irrogantur, vt patet ex supradictis. Cum enim pernicies reipub. vel tertij non timetur: sed tantum ipsius peccantis nocumentum, & ipse, vel pœnituit, vel eius pœnitentia speratur, nulla certè ratione potest non esse contra charitatem illum prodere imo contra iustitiam. Secundò suppono, quod si mea ad monitione emenda non speratur, nec etiam reuelatione, & correptione superioris, siue vt patris, siue vt iudicis, similiter non est prodendus. Nam tunc frustra infamaretur, sine fructu, imo cum deterioratione animæ ipsius: sed, vt supra dixi de peccatis publ. Deus est exorandus, & res patienter tolleranda. Tertiò suppono, quòd si mea monitione non speratur correctio, per superioris verò authoritatem & prudentiam speratur. Tum reuelari potest non solum illi, vt patri, sed etiā vt iudici. Et ratio est plana, quia pluris facienda est, quam fama, anima proximi, & quam quæcunque bona temporalia. Si ergo animæ illius profutura est correctio, & castigatio superioris, & aliter nō potest ei subueniri, licitè posthabetur fama, &c. Ita D. Tho. quæst. 32. art. 7. in corp. Syluest. Correptio. quæst. 5. & omnes ex illo.

Peccatū in sui tantum damnum, sine admonitione, superiori vt iudici, reuelare non licet.

111 *Si peccantis in se, emenda non speretur, nec cū admonitione, nec reuelatione & correptione superioris, siue vt patris, siue vt iudicis, prodi nō debet.*

Quarto est certum, quod si denunciatio est facienda ob hanc, vel illam causam, prius est denunciatio fraterna facienda, id est, superiori, vt patri, deinde, vt iudici.

Omnia

Omnia enim tentanda sunt charitate præcipiente, vt sine maiori detrimento subueniatur fratri. Solum igitur quæstio procedit. Vtrū superiori, vt patri, qui melius, vel ita bene ac ego, poterit remedium adhibere, possim sine monitione secreta reuelare, quod vt dicebam, frequentissime vsu venire solet in religionibus. Comisit v. g. religiosus crimen aliquod, est iam emendatus, aut scio ego, quod mea monitione emendabitur, & est omnino secretum. Num liceat tunc superiori detegere? In quo grauissimorum hominum hac nostra ætate vidi varias fuisse sentētias. Quidam enim docuerunt id licitè fieri posse, & consequenter necessario esse faciendum, si speciali, vel generali mandato id fieri præcipiatur. Et potest hæc sentētia, vt mihi quidem videtur, multis rationibus comprobari. Primū, quia ex non reuelando potest sequi pernicies communitatis, & plura alia melius ac Deo acceptius vtiliùsque religio prouidere potest, vel illum officio priuando, vel cum ciuitate aut loco mittendo, vel consilio, & metu terrendo, vt illū à futuro præseruet, cautioremque reddat. Hæc autem & similia videntur non æquè bene fieri posse à priuato fratre, igitur superiori pio, & discreto nō nocituro, nec ad pœnam processuro poterit denunciari, sicquè religionis puritas, & perfectio salua consistet: ex huius tamē rei incuria facile corruet.

112 *Sidenunciatio est facienda, ob hanc vel illam causam, prius denunciari debet superiori vt patri, deinde vt iudici.*

Secundo quia talis infamatio, vel nulla est, vel leuissima. Nam quod vir vnus pius & discretus meum crimen sciat, quem vt patrem mecum se gesturum scio, & habiturum se, ac si nulli diceretur, non est vlla, vel si est, certè modica infamia censenda. Tertio, quia mos est in ecclesia vsitatissimus. Nam episcopi, & eorum visitatores, & inquisitores solent edicta publica proponere, quibus præcipiunt, vt qui aliquod crimen sciuerint, statim referant, nec audeant rem cum alio communicare sub pœna excommunicationis, quòd strictissimè obseruant religionum prouinciales, ac visitatores: at pro ecclesia pastoribus aliàs 113
doctissimis & sanctissimis est præsumendum. Igitur ordine fraternæ correctionis prętermisso, statim debent denunciari. Et tales sunt aliquarum religionum constitutio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes à Sede Apostolica approbatæ, vt quicunque errores, ac vitia eorum superioribus manifestentur, per quemcũque, qui extra confessionem cognouerit. Hanc sententiã

114 quæ plurimorum est doctissimorumque virorum huius ætatis tenuit Richar. in 4. d. 19. quæstione 2. articul. 3. Ang. verb. denuntiatio, & videtur Dur. in dict. dist. quæst. 4. num. 5. in fin. quod idem concedit de quocunque & non prælato, pro qua sententia Cordub. citat D. Thom. 2. 2. quæst. 37. art. 7. & Quodlib. 13. & Palud. in d. 19. & ita tenet aperte Gab. in can. lect. 74. sub litera T. & præcipuè sub litera V. vbi refert verba D. Tho. in dict. Quodlib. in hũc modum scribentis. *In ijs distinguendum est de conditione subditi, & prælati. Nam si scio, quod melius emẽdabitur per prælatum. Et prælatus est pius, & discretus & spiritualis non habẽs odium, vel rancorẽ ad illum subditum potest denuntiare sibi, &c.* & Bonauen. in commen. super Luc. cap. 17. Sylvest. verb. Correptio quæstione 7. expressè. Et videtur August. sententia, quæstione 1. ad cap. 5. Leuit. & refertur 2. 2. quæstione 5. cap. hoc dicitur, vbi dicit. *Vtrum prodẽdus sit difficillima quæst. est.* Sed quia non expressit, cui indicandum sit, an ei cui iuratur, an sacerdoti, qui non solum eum persequi non potest irrogando suppliciũ, sed etiam orare pro illo, videtur mihi, quod se ab hoc peccati vinculo absoluat, si indicat talibus, qui magis prodesse possunt, quàm obesse periuro, siue eum corrigendo, siue Deum pro eo placando, si & ipse confessionis sibi adhibeat medicinam, &c.

115 Veruntamen alia ex parte sapientissimorum hominũ est contraria sententia, qui omnino censent peccatum esse mortale, & contra Domini præceptum tam prælati præcipientis sine secreta admonitione tale peccatum prodere, quàm ipsius, qui obedit. Ita docet D. Thom. 2. 2. qu. 32. art. 7. ad 4. vbi sic ait. *Quod si proclamationes, quæ fiunt in capitulis religiosorum essẽt de culpis grauibus, de quibus frater infamaretur esset peccatum contra Domini præceptum sic illud publicare.* Et clarius in sol. ad quintum. *Quando prælatus (inquit) præcipit, vt sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigẽdum debet intelligi, saluo ordine fraternæ correctionis. Sed si prælatus expressè præciperet*

Tam prælatus præcipiẽs vt peccatũ sine secreta admonitione pdatur, quã subditus pdẽs, mortaliter peccãt, quãdo peccatũ est secre

ciperet contra hunc ordinẽ, ipse peccaret præcipitẽs, & ei obediẽs, quasi contra præceptum Domini ageret, & non esset ei obediẽdum. Quia non est in lex iudiciorum occultum, &c. Et in dicto Quodlibeto tertio aperte docuit. Quod si frater per me corrigitur, non debeo denunciare prælato. Vnde, quod subdit: *Si autẽ melius fiat per prælatum, &c.* non sic est accipiendum, vt si parum plus iuuaretur frater ex dict. denunciatione prælato facta, statim denunciari debeat: sed quãdo ita melius fieret, quod notabiliter iuuaretur, & vix tandem per me fieret, aut notabiliter minus bene. Quod ex eo constat. Tũ ex præcitatis locis in dict. 22. Tum, quia prius planè dixerat, quod si per me frater est corrigendus, non debet deferri. Tum, quia vt statim subdit concludens. *Quod in omnibus his tenẽdum est pro regula, quod est seruãda charitas, & quod melius magis, expedire videbitur. Si autẽ æquè bene, vel parũ melius per prælatum occurrendum est, non seruaretur charitas, nec fieret quod melius & magis expedit, igitur, &c.*

tum, & subditus scit sua monitione peccãtem emẽdatum vel iam esse emẽdatum.

116

Hanc sententiam expressè tenet Dominicus Sotus de tegend. secret. quæstione quarta, conclusione tertia. Cor. in eum locum, qui in hoc sensu intelligendum esse Diu. Thom. censet & apertè Nauarrus cap. 24. numero 12. & Adrian. in quarta quæstione vltima de correctione fraterna, quem refert Cord. & Nauarr. Pro eadem sententia citatur Paludan. distinct. 19. Armil. §. tertio & accusatio §. septimo. S. Thomas Quodlibet. 11. articulo 13. & 15. Caietanus quęstione 69. articulo secundo. Iuxta hũc enim sensum eos accipiendos putat Cordub. Idem tenet plane Gabriel in canonica lectione 74. sub litera V. sequens D. Thomam in dicto Quodlibeto: pro hac sententia citatur Angel verb. denũciatio. §. decimo, sed satis immerito: nam priorem Richardus, Durandus. & aliorũ sententiam secutus est. Et potest hęc sententia probari ex Augustino epistola 109. vbi sic ait ad medium. *Si oculorũ peruigilantiam in aliqua aduerteritis, statim admonete ne cœpta progrediantur: sed ex proximo corrigantur. Si autẽ & post admonitionem iterum, vel alio die ipsum facere videritis, iam velut vulneratam sanandam prodat quicunque* (supple monialis, de his enim agit) *priùs tamen vel alteri, vel tertiæ demonstratam, &c.*

117

Et infra. *Prius præpositæ debet ostendi, si admonita neglexerit corrigi, ne ferre possit secretè correptæ innotescere cęteris.* Et pro eo dē citatur Basilius in reg. 46. & infra. Et de Episcopis pro
118 batur in capitulo Accusatio. quęst. septima. Vbi Anacletus epist. secunda ad Episcopos Itali. Sic ait: *Si quis aduersus Episcopus habet causā, prius ad eos recurrat charitatis studio familiari colloquio ea sanent cōmuniti, quę sananda sunt, & charitate emendent, quę iustè emendāda cognouerint. Si quis autem priusquam hęc fecerit lacerare, auferre, aut infestare præsumpserit, excommunicetur.* Et capitulo Si quis, eadem causa, & quæstione. Ait Alexander: *Si siquis cōtra Episcopum, vel actores Ecclesię habet querelam non prius primates, vel alios adeat iudices, quā ipsum priuatum conueniat,* &c.

Occultorum homo index non est, antequam appareant per indicia, vel præsumptiones.

De omnibus autem probatur hęc sententia. Primo ex ratione supra facta a Diuo Thom. Quia occultorū homo iudex non est, antequam appareant per indicia, vel præsumptiones. Vnde in dicto capitulo Erubescant, ait Vrbanus. *De manifestis criminibus loquimur. Secretorum autem, & cognitor Deus & iudex.* Tum ex Christi sententiā Matth. 18. Vbi expresse id præcipit Dominus dum ait: *corripe illum inter te & ipsum solum, si te audierit lucratus eris fratrem tuum,* &c. Imo non solum quando est certa emendatio fratris, sed etiam quando probabiliter, licet sub dubio aliquo modo speratur emendatio. Ob id enim dixit, *si te audierit lucratus eris fratrem.* Quid planius (dicunt isti) dici potest: vt intelligamus non esse fratrem statim prodendum superiori, sed priuatim commonendum. *Et si acquieuerit lucratus eris sine infamatione.* Et ratio huius diuini præcepti, quod non solum diuinum: sed naturale est, id ostendit. Quia lex naturalis & charitatis vinculum (quo coniunctos esse, & diligere inuicem debemus) dictat, vt quando sine præiudicio, vel communis boni, vel tertij potest simul cōscientiæ, & boni existimationi fratris occuri, id fiat, siue alicuius
119 partis famæ, scilicet, vel conscientiæ læsione. At sic est in præsenti, vt supponimus, potest: siquidem cōscientiæ proximi simul cum fama seruata occurri & mederi, ergo non licet illum detegere, sed aliter mederi & sanare, quemadmodum (dicunt præfati Doctores) non recte facere medicus

dicus, qui potens medelam adhibere sine incisione, vellet lacerando atque incidendo curare.

Secundo, quoniam, vt Sotus obiicit membro secundo, quæstione quarta, conclusione tertia, contra iustitiam fa- 120
cit, qui ante monitionem fratris crimē indicat prælato: nā fama subditi apud prælatos, magno estimanda est. Et ob hanc ipsam rationem, vt infra dicemus, ipse arbitratur, quod est mortale peccatum vni vel duobus grauibus viris detegere peccatum proximi. Quo enim grauior est vir, eo magis perditur, ait Sot. de opinione. Et idem nisi in extrema necessitate, id est, quando aliter vel religioni, vel tertio, vel ipsius peccatoris conscientiæ, & emendationi nō potest subueniri, non est prodendus.

Qui crimen cognouit, & verisimile credit fratrem nō lapsurum iterum, non tenetur illum prodere, secus si credat lapsurum.

Hæ sunt doctorū sententiæ, & rationes quorū non diuersum, sed vnū fuisse sensum aliquis fortasse arbitretur, si isto modo distinguat. Aut enim is, qui crimē cognouit verisimiliter potest cogitare fratrē iterū lapsurū, & tum priorē sententiā admittendā esse: sin vero iure existimare potest probabiliter minime tale peccatū fore iterādū. Tū quia scit omnē occasionē esse sublatā & vere & ex animā defuisse, &c. secundā hac alioqui sentētiā locū habere.

Huius esse potest ratio quoniā in primo casu cum iure possit timeri reincidēcia, vt ab ea præseruetur eius conscientiæ negotiū vtiliter geritur, simulque communi bono cōsulitur, quæ sane prę ferēda sunt eius, vel paruæ infamię vel nullius. Dico *paruę aut nullius*: quia cū prælato vt patri indicatur, pio & prudenti certē est, ac si omnino nulli diceretur. Vnde inferius nu. 334. probabimus loquentē de peccato occulto proximi cum viro graui, cui dicere est, ac si nulli diceretur nō peccare mortaliter, eo quod sit leuis infamatio, etiā si ex leuitate quadam faciat, sed esse tantum veniale, quod si bono fine faceret, vt ad consilium pe-
tendum, vel ad iuuandum peccatorem siue oratione, siue 121
occasionem peccandi tollendo, & huiusmodi, non fore vllum peccatum, multo ergo minus peccauit si prelato, vt dictum est, quo illum præseruet reueletur.

Et in hoc sensu plane locuti sunt illi authores. Vt Durandus id ipsum concesit etiam si non sit prelatus, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicto modo cõ ciliari possint oppiniones supra positę, de correctione, & denunciatione criminis.

alius priuatus, qui præseruare posset â recidiuo, in secundo autem casu, cum scilicet omnino talis relapsus non timetur vllo modo, cessat prædicta ratio, & Diuus Thomas aliiq; de secunda sententia Doctores loqui videntur. Quare non oportet in hac re amplius insistere, satisfuerit siue hanc, siue illam sequaris doctorum relatam opinionẽ illudsyncerè, & sine importuna disputatione eligere, quod magis expedire, & ad Dei gloriam, & proximi salutem visum erit. Id hoc loco dubitare posset fortasse, an si ego vidi Petrum crimen commisisse, quem scio amicum habere pium, & discretũ, cuius authoritate ille melius emendabitur, quam mea, an liceat illi reuelare?

122

Hanc lane disputationem in hac specie tradit Bartholomeus a Medina in sua instructione confessariorum: cuius sententiæ, quoniam contrarium video Durandum quẽ statim refero, placet vno verbo hanc dubitationem explicare. Prædictus igitur Medina libro primo capitulo decimo quarto §. decimo sexto, versiculo *Dulase*, putat nõ licere, quoniam (inquit) sit illi grais offensa, qui bonam opinionem apud grauem amicum perdet.

Contra vero sentit Durandus in dicta quæstione quarta numero quarto ad finem: probatq; ex Augustino super caput quintum Leuitici, quem supra retulimus ex capite. Hoc videtur vigesimo secundo quęstione sexta, *Videtur mihi*, ait Augustinus, *quod ab hoc peccati vinculo se absoluat, si indicet talibus, qui magis prodesse possunt, quã obesse periuro, siue enim corrigẽdo siue Deum pro eo placando.*

123

Eodẽ modo procedẽdum est in reuelãdo crimine alicui, qui licet superior non sit, est tamẽ valdè familiaris delinquẽtis, vt per illã fiat correctio.

Nos igitur in hac sicut in præcedenti difficultate nihil de nostro dicimus, satis putamus doctorũ protulisse sententias eorum rationes & fundamenta. Audire cupimus, magis quàm præcepta dare. Id dumtaxat dicam posse horum doctorum dissentionem componi, sicut & præcedentem iuxta distinctionem supra tactam. Si enim verisimile est fratrem omnino ad vomitum non rediturum, quia scilicet occasiones ablatę sunt, & ipse notabiliter est commutatus in mentem meliorem, &c. Barthol. Medina sententia locum habebit, si verò relapsus, iure timeri potest Durand. sensus ex August. sit admittendus. Quod non

non desinã explicare exemplo quodã adducto ab Aug. Gabri. referente in canonica lect. septuagesima quarta sub litera T. quod etiam venerabilem Hugonem cum exponit Augustinum admittere video. Sic igitur propono, scis fratrem tuum vulnere corporali grauiter laborasse, sed iam sanum esse factum, aut proximè verisimiliter sanãdum, non videtur opus esse medico. Non enim opus est medicus valentibus. Scis tamen, quod etiamsi iam sanus sit effectus, est tamen verisimile in eundum morbum ad mortem iterum incursurum, quis non videat prudẽtiam charitatemq; postulare, vt eius morbum non occultes, ne pereat. *Si crudelis est*, ait Hugo, *qui vulnus in corpore fratris celat, multo magis crudelis est qui vulnus in anima fratris, nõ indicat, quẽ tacẽdo perire permittit.* Vnde Iacobus Apostolus in Epistola canonica cap. 5. *qui conuerti fecerit* (ait) *peccatorem ab errore viæ suę saluabit animam suam, & operit multitudinem peccatorum.* 124

Maxime quia vt supra dicebam, & inferius in hoc capitulo latiùs probandum mihi est, quando secretus cognitor criminis vni, vel duobus taciturnis viris refert, quibus dicere, est ac si nulli omnino diceretur, nõ est morale peccatum infamationis, cũ notabilis non sit famæ deperditio vt constat multo ergo magis licebit, quando ob eius bonum manifestatio fiat, quare mutatis circunstantiis, hæc vel illa opinio esset tenenda cum contraria dicere non videantur. Per quæ facile argumenta vtriusque opinionis soluere ac componere licebit. Hic tamen oportet animad uertere, quod licet cum prædictis circunstantiis licitum esset peccatum manifestare: sed nõ tenetur quicunque id facere: sed ij tantum quibus ex officio incumbit, qui sunt veluti fiscales in republica, Syndici vel deputati, vt crimina animaduertant, & notent. Modus autem noster tangitur a Gabriel. in canone lectione 74. litera T. casu sexto sed de iis hactenus.

Licet cum dictis circunstãtijs, licitum sit peccatum manifestare, id tãtum licet ijs, quibus ex officio incumbit.

An

An teneatur accusator admonere proximum vt satisfaciat.

SVMMARIVM.

Falso accusare, peccatum mortale est, sicut falso testificari, & sub onere restitutionis omnium damnorum, num. 126

Eodem modo peccat crimen verum reuelans, sibi vel alteri tantum notum, num. 126

Quando crimen probari potest in foro causarum, monitio necessaria non est, num. 128

Si ad bonum commune sit necessarium & ad priuatam satisfactionem petendam, si aliter haberi non potest, licitum est sine admonitione accusare, num. 129

Quando quis peccabit contra charitatem, non tamen contra iustitiam, id est, si accuset proximum ante priuatam monitionem, num. 130

Testes coram quibus admonendus est proximus, debent esse ijdem qui alias nouerunt crimen, vt fructuosa sit admonitio numero. 133

Si non sufficiat secreta admonitio inter denunciantem, & denunciatum, denunciatio coram testibus, facienda est, num. 134

In correctione, 1. admonitio, 2. adhibitio testium, 3. denunciatio fit, num. 136

Si sit spes emendæ, per nouorum testium adhibitionem potest fieri, ante denunciationem, num. 136

Explorare & obseruare proximum adipsius, vel communitatis vtilitatem, laudabile est, num. 137

DECI-

Decimatertia dubitatio.

DECIMATERTIA dubitatio sit, cum actum iam sit de inquisitione, & denunciatione, & de accusatione. Vtrum accusator antequam accuset teneatur admonere proximum, vt satisfaciat? Et videtur, quod teneatur admonere. Quia aliàs iniuste, & sine causa infamaretur apud iudicem, & etiam pœnam posset vitare monendo. Secundo, quia si in denunciatione fraterna, & iudiciali ad pœnam est necessaria secreta admonitio: idem videtur, eadem, imo maior cum ratione dicendum de accusatore. Tandem quia Christus docuit, vt antequã diceretur Ecclesiæ, id est iudici testes adhiberentur, quibus postea posset accusatio comprobari. Primo certum est quod falso accusare peccatũ est mortale, sicut falso testificari, & accusator tenetur famam, & omnia alia damna reparare, vt de se patet, & vocatur calumniæ peccatum graue atque detestandum. Secundo, quod si crimen est verum, sed ipsi tantum, vel alteri notum, similiter peccat mortaliter, cum infamet proximum publicè de eo, quod est omnino improbabile. Et ita ad damnorum restitutionem tenetur. Ipse què sibi damnum infert: Tum quia se infamat, cum calumniator iniustus sit habendus: tum, quia exponitur pœnæ talionis, non probando accusationem. Denique delinquit contra charitatem & iustitiam proximi, & contra se ipsum. Nec est eadem ratio de denũciatione, quæ siue fraterna, siue iudicialis sit, non infamat publicè, sed tantum apud prælatum. Nec se exponit periculo, cum denunciator probare non debeat, vt omnes fatentur. Si ergo in denunciatione tam fraterna, quam iudiciali necessaria est secreta admonitio, multo magis erit cum per viam accusationis delictum omnino improbabile proximi diuulgatur. Est enim inutilis infamatio, & iniusta, vt dictum est.

Falso accusare peccatum mortale, sicut falso testificari, & sub onere restitutionis omniũ damnorum.

Eodẽ modo peccat crimen verum reuelans, sibi vel alteri tantum notum.

126

127

Tertio fatentur aliqui, quod si crimen probari potest, non est necessaria secreta monitio, sed potest accusari, siue id fiat ob priuatum bonum actoris, vt sibi satisfiat, aut propter reipubl. bonũ, vt delicta puniantur, ad quod vnũquodque reipub. membrum ius habere videtur. Tũ, quia sic alij à peccando deterrentur. Tum, quia illius consortio & fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& familiaritate alia inficiuntur. Denique, vt alij ignorãtia non excusentur. Ita docet Nauar. cap.18. num.30. Adria. in 4.de Correp.frater.col.17. versiculo ad 2. Sot. de teg.secret.memb.2.quæst.1.& Cordub. de detract.q. 2.conclu 4.& quæst.3.conclu 4.ex Scot.in 4.dist.15.& Dried.de libertat. Christiana lib. 2.cap. 10. & habetur ff. de iureiur. Eum qui. Probat Sot. quia finis accusatoris non est emendatio,sed vindicatio,atque punitio,admonitio autem est ad emẽdationẽ. Non ergo astringitur accusator admonere. Secundo probari potest ex cap.Qualiter & quando de Accusat. vbi dicitur:quod sicut denuntiationem admonitio,ita accusationem inscriptio debet præcedere.

Addo aliud argumentum,quia ex quo delictum potest probari, iam ille videtur amisisse ius seruandæ sibi famæ cùm in alios peccauerit. Vt enim omnes Doctores ex Aug. exponunt locum illum Matthæi. *Si peccauerit in te frater*,&c.Non est sensus.Si peccauerit contra te, vulgo interlinearis exposuit: sed sensus est. *Si peccauerit in te*, id est te sciente. Nam merito in me peccat, qui nec sciente peccat,cum sit mihi offendiculũ. Si ergo peccauit coram multis,iam in alios peccat, & ita non habet priuilegium Christi,qui loquitur de peccato omnino secreto. 123

Contrariam sententiam secutus videtur Syluest. verb. accusatio,quæstione 3.Caiet.2.2. quæstione 33.artic. 7. D.Thom.in 4.dist.19.quæst. 2.art.3.q.1.ad 4.qui vtrãque opinionem refert,& nullam improbat. Quamuis Sot. primæ sententiæ fuisse eum putet,cum eam referat secundo loco:Sylu. verò huius fuisse opinionis sentit quod nõ liceat sine monitione accusare:tum,quia Christus generaliter loquitur:tum, quia curandum est de fama, si possumus. Eiusdem sententiæ est Durandus 4.distinct. 19.q. 4. & idem Corduba in annot.ad memb. 2. quæstione 5. concluſ. 4.

Quandocrimẽ probari potest, in foro causarum, monitio necessaria non est

Mihi videtur. Primum,quod in foro causarum non est necessaria monitio,& ita fatentur Sot.Syluest. S. Thom. &c. Et ita loquitur d. c. Qualiter & quando, sed satis est si præcedat inscriptio,& ita seruat vsus forensis. Secũdo videtur,

videtur,quod si ad bonum commune sit necessarium, imo ad priuatam satisfactionem petendam: si aliter haberi non potest,licitum est sine monitione accusare. Et ita fatentur omnes, & in particulari Syluester qui in secunda est opinione,etiamsi delictum sit emendatum, vt docet ipse in dicta quęstione 3. & quæstione 9. Si autem nulla alia vtilitas expectetur,quàm vt delictum puniatur,& ea intentione quis accuset,maior dubitatio est. Et sane semper in hac re dubius fui tam in denuntiatione iudiciali, quàm in accusatione. Ex vna parte est ratio Sot. & ea quæ est à me allata. Vnumquodque enim Reipubl. membr. ius habere videtur petendi,vt delicta puniantur. Est enim finis ille boni communis,vt alijs exemplum viuendi detur, & tranquillè viuatur,alij non inficiantur,&c. Ex alia tamẽ parte est charitas. Si enim nulla necessitas est,aut vtilitas mea,vel tertij,vel Reipubl. non video cur non teneamur lege charitatis proximam iam emendatum, vel emendandum liberare & protegere,potius quàm tradere iudici exẽplo Ecclesiæ,quæ malefactores protegit.Maxime si corrigi sint parati. Quia id ex Euangelio colligi videtur. Nã excommunicatio pœna est & illam præcipit Christus monitione precedente. Vnde vtramque opinionem Diuus Thomas insolutam relinquit. 129

Si ad bonum cõmune sit necessarium, & ad priuatam satisfactionem petẽdam, si aliter haberi non potest, licitũ est sine monitione accusare.

Quare non condemnarem ego sane sic accusantem aut denunciantem ad pœnã, & restitutionem famæ & damnorum,præcipuè vbi peccatum fuit iniustitiæ contra se, vel alium,& per modum querelę apud superiorem manifestat. Vix enim tandem obligari potest is,qui læsus est, vt alterum moneat,&c. Sed neque facerem,neque facere consulerem,quando vt dixi, nec satisfactio est facienda, nec aliud damnum imminet,nisi quod ille non est punitus. Sic fecit Beatus Ioseph,qui noluit virginem traducere sed occulte dimittere. Vnde Aug.sermone.16.de Ser. Domine relat.c. Si peccauerit 2. q. 1. *Si solus nosti,quia peccauit in te,& cum vis corã omnibus arguere, non es corrector, sed proditor*, Et infra §. Nouit,*Nouit enim ne scio quem homicidam episcopus,& alius illum nemo nouit,ego nolo illum publicè corripere,& tu quęris inscribere*,&c.Imo plane arbitratur Cordu. 130

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod etiamsi intercedat bonum commune, & interesse partis, tenetur præuiam admonitionem præmittere ad accusationem non ratione boni communis, vel aliud interesse proprium, sed ratione emendationis fratris, cuius salus non est postponenda, quomodocunque contra cũ agatur. Illud fortasse concordando sententias dici posset, non peccare contra iustitiam, nec per consequens vllam damnorum restitutionem deberi. Quoniam ex quo coram iijs per quos probari delictum potest, peccauit, ius amisit secreti seruãdi: quæsitumque est a quocunque ius accusandi & punitionem petendi. In quo prima placet sententia, at tamen peccatum esse simpliciter contra charitatem mutuamque dilectionem, quatenemur proximorũ defectus, eorumque damna vitare, dum cõmodè sine alterius præiudicio facere possumus sicut infra dicemus de eo, qui infamatum in vno loco, vel olim in hoc loco, & tempore infamat vbi peccatum vel nesciebatur, vel erat pœnæ oblitum.

Quando quis peccabit contra charitatem, nõ tamen contra iustitiam, si accuset proximũ ante præuiã admonitionem.

131

Ad primum argumentum Respond. Quod sine causa non infamatur, sed ob bonum commune ad quod pertinet valde vtiliter delicta puniti, si vt dixi probabile est crimen. Aliàs esset illicitum, & perperam infamare, & deinde vt recta intentione fiat. In delictis tamen, quæ non cõcernunt ius alicuius, vt concubinatius, blasphemiæ, &c. magis postulat charitas à denuntiatione, & accusatione abstinere, etiam si probari possit. Ad secundum fatentur in denunciatione fraterna esse necessariam monitionem. Quia est ad emẽdationem fratris. Vnde si illa iam est præsens, vel verisimilis, frustra, & iniustè fit infamatio. Secus est de iudiciali, quam vt dixi, satis probabile est posse sine monitione fieri, cum delictum potest probari, sicut & accusatio. Pro solutione vero tertij argumenti placet illã non inutilem quæstionem disputare, de inductione testium.

132

Decima quarta dubitatio.

DECIMAQVARTA ergo dubitatio sit. Verum denunciationem debeat præcedere testium inductio? Et primum meo iudicio, non est quæstio de iudiciali denunciatione vel accusatione. Hanc enim sine monitione fieri posse

posse diximus, & per cõsequens sine testium inductione. Quæstio ergo procedit de denunciatione fraterna superiori facta, vt patri, & etiam de iudiciali, & de accusatione si eam teneamus opinionem, quæ requirit præuiam monitionem. Et prima opinio est Duran. in 4. dist. 19. quæst. 4. & Altisio. lib. 3. tract. 25. c. 1. quæ etiam opinio tempore D. Thom. circumferebatur, vt ipse dicit in solutione ad 1 argumentum. 8. & eam secutisunt plures iurisperiti, vt refert Sot. memb. 2. quæst. 5. conc. 2. Hi asserunt tunc solum esse coram testibus fratrem admonendum, quando plures sciunt eius crimen, & tunc adhibendi sunt noui: sed illi ipsi, qui sciunt crimen, per quos probari possit coram Ecclesia, id est, corã superiore, si opus erit. Vnde si crimẽ tantum est vni cognitum, & non pluribus, aut illi, quibus est cognitum non adsunt, siue frater secretæ admonitioni adquiescat, siue nõ, illic est sistendum quousque vel testibus, vel indiciis, vel aliter appareat. Et hæc sententia videtur apparentibus rationibus confirmari. Primùm, quia frater infamatur apud testes inutiliter. Cur enim illi adhibiti testes credere potius mihi corripienti, quã alteri debent; Aliàs quicunque posset innocentem aliquem corã duobus aut tribus corripere, cum non oporteat illũ aliter crimen probare, quam suo testimonio. Oportet ergo, vt fructuosa sit testium inductio, & non iniuriosa proximo vt coram iis solum corripiatur, quia iam sciunt crimen, & non aliter. Secundò, quia si peccatum est occultũ omnino quorsum testis adhibendi sunt noui? Non certè ad probandum præteritum crimen: nam id est cassum, cum probari per eos nequeat, neque ad obseruandum peccatorem si postea labatur: nam id illicitum est, August. dicente: *Non debemus esse exploratores alienæ vitæ*: imo ait Dur. potius esse manifestandũ delictũ iis, qui possunt impedire, quã iis qui caperepossent peccatorẽ: neque tandẽ sunt testes afferẽdi, vt possit postea probari, eũ fuisse admonitũ, quia nõ potest ob id iudex ad punitionẽ procedere. Quid enim refert testes exhibere monitionis nisi criminis testes exhibeas. Tertio, quia reus potest illũ conuenire de infamia ad pœnã talionis, cũ crimẽ secretũ sit & nulli sint testes criminis.

133

Testes coram quibus admonendus est proximus, debent esse ijdem qui aliàs nouerunt crimẽ, vt fructuosa sit admonitio.

134

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si non ſufficiat ſecreta admonitio inter denunciantē, & denunciatū, denūciacio cora teſtibus facienda eſt.

Verum doctorum omniū eſt contraria ſententia, quod ſcilicet ſi non ſufficiat ſecreta admonitio inter te & ipſum ſolum, adhibendi ſunt teſtes. Si tamen ſit ſpes emendæ. Vt enim ſæpe diximus, & in ſpecie adnotat Corduba in annotatione in Sotum ad membrum 2. quæſtione 4. cōcluſione ſexta ex eodem Sot. ibidem Diuus Thom. Caietanus & Richard. vt ille refert Gabr. in canone litera T. & V. Adrian. Quodlibeto 11. & in 4. de correptione frater. Sylueſter denunciatio, quæſtione quarta, & Dominicus Bañes loco citato, ſi hæc deſit, non eſt quicquam tentandum. Quia eſſet peius, & vt dici ſolet ratio eorū, quæ ſunt ad finem ſumenda eſt ex fine ipſo. Ita ſane docuit Diuus Thom. articulo 8. quæſtione 33. & ibi Caiet. Adr. in 4. quæſtione de correctione fraterna. Palud. d. 16. quæſtione vltim. Richard. ead. diſtinct. Gabr. in d. lect. 74. litera Q & Y. Anton. 2. par. tit. 9. cap. 6. §. 7. Dominicus Bañes vbi ſupra quæſtione 3. Sot. eam late verſat de tegend. ſecret. membr. 2. quæſtione 4. in 5. concl. Corduba in annot. ad eum locum. Hæc ergo ſententia meritò confutatur a Sot. & a D. Thom. in ſolut. ad 1. Eſt enim cōtra Auguſt. in illa epiſt. 109. quem ſupra retulimus, vbi loquens de religioſa impudicè peccāte ait: *Si autem poſt ad monitionem iterum aut alioquoque die ipſum eam facere videritis, iam velati vulneratam ſanandam prodat quacunque hoc poterit inuenire, prius tamen alteri aut tertię demonſtretur, vt duorum aut trium poſſit ore conuinci.* Neque vero ſolutio Durandi ad rē eſt. Dicit enim Auguſtinus, non eſſe locutum de crimine, ſed de petulantia oculorum, quæ diſponit ad crimen. Tū, quia dicit eſſe vulneratam & ſanandam. Sentit ergo eſſe peccatum. Et ſtatim ſubdit. *Quod autem dixi de oculo non figendo, etiam in cæteris inueniendis prohibendis, indicandiſque peccatis diligenter fideliterque obſeruetur*, vides planam Auguſtini ſententiam de quocumque peccato.

135

Hæc autem ſententia probatur primo ex textu Euangelico vbi Chriſtus dicit. *Adhibe tecum duos teſtes, &c.* Vbi vniuerſaliter loquitur Chriſtus, ſine vlla limitatione ad peccata alijs cognita. Imo magis oſtenditur eſſe ſermo de peccato nulli nili corripienti noto. Dicit enim *ſi peccauerit in te*, vbi teſte Auguſt. relato in cap. Si peccauerit. 2. quæſtione 1. ſenſus eſt, ſi peccauerit in te ſolo ſciente: Nam qui peccat coram alijs, non in te, ſed in alios peccat. Ratione etiam probat D. Tho. quia nō erat æquū, vt de vno extremo ad aliud trā ſiretur, ſcilicet de omnino occulto, ad omnino publicum crimen, ſed vt ſuauius peccator ſanetur. Et proptera primo ponitur omnino ſecreta admonitio. Secundo teſtium inductio, vt paucis manifeſtetur peccatum, qui poſſunt prodeſſe, & non obeſſe, vt ſaltem ſine infamia apud multitudinē emēdetur. Denique quia ſalus conſcientię proximi famæ eius eſt præferēda. Item ſi fama eſt ferienda ob eum finem, oportet, vt quantum fieri poſsit minus famę lædatur. Si igitur ſpes emēdæ eſt per nouorum teſtium inductionem, poteſt quis eos adhibere antequam denunciet. Imo id facere tenetur, vt ſic cū minore famę detrimento ſanet ægrotum exemplo medici corporalis, qui ſi parua incisione poteſt morbo occurrere, nec vult, nec debet maius vulnus inferre. Vnde colligit D. Thom. in ſolutione ad 1. & Sotus & Bañes vbi ſupra & eſt omnium conſenſus, quod ſi extalium teſtiū inductione timeretur fratrem deteriorem futurum (tunc enim ſuperiori dici poſſet, vt priuatę perſonæ conſulente Aug. vt ſupra diximus) totaliter eſſe a correctione ceſſandum. Sed rogas, an ſecreta admonitio ſufficiat ſemel? Reſpon. D. Thom. in ſolut. ad 1. Sot. in dict. concluſione 5. Sylu. correctio, quæſt. 5. quòd pluries eſt facienda, quoties ſpes foret emendę. Numerum autem relinquit Sotus arbitrio boni viri, & excitatis Aug. verbis id colligunt doctores.

136

In correctione 1. admonitio, 2. adhibitio teſtium. 3. denūciatio fit.

Si ſit ſpes emēdæ, per nouorū teſtium adhibitionem poteſt fieri, ante denūciationem.

Rogas ſecundo quorſum iſta inductio teſtium eſt facienda? Reſpondent doctores, primū adhibitis teſtibus magis confundetur, & emendabitur, vt Auguſt. epſt. 87. vel multorum rationibus & authoritate plus perſuadetur, aut metuēs ne capiatur in crimine cautius viuet de cętero, aut minus tentabitur a Diabolo, cum plures ſint, qui fratrem cuſtodiant, vel vt proximo peccati cognitor oſtendat ſe non conſentire, ſed malum iudicare, id quod arguit, vt ait, Chriſoſt. homil. 61. in Matth. aut ſi peccet frater ex ignorantia neſciens aut dubitans, an ſit peccatū, vt inſtruatur

137

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur vt dicit Hieronym. in eum locum. Sot. etiam & Bañes existimant adducendos testes, vt obseruent fratrem, in futurum. Et ad illud August. quod *non debemus esse exploratores alienę vitę*. Respondetur, Quod id est verũ quando non dat causam talis obseruationis, secus autem in eo qui dat causam, &c. Ego aliter responderem, quòd obseruare proximum ad murmurandum, & similes fines, quod frequentius fieri solet, est meritò â concionatoribus reprehendendum, in quo sensu intelligo Augustin. Inde enim murmurationes, dissensiones, rixæ, &c. oriri solent.

Explorare & obseruare proximũ ad ipsius, vel communitatis vtilitatẽ laudabile est.

138 Sed obseruare proximum prudẽter ad bonum ipsius, vel communitatis in qua viuit, non est illicitum, imo sæpius necessarium, vt in republ. fiscus, & in religionibus bene institutis quidam religiosus designatur à prælato, quos obseruatores, aut syndicos appellant, vt animaduertant ea quæ corripi opus erunt. Id tamen prudenter est faciendum, ne occasio sit turbationis in fratre, magis quàm profectus. Vnde ipse Altisio. apertè fatetur vbi supra, quod si peccatum à me solo cognitum est iterabile, vt fornicatio, furtum, &c. Debet dicere duobus bonis viris, qui de facile (inquit) possunt deprehendere ipsum, & tunc corripere.

In repub. fiscus & in religione syndicus, necessarij sunt.

Ex dictis facilè vnusquisq; intelliget, quis sit iustus, quis iniustus infamator proximi prętextu publicę potestatis ordinisq; iudicialis. Ex quo facilè potest colligi restitutionis obligatio. Omnis enim iniustus proditor ac infamator

139 proximi restituere tenetur, non solum famam, verumetiã omnia damna ex tali actione iniusta, consecuta. De iudice verò infamante per sententiam, & quamcunque aliam pœnam, plana est resolutio. Si enim ordine iuris id efficiat nil restituere tenetur. Sin verò est infamator iniustus, de quo supra latè diximus. De læsore ergo famæ publica potestate satis dictum sit.

TER-

TERTIA PARS DE LAEDENTE *famam alterius, vt priuata persona.*

SVMMARIVM.

IMponens falsum testimonium iniudicio, vel extra, peccat peccato detractionis, num. 140
Etiamsi verum crimen detegatur, incurritur in peccato detractionis, num. 140
Detractio dupliciter peccatum mortale est, num. 140

140 PRIMO certum est, quod imponens proximo falsum testimonium siue in iudicio siue extra, peccat peccato detractionis. Ita docet Nauarr. cap. 18. numero 22. D. Thom. 2. 2. quęstione 73. per totam, & ibi Caietan. Barthol. Med. in sum. lib. 1. cap. 14. §. 35. Syluest. verb. detractio. & omnes communiter, & manifestissimum est: tum, quia contra ius naturale peccatur cum fiat aperta iniuria proximo: tum etiam contra ius diuinum. Vnde in 8. præcepto decalogi dicitur, *non falsum testimonium dices.* Et Paul. ad Gal. *Si inuicem mordetis, videte ne ad inuicem consumamini.* Et Eccles. 28. id grauiter reprehenditur. Secundo etiam certum est, quod etiam si verum crimen detegatur incurritur peccatum detractionis, vt docet Nauarr. numero 24. & 25. Licet enim magis peccet falsum imponens, tamen ex parte nocumenti famæ paria sunt. Tertio fatentur omnes, quod detractio dupliciter est mortale, vel quia intentione lædendi famam fit, vel quia ex facto re ipsa lęditur, licet non intendatur explicitè, vt supra ostendimus. Et specialiter docet Barthol. Medin. §. illo 35. fo. 182. Caiet. verb. detractio. Armil. ibid. §. 1. Syl. & omnes, quotquot hac de re disputauere.

140 Imponens falsum testimoniũ in iudicio, vel extra, peccat peccato detractionis.

Etiamsi verum crimen detegatur, incurritur in peccato detractionis.

Detractio dupliciter peccatũ mortale est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De reuelante complicem in confessione, si aliter suum peccatum manifestare non potest.

SVMMARIVM.

SI timetur publica infamatio, vel aliud damnum pecuniæ, non est reuelandus complex, num. 141
Debet pœnitens alij confiteri delicta parrochi, num. 141
Si circunstantia complicis, mutat speciem, vel notabiliter agrauat est manifestanda in confessione, secundum D Thom. num. 142
Extra confessionem ad petendum consilium, peccatum tertij reuelare licitum est, secundum Nauar. num. 144
Quando habita ratione confessoris, & aliarum circunstantium, non sequitur aliud damnum præter infamiam erga confessarium, potest reuelari complex ad detegendum proprium peccatum. num. 146
Vir timorato & prudenti potest reuelari crimen alicuius extra confessionem, si non sit animo detrahendi, sed ob ipsius vtilitatem, num. 146
Læsio infamia iudicatur ea, quæ resultat ex reuelatione necessaria complicis in confessione, num. 147
Cum notabili infamia non tenetur quis suum met peccatum confiteri, num. 148
Definitio infamiæ notabilis, num. 149
Si quis non posset rem familiarem recuperare, vel eam est amissurus, extra confessionem sub sigillo secreti, complicem reuelare potest, vt aliquod consilium accipiat, num. 149
Nulla vrgente necessitate præcepti, sed sola vtilitate ad petendum consilium, licitum est complicem reuelare, cum leue sit detrimentum, num. 150

Licitum est complicem propter eius vtilitatem reuelare vel extra confessionem, vel pœnitens facietis copiam reuelandi, num. 151
Si emendatum est crimen, licitum non est sub sigillo, authorem reuelare, num. 152
Si proximus non sit emendatus, licebit eum detegere extra confessionem, vel in confessione, vt pro illo oret sacerdos, si aliter nolit offerre sacrificium pro illo, nisi communita persona, num. 153
Si notabile damnum ex complicis reuelatione sequatur, ita vt tacere oporteat, pœnitens actum internum confiteri tenetur, num. 154

PRIMA dubitatio sit. Vtrum reuelans peccatum alterius confessori, non potens aliter suum peccatum manifestare, peccet mortaliter? Omnes infra citandi fatentur, quod si timetur publica infamatio personæ à sacerdote, tacendum est, & idem si timeretur aliud damnum pecuniæ. Secundo docent, quod si est alius confessor, qui personã non cognoscit, tenetur pœnitens petere licentiam à parrocho. Non enim habet licentiam eo ipso cum alio confiteri, vt notauit Palud. Adria. & Nau. Et ratio est meo iudicio: quia omnia peccata mortalia istius respectu alterius, quæ in parrochi sunt reseruata, ita vt nullam habeat iurisdictionem alius, quam propria sacerdos. Quæritur ergo tantum est quando ex manifestatione circunstantiæ personæ cognoscitur a sacerdote, & non est copia cum alio confitendi vel quia est articulus mortis, vel abest parrochus, vel si est præsens non vult dare licentiam. Putamus etiam, quod quamuis mutet habitum, vt Caiet. dicit. Non sufficit, quia parrochus vult cognoscere, an sit eius ouis, & eum videre. Denique nullum est aliud remedium, quam vel tacere circunstantiam complicis, vel eam confiteri. Videtur docere omittendam totam confessionem, & sine illa communicandum, si currit præceptum. Quia tunc vtendum est regula de non habente copiam

Prima dubitatio.

141

Si timetur publica infamatio, vel aliud damnum pecuniæ, non est reuelandus complex.

Debet pœnitẽs alij cõfiteri delicta parrochi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

piam confessoris. Hoc tamen alibi impugnamus. Debet enim seruari præceptum quoad potest. Canus verò, & Ledesma existimant saltem in articulo mortis licere detegere complicem. Quia infamię iacturâ tollerare debet proximus, vt liberetur ab ea necessitate. Sed hoc rectè impugnatur â Sot. & Bañes. Si enim alio tempore salubris est confessio omissa circunstantia, cur non in articulo mortis, & si salubris est eam etiam confitendo similiter extra illum articulum. Rationes enim quæ probant tacendam esse, de omni tempore probant, aut de nullo. Nec ratio Cani valet. Quia ille non liberatur à morte corporali per illam manifestationem, nec ab spirituali cum licitè tacear, & gratia sacramenti non fraudetur, confitendo alia mortalia vel vnum veniale. Hanc quæstionem latè disputat Cordub. in sum. q. 1. inter alios. 142

si circunstantia cõplicis mutat speciem, vel notabiliter aggrauat, est manifestãda in cõfessione, secundum D. Thom. & alios.

In hac ergo quæstione sic intellecta prima opinio tenet esse necessariò manifestandam talem circunstantiam complicis, si mutat speciem, vel secundum aliorum opinionẽ si aggrauat, notabiliter. Hanc sententiam tenet S. Thom. in 4. distinct. 16. quæstione 3. articul. 2. quæstiuncula 5. ad 5. & opus. 12. articul. 9. Alexand. 4. part. quæstio. 77. membr. 2. artic. 4. Bonaue. d. 21. 2. par. distinct. articu. 1. quæstione 3. in corp. & 1. par. opus. tit. de modo confitendi. cap. 1. Palud. d. 21. quæst. 3. artic. 2. conc. 2. & d. 16. quęst. 3. art. 3. ad 2. Richar. d. 21. quæst. 2. art. 5. Henr. Quodlib. 3. quæst. 23. Dur. quæst. 16. quæst. vltim. num. 8. Gab. d. 17. quęst. 1. conc. 5. Anton. 3. part. tit. 14. cap. 19. §. 11. Med. C. de confess. c. de circunstantia temporis & loci ad fin fol. 54. Adrian. in 4. quęst. 1. de confessione. §. Sed oritur ex his, Sot. d. 18. quæstio. 2. art. 5. ad 4. Sylvest. confessio. 1. quæst. 24. Gerson. Alphab. 41. litera L. & 42. F. Rosell. confessio. 1. §. 6. Almain. d. 17. q. 1. artic. 2. §. Circa hanc materiam. Vict. in sum. quæstio. 161. Cord. tract. de detract. memb. 4. quæst. 2. con. 3. & in sum. quæst. 1. Angel. Confess. 1. §. 3. Et huius opinionis est Caiet. in sum. verb. Confessio, cond. 3. Quamuis pro oppositа sentẽtia citatur à Ledes. Bañes, & Can. Dicit enim quod si sit vir bonus confessor, de quo nõ est 143

suspicio

suspicio futuræ infamiæ potest explicari. Et apertius in opus. Quodlib. 2. respon. 5. ad fratrem Cherubin. Victor. de confes. §. 174. Pedraza in sum. in anno. 5. ad Nauarr. fol. 54. & 55. & idem tenet Maior dist. 21. q. 3. argumẽ. 8. imo etiam Bern. apertè (ex quo Bañes oppositam sententiam probat) huic sententiæ adstipulatur in tract. for mul. honestæ vitę, in fine. Dicit enim mirabile documentum huius materiæ, vbi dicit, de nullo prorsus siniſtrè loquaris, quantumcumque sit verum nisi in confessione, & hic vbi non potest aliter manifestare peccatum tuum. Et sane ipse Nauar. in cap. inter verba coneluſ. 6. corol. 31. numero 69. reuocasse videtur sententiam, cum dicit esse tantum veniale. Imo fatetur, quod extra cõfessionem ad petendum cõsilium licet reuelare peccatum tertij. Quod vero dicit esse veniale, vt infra dicemus, falsum est. Nam si non notabiliter lædit proximum, vt ipse fatetur ibidẽ, & aliis locis infra citandis, proximus non est rationabiliter lęsus, cum teneatur leuem pati iacturam, propter magnum bonum alterius. Idem Alcocer cap. 11. & huius sententię est Ledes. vt infra. Et meo iudicio, Petrus a Sot. etsi pro contraria citetur: Canus etiam citatur pro contraria, sed reuera idem dicit, quod Ledes. Ex quo illud, & cętera ferè omnia de pœnitentia transcripsit prædictus Ledes. 144

Extra confessionem, ad petẽdum consilium peccatũ tertij reuelare licitum est, secundum Nauar.

Solus ergo Nau. claré loquens, & Bart. Med. lid. 2. sum. c. 4. §. 1. & Dominicus Bañes super 2, 2. D. Tho. q. 33. art. 8. dub. 8. par. 1. verfic. *Primũ fundamentũ*, tenet contrariã sententiam: Nauar. inquam c. 7. à num. 2. & latius in d. c. consideret. §. Omnis hęc varietas, secutus Inno. & Host. in c. Omnis de pœni & remissio. & Marsi. vt refert Cord. Probant autem Nauar. & Bañes suam sententiam duplici argum. Primum est quia lex de non infamando proximum est naturalis, lex vero de integrè confitendo positiua est, ergo cũ nõ sit locus vtriq; prima est seruãda. Secũdò, quia peccatũ ex cuius cõfessione sequitur notabile dãnũ, animæ, vitæ, famæ, l. rei familiaris tacẽdũ est, vt omnes fatẽtur, ergo similiter quãdo sequitur infamia apud cõfessorẽ. Tertiũ addi potest, quia sacerdos, qui non potest 145

confiteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

146

confiteri ali quod peccatum: nisi revelando confessionem, non potest aliud confiteri peccatum, & hoc quia foret damnum tertio, & frangeret ius naturale, ergo, &c. Addit Bañes, quia quando quis confiteri non potest, nisi per interpretem non tenetur diuino confessionis præcepto, ea certè ratione, ne se infamet apud eum, qui absoluendi facultatem non habet, ergo multo minus obligabitur cõtra alienæ famæ maxime, quia nullum commodũ sequitur infamato ex illa revelatione, sicut mihi sequitur ex fructu sacramenti, quod suscipio.

Quando habita ratione confessoris, & alia circunstantium non sequitur aliud damnum præter infamiã erga cõfessariũ potest revelari complex. ad detegendũ propriũ peccatum.

Mihi videtur in hac re tenenda prima sententia, prout explicatur à Ledesm. Cano, Pet. à Sot. Cajet. & Sot. Ibi ergo docent, quod habita ratione pœnitentis confessoris, & complicis vir prudens iudicat esse leuem iacturam, confiteri debet. Vbi apertè supponunt hi docto es, quòd hoc præcisè, quod est manifestare complicem confessario, nisi aliunde grauetur, non est notabilis infamia. Si autem tales sint circunstantiæ, quod ex cognitione personæ sequitur notabile dãnum vel famæ, quia publicabitur peccatum, vel corporis, vel rei familiaris: non licet detegere, & id probat secundum argum. Nauarri 3. & tertium, quod nos fecimus. Quia revelare confessionem notabile damnum est toti reipub. Et sanè bene intellecti illi authores hoc videntur voluisse.

Viro timorato & prudenti potest revelari crimẽ alicuius extra confessionem, si in sit animo detrahendi, sed ob ipsius vtilitatem.

147

Sed quidquid de hoc sit prob. contel. Quia non peccat mortaliter qui extra confessionem detegit peccatũ mortale alterius non intentione detrahendi, alicui viro timorato, cui dicere est, acsi nulli diceretur. Puta, quia non obtic, & forte proderit. Et hoc fatentur omnes, imò ipse Nauar. in sum. Lati. c. 18. numero 33. cuius sunt verba recitata, quæ clarius habet in sum. Hisp. cap. illo 18. numero 24. Huiusmodi autem est confessor in casu prædicto, ergo to igẽ melius in confessione licebit. Tum, quia sigillũ hoc potius iure est, ac si nulli diceretur, quàm est sigillum timoratis extra illam, vt satis ex se patet. Tum, quia is diuinum de integritate confessionis postulat, vt leuis infamia à proximo patienter sustineatur, vt impleatur. Secundò id probo, quia si ipse proximus detegeret suum peccatum illi sacerdoti, non infamaretur notabiliter, quia periona, qui revelatur est vnica, & sub magno sigillo. Si enim esset notabilis infamia nullus teneretur confiteri sua peccata sacerdoti. Cum ergo sit eadem vnica persona, & sub eodem sigillo, non est censenda notabilis infamia, si de leuis cum ab altero revelatur. Verum respondet doctissimus Bañes non esse simile. Quoniam mea infamatio apud sacerdotem compẽsatur ex diuina lege, quia hoc medio eripior propter fructum sacramenti à pœna infamia, & damnatione æternali: proximo ex mea confessione nullũ cõmodũ sequitur. Verũ in hanc solutionẽ vis argumẽti nostri contraria videtur fortasse. Quia quod ego commodum recipiam non imminuit, vel auferat rationem infamiæ, si infamia dicenda est apud vnum pium, & discretum in occultissimo confessionis foro. Accipe rationem isto modo. Nam, quod ego verbi gratia adulterium, vel sodomiam aperiam sacerdoti in cõfessione: vel est infamia notabilis, vel non. Quod si est: igitur non tenebor confiteri, siquidẽ omnium sententia, cum notabili famæ detrimento nullus ad confessionem diuino præcepto tenetur. Cur enim si timerẽ sacerdotem fore meum peccatum proditurũ confiteri non tenebor nisi quia cum notabili famæ iactura nõ obligant Dei suauia præcepta? Igitur si foret apud confessariũ notabilis infamia nõ obligaret Dei præceptum, sicut etiã si certo scirem, quod confessarius dum mea crimina audit, esset a me pecuniam furaturus, vel debitum nõ solaturus fortasse, qui ex confessione scit, id quo à soluẽdo est auertendus, sane non teneret cum eo damno confiteri, &c. Et hæc omnia, quamquam fructum sperem ex sacramento, vt ex se constat. Igitur si magna infamia foret cõsequenda, quantumuis de fructu sacramẽti participaret, nõ obligaretur Dei præcepto sua peccata sacerdoti dicere. Non ergo est notabilis infamia, vt ostensum est.

Leuis infamia iudicatur ea, quæ resultat ex reuelatione necessaria, complicis in confessione.

148

Cum notabili infamia, nõ tenetur quis suã met peccatum confiteri.

149

Definitio infamiæ notabilis.

Tertio id ipsum non obscurè colligi videtur ex diffinitione notabilis infamiæ quam ponit clarius inter omnes ipse Nauarrus in sumina Lat. capite illo decimo octauo num. 28. quod famæ notabile damnum est, quod est causa vt infamato aliquod bonum notabile animæ auferatur,

vel

vel corporis, vel pecuniarum, aut putetur tali bono indignus. Si ergo, vt supponimus ex illa reuelatione non sequitur tale damnum. Quia nec propterea, quod pius & discretus cõfessarius sciat auferẽtur ad eo illa bona, vel reputabitur illis indignus: sed est ac si nulli diceretur, ergo, &c. Quare si confessor auferre posset tale bonum, vel illud nõ conferre ob illius indignitatem, esset tacẽdum peccatum. Et tunc non semper. Non enim propter quodlibet mortale excluditur quis aut reputatur indignus illorum bonorum. Vnde patet ad primum argumentum Nauarri. Tandem licitum est, siquis non possit rem familiarem recuperare, vel eam est amissurus, vt petens aliquod cõsiliũ ne illa amittat, complicem reuelet illi extra confessionem sub sigillo secreti. Non enim est dicendum, quod ille teneatur tantam iacturã pati, ne reuelet vnico homini pio, & prudenti, peccatum alterius, si aliud non est remedium vitandi tantum damnum. Signum ergo est læsionẽ famæ non esse notabilem. Aliàs si esset notabilis, nõ liceret res superioris ordinis in fratre perdere porpter inferiores seruandas nostras, sicut nec liceret morti alterius cooperari, vt famam nostram seruaremus. Si autem apud multos esset peccatum detegendum, non liceret etiam in dicto casu. Signum ergo est esse leuem iacturam vni viro prudenti & pio siue extra siue in confessione dicere. Ex hac dubitatione habemus, quod ad implendum diuinum præceptũ de integritate confessionis licet peccatũ alterius in confessione detegere. Nam ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 5. & 7. omnis circunstantia mutans speciem aperienda est, hæc autem circunstantia mutat speciem ergo. Sunt tamẽ aliquæ difficultates circa hanc dub. appendices.

Si quis non possit rem familiarem recuperare, vel eã est amissurus extra confessionem, sub sigillo secreti, cõplicem reuelare potest, vt aliquod consilium accipiat.

150

Prima dubitatio.

Nulla vrgente necessitate præcepti, sed solum vtilitate, ad petendum consilium, licitum

PRIMA difficultas est, vtrum si non vrgeat necessitas præcepti, sed solum vtilitas nostra, liceat id efficere verbi gratia ad petendum consilium, vt gratia augeatur & vt melius instruamur, Angel. & Sylvest. Ricardus & Adrianus locis citatis asserunt licere, idem tenet Alex. ad vltimum argumentum, Antoninus & Soto vbi supra Rosell. Bonauen. & sum. confess. lib. 3. tit. 34. Oppositum dicit Med. & Palud. Sed verior videtur prima sententia. Quia

Quia cum leue sit detrimentum, non tenetur quis vtilitatem suam amittere. Maxime spiritualem propter damnũ leue, quod per accidens sequitur tertio. Vtitur enim iure suo sine damno notabili proximi. Ratio vero Medinæ & Paludani, quod non sunt dimittenda præcepta propter consilia, non conuincit. Non enim tunc præceptum obligat, vt ego caueam leue damnum alterius, & amittã leue etiam commodum meum. Mihi enim cæteris paribus primo loco teneor benefacere.

est complicem reuelare, cum leue sit detrimentum.

151

SECVNDA difficultas, vtrum propter vtilitatem alicuius liceat? scilicet ipsius personæ, cuius peccatum detegitur: Richardus docet, quod non expedit. Idem Palu. Imo ita facere esse illicitũ, & sacrilegum docet Bañes. Oppositum docent Gabr. & Bonauentura vbi supra. Licet enim dicant melius esse extra cõfessionem reuelare, tamẽ dicunt posse detegi in confessione propter bonum illius, siue correctionis fraternæ siue vt oretur pro eo, &c. Idẽ Antoninus, Alex. D. Thom. in opusc. Sum. confessionẽ Pisani. Victo. qui non solum dicũt licitẽ fieri, sed meritorium esse. Sylvester verò concordare videtur vtramque sententiam. Dicit enim cum hac secunda opinione reuelari posse, sed limitat dicens: quod vel extra confessionẽ dicatur, vel pœnitens faciat copiam reuelandi. Mihi videtur hæc sententia Sylvẽstri vera & ita intelligẽdas esse opiniones. Alias frustra reuelaretur peccatum, vt benè docet Richardus, Palud. & Rosel. cum ille non possit sine sacrilegio ad fraternam correctionẽ procedere de peccato solum in confessione cognito. Vnde sententia Bonauen. Gabr. & Anton. limitanda est, vt dicit Sylu. Imo Sylvest. sententiam etiam limitandam putamus, vt solũ verum habeat secluso scandalo, cum sit verisimile eos, qui videntur confessarium peccatum corrigere, putaturos in confessione peccatum cognitum manifestare, vt in ea specie Dominicus Bañes adnotauit. Quare cautela adhibenda erit legat curiosus plura in cõuenientia a Bañes enumerata in 2. d. q. parte. Nos enim ad alia vocamur.

Secunda dubitatio.

Licitũ est cõplicem propter eius vtilitatem reuelare, vel extra confessione, vel pœnitens faciẽs copiam reuelãdi.

152

Dices saltem, ergo licebit sub prædicto sigillo dicere, vt sacerdos oret pro eo, vt docere videtur Augustinus 22. quæst.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæst. 5. capite hoc videtur. Mihi videtur. Primô, quod Augustinus ibi loquebatur extra sigillum confessionis, vt patet. Secundô loquebatur suppositâ spe emẽdationis. Dicit enim id licere, si tamen ipse peccator confessionis sibi adhibeat medicinam, id est, recognoscat suum peccatum. Et ita videtur supponere secretam admonitionem præcedentem, & ita caput illud non est ad rem. Secundô tamen mihi videtur, quod si emendatum est crimen, non licet. Quia tunc non tantum affert commoditatis oratio, quantum damnum est eius crimen reuelare. Si tamen non sit emendatum, videtur quod etiam in confessione liceat, si aliter orationem, vel sacrificium non vult offerre, nisi cognita persona, & hoc etiam si ille non sibi confessionis adhibeat medicinam, id est non recognoscat suum peccatum. Quia sigillum non impedit manifestare Deo peccatũ proximi, & illum placare, vt peccatorem conuertat, & hoc maius bonum est peccatori, quam quod vnus vir discretus, & prudens peccatum eius cognoscat in ordine ad suã spiritualem salutem. Et quantum ad orandum eadem est ratio siue in confessione, siue extra, nec ad orandum pro illo requiritur spes emendæ, vel admonitio secreta. Melius tamen est extra confessionem dicere. Nec cum opus sit correctione fraterna: alteri opus sit detegere, sed ille ipse facere possit. Et secundum hoc verũ est, quod Anto. & Rosell. dicunt posse prælatum interrogare complicem in confessione. Si enim ad corrigendum vult scire, seruandum est, quod ex Richardo & alijs diximus. Si ad orandum seruandum est hoc secundum, vt etiam dicit Syluest. ex Rayn. Paludanus autem contra sentit quæst. 3. art. 2. ad fin. & Medin. Si tamen ex necessitate id interroget, vt sciatur circunstantia, non peccat secundum omnes. Quod verô peccatum illius personę cadat sub sigillo cõfessionis docet Richar. Palud. & Rosell. §. 13. & Capr. distinct. 21. quæst. 1. concl. 2. & Dominicus Bañes versi. *hinc sequitur*. Cuius rationẽ reddit prędictus Bañes. Quia si cõplici aliquid diceret, siue per correptionem, siue alia via, iam reuelaret confessionem. Est enim ac si aperte diceret. Scio tuum crimen in confessione alterius.

Si emendatum est crimen, licitum nõ est sub sigillo authorẽ reuelare.

153

Si proximus nõ sit emendatus, licebit eum detegere extra cõfessionem, vel in confessione, vt pro illo oret sacerdos, si alias nollit offerre sacrificiũ pro illo, nisi cognita persona.

154

Illud

Illud tandem animaduerterim iudicio meo, quod si sequitur notabile damnum ex dicta reuelatione, in quo casu, vt dictum est tacere oportet, tenetur pœnitens actum internum confiteri, dicens se habuisse desiderium efficax peccandi cum illa, &c. Ex hoc enim nulla infamatio sequitur, & ita ipse tenetur quantum integrè potest confiteri. Tandem Bartholomeus Medina loco citato putat esse hæreticum asserere quod cum non necessarium est ad explicandam speciem seu circunstantiam peccati complicem explicare, est explicandum quæ iudicio nostro nimis dura censura videtur. Licet enim hæresis sit dicere esse licitum infamare proximum: tamen an sit infamia apud confessorem, & ex notabilis, & causa confitendi peccata, id est quod controuertitur, & ita non est tam celeriter hæresis hoc damnandum, sed de his latius alibi.

Si notabile damnum excomplicis reuelatione sequatur, tunc vt tacere oportet, pœnitens actum internũ confiteri tenetur.

De reuelante nescientibus peccatum, siue iure, siue facto notorium.

SVMMARIVM.

PEccatum notorium inscienti dicens, mortaliter peccat, nisi statim esset ad eius notitiam peruẽturum, secundum Syluest. & contra Caiet. num. 155.

De peccatis proximi notorijs sine mala intentione loqui, peccatum mortale non est, imo si ob bonum finem fiat laudabile est, nu. 155.

Ordine iuris infamatum ijs qui nesciunt, siue in eodem, siue in diuerso populo manifestare, peccatum iniustitiæ non est. num. 156

Si verisimile est tale delictum quibus reuelatur manifestum fore, licitum est manifestare. num. 156.

Ordine iuris infamatum nescientibus manifestare, peccatum veniale est, erit autem mortale contra charitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem, quando sit, vel intentione detrahendi, vel cum illi damnum notabile infertur, ex tali locutione, secus si bona fine fieret, num. 158

Infamatum sine ordine iuris, quando crimen per iniuriã est extortum, etiam si verum fuerit, nescientibus manifestare non licet, num. 159

Sine ordine iuris infamatum, ipso dante causam nescientibus dicens, mortaliter non peccat, nisi ob tale dictũ illi notabile damnum accideret, quia tunc contra charitatem peccat, num. 160

Falsa est sententia asserentium, quod quando 10. homines sciunt aliquod peccatum, licitum est cum quocunque de populo, de illo communicari, nu. 161

Lex charitatis & iustitiæ obligat, vt proximorum peccata contegamus, nisi ita sint notoria, quod per sententiam publicam, vel euidentiam facti, vel alias fama sit læsa, num. 163

Originem eorum qui per sententiam non sunt notati, (vulgo confessos, vel tornadiços) detegere, peccatum mortale est, & contra iustitiam & charitatem, num. 166

Christianos in hæresim lapsos, & ob id publicè notatos detegere, post longum tempus, licet non contra iustitiam, contra charitatem tamen peccatum mortale est, num. 166

Prædictos notatos licitum est bono fine, vel ad informationem, pro ecclesia, vel collegio imprimendo, nescientibus detegere, num. 168

Qui diffamat aliquem in aliquo loco vbi non fuerat diffamatus per sententiam iudicis, peccat contra charitatem, non tamen contra iustitiam, num. 170

SECVN-

Secunda dubitatio.

SECVNDA dubitatio principalis. Vtrũ dicens peccatum notoriũ siue facto, siue iure, peccet mortaliter: ver. bi gratia habet quis læsam famam apud multos de ciuitate, narro factum ei qui nesciat. Num peccatum sit detractionis? Syluester verbo detractio, quæstione prima, putat esse peccatum mortale, nisi statim essent ad eius notitiam ventura. Id non probat Syluester. Sic tamen probari potest: quia hic apud illum bonam habebat famam. Ergo ita sum detractor respectu illius, ac si crimen esset omnino secretum. Contrarium sentit Nauar. cap. 18. num. 26. & 33. Caietanus opusc. 17. Resp. respons. 9. Maior in 4. d. 21. col. fin. Sot. 1. Iust. q. 10. art. 2. Cord. q. illa 2. conc. 6. quod mihi placet. 155

Peccatum notorium inscienti dicens, mortaliter peccat, nisi statim esset ad eius notitiã perueniturũ, secundum Syl. & cõtra Caiet.

Primo ergo mihi videtur, quòd colloqui de peccatis proximi notoriis, non est peccatum, nisi ex intentione, & fine colloqui (inquam) cum quibus sunt nota, ita vt secundum malitiam, aut bonitatem finis, sit iudicandum. Si enim narremus ea peccata ob bonum finem, scilicet, vt nos ab eis seruemus, exemplo illorum, qui ceciderunt, aut qui pœnas dederunt criminum suorum, licitum est, & laudabile sic loqui, vt de eorum peccatis qui ob hæresim sunt combusti, vel ob aliud crimen puniti per iudicem, aut à Deo, &c. Hęc enim ad Dei gloriam & proximorum vtilitatem narrantur. Si vero ex curiositate, aut leuitate, aut ociositate, aliôve inutili fine, de iis colloquamur, erit veniale peccatum, vt in specie docet Corduba, concl. 6. quod frequentissimè in colloquijs, etiam timoratorum hominum accidere solet. Cum enim fama lædatur, quæ læsa iam est, etiã apud eos quibus cum loquimur, nulla restat malitia, nisi venialis ex fine. Si vero mala intentione nocendi, scilicet famam proximi, vt mala de eis opinio renouetur intentione eos iniuriandi, erit mortale peccatum. Qui enim sic est affectus etiam si nota non essent reuelaret, & ita ex intentione peccat mortaliter non tamẽ tenetur restituere quicquam. Quia reuera non lædit famam, vt patet. 156

De peccatis proximi notoriis sine mala intentione loqui, peccatum mortale non est, imo si ob bonum finem fiat, laudabile est.

Secundo mihi videtur, quod si quis ordine iuris sit infamatus, vt si publicè per sententiam est notatus, nõ est peccatum mortale, iniustitię ijs qui nesciunt manifestare siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordine iuris infamatū, ijs qui nescíunt, siue in eodem, siue in diuerso populo manifestare, peccatum iniustitiæ non est.

in eodem populo, siue in diuerso. Et primum, si verisimile est de proximo delictum sciendum fore ijs, quibus reuelo omniū sentētia est id fieri posse, vt dicunt Nauar. Syluest. & alij citati & D. Thom. in 4. d. 19. quæst. 2. art. 3. ad 1. & 2. Sed esto id non sit verisimile. Quia ex quo publicè sunt notati iam amiserunt iura secreti, & licet alia ratione peccatum esse posset, tamen contra iustitiam certè nō est. Ius enim perdidit secreti per publ. vel confessionem vel probationem, aut sententiam. Is enim laborat infamia iuris vt patet, Quis enim dubitet, quin posset facile à quocunque inquiri & sciri licitè tale crimen: & per consequēs qui sic prodidit, nullam tenetur facere restitut. vel satisfactionem: Maximè, quia iudicium etiam legum talem publicam pœnam imponentium intentio est, vt omnibus innotescat. Vt Sotus in solut. 4. in princ. Merc. cap. 11. §.

Siverisimile est tale delictū ijs reuelatur manifestum fore, licitum est manifestare.

157

Es tambien, Ioseph. Ang. in Flor. 4. senten. quæstione de Rest. fam. dub. 4. scribunt. Qui etiam docent, quod prima pœna condemnatorum talium est infamia. Nā flagella, mutilationes, mori, truncari, vel dolores sentire, cōmune est, & naturale omni animali, sed erubescere, & honorem amittere proprium est hominis. Et ob id leges præcipuè volunt velut rationalem punire in opinione & honore. Et ob id non puniuntur in carcere, vel nocte: sed die, & in media luce & populo & diebus celebribus. Quā sententiam & fundamentum tenet Cord. memb. illo 4. de detract. quæst. 3. conclus. 6. prædictam rationem magis explicans quodam simili. Vt enim si quis per sententiam iudicis condemnaretur ad direptionem bonorum, vt sint volentibus capere, exposita, non teneretur restituere, qui auferret. Iustè enim ille dominio illorum priuatus est: sic sanè cum persona fama delinquentis est veluti exposita omnibus ad diuulgandum, idque iure, vt cæteri audientes pertimescant. Nec refert, quod malo animo, consilioq; nocendi faciat, vt supra dixi. Id enim ad restitutionem nihil attinet: ad peccatum secus. At autem quando quis nō

158

iudicialiter est notatus, & infamatus, vt statim dicam, sed per notorietatem facti, vel communem vocem, non iure perdit famam, nisi coram iis, qui sciunt.

An ve-

Ordine iuris infamatum nescientibus manifestare, peccatū veniale est, erit autē mortale contrahæ ritatem, quando sit, vel intentione detrahendi vel cum illi damnum notabile infertur, ex tali locutione, secus si bono fine fieret.

An verò sit peccatum aliud contra charitatem difficilius est. Et sanè, quod peccatum veniale sit, non dubito, cum contra rationem esse videatur, licet infamatum iam, denuò infamare, & eius vulnera innouare. Mortale vero putarem, quando vel intentione detrahendi sit, vt supra dicebam, vel saltem ex tali locutione notabile dānum ei inferretur, siue in ipsa fama, quia notabiliter plus peccatū publicaretur, vel in aliis rebus. Tunc enim contra charitatem agere viderer: cū causam damni dederim, quod vitari possem. In quo casu vera erit Syluest. sententia. Et sic est intelligendus Sotus lib. 4. quæstione 6. artic. 3. ad 4. in princip. qui dicit esse contra charitatis iura prodere talem hominem ei, qui nescit, & Merc. cap. 11. §. *es tambien.* Secus est si bono fine facerem, vt si interrogater ad informationem, vel officium, vel matrimonium. Tunc enim bonum consilium ac verum dare possem. Non enim decipere debeo innocentem interrogantem, vt nocenti subueniam. Vnde qui, vt aliquem ad religionem, vel ad ecclesiā aut collegium, vel ad ordines, vel ad matrimonium admittār, syncerè de alicuius genealogia, vel alia infamia, aut notis publica inquirunt, vt caueāt, quod cauendum est, nec ipsi peccant, nec eis veritatem sub secreto dicentes, sed officium implent debitæ fidelitatis & charitatis. Si vero non sit infamatus ordine iuris, ait Nauar. nō licere reuelare nescientibus etiam si sit notorium. In quo secutus est Syluest. sententiam.

159

Infamatum sine ordine iuris quando crimē per iniuriā est extortum, etiā si verum fuerit nescientibus manifestare non licet.

Sed non explicat Nauarr. quid sit aliquem esse infamatū sine ordine iuris. Potest enim duos habere sensus. Primo modo quando crimen per iniuriam est extortum etiā si verum crimen fuerit: vt si per iniqua tormenta, vel iniustam inquisitionem. &c. Et si hoc modo fiat, non displiceret Nauar. opinio. Quia sicut iniuriosè prima infamia est facta iniuriosè etiam continuatur, & protenditur. Non enim tractu temporis desinit esse illa actio iniusta, quæ à principio fuit. Vnde cum ipse tali infamiæ causam non dederit, apud quemcunque infametur, denuo iniustitia illi fit. Secundo potest quis infamari sine ordine iuris ipso dāte causam tali infamiæ, vt quia ingreditur, & egreditur do-

160

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sine ordine iuris infamatum ipso dante causam nescientibus dicens, moraliter non peccat, nisi ob tale dictum illi notabile damnum accideret, quia tunc contra charitatem peccat

mo scientibus vicinis, & cunctis, & quod illum admittat & simile est in aliis peccatis ob quod paulatim factum, euulgatur, & narratur inter multos. Tum certe ille, sine ordine iuris, & absque publica & iusta sententia sit infamatus: tamen non peccaret, qui referret ei, qui nescit. Ipse enim causam dedit tali publicitati. Et ita crimine facto publicè amisit iura secreti, & ipsi imputari debet, qui causam dedit. Vnde non peccat mortaliter qui illud dicit, nescienti illud: quamuis si plus notabiliter ob meum dictũ publicaretur, vel aliud damnum illi eueniret, non excusarem a peccato mortali contra charitatem, non contra iustitiam. Cum iam fama apud omnes, vel maiorem partem

161 sit læsa, vel certe facili posset ad illis sciri, si voluissent, cũ sit in omnium notitia. Si autem difficilé poterat venire in illius, vel illorum cognitionem, putâ, quia in loco remoto vel in eodem, sed a longe tempore, reuera peccat contra iustitiam. Oblicto enim delicto, & non per sententiam, nõ habet ius vnusquisque publicâdi, & ita reuera peccat cõtra iustitiam & restituere tenetur, vt docet aperte Merca. cap. 11. versic. *Item son.*

Falsa est sentẽtia asserentiũ, quod quãdo 10 homines scilãt aliquod peccatum, licitum est cum quocunque de populo, de illo communicari.

Tertio falsissima mihi videtur quorundam sententia, qui dicunt, quod si 10. homines peccatum sciunt, potest sine peccato cum quocũque de populo cõmunicari. Quia dicunt, talis numerus facit peccatum notorium: vnde dici solet decem homines faciunt plebem. Id tamen tantũ est verum ad alios iuris effectus: ad effectum tamẽ denigrandi famam, certè â vero abhorret. Quot enim puras in republica sunt viri honorabiles tam seculares, quam Ecclesiastici, quorum infirmitas nota est decem hominibus, aut duodecim. Iã ergo sine scrupulo eos detegere, & de eorũ peccatis liberé confabulari liceret. Imo ex hac sententia sequitur, quod si 6. homines scirent peccatum, sufficeret. Ij enim dicunt decem personas numerum facere plebis, & per consequens notorietatẽ facti, de quorum numero est

162 Sylu. verb. notorium q. 4. & glos. in c. Vnio. 10. q. 3. & glo. Rayn. quam refet Syl. & glos. in c. de manifesta. 2. q. 1. Ij (inquam) etiam docent, quod notitia sex hominum facit notorium simpliciter, vt nititur probare Syl. in d. q.

Tum

Tum, quia iam daretur medium inter occultum & notorium, scilicet notum sex personis, quod scilicet non est occultũ, nec etiam notorium, cum immediatè opponãtur.

Tum, secundo, quia si parrochia habet mille parrochianos, si decem aut sex scandalizantur de concubina sacerdotis verè dicitur populus scandalizari. Denique ait Syl uest. quod nisi notorium esset quod sex hominibus est notum, nunquam posset probari aliquid esse notorium in aliqua ciuitate, vel prouincia, nisi numeratis omnibus hominibus ciuitatis, vel prouincię, vt facta fide, quod non sint plures probaretur maior pars populi, vel prouincię scire: hæc autem ridicula sunt. Ignar, quod 10. aut 6. hominibus notum est, simpliciter est notorium. Hæc ergo vera sunt iudicio meo ad alios effectus iuris, puta, vel ad probationem delicti vel inquisitionem ex infamia inter vicinos

163 Lex charitatis & iustitiæ obligat, vt proximorũ peccata contegamus, nisi ita sint notoria quod per sentẽtiam publicam vel euidentiam facti, vel alias fama sit læsa.

10. vel 6. sed ad effectum colloquendi & confabulandi non putarem esse vera, vt supra obijciebam. Lex enim charitatis & iustitiæ obligat, vt proximorum peccata cõtegamus: nisi ita sint notoria, quod vel per sententiã publicæ personæ, vel per euidentiam facti, vel notitiã maioris partis populi fama sit læsa. Aliàs, si sex homines sciãt concubinatum, v. g. sacerdotis liceret concionatori publicè prodere in particulari & reprehendere. Siquidem notorium & publicum est, quod sex hominibus est cognitũ, & vt supra dicebamus ex omnium sententia peccata publica publicé sunt reprehẽdenda. Quod certé ab omni ratione alienum est: & non sine magno scandalo diceretur notorium esse ad effectum vel reprehendendi, vel confabulandi de peccatis proximorum priuatim. Cum non sit tam paruis terminis coarctatum, sed illud solum quod iuridicè est proditum per cõfessionem in iudicio, vel testes, vel sententiam, aut per facti euidentiam, vt si quis in foro blasphemaret: vel per frequentem populi, vel maioris partis populi, vel certé nobiliorem partem peruagaretur, vt si in parrochia sit feré omnibus notum. Huiusque nostræ sententię est Cord. de detract. q. 2. conc. 4. De specialiter verò infamato in vno loco, vtrum liceat illum infamare in alio? Quidam indistinctè docent non esse licitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia licet in vno populo fuit infamatus, simpliciter non
164 fuit infamatus. Ita Adrian. Quodlib. 11. quæstione 1. vt refert Sot. 5. de Iust. quæst. 10. ad 2. sub. 4. conclus. Econtra Caie. quem refert. Nauar. & Sot. putat esse licitum. Cuius rei ratio contraria est, ait Sot. Quia cum eius iam sit læsa fama, nulli fit iniuria illum detegendo.

Veruntamen Caiet. in eo loco, scilicet in opus. 17. Respon. Respon. 9. nihil de hac quæstione agit vt patebit legenti. Solum vnum aut alterum verbum facit de delicto publico in dub. 3. Ideo ipse Nauar. putat notoria iuris posse in eum locum deferri ad qa ẽm non peruenerunt, vt si quis per sententiam sit notorius, non autem quæ contra ordinem iuris diuulgata fuerunt, quod ipse non probat. Hãc sententiã tenuerat Sot. 5. de Iust. q. 10. art. 2. conc. 4 Quã ea ratione probat. Quia ille iure & publico prẽconio priuatus est fama in pœnã delicti, & ita cuicunque facta est facultas scelus vbique propalandi. Cuius sententia mihi placet, quippe quæ valdè conformis est iis, quę supra docuimus in punct. 2. Docet enim duo, primum non esse peccatum iniustitiæ, cum onere restituẽdi, vt supra docuimus. Secundo esse peccatum contra charitatem mortale si iam emendatus est, & bonum nomen in eo loco sit assecutus. Quod nos supra probauimus, cum in eodem loco fit vel intentione detrahendi, vel reipsa damnificandi, quod etiam in diuerso loco, quo quis domicilium mutauit locum habere, docuit Med. §. illo 35. Merc. cap. 11. expresse.

165 TERTIA difficultas, quid dicendum sit quando infamatio fit in eodem loco peccati notorij, sed diuerso tempore: verbi gratia. Ab hinc sexaginta annis fuit quis cõbustus publicè ob hæresim, aut descendit ex Iudæis. & tamen hoc tempore pauci, aut nulli sciunt. Est autem senex qui videns illius familiæ adolescentem per mediũ forum ambulantem, vel inuidia, vel loquacitate, dicit præsentibus: Ego vidi illius auum combustum, vel publicè notatum, &c. Et est casus cotidianus in Hispania. Dub. ergo est. Vtrum veritatem olim notoriam licitum sit modo sic diuulgare. Videtur enim quod liceat. Quia illi sunt iure illa pœna multati, & ita eorum nomina publice pronuntur.

Tertia dubitatio.

nuntur in Ecclesia ad perpetuam memoriam, ergo videtur cuique facta facultas ea propalandi. Et ita vt refert Medina §. illo 35 multi id licitum putant, moti ea ratione. Quia viri sapientes ac prudentes id sine scrupulo facere solent. 166

Mihi tamen videtur ex dictis sic esse resoluendam hãc quæstionem. Primo omittamus modo eos, qui non sunt per sententiam notati, vt sunt, quos vulgo *confessos* vocãt vel *tornadizos*, qui scilicet, nunquã delinquerunt: sed conuersi sunt ex Iudaismo de quibus reuera existimo peccare mortaliter & contra iustitiam & charitatem qui eorũ detegit longo iam tempore oblitam. Cum enim isti non peccauerint, nec in se, nec in parentibus, iniustè illis infamia inuritur. Licet enim peccauerint peccato infidelitatis: tamen ob id non digni erant infamia, & opprobrio, imo eo, quod sunt conuersi laude digni. Cum ergo non sua culpa, nec ordine iuris per sententiam sint infamati, sequitur, &c. Ita expresse Mercad. cap. 11. versic. *item son.* Barth. Med. vbi supra. Loquimur igitur de Christianis lapsis in hæresim, vel Iudaismum, & ob id publicè notatis. Dicendumque videtur non esse peccatum detractionis iniustæ: esse tamen peccatum mortale contra charitatem. Quod non sit cõtra iustitiam ex eo videtur, quia ille ex publica sententia, atque prẽconio ius amisit famæ, atque secreti sibi seruandi, vt supra dictum est, & ea expressa intẽtione sunt puniti, vt omnibus sit manifestum eorum, & crimẽ, & pœna. Quod membranæ illæ testantur, quæ in Ecclesiis ad eorũ dedecus perpetuum affixæ in Hispania *Sambenitos vocantur*. Et licet eorum successores nõ peccauerint tamen eorum nullum peccatũ detegitur, licet per accidẽs sequatur ignominia ex parentũ criminibus. Ne isti maius ius habent, quam eorum parentes. At per hoc nulla restitutio illis est facienda. Quod autem peccatum sit contra charitatem probo. Tum, quia est opus natura sua contristatiuũ alterius, vnde si illi præsenti diceretur grauis esset contumelia & dedecus. Tum quia bonę opinionis & nominis apud alios læsiuum est: & denique audientes malo 167

Originem eorũ qui per sententiam non sunt notati (vulgo cõfessos, vel tornadizos) detegere peccatum mortale est, & contra iustitiã & charitatem.

Christianos in hæresim lapsos, & ob id publicè notatos detegere, post longum tempus, licet non contra iustitiam, contra charitatẽ tamen peccatũ mortale est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suo exemplo scandalizat. Maximè, cum viuētibus, de quibus dicitur innocentes sint, & sine culpa damnum illud â priuata persona accipiant.

Denique, quia si notatus in hoc loco non potest absq; mortali in alio, vbi bonum nomen assecutus est, infamari veluti suprà ex Soto nostraque sententia dicebamus: multo minus licebit infamatum iam olim, cuius criminis, neque in hoc, neque in alio, vlla, vel modica erat memoria reuocare. Hoc enim occultius est natura sua, ac difficilius sciri poterat, quàm aliud, quippe cuius sunt multi testes præsentes. Hanc autem sententiam planè secutus est Mercad. cuius sunt certè, hæc verba ex Hispano in Latinum traducta cap. illo 12. versicul. *Item son transgressores.*

168 Item sunt (ait) transgressores eiusdem legis amoris proximi, qui elapsis multis annis, alienos referunt defectus, de quibus fortasse tam sunt emendati, exhumanando & reuocando de sepulchris mortuos iam antiquos, vt eorū nihil maneat præter arida ossa. Maximè, si cum de vno loquitur plures, qui ab hoc descendunt, vulneratur. Si ab hinc 30. annis quis hoc loco peccauit, &c. Quod verò possit esse peccatum contra charitatem, sine obligatione restitutionis probat Mercad. vt in eo qui potest impedire facile homicidium, vel furtum, vel alterius detractionem peccat contra charitatem sine onere restitutionis, de quo infrà latè. Eandem sententiam sequitur Med. loco citato.

Vnum tamen est notandum, quod si fiat bono fine, vt cum inquiritur, siue iuridicè ad informationem Ecclesiæ, vel collegij ingrediendi, siue priuatim ad matrimonium contrahendum, &c. potest sine peccato talis defectus reuelari, iis quibus prosit, & qui non obsint rem publicando. Quod sanè in matrimoniis contrahendis vsu venire solet frequenter, non sine magno multorum malo, quibusdam falsa dicentibus, siue incerta asserentibus, siue plus grauando rem ipsam, siue iis dicendo, qui nocere multum prodesse nihil solent. Et hæc de propalatione publicorū peccatorum. Sed rogabis an sit licitum interrogare de detento in carcere, cur sit captus? Respondetur meo iudicio non

Prædictos notatos licitum est bono fine, vel ad informationem pro ecclesia, vel collegio ingrediēdo nescientibus detegere.

non esse peccatum, vel rogare causam, vel illam narrare. Id enim publicum est. Sed rogare & narrare particulariter de omnibus delicti partibus ait Nauarrus illicitum est 169
numero quadragesimo primo. Quia est causa detractionis aliorum.

Sed quid dicendum de eo, qui in hoc loco non est per sententiam infamatus: sed captus suspicione alicuius delicti, an liceat in alio loco dicere, vbi honore perfruitur illum captum fuisse, & accusatum homicidij, vel furti, vel hæresis? Videtur enim quod nō peccet etiam contra charitatem. Quia id quod dicit, de se non est infamatiuum, cum multi innocentes bonique viri capiantur, & liberi euadant per sententiam. Medina loco citato fol. 183. putat esse peccatum & contra iustitiam & restitutionem esse faciendam. Quia (inquit) licet mereretur famam perdere per sententiam, sed de facto non amisit, vnde non est factum ius cuique propalandi delictum. Quam opinionem veram putarem, si diceret se fugiendo liberasse. Quia tunc causam sufficiētem dat infamiæ. Secus si diceret per sententiam liberū euasisse. Tunc enim potius est eius gloriā prædicare, vt in inquisitione fieri solet.

Suspicione alicuius delicti in hoc loco captū, in alio dicere, peccatum mortale est. si se fugiendo liberasse affirmare-tur. secus si per sententiam liberum euasisse dicatur.

Illud in calce huius difficultatis adijciam. Corduba enim in dicta conclusione 6. ita scribit. Si is qui semel est per sententiam publicam infamatus virtute, & rebus bene gestis famam recuperauit alio in loco, qui eius infamiam iam emortuam atque obliuioni traditam, suscitare, tenetur ad restitutionem, sicut qui in bonis amissis iam recuperatis proximum læderet. Verum si ista limitatio vera est, nescio quomodo locum habet ipsius Cordub. & communis sententia, quam secuti sumus, quod peccat contra iustitiam, nec restituere tenetur, qui infamatum per sententiam in vno loco, alio in loco reuelat, etiamsi sit verisimile cito ad eum locum huiusmodi infamiam nō peruenturam. Vel enim huius infamatio diuulgata est in eo loco & tunc plane non infert iniuriam, vt patet sicut qui idem crimē refert in eo loco, in quo fuit notatus publicè si verò nōdū diuulgatū est, iam ergo in loco bonā habet famam. 170

Quid enim refert an illam rebus a se gestis peperierit, an ex eo solum, quod nihil mali cõmiserit. Cum enim vnusquisque præsumi debeat bonus, quamdiu non probatur, & constat esse malum, non minus fama bona gaudet, qui nihil adhuc indignum cõmisit, ac qui bonis actibus adeptus est, licet non tantum ac ille. Si igitur ille bono nomine aut nõ malo, (quidem est) sine iniuria priuari potest, quia non auferetur ab eo fama, quam in eo loco adquisiuit nihil peccando, sed antiqua iam publicè amissa, ita ob eandem rationem sine iniuria licebit famam auferre. Quia antiquam famam non nouiter adquisitã illi aufert. Sanè peccatum erit mortale contra charitatem. At contra iustitiã non video (si vera est illa communis sententia) quomodo peccet. Et certè vix intelligitur quo pacto restitutio fieri possit. Si enim in alio illo loco est publicè infamatus quod facile sciri potest, inconsonans videtur, vt illi verè & solidè famam restituere possit, sicut supra diximus diffi. ul. 3. quod non peccat contra iustiam, nec restituere tenetur, qui aliquem iam olim publicè infamatum, de quo non erat memoria, infamat reuelatque eius crimẽ in eodem loco. Neque verô ratio Cordub. conuincit. Ait enim quod sicut non licet auferre bona ab eo, qui illis est priuatus, etiamsi ille iterum ille iustè adquisiuit: ita cum famam amissam iterum adquisiuit non licet, &c. Nõ enim eadem est ratio: per sententiam enim factum est ius vnicuique manifestandi crimen prædictum, non autem auferendi bona, & id propterea, quod bona iterum adquisita non sunt eadem, ac ea quę amissa sunt per sententiam, at fama eadem est semper. Vnde quis ius habet famam auferendi semper habet, cum sit idẽ obiectum. Alioqui si ratio eius ista probaret, sequitur, quod nec in eodem loco liceret post annum: verbi gratia, crimen reuelare, si ille rebus bene gestis famã, circa aliquos adquisiuisset, qui eius infamiam non cognouerunt. Maxime, quia vt supra dicebam nunquam liceret in alio loco reuelare, quoniam semper est verum, quod illic bonam habet famam, quamdiu nescitur quidquam infame de illo.

Qui diffamat aliquem in aliquo loco vbi nõ fuerat diffamatus per sententiam iudicis, peccat contra charitatẽ, non tamen contra iustitiam.

171

172

De

De materia necessaria ad peccatum mortale detractionis.

SVMMARIVM.

Licet detractio, & obligatio, restitutionis famæ præcipuè ob reuelationẽ turpitudinis in vita, & bonis moribus incurratur, etiam incurritur ob reuelationem defectuum natalis, regulariter tamen peccatum mortale non est, nisi aliquod damnum notabile adiungatur. num. 173

Si quis diceret, aliquem esse, vel filium clerici, vel ex adulterio susceptum, patribus tacitis, mortaliter non peccat, num. 174

Infectum morbo Gallico declarare, peccatum mortale non est. num. 174

Etiam si defectus sit naturalis, & notorius, quoties in faciem alicui dicitur, si notabiliter sit contristatiuus fratris, peccatum mortale erit contra charitatem, n. 175

Vt communiter dicuntur nomina defectus naturæ, ex leui quadam ira, sine intentione notabiliter iniuriandi, peccatum mortale non erit, num. 176

Dicens peccatum veniale proximi, excepto mendacio, mortaliter non peccat, num. 177

De mendacio in faciem proximi notans ex ira, mortaliter peccat, num. 178

In absentia per modum detractionis de mendacijs paucis, vel de consuetudine, si notum sit, aliquem notans, mortaliter non peccat, secus vero de consuetudine notans, si notum non sit. num. 178

Referentes non solum mendacia, sed etiam alia pecca-

ta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta venialia ex consuetudine facta ratione personæ, de qua dicuntur, possint peccatum mortale detractionis committere, num. 179

Tactus, & oscula cum aliena, ex libidine peccata sunt mortalia, num. 182

Generalia verba turpia in aliquem proferens, quæ possunt peccatum mortale & veniale sonare, nisi expressè, vel tacitè significet sermonem esse de mortalibus, detractio mortalis non erit, num. 148

De Episcopo & Religioso esse auarum, superbum, &c. dicere, peccatum mortale est. num. 184

Detegere peccatum mortale alterius, ordine iuris, vel ad correptionem, &c. meritorium esse potest, num. 186

Peccatum alterius inordinatè detegere, si illud peccatum fame damnificatiuum non est, peccatum mortale non erit, num. 186

Detegere peccatum mortale, quod malæ opinionis generatiuum, bonæque famæ inimicum est, peccatum erit mortale, num. 188

173

Quarta dubit. Licet detractio & obligatio restitutionis famæ præcipuè ob reuelationẽ turpitudinis in vita, & bonis moribus incurratur, etiã incurritur ob reuelationẽ defectuũ naturalis, regulariter tamẽ peccatũ mortale non est.

QVARTA dubitatio sit. Vtrum ad incurrendum peccatum detractionis & restitutionis famę obligationẽ sit necessariam, vt id quod reuelatur sit peccatum, & an debeat esse mortale, & an satis sit esse peccatum mortale? Quæstio hæc est scitu digna: quam placet distinctionis gratia sigillatim explicare. Primum ergo videtur, quòd licet detractio, & obligatio restitutionis famę præcipuè incurratur ob reuelationem turpitudinis in vita ac bonis moribus: tamen etiam incurritur ob reuelationem aliorum defectuum naturalis, vt sunt defectus natales de quibus antè dicebam, vel defectus corporales, aut mentis, vt quod quis sit ignarus, indiscretus, cæcus, gibbosus: regulariter tamen non est peccatum mortale, nisi aliquod notabile damnum adiũgatur extali reuelatione. Licet enim turpitudinẽ quandam ac defectuũ, vitiumq; naturale

naturali proximi importẽt, & ita sint peccata venialia cõtra illius charitatem, si non bono fine narrentur, sed vel ad irrisionem, vel ex loquacitate, tamen de se non auferũt bonam famam ac nomen. Et ita docet Nauarrus capitulo decimooctauo numero vigesimosexto, & capite inter verba. conclusio. 6. num. 521. Maximè, quia hi defectus solent esse manifesti, vt de se patet. Secus est de defectu natalis, vt supra dicebam. Et aperte docet Bartholomæus Medina §. illo 35. folio 182. Probat ille, quoniam si de aliquo reuelates concubinatum vel furtum, mortaliter peccares, multòautem grauius, ægriusque fert vnusquisq; vt illum Sarracenum, vel nouum Christianum, aut cõfessum, vel Iudæũ appelles. Hoc etenim notabiliter denigrat famã alicuius, vt supra dictum est. Sed neque hoc est verum de omni defectu natalium. Nam si quis diceret aliquẽ filiũ esse clerici tacito patre: vel ex adulterio, tacitis adulterijs, & huiusmodi, non esset peccatum mortale, sicut de cæcitate & aliis diximus. Nõ enim ob ista quis famã amittit. Dixi autem regulariter: quia ratione damni dati esset peccatum mortale, vt si res esset occulta, & ob detractionem meam illius defectus occulti quis ab aliquo bono cõsequẽdo impediretur vel iam habitum perderet. Id enim contra charitatem proximi planè videtur, secus si ad informationem requisitus interrogaretur. Tunc enim vt supra dicebam, etiam in malis culpæ veritatem dicere tenetur, cum teneatur fidele dare consilium. Quæ omnia tanquã quotidiana, atque parum à doctis explicata sunt animaduertenda.

174

Si quis diceret aliquẽ esse, vel filium clerici, ex adulterio susceptum, patribus tacitis, mortaliter non peccat.

Nota Aduerbiũ regulariter.

Dices de morbo Gallico. An liceat dicere hunc, vel illum hoc morbo esse infectum? Videtur enim non licere. Quia detegitur consequenter peccatum, quod est illius causa. Respondetur: non esse peccatum mortale. Quia ex alijs etiam causis euenire solet, vt ex loco frigido, aut alia causa, maximè in inuenibus, qui vt infra dicemus ob talia peccata non infamatur. Rogabis secundo: Vtrum hos defectus naturæ dicere in faciem per modum contumeliæ, sit peccatum mortale. Videtur quod sic, quia.

Infectum morbo Gallico declarare, peccatũ mortale nõ est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

175 quia Christus ait, qui dixerit fratri suo fatue dignus est gehenna ignis: fatuitas autem est defectus naturæ, & est communis contumelia apud Hispanos, aliquem vocare, *nescio, asno, tuerto, corcobado, &c.* Ego sane non puto de his omnibus nominibus certa n regulam asignare posse. Sunt enim fere infinita turpitudinis etiam naturalis ista cognomina. Eam tamen puto dari posse, vt quoties nomẽ quod alicui in faciem dicitur, est notabiliter contristatiuũ fratris, erit peccatum mortale contra charitatem, etiamsi defectus sit naturalis & notorius, &c. quod ex circũstantiis personæ dicẽtis conuitium, & eius cui dicitur, & modi tollerandi perpendendum est. Si enim pater filium stultũ, aut toruum appellet, etiam ex ira non est mortale. Sed si hominem literatum fatuum in faciẽ ex ira appelles, notabilem causam contristationis præbes. Aut si fœminam deformem aut luscam, etiam si ita sit, aliàs grauem & probam nomines. Aut si eum quem scis ægre ferre ista conuitiorum genera vrgeas, nõ excusarem a mortali, vt aperte etiam docuit Bartholomeus Med. §. illo 35. Cum notabiliter proximum contristes, aut confundas, vt si etiam eunuchum in faciem appelles eum, qui molestè fert, vt sunt id generis permulti. Denique vt dixi arbitrio prudentis confessoris relinquitur attentis omnibus circunstantiis. Vt tamẽ communiter dicũtur ista nomina ex leui quadã ira sine intentione notabiliter iniuriãdi, non putarem esse mortale fatuum aliquem vocare impertinentem, imprudentem, coclitem, claudum, gibbosum, magni nasi, &c. Si vero in absentia dicantur talia de illo loquendo, cum aliis minus graue erit veniale peccatum, & si falsa dicantur, puto econtra esse grauius: quia cum in absentia dicuntur, potest fides adhiberi, at in præsentia nullo modo cum notorium sit ipsum mentiri, qui cœcum illum appellat, quẽ non esse talem videmus.

Etiam si defectus sit naturalis, & notorius, quoties in faciem alicui dicitur, si notabiliter sit contristatiuus fratris peccatum mortale erit cõtra charitatem.

176 QVINTA difficultas sit: an dicens peccatum veniale proximi possit peccare mortaliter: an vero semper detractio mortale sit ex propalatione peccati mortalis. Quidã docent indistinctè necessario debere esse materiam peccati mortalis crimen, quod de proximo detegimus. Aliàs murmuratio

Vt communiter dicuntur nomina defectus naturæ, ex leui quadam ira, si ne intentione notabiliter iniuriandi peccatũ mortale non erit.

Quinta dubitatio.

murmuratio non erit lethale peccatum, nec necessario habebit annexam restitutionem. Et potest probari hęc sententia. Qui ex reuelatione peccati venialis proximi, non infertur illi notabile nocumentũ in fama. Quid enim magis notum, quam hominẽ labi posse, & solere in peccata venialia; siue ergo quia id est de se notorium: siue quia licet dicatur speciale peccatum, vt mendacium, vel verbũ ociosum non perdit proximus honorem, sequitur, &c. Sic sentit Syluest. verbo detractio quæst. 1. & Antoninus 2. par. tit. 8. cap. 14. quorũ sentẽtia si intelligatur ex natura rei recipitur a Nauar. in sum. cap. 18. num. 24. Ex vi enim criminis detecti non infamatur proximus. Eamque ego veram putarem ob dictam rationẽ vno excepto genere peccati venialis, scilicet mendatio, in quo distinguendum putarem. Tripliciter enim potest quis de mendacio venia li proximum notare. Primò in absentia murmurando, & id dupliciter, vel notando illum de vno, aut paucis mendatiis, aut de consuetudine mentiendi. Secundo ei in faciẽ de mendacio improperando. Si hoc secundo modo facit serio, & ex ira, putarem esse peccatum mortale. Iam enim ita atrox & grauis hæc contumelia reputatur, vt & notabiliter proximus offendatur, & contristetur ex tali verbo & non se sufficiẽter vleisci posse putet, nisi alapa inflicta aut fustibus? Si vero in absentia fiat per modũ detractionis, si de vna vel paucis notetur tãtũ erit veniale, vt patet. Non enim ob id opinionem perdet. Si vero de consuetudine si notorius est (solent enim esse plures notorié mendaces. Noui enim ego quendam, qui dicebatur. N. Mendatia) de his loqui & referre eorum mẽdacia tantum erit veniale, nisi mortale fiat iuxta regulas supra traditas. Si vero notorium non est sane videtur mortale. Nam reuera, qui consueuit frequenter mentiri, parui fit non solum à viris grauibus: sed etiam a communi populo, & ita notabiliter infamatur, & negligitur. Qui autem falso talia impo nit planum est grauis peccare. Ego sane tale mentiendi vitium, ita abhorreo, vt eum, quem sciam mentiri consueuisse, non possum non despicere ac parui æstimare, ad omnia quæcunque sunt viro bono committenda. Hanc sententiam

177 *Dicens peccatũ veniale proximi, excepto mẽdatio, mortaliter non peccat*

178 *De mẽdacio in faciem proximũ notãs & ex ira, mortaliter peccat.*

In absentia per modum detractionis de mendacijs paucis, vel de cõsuetudine, si notũ sit aliquem notans, mortaliter non peccat secus vero de cõsuetudine notãs, si notũ non sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiam multó rigidus tenere video Bartho. Med. §. illo, 35. fol. 182. Dicit enim indistinctè esse mortale dicere 179
aliquem etiam absentem esse mendacem. Quod tamē nisi prædictis limitationibus, falsum putarē: vt scilicet ex consuetudine, & in rebus alicuius momenti, &c. Adde prædictis, quod referentes non tantum mēdacia: sed alia etiā venialia peccata ex consuetudine facta ratione personæ de qua dicuntur, possunt mortale peccatum detractionis committere. Vt video Cord. docuisse. Nam si de Episcopo ac religioso homine aliquod veniale peccatum proferas, quod habeat in consuetudine, vt quod soleat nimiū semper ridere, aut verbis ociosis ac vanis delectari, nugis ac similibus actibus, non semel sed crebro vti, quod inanis gloriæ & ambitionis sit cupidus, & alia huiusmodi, putarem reuera esse peccatū mortale detractionis. Quis enim cordatus horum hominum non maxime despiciat, de bona eorum existimatione non multum minuat, quos sciat his scilicet ineptiis, & quotidianis, futilibusque leuitatibus quandamque vilis, abiecti, humilisque animi ignominiā ac sordem prę se ferentibus deditos? Quis eis grauia negotia credat, quis reuerentiam, & timorem debitum prętistet? &c. Itaque non parum, sed permultum de Episcopali vel religionis gloria perdunt, qui similibus delectantur licet aliàs venialibus culpis. Atque idem est de oculorum petulantia coloquisque, & cōuersationibus fœminarum, &c. Quis enim huiusmodi conuersationes, colloquia, & vana verba non maxime in clericis abhorreat, peneque scandalizetur. Videant igitur Episcopi ac religiosi, qui perfectionis statū, vel habere, vel persequi tenentur, quan tū suæ famæ, & boni nominis ex his, quę parua videntur amittant, si ex consuetudine faciant. Et videant etiam ij, qui de talibus murmurant, vel in faciem eis talia conspuunt, se grauiter peccare ob circūstantiā scilicet personę. 180

Referentes non solum mendacia, sed etiam alia peccata venialia ex consuetudine, facta ratione personæ, de qua dicuntur possunt peccatum mortale detractionis committere

Quoniam verò elocuti sumus de venialibus, qui ex colloquiis aspectibus, & visitationibus fęminarum emergūt, estque exemplū adductum a Gab. in can. lect. 74. litera E. placet hic breuiter de tactibus, osculis, & amplexibus fęminarum explicare. Quomodo sint peccatum mortale.

Sunt

Sunt enim nonnulli qui arbitrentur huiusmodi non peccata mortalia sed dumtaxat venialia esse actus, scilicet otiosi ob delectationem facti, non ob finem rectę rationis. Quam sentētiam tenuit apertè Martinus de Magistris de temp. quęst. 25. Quem Caietanus, & cæteri referunt. Eā- 181
dem secutus est Gabriel in can. lect. 74. litera E. Vnde existimat, quod potest quis peccare mortaliter, nisi corrigat de his venialibus, non in quantum venialia (correptionis enim fraternę præceptum non obligat de venialibus) sed in quantum ad peccatum mortale disponunt de propinquo. Eandem sententiam, vt ipse refert sequutus est Vmbert. in expositione regulæ Beati August. cuius profectō tractatū studiosius inuestigare curauimus, inueni musque eā rē scribere in dicta expositione c. 89. Et quamuis omnia Gabr. verba ex eo sint expressa ad illud verbū *tactus, oscula, amplexus*, Vmber. non habet, sed solum colloquia impudica, visus, & huiusmodi circa mulierem quæ dicit esse venialia. Aliud fortassè exemplar habuit Gabriel. vbi illa verba continerentur, at illud quod nos legimus satis est antiquum impressum in imperiali oppido Hagena anno Domini 1505. Eam sententiam & probabilem videtur censere Sotus in 4. distinct. 39. quęst. 1. art. 2. agens de impotētia, dū ait oscula & amplexus de se esse peccata mortalia nisi intercōiuges, vt verior habet opinio, vbi satis innuere videtur esse sub opinione, licet minus vera minusque probabili. Imo videtur D. Thom. super caput quintū Epist. ad Ephes. vbi de iis tactibus sic ait. *Et hęc sunt peccata mortalia in quantum ordinantur ad mortalia. Nam aliquid etiam si bonum sit ex genere, in quantum ordinatur ad mortale est mortale.* Denique huius sententię videtur Sylvest. Nam delectatio quæstione quarta distingit tres modos horum tactuum. Primus ex amore honesto in quo non est mortale peccatum, nec veniale. Secundus, per alium extremū 182
si ex libidine fiat, tunc enim mortale peccatum reperitur. Tertius & medio modo, si ex quadam sensualitate efficiāt & tunc (inquit) fiunt citra peccatum mortale. Hanc sententiam erroneam putat esse Cordub. in annotatione super Sotu. de secreto membrorum secundo, quæstione 2.

conclusio. 2. Cur autem sentiat erroneam esse istam sententiam, ipse nec explicat, nec probat. Nos autem falsam & fortasse etiam temerariam esse cēsemus, siquidem huiusmodi tactus impudicos peccata essemortalia sensere (vt alibi latius exponam) D. Thom. 2. 2. quæst. 154. artic. 4. & acerrimé Caiet. eius comment. ibidem Sotus in 4. dist. 34. citata quæst. 1. artic. 2. & de sigillo ipse, & Antonin. Corduba loco citato, & idem Corduba in sum. quęst. 3. puncto 4. Nauar. cap. 16. num. 11. Sylvest. delectatio. §. 4. 5. & 6. Angl. luxuria. §. vltimo, Armill. verb. osculum. quæst. 1. & verb. impudicitia. quæst. 1. Barthol. Medina in sum. cap. 14. §. 18. Baltanas in sum. fol. 59. Cast. de hęresibus verb. coitus hæresi 31. Præcipua vero huius sententiæ ratio est. Quoniam hi actus cum ex libidine fiunt natura ordinati sunt ad coitum, ac proinde eiusdem sunt speciei, & malitiæ moralis. Vnde experientia cōstat eodē modo immutare ac delectare, ac ipse coitus. Quoniam verō in hac re multa erant, & distinguenda, & examinanda ad maiorem huius veritatis explicationem, quod nostræ disputationis ratio & breuitas non patitur, ad alia properemus. Neque argumentum oppositæ sententiæ valere, nec D. Thom. eius esse sententiæ rectè Caietanus ostendit, qui inter omnes lucidius acutiusque hāc disputationē explicauit.

Tactus, & oscula earum aliena ex libidine, pecc ata sūt mortalia.

183

SEXTA dubitatio. Vtrum qui generalia verba turpia in aliquem profert, quæ scilicet possunt peccatum mortale & veniale sonare, peccet mortaliter, vt si de aliquo dicas esse magnum superbum, auarum iracundum, &c. Sylvest. quæst. illa 1. Anton. 2. part. titu. 8. cap. 4. Cordub. quęst. illa 2. conc. 7. putant non esse peccatum mortale detractionis. Quia illa accipi possunt, vel pro inclinatione naturali, vel pro motū primo, vel secundo primo, ac denique pro peccato mortali. Ex quo non læditur fama notabiliter, cum audientes debeant in meliorem partem interpretari, & non scandalizari. Hanc sentētiā improbat Naua. numero vigesimo quarto. Verum non sentit forte contrarium his doctoribus. Ipse enim Nauar. tum solū putat talem detractionem esse peccatum mortale, quando cum notabili

Sexta dubitatio.

184

notabili damno, aut periculo fit, aut coram iis personis de quibus credi potest eas etiam mortales culpas concepturas esse. Tunc enim (inquit) Nau. peccatum est mortale detractionis, nisi expressè, aut tacitè significet se de venialibus tantum culpis loqui. Quod illi doctores non negarent. Cum non semper, sed communiter (inquit) Sylue. de venialibus intelligatur. Et ita absolutè verior est prima sententia. Communiter enim sæpius interpretamur de peccatis leuibus, aut de inclinatione, seu conditione naturali ipsius, de quo est sermo. Vnde nisi expressè vel tacitè significetur esse sermonem de mortalibus, non est putanda detractio mortalis. Quamuis in his etiam consideranda est conditio & status personę, cui detrahitur, vt supra dicebam de venialibus. Dicere enim, vt sæpe fieri solet de Episcopo esse auarum, aut iracundum, & de religiosis etiam viris, nō omnino excusarem â mortali. Inhæc enim peccata murmurationis facile video labi homines, & sine scrupulo, quod grauiter a confessoribus debet reprehendi. Et huius sententiæ videtur Nauar. capite illo 18. num. 25. putans ob has, & similes circunstantias reddi mortalem detractionem culpatum venialium, & defectuū naturalium, aut propalationem horum, aut falsam impositionem. Refertque huius cōfirmationem, id quod quotidie videmus, (& vtinā non ita sæpé videre cogeremur) se nosse quendam virum insigniter eruditum, ac probum ab adipiscendo egregio quodam munere impeditum ob culpas veniales vanitatis, & iracundiæ: & aliū ob defectū generis, visus, & viriū naturaliū falsos, ab amicitia valde vtili & honorabili esse repulsū, quos infra ad restitutionē damnorū teneri dicemus, cum de impedientibus per fraudes & mēdacia loquemur. Vide quāto in periculo sint, qui putātes se leuia peccata, & defectus alterius dicere graiter vulnerāt, & denigrāt bonū nomē, & existimationē fratris. Ecōtra verō, quām sint laudādi illi qui alienæ vitæ nec exploratores, nec taxatores occultorū defectuū etiā leuissimorum proditores esse ita fugiunt, vt nihil sibi loquendum arbitrentur, quod quemquam etiam malenolētissimum iure possit offendere. Quod si vnusquisque

Generalia verba turpia in aliquem proferens, quæ possūt peccatum mortale & veniale sonare, nisi expressé, vel tacité significet, sermonem esse de mortalibus, detractio mortalis non erit.

De episcopo, & religiosis esse auaros, superbos, &c. dicere, peccatum mortale est.

185

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad se suosque defectus ac vitia oculos conuerteret, nihil
186 esset, quod aliorum defectus ac peccata ita leuia, se conuer-
terent inquirenda, ne ei iure dici posset: *Ejce primum trabē de oculo tuo, & postea videbis, vt ejcias festucā de oculo fratris tui.*

Septima dubitatio. Detegere peccatum mortale alterius ordine iuris, vel ad correptionē, &c. meritorium esse potest.

SEPTIMA dubitatio. Vtrū detegere quodcunque peccatum mortale proximi, vel falsum imponere, sit peccatum mortale detractionis? Respondetur omnium sententia non esse certam ac generalem regulam, quod quoties quis mortalte peccatum proximi detegit siue falsum imponit, peccet mortaliter. Et primum certum est, quod si ordine iuris detegat, vel ad correptionē, vel accusando, vel malum reipublicę aut tertij impediendo, vel informādo, &c. De quibus in parte præcedenti satis disputaui, & prosequitur Naua. num. 30. non peccat, sed mereri potest. Secundum, si in ordinatè detegit tamen tale genus peccati non est damnificatiuum famæ quia nō ob id minoris æstimabitur, nō est etiam læthalis detractio, vt si detegas peccatū de quo quis se iactare solet, tale est in iuuenibus fornicatio, aut quòd vulnerauerit, aut iniuria affecerit alium. Id enim ipsi pro honore ducūt, nec ob id quidquā amittunt, sed ita facile de iis se iactant narrando, ac si se cœnasse narassent. Ita Mercad. capi. nono, & Pedraza §. 2. Caietanus 2. 2. quæst. 73. articulo secundo, dubio 2. Sot. lib. 5. de Iust. quæst. 10. arti. 2. conclusione 4. & 4. de Iust. quæst. 6. arti. 3. ad quartum, Ioseph. Angles in flor. 4. sententiarum quæst. de rest. famæ dub. 3. dissi. 2. conc. 4. & idem est si dicas, descēdisse in duellum, aut quod non ieiunauit totā quadragesimā, cuius exēplū est de duce qui tempore *de la reseña*, ostendit plures milites quam sint tempore stipendij soluendi. Hoc enim ferè boni ingenij iudicatur, & honori id sibi dat miles vel dux: imo addit Mercad. quod quamuis falso ista dicantur non incurritur restiturionis obligatio, quamuis peccatum sit. Tamen si quis ita his vitiis esset deditus, nimiæ inquam
187 luxurię, & tumultuosis rixationibus, & actionibus, proculdubio merito bonum nomen, & opinonem amitteret: ob hæc enim & similia vitia, & ob consuetudinem laudendi, & inordinatè expendendi bona, multos in republ. videmus

Peccatum alterius inordinatè & detegens, si illud peccatum famæ dānificatiuum non est, peccatum mortale non erit.

videmus, etiam honorabilium filios, non esse matrimonio coniunctos, ab omnibus despici, ac miserè viuere. De his igitur nisi sub fidelitate interrogatus sis ad consilium non potes absque mortali peccato vel occulta crimina dicere, vel falsa imponere, quamuis quæ in consuetudinem abierunt vix occulta esse possunt. Tertio putamus tunc esse peccatum mortale, quando peccatum illud mortale, quod propalatur est malæ opinionis generatiuum, bonæque famæ inimicum. Hæc autem supra referebamus esse permulta, vt stuprum in virgine, vel alia ad hoc viam parantia, adulterium in vxore, foruicato clerici, latrociniū, periurium, vsura, sodomia, hæresis, falsatio vel literarum vel monetæ, blasphemia, Iudaismus, ebrietas, dęmonū inuocatio. Denique quęcunque vtilitatem quandam important: vt de mentiendi consuetudine supra dicebā. In his igitur siue falsum imponas, siue verum occultum detegas semper est mortale peccatum detractionis modo duę adsint conditiones vt vel animo lædendi facias, si reipsa nō lędas, vel facto ipso lædas, si intentionem lędendi non habeas. Quod si vtraque conditio absit ab actu, vt neque re ipsa lædas, neque animo lędendi facias, quantumuis inorme sit delictum, non peccasti mortali peccato, vt si attentis circunstantiis personæ cui dicitur, & à qua dicitur, &c. non sit tale periculum & nocumentum. Et propterea Nauarr. vbi supra docet, quod cum reliqua circunstantia excusat, non est mortale peccatum quale ille putat esse, vt supra dicebam, cum ei dicitur, qui non creditur nociturus, neque intentione nocendi dicitur. An autem talis sit pater aut mater respectu peccatorum filiorum. Caiet. 2. 2. 189
quæstione 73. art. 2. & Cordub. concl 5. respond. affirmatiuè, de quibus meritò præsumi debet, quod non erūt nociturj, aut publicaturi, quod Nauarr. limitandum censet, quando tale esset peccatum. & talis parens, vt id meritò crederetur. Et mihi ita placet. Non enim omnes patres sunt tam discreti ac probi, atque oportebat.

188 *Detegere peccatum mortale quod malæ opinionis generatiuū bonaq; fæmæ inimicum est. peccatum erit mortale.*

De infamantibus proximum in leuiori crimine, qui aliàs diffamatus erat in grauioribus.

SVMMARIVM.

Hominem in grauiori peccato infamatum, in minori infamare, peccatum mortale est, contra Sylnestrum, num. 190

Infamatum de pluribus criminibus eiusdem speciei, de vno vel de altero illorum infamare, peccatum mortale non est, num. 191

Licet in criminibus eiusdem speciei hæc propositio (semel malus semper præsumitur malus) vera esse possit, non tamen in criminibus diuersæ speciei, num. 191

Recitans se crimen alterius audiuisse, si alteri prouocat ad credendum, vel plus dicit quam est auditum, illud affirmando mortaliter peccat, num, 193

Referens se crimen alterius audiuisse cum intentione nocendi, omnes fatentur mortaliter peccare, num. 194

Si referens alicuius crimen audiuisse, etiam si venialiter peccet in referendo, vel ex leuitate, vel ex loquacitate, & damnum proximo notabile est sequutum, non tenetur sub mortali illud reparare, num. 195

Iurantes se audiuisse aliquod crimen ab aliquo, cum informatio ab eis petitur, quod a mendatijs, leuibus, vel inimicis, vel passione commotis, acceperunt mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur, num. 196

Peccatum alterius vni, vel duobus viribus grauibus, ex leuitate, vel loquacitate reuelans, detractione mortali non tenetur, contra Sot. & alios, num. 198

Notabile damnum infama est quando vel periculum est publicitatis, vel ex reuelatione vnifacta, aliquod damnum

damnum anima corporis, aut pecuniæ timetur secundum Nauarrum, num. 198

Maritus cum vxore de secreto peccato alterius confabulans, si non est verisimile illam fore euulgaturam, mortaliter non peccat, num. 199

OCTAVA dubitatio. An qui de aliquo homine infamato in grauiori peccato reuelat eius minus graue peccatum detrahat mortaliter? v.g. est quis notorius fur vel homicida, habet præterea occultum fornicationis peccatũ an liceat propalare hoc peccatum? Syl. q. illa dicit licitum esse. Quia cum in re grauiori famã habeat læsã, nulla ei fit iniuria si minus graue dicatur. Posset probari hęc sententia. Quia semel malus semper præsumitur esse malus. Igitur à fortiori magis malus rationabiliter præsumitur minus malus idem docet Cord. q. illa 2. con. 5. & q. 3. con. 6. Porro istam sentẽtiam alienam a veritate censeo. Licet enim in vna specie peccati famã habeat læsam: circa alia tamen infamatus non est, sed bonum nomen habet. Fit ergo ei iniuria, cũ circa illud crimẽ infamatur Cum enim peccata sint distincta, quę consequentia esse potest, vt sit consequens omnia crimina infra illam speciẽ commisisse. Aliàs sequitur, vt si infamatus esset de grauissimo omnium criminum, v.g. de odio Dei, liceret illum, si esset occultus hæreticus & sodomiticus, &c. detegere quod absurdissimũ est. Addo quod, vt supra dicebamus, non licet iudici infamatũ de vno crimine rogare, an cõmiserit alia etiam eiusdem speciei. Multò ergo minus licebit priuatę personæ de crimine diuersę speciei cõfabulari, atque illud detegere. Denique illud esset affligere afflictum.

Octaua dubitatio.

190 *Hominẽ in grauiori peccato infamatum, in minori infamare, peccatum mortale est, contra Syl.*

Illud non nego, quod siquis esset infamatus de multis eiusdem speciei criminibus verbi gratia de centum furtis, non esset mortale vnum alterumve furtum occultum reuelare. In eo enim non notabiliter fama lędituꝛ, quæ iã satis læsa est, vt ipse Corduba in specie fatetur in dicta conc. 5. non autem si diuersę speciei est si etiam de maiori crimine sit notatus, aut infamatus, vt dixi, quidquid Syl.

191 *Infamatum de pluribus criminibus eiusdem speciei, de vno vel de altero illorum infamare, peccatũ mortale non est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cord. doceant, vbi supra: in quam sententiam citat etiam idem Cordub. Adrian. Flor. & Caiet. Per hæc patet ad rationem Sylvest. Falsissimum enim est, quod ait, non esse infamiam: verbi gratia notorij homicidæ (exemplum est illius) quod sit fornicatus. Imo reuera est specie distincta, & maior. Secus esset, quando crimen minus non esset tale, vt dedecori detur, vt supra dicebamus de iuuene fornicante, & de ijs criminibus de quibus se iactare solet.

Licet in criminibus eiusdem speciei hæc propositio (semel malus semper præsumitur malus) vera esse possit, non tamen in criminibus diuersæ speciei.

Ad secundum à nobis factum, Respond. quod licet in criminibus eiusdem speciei propositio vera esse posset semel malus semper præsumitur esse malus, quod Hispanicè dicitur: *Quien hazè vn cesto, hara ciento.* Tamen de criminibus diuersæ speciei distincta est longè ratio & præsumptio. Imo nec de criminibus eiusdem speciei rationabilem præsumptionem putarem. Non enim est consequens, vt qui vnum hominem occiderit, alium atque alium occidat, & licet esset nonnulla suspicio, & præsumptio, non tamè id satis est, vt crimen occultum, si reuera commisit, plane detegatur vnde supra docuimus conuictum de vno crimine, non posse interrogari de alio, etiam eiusdem speciei, nisi ex circunstantiis vnum esset indicium alterius, vt si sit fur famosus, potest de alijs furtis interrogari. Est enim tale hoc vitium, vt vix vno sit contentus furto, qui illius labe est infectus. Et ita docuit Nauarr. cap. 18. numer. 42. Adrian. Quodlib. 11. Qui etiam meritò docent teneri ad restitutionem. Et ratio est plana, cum iniustè lædat & efficaciter, bonæ famæ notabilem partem. Sicut qui pecuniæ notabilem partem auferret à proximo. Pro eodem refert Nauarr. D. Thom. 2.2. quæstione 73. artic. 1. & ibi Caiet. Sed illi nihil dicunt de restitutione, nec de peccato in hoc casu. Et ita est tenendum meo iudicio, quidquid de restitutione etiam neget Sylvest. quæstione 4. casu vltimo. Idem docet Mercad. cap. 9. versicul. *lo primero.* Qui adhuc de peccatis eiusdem speciei meritò docet, tunc solum non esse restituendum quando dicitur nouum peccatum eiusdem speciei in eo, qui de consuetudine est infamatus: sicut, qui diceret ludere mille aureos eum, qui consueuit etiam bis mille ludere, etiam si id falso dicatur.

192

tur. Non enim famam vel bonum nomen aufert, quod non habet.

193

Nona dubitatio.

NONA difficultas. Vtrum qui recitat se audiuisse crimen alterius, ipse tamen nihil certo asserens peccet mortaliter. Sylvest. quæstione illa 1. ex Scoto, putat non esse peccatum mortale. Ista enim ex natura talis actus non infamant apud audientes. Tumquia non id asseuerat. Tũ quia sæpe ex loquacitate talia dicuntur, quibus ex natura rei fides non est habenda. Qui enim credit sibi imputet, cum leuis sit corde, & sine sufficienti testimonio credat. Secus est, ait Sylvester si aliquid adderetur prouocãs ad credendum. Esset enim mortale. Addo ego, vel si plus diceretur, quàm est auditum, illud affirmando. Si tamen malo animo faceret peccaret mortaliter ait Sylvest. & restituere teneretur, Secus si ex loquacitate, vt docet quæst. 4 casu 5. Idem docet Nauar. 18. num. 36. cum eisdem limitationibus, & in capite inter verba conclusio. 6. numer. 450. Eandem sententiam tenet Caiet. 2.2. quæst. 73. artic. 2. dub. 2. atque idem censent esse dicendum, cum quis sub dubitatione alicuius crimen detegit, idem Gabr. in 4. d. 15. quæst. 16. dub. 2. Scot. q. 4. art. 1. Armil. restit. §. 41. Cordub. quæst. 2. conc. 7. pro quo citat D Thom. quæst. 73 arti. 2. sed D. Thom. ibi nihil dicit de hac re. Verum Sot. 4. de Iust. quęstione 6. art. 3. ad 4. versic. *Quartus denique modus*, & lib. 5. quęst. 10. art. 2. & Merca. cap. 11. in princ. contrarium censent. Quia (inquiunt) qui illud audiunt, non possunt non concipere de nouo sinistram opinionem. Fama enim vires acquiret eundo. Cui ego sententiæ minime consentio. Prior enim & authoritate & ratione magis stabilita est, vt patet. Vnde etiam alter poeta ait: *Rara fides, quia multi multa loquuntur*. Et ita nulla est restitutionis obligatio. Ratio vero Soti illicitam esse ac venialem detractionem probat. Dices saltem erit obligatio restitutionis si malo animo fiat. Sic sanè sentit ex nostra sententia Sylvest. Sed melius docent Caiet. & Gabr. Si enim reuera efficaciter non nocet, quid refert intentio nocendi? Quod si quandoque contingat in effectum nocumentum ex leuitate potius credentis, quam ex vi proferentis.

Recitans se crimẽ alterius audiuisse, si alteri prouocat ad credendum, vel plus dicit quã est auditum illud affirmãdo, mortaliter peccat.

194

Universidad de Deusto
Biblioteca

Referens se crimē alterius audisse cum intentione nocēdi, omnes fatentur mortaliter peccare.

rentis prouenit, eum ille solum recensendo, aut dubitando concurrat. Omnes tamen fatentur esse mortale, ob intentionem nocendi. Imo quando referat leuibus, & proclivibus ad credendum malum, aduertens apud illos esse famā lædendam, vt ait idem Cord. Si est ita grauis persona ipse referens, quòd non solet, nisi vera, & certa referre, ex quo audientes sibi persuadent verum & credibile referri. Est enim virtualis lędendi intentio & contra charitatē, vt in specie adnotauit Gab. & Scot. & Nauar. c. 18. nu. 48. Adrian. q. 33. in fine, & Quodlib. ij. suppos. 1. Cor. conc. 7. & q. 3. con 7. & Nauar. c. inter verba nu. 876. Et sic posset intelligi Soti, & Merc. sententia.

195

Si referens alicuius crimē audisse, etiam si venialiter peccauerit in referendo, vel ex leuitate, vel ex loquacitate, & dāno proximo notabile est sequutum, non tenetur sub mortali illud reparare.

Illud mihi non placet, quod Corduba existimat in dic. conc. 7. quod etiam si solum venialiter peccauerit referēs scilicet ex leuitate, aut loquacitate, tenetur sub mortali reparare, si damnum proximo notabile sit secutum. Fundatur autem in eam opinionem quam ex ipso, supra cap. 1. huius libri retulimus & reiecimus. Quod ex læsione venialiter tantum iniusta oritur restituendi obligatio sub mortali. Verū hanc sententiam ibi eliminabimus. Quādo enim quis non tenetur ratione rei, sed solū ex iniusta damnificatione, fieri non potest, vt absque mortali peccato sit restituendi obligatio sub mortali. Ista enim cohærere non possunt quòd damnificatio sit tantum venialis, & non restituere sit mortale quantū iudicio meo assequi possum. Sicut nec cohærere possunt ista alia duo, quod damnificatio sit inculpata, & restitutio sub culpa sit facienda (loquor vt dixi, quando nō ex contractu vel ratione rei, sed solum ex delicto, seu iniusta lęsione non lucratiua restitutio est faciēda) vt in homicidio, famæ ablatione, rei cōbustione, &c. De quibus pręcipuè in hoc tomo agimus. Quoniam vel ille cum talem actum admisit sciebat, aut scire debebat prædictum notabile nocumentum euenturum, & tunc sane nō venialiter: sed mortaliter delinquit.

196

Cum saltem interpretatiuè consentiat in tale nocumentum. Si verò id nesciebat, aut scire non debebat, certè respectu illius casuale est notabile nocumentum: ac proinde vel non peccaret, vel tantum venialiter. Si solum paruum

uum nocumentum putabat euenturum. Et cum solum teneatur restituere sub mortali, damnum intulit iniustè iniustitia notabili, cum vt sæpe diximus non tenetur ratione rei, sed ratione iustitiæ actionis, sequitur, &c. Vnde oppositum suæ sententiæ fatetur ipse Corduba esse Scoti, Gabr. Adri. Sylvest. & communem.

Ille tamen abusus est grauissimè detestandus, quo quidam dicunt, cum informatio ab eis petitur, vel etiam si nō petatur audiui hoc vel hoc: & tamen nec a fide digni acceperunt, sed a leuibus mendacibus, inimicis vel passione commotis, & quod peius est, & magis diabolicum, quia ipsi falso vel apud se vel alium dixerunt, & tamen iurant se audisse. Hos enim peccare mortaliter & ad restitutionē teneri non est dubium. In quo casu verissima est Soti, & Mercad. sententia. Neque vllus negaret, ij enim eo modo facti sunt efficaces causæ damni secuti, posset que eis tale dilēma fieri. Nam vel illi a quibus audierunt erant fide digni, & tunc idem est ac si ipsi vidissent quoad damni illationē. Quia reuera fides adhibetur ex natura rei. Si vero nō erant fide digni, cur ipsi, vel credūt, vel serio narrant? Nō enim ipsi narrādo sua authoritate fidē adhibeāt ac si reuera á fide digno accepissent, & omnino crediss̄ēt.

Iurantes se audisse aliquod crimen ab aliquo, cum informatio ab eis petitur, quod a mendacibus, leuibus, vel inimicis, vel passione commotis, acceperunt mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur.

DECIMA difficultas, vtrum reuelare peccatum alterius vni vel duobus viris grauibus, quibus dicere est ac si nulli diceretur sit detractio mortalis? Et supponitur nō fieri bono fine, vel ad remedium peccati illius vel confitendi, &c. Sed inordinatè ex leuitate vel loquacitate Cai. 2.2. quæst. 73. artic. 2. dub. 1. putat non esse mortale & Cordub. quæst. illa 2. conc. 5. Quę opinio Sot. non placet in d. art. 3, q. 6. lib. 45. q. 10. art. 2. con. 4. Quia (inquit) plus æstimari debet bonū nomē apud vnum virum grauē etiā si sciā nemini illū dicturū, quàm apud plures nō tales. Quia licet minus periculū sit enulgationis, tamē apud illū perditur bona existimatio, & nomē. Cū enim de lęsione famæ agimus, nō ita in rigore iuris de fama loquimur vt est multorum opinio & existimatio: sed summitur pro existimatione etiam apud vnum. Et huius sentētiæ videtur Nauar. cap. decimo octauo nu. 19. qui diffiniēs famā ait,

197

198

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est existimatio bonorum, &c. subdens se dicere existimationē, vt non solum comprehendat opinionem communem: sed etiā particularem, & singularem vnius vel alterius, quod expressè docet in cap. inter verba numero 507. Fauet D. Thomas 2.2. quæst. 73. artic. 1. ad secundum. *Si vni soli* (inquit) *aliquis de absente malum dicit, corrumpit famam eius, non in toto, sed in parte*: Et ita aperte tenet Pedraza præc. octauo, §. secundo. Falsa tamen mihi videtur Soti sententia. Licet enim si peccatum veniale detractionis: tamen illud est leue nocumentum, quod enim vnus, aut alter qui est ac si nullus sciret, meum crimen sciat, non est notabile nocumētum, vt bene Caietanus docet, imo ex doctrina Nauarri colligitur in numero vigesimo. Notabile enim damnum infamia, ait Nauarrus numero vigesimo, & vigesimo primo, &c. inter verba 943. citans Caietan. in dicto articulo secundo, solum est quando vel periculū est publicitatis, vel ex reuelatione vni facta timetur, aliquod damnū notabile animę corporis aut pecuniæ. Quod verò sit notabile damnum corporis animæ, vel pecuniæ, arbitrio prudentis relinquitur.

Peccatum alterius, vni vel duabus viribus grauibus, ex leuitate, vel loquacitate reuelans, detractione mortali non tenetur, cōtra Sotum, & alios

199

Vnde colligo, quod cum maritus cum vxore confabulatur de secreto peccato alterius: si non est verisimile illā fore euulgaturam, sed taciturum, non est mortale peccatū: & idem est de similibus. Sola enim apud vnum bonæ existimationis amissio, non est dicenda notabilis infamatio, aut boni nominis læsio, qui casus quot idianus est & notandus. Et id etiā consonat sententiæ communi à nobis supra defensatę, de reuelando complice. Ob id enim est licitum. Quoniam apud vnum grauem, & discretum infamatio grauis non est, sed leuis omnino, vnde miror Dominicum Sotum, qui communis sententiæ fuit, ita in præsentia docere. Nec refert si dicat nō esse simile extra confessionem: nam si vnum prudentem, & taciturnum meā scire deliēt ū notabilis infamatio esset, secundū se, nō

Maritus cūvxore secreto de peccato alterius confabulans, si non est verisimile illam fore euulgaturā mortaliter non peccat.

200

liceret in confessione deteger. Esset enim tū cōfessionis obseruatio præcepti contra ius naturale. Dum ergo ipse existimat, & bene, licitè ob confessionis integritatē detegere: manifestum est non esse notabilem infamātionem.

De

De audiente detractorem.

SVMMARIVM.

Audiens formaliter detractorem, & non resistens illi, mortaliter peccat, secundum D. Thom. Caiet. & alios, num. 201

Audiens detractorem, & non resistens, si ob finem bonū faciat, mortaliter non peccat, secundum illos, num. 202

Audiens detractorem licet non peccet contra iustitiam, nec damnum subsequutum restituere teneatur, peccat tamen contra charitatem, num. 203

Ex officio habens corrigere, & ex negligentia obuiare detractioni omisit, mortaliter peccat, secundum illos authores, num. 203

Restitutio ex damno dato, non vero ex animo attendi debet, num. 204

Audiens detractores, in excommunicationem latam cō tra detrahentes, non incurrunt, num. 205

Fingentes se Theologos aut medicos in repub. detegere, licitum est, num. 205

quandiu, nec reip. nec tertio nocent bona fama mendacio, assequentes in rep. detegere, licitum non est. num. 206

Non detegens virtutes alicuius, quando articulus necessitatis non instat, nec est detractor, nec nullo mdoo peccat, num. 207

Immodicè aliquem laudantes ex quo famam alterius ex tenuat, mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur. num. 208

Alicuius laudem in occasione, & in articulo necessitatis detegens, detractio est, & in re graui peccatum mortali, num. 209

Triplex

Triplex detractionis genus, secundum doctores, num. 209
Referens iniuriam ab altero sibi illatam animo detrahendi ad vindictam, peccatum mortale est, secus si referat ob alium finem, num. 209
Accusatus de vero crimine, quod probari potest, vel est publicum, peccat mortaliter si neget, quia infert calumniam vero accusatori, num. 211
Idem censendum est quando quis negat aliud verum, ex quo alteri inferatur iniuste mendacium, num. 212
Si reus est plane conuictus, licet mortaliter peccet negando veritatem, non tamen tenetur restituere, num. 213
Iuste negat reus peccata, quæ à deo secreta sunt, vt probari non possint, num. 214

Vndecima dubitatio.

201

Audiens formaliter detractorem, & non resistens illi, mortaliter peccat, secundū D. Th. Caiet. & alios.

VNDECIMA dubit. An audiens detractorem peccet mortaliter. De qua quæstione D. Thom. 2. 2. quæst. 73. art. 4. Caiet. verb. detractio, Nauar. cap. 18. num, 36. & 41. Sylvest. detractio quæst. 2. Adrian. Quodlib. 11. quæst. 2. Barthol. Medin. c. illo 14. §. 34. Pedraza præcept. 3. §. 5. & latius Cord. memb. 4. detract. quæst. 4. Sine controuersia fatentur. Primum, quod si est auditio formalis (sic loquuntur aliqui) id est, si sua audientia concauset alterius detractionem iuuando, incitando, vel interrogando, laudando, vel approbando, vel si eius auditio sit causa auditionis aliorum, vel denique si interius ei placeat, est peccatum mortale, non resistere, cum consentiat peccato alterius, & gaudeat de malo proximi. Sic intelligitur Bernardus relatus à D. Thoma: *Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit nō facile dixerim.* Vnde in expresso fatetur Cord. in d. q. 4. maius esse peccatū isto modo detrahentem audire. Quia vltra peccatum detractionis, quod admittit eruſando detractionem cooperatur etiam peccato ipsius detractoris, & ita peior est quā homicida, vt Augustinus relatus 2. 2. q. 5. capite qui prouocat docet de inducente adfalsum iurandum. Occidit enim animam

animam suam, & detrahentis. Si autem nō resistere sit ob bonum finem, scilicet ex necessitate, aut pietate aut iusto timore, aut quia non sperat fructum ex reprehensione: sed deteriorē futurum eum, qui detrahit: nō est peccatū. Si vero ex negligentia, non impediat, cum posset hic difficultas est maior. Videtur enim esse mortale cum non impediat damnum proximi, cum facile possit & nō corripiat fratrem, vt tenetur quin potius peccati alterius particeps videtur.

202

Audiens detractorem, & non resistens si ob finem bonum faciat, mortaliter non peccat secundum illos

Verum Caiet. & Nauar. & Sylvest. Bartholomeus de Medina, fol. 184. non putant in his esse facile præcipitā dā sententiā. Quia licet neglientia eius alter detrahat, & eius auditio sit causa auditionis aliorū, ex quo fama proximi eius negligētia lęditur: tamē si purus sit animus, nō est auditio, nisi materialis, nec causa auditionis aliorū, nisi materialiter, cum reuera si malum aduertisset, effugisset. Tantum ergo erit venialis cum ex leuitate, negligētia vel alia causa simili, auditum præstat. Et ita in specie sensit Cord. plerumque scilicet esse tantum veniale in d. q. 4. licet quandoque esse posset mortale.

203

Audiens detractorem licet nō peccet contra iustitiam, nec damnum subsequutū restituere teneatur peccat tamen contra charitatē.

Sed cōtra sentētiam videtur esse, duod licet nō peccet contra iustitiā, nec restituere teneatur damnū consecutū tamē contra chtritatis legē videtur delinquere. Si enim peccatū esset cōtra charitatē, vel nō indicare latronē, vel nō obuiare cōbustione segetū, &c. cū facile verbo, aut facto id posses, quomodo non magis, cū facile possis detrimentū in fama proximi vitare, nō erit peccatū omittere? Maxime, cum non modò delinquas in infāmatum cuius damnum permittis, sed etiam in detrahentem, quæm præcepto diuino fraternē corripere teneris, cum facilē possis & negligis. Et ita planē docuit Alcocer cap. 22. verſiculo *oyr de buena gana.*

Ex officio habēs corrigere, & ex negligentia obuiare detractioni omittens, mortaliter peccat, secūdū illos

Vnde tres casus colligunt prædicti authores, in quibus est mortale peccatum. Primus si ex officio teneatur corrigere, & ex negligētia omittit obuiare detractioni. Id tamen est etiam contra iustitiā, & restituere tenetur. An vero peccet mortaliter, quicum facilē posset non facit, iā diximus tantum esse veniale. Sed infra, cum de participantibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pantibus agetur latius disputabitur. Interim legatur D. Thom. in fine corp. & in solutione 3. & Caietanus dub. 1. circa prædicta loca. Secundus si ex timore humano omittit, quod est intelligendum, vt bene Sylvest. & Caietan. quando timor humanus ob quem dimittit esse peccatũ mortale quod quando sit alterius est disputationis. Tertius, quando est articulus necessitatis, vt si ex tali detractione subsequeretur aliquod magnum malum, vel infamię vel rerum, vel vulneris, &c. Sed tunc pensanda est qualis sit necessitas, & restituendi facultas, & qui fructus sperentur, &c. Restituere autem solum tenetur, ait Nau. quãdo referens existimat sibi esse credendum ac si affirmaret, vel existimare debebat. Quod latius probat in dict. relect. num. 876. Sed id omnino mihi non placet. Nam ipse non addit efficacem causam damni, vt supra dicebam, & ita credulitas non ei, sed aliorum leuitate in credendo imputari debet. Magis enim iudicium temerarium in credentibus est damnandum, quam in hoc detractio. Quamuis vt supra dicebam mortaliter peccaret, si aduerterit illos esse credituros, & famam lædendam. Licet enim damna non det, ex intentione tamen implicita peccat mortaliter contra charitatem si intenderet, & placeret illi læsio licet eius efficacem causam nõ det. Restitutio enim ex damno dato non ex animo attendi debet, & ita docuit Caiet.

204

Restitutio ex damno dato, nõ verò ex animo attendi debet.

Sed rogas. An talis audiens incidat in excommunicationem latam contra detrahentes. Nam Adrian. in dicto Quodlib. 11. putat incurrere. Quia non prohibens clerici percussionem est excommunicatus. Quia cooperatur saltem negatiuè ad talem actum, vt habetur in cap. Quantæ de Sententia excommunicationis. Igitur idem erit de nõ prohibente detractione. Verum melius docet Sylvester excom. 8. notab. 3 dub. 1. & 3. & excom. vltim. dubio 4. Cordub. memb. 4. quæst. 4. conc. 2. Non enim est simile, cum in materia pœnarũ, non licet ex simile arguere. Vnde dictum cap. non debet trahi aut extendi ad non prohibentem detractionem.

205

Audiens detractores, in excõmunicationem latã contra detrahentes, non incurrunt.

Duodecima dubitatio.

DVODECIMA dubitatio sit. Vtrum, qui falso & mendatio bonam famam adeptus est in republica possit infamari?

infamari? Adrian. Quodlib. 11. quæst. 1. putat id esse licitum. Quia virtutis officium est tales impostores, qui rempublicam seducunt, detegere. Sot. tamen sub distinctione putat esse respon. Quia si tales sint reipubl. pernicioli, vt si se fingeret Theologum Medicũ, & huiusmodi, detegendus esset, & id planum est. Cum rempubl. offendat. Si vero, ait Sot. innoxiè viueret, vt sũt aliquæ mulierculæ, quæ prætextu sanctitatis ex eleemosynis victitant, nõ essent detegendæ. Et idem est de omni alio, qui in republ. bonum nomẽ fraude est assecutus. Aliàs si id liceret, cur nõ etiam occultos peccatores prodere liceret, qui etiam falso & immeritô bonam famam habent, licet ipsi non falsò cõparauerint. Imo multô magis mihi videtur non esse eos detegendos, qui cum nociui non sint reip. fraude bonũ nomen compararunt, quã alij occulti peccatores, quibus sine eorũ opera bona fama est attributa, licet immeritô. Ij enim vno peccato peccarunt, at qui alios detegeret, duo crimina, simul reuelaret, & peccatum ipsum quo sunt infecti, & hypocrisim & simulationem, qua vsi sunt ad bonã famam acquirendã. Est enim duplex malitia, & ita maius damnum eis fieret. Quamdiu ergo non nocẽt reip. neque tertio, non est eorum bona fama lædenda, idẽ docet Cor. de detract. quæstione 2. conclus. 4. ad 2. Vnde reijcienda est distinctio Adrian. de fama orta ex virtute intellectuali, vel alia naturali, vt si putetur peritus diues, nobilis, quam licitum putat veritatem propalando auferre. Quia (inquit) hanc famam tenetur vir probus repudiare, & falsam aliorum æstimationem corrigere: at falsam æstimationem de bono virtutis, honestatisque vitæ non tenetur sed vitam commutare tacendo, quo fit, vt in hoc casu non consentiat actu debito sicut in primo. Ac per hoc illi non fit iniuria, mortalis in primo casu, fit autem in secundo. Hæc inquam sententia mihi non placet, immeritoque eandem esse in vtroque casu rationem, docet Cordub. in dict. conclusione quarta ad secundum, cum fiat aperta iniuria habenti talem bonam æstimationem, & opinionem, & famam occultam veritatem declarando, nisi vt supra dictum est, quando talis veritatis apertio esset vtilis

206

Fingentes se Theologos, aut Medicos in republ. detegere licitum est.

Quamdiu nec reipub. nec tertio nocent bonam famã mẽdacio assequentes in republica, detegere, licitum non est.

207

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut necessaria ad præcauendum damnum Reipub. vel alicuius tertij.

Decimatertia dubitatio.

DECIMATERTIA dub. sit. Vtrum, qui non detegit virtutes alicuius sit detractor? Respond. Primum, si non tenetur eas manifestare neque lege charitatis, neque iustitiæ. Quia scilicet non est articulus necessitatis, nullo modo peccat. Non enim tenemur omnes homines etiam iustos & perfectos semper commendare, ac laudare, imo in hoc vitium esse potest ob excessum. Sunt enim multi qui, vel omnia laudant, vel si aliquid laudant, ita efferũt, vt & vani laudatoris vitium incurrant & oppositum vituperationis vitium admittant. Laudare enim aliquem plus iusto, cum certum est ei talem laudem non cõpetere, quid aliud est quàm ironicè, & bonis verbis reipsa vituperare? Adeo vt meritò multi erubescant, ex nimia laude, non modò ex humilitate, sed etiam ex irrisione, vel iniuria, quàm sibi fieri putant. Secundò dicimus laudantem aliquem immodicè, ex quo famam alterius extenuat peccare mortaliter & teneri ad restitutionem, vt docet Nauar. cap. 18. num. 44. & cap. inter verba. num. 77. Adrian. Quodlib. 11. litera R. Sit verbi gratia exemplum. Agitur de aliquo, cui ablatum est officium, & vt creditur, quia iniquè gerebat, & quidam ex astantibus ita dicit, qui modo habet hoc officium est vir bonus iustè exequens officiũ nullum opprimit, &c. Hoc enim est dicere alium contra feciſſe. Tertio dicimus, quod tacere alicuius laudẽ in occasione, & articulo necessitatis detractio est, & in re graui peccatum mortale ita sensit Nauar. cap. 18. num. 37. Est enim doctorum communis sententia, esse triplex genus detrahendi proximo infamia. Primum, falsum illi imponendo. 2. verum crimen detegendo. 3. veram virtutem contegendo. Sicut enim lege charitatis, & quandoque iustè tenemur proximi crimina non detegere: sed velare: ita eadem lege tenemur eius virtutem non cœlare, sed detegere. Vnde, qui testificatus tenuit in articulo necessitatis, id quod ad famam innocentis pertinebat, detractor est, non minus quàm ille, qui cum audit vitia tacet, & non respondet. Quando vero sit mortale ex dubio præcedenti colligas

Non detegens virtutes alicuius, quando articulus necessitatis nõ instat, nec est detractor, nec nullo modo peccat.

208

Immodice aliquem laudãtes ex quo famam alterius extenuat, mortaliter peccant, & ad restitutionem tenẽtur.

Alicuius laudẽ in occasione, & in articulo necessitatis tacere, detractio est & in re graui peccatũ mortale

209

Triplex detractionis genus, secũdum DD.

ges, vbi de audiẽte detractorem agebã. Id aduertam, tum demum ad restitutionem famæ teneri, sic detrahentem indirectè, cum virtutem illius ex officio tenebatur propalare, vt testis in iudicium vocatus vel prælatus ex officio. Alij verò à quibus priuatim informatio, & consilium petitur de vita alicuius, & tacet eius virtutes, & bona mortaliter peccat, sed restituere non tenetur, vt supra latè probauimus.

Decimaquarta dubitatio.

DECIMAQVARTA dubitatio. Vtrum, qui iniuriam sibi ab aliquo illatam refert alicui, peccet? Videtur enim, quod peccet cum detegat peccatum proximi occultum, de quo forsam ille iam pœnitet. Mihi sanè distinguẽdum videtur. Si enim facit intentione detrahendi ad vindictam: Sunt enim multi, qui cum contumeliam retaliare non audeant eo, quod verentur eum, qui eos lęsit, in faciẽ lædere iniuria & irreuerentia, vel contumelia, id tamẽ faciunt occultè, auferendo saltem opinionem & famam, vt se vlcisci possint, si non honorem auferendo, saltem famã quos constat mortaliter peccare. Si verò quis ea referat, siue vt consolationem capiat ab amico siue vt conqueratur de illo, vt ita narrando causam, dolor remittatur, non videtur esse mortale peccatum. Vtitur enim iure suo, & alterius crimen per accidens est detectum. Vnde sicut qui accusat, vel querelam ad superiorem affert, non peccat, licet exinde proximi infamatio sequatur, huic enim non est imputandum, qui suo vtitur iure: sed iniuriæ illatori, ita cũ apud amicum, vel alium, vel vt cõsoletur sese, vel vt querelam suam explicet, & iustitiam non videtur mortale peccatum.

Referens iniuriam ab altero sibi illatam animo detrahendi ad vindictam, peccatum mortale est secus si referat ob aliũ finem.

210

Decimaquinta dubitatio.

DECIMAQVINTA dubitatio. An negans crimen quod verè commisit ipse, vel aliud occultè, sed sibi publicè obiectum peccet? Quidã enim indistinctè docent mortaliter peccare, quia est mendacium perniciosum in damnum reipublicæ, cum delicta ob id maneant impunita. Et in damnum accusatoris, eo quod sit notatus calumnia, cũ in probando deficiat. Sylues. tamẽ rest. 3. quæst. 3. Nauarr. 46. & 48. cap. 18. & cap. 25. num 35. Sotus lib. 4. de iust. quæst. 6. arti. 3. Gabr. in 4. distinct. 15. quæst. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dub. 3. Hanc disputant q. imo Scot. d. 15. q. 3. art. 4. Richart. 5. q. 3. Cai. 2. 2. q. 62. ar. 2. & q. 69. ar. 2. Angl. in flor. 4. senten. q. de rest. fam. art. 1. dist. 1. conc. 1. Et quidem hęc q. propter duo interrogari potest. Primum propter mēdaciū aut periuriū de quo supra egimus part. 1. Secūdò propter infamationem accusatoris, quod ad propositū est. Videtur enim qui tale crimē (quod verè commisit) negat notare accusatorem de calumnia, & illum iniustè infamare. Adde, quod in priuatis solet hoc sępius accidere. v. g. detrahit quis secretò proximo suo, audit Ioannes, addit ad eum, qui passus fuit nocumentum, & narrat ei, quomodo alter, & quæ de ipso locutus sit. Tunc hic conuenit detractorem, vt vel conqueratur, vel vindicet iniuriam, respondet ille se nunquam id dixisse, quæritur modò: Vtrū detractor peccet mortaliter in hoc cùm reuera illud dixerit, & mendacem facit Ioannem qui id audiuerat & ipse vt iustus manet, atque innocens; Ioannes verò innocens, vt falax, & susurro manet, perturbatorque amicorum.

211 *Accusatus de vero crimine, quod probari potest, vel est publicum, peccat mortaliter si negat, quia infert calumniam vero accusatori.*

Dubium ergo est vtrum teneatur veritatem fateri, & consulere honor Ioannis, qui sanè casus est communis, & scitu dignus. Cui ego quæstioni sub distinctione censeo respondendum. Aut enim Ioannes, qui alteri detractionem detegit, licitè id fecit, aut non: Potest autem in duobus casibus licitè id facere. Primò qui secretum non est de peccato aliquo, sed de alia re, quam alius illi commisit dicēdam alteri: Vt si dico Petro, quod hoc vel illud vendatur in tali loco, vel a tali persona, & respondet Petrus, se posse rem illā minori pretio acquirere, audit hoc Ioannes, & narrat amico, qui postea cupidus agens de hac re cum Petro, vt sibi rem illam minoris acquirat, respondet, nunquam se id dixisse, vel quia nimium promisit, vel quia non potuit consequi, quod voluit, & ob honorem suum negat se vnquam id dixisse, quod sanè vulgare est in rebus præcipuè & causis quæ celeriter fiūt vel promittuntur. Postea enim coguntur negare, quod promisserunt & in hoc casu certum est, quod qui retulit dictum Petri, potuit illud alteri nunciare. Secundo

212 *Idē censendum est quando quis negat aliud verum, ex quo alteri inferatur iniusta mēdatiū*

potest etiam id facere, quando peccatum quidem est. Sed illud probare testibus potest, quia publicum est, aut si secretum, fecit quod facere debuit in monitione & correptione fraterna, & postea cum ipse non profecerit, refert ad eum, qui possit proficere. In his ergo casibus peccat, qui negat dictum suum vel factum, siquidem iniustè infamat denunciatorem omnino innocentem & falsò ei atribuit mendacium & crimē. Quidquid doceat Angles vbi supra putans, tum tantum teneri, quando accusatorem calumniatorem esse dicit, non quando simpliciter negat factum. Quis enim non videat. Tum denuuciatorem innocentem aliàs, iniustè pati, & mendacem reputari, cum nihil mali fecerit denunciando, vt dictū est. Illud fateor, quòd si reus est planè conuictus, licet peccet mortaliter negando, tamē nihil restituere tenetur. Re enim nō lędit famā, vel accusatoris denūciātis, vel iudicis condēnātis. Ex quo enim est plane cōuictus probatione, nō adhibebitur illi fides negāti, at si tātū est semiplene cōuictus, nescio quo pacto dicat Angl. peccare mortaliter, sed nō teneri ad restitutionem cum constet non habentem ius negandi veracem manere negando, iustum verò denunciatorem mendacem habendum fore. Si verò denunciator illicitè denunciet, quia scilicet accusat de peccato, quod probare non potest, vel priuatim reuelat peccatum, quod proximus commisit causa murmurationis, vel quod ipse sub sigillo accepit, tū certè potest alter negare crimen, vt bene docet Angles in d. conc. 1. quod ex eo probo. Quia ratione mendacij non tenetur non negare, nec iuramenti, vt supra disputabam, nec ratione calumniæ alteri iniectæ, quia ipse vtitur iure suo, se defendendo. Ius enim habet, peccata sua secreta tegendi. Vnde non est mendacium pernicioſum accusanti, vt in præcedenti casu, sed magis accusans, vel detegens in iustè est sibi pernicioſus: quia tale crimē debet non exponere, & ideo imputet sibi, si ex eo aliqua sibi sequitur infamia, alter enim iure vtitur suo, suam innocentiam publicè defendendo, quam iustè conseruat, donec sit conuictus nocens, & hoc considerent susurrones, & amicorum perturbatores, quorum munus & negotium est huiusmodi secre-

213 *Si reus est planè conuictus, licet mortaliter peccet negādo veritatem, non tamen tenetur restituere.*

214

Iustè negatur reus peccata quæ adeo secreta sunt, vt probari non possint.

215

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis, dictis, vel factis charitatem & amicitiam impetere atque etiam dissoluere. Quæ vera etiam putat Angles, etiã si dicat accusatorem esse calumniatorẽ. Ex quo enim probare non potest: calumniator est obiciens crimen, non minus ac si verè crimen commisisset, vt colligitur ex cap. 2. de Calumnia.

De detractoribus defunctorum, & religiosorum.

SVMMARIVM.

Peccatum mortale est post mortem alicuius peccatum detegere, maximè si in confessione fuit auditum, num. 216

Mortuus licet non viuat, in opinione tamen hominum viuit, num. 216

Ex detractione mortui, scandalum in audientium animis, & multa alia damna generantur, nu. 217

Detrahens de mortui fama, non hæredibus restituere tenetur, num. 218

Si infamia defuncti in viuentem familiam, vel cõsanguineos redundet, læsor viuens, tenetur restituere, numero. 218

Decrahere de statu religionis in communi, non solum est peccatum, verum circa fidem periculosum est, numero. 219

Idem est si male sentiat, vel loquatur de aliqua religione in particulari, num. 219

Infamantes & malè loquentes de aliquibus religionibus in particulari, mortaliter peccant, & excommunicati censiri debent, num. 219

Totam

Totam religionem, vel aliquam domum, vel monasterium infamantes, mortaliter peccant, & toti communitati restitutio fieri debet, num. 221

Si persona priuata illius collegij, vel religionis infametur, eam nominando plane est culpa ac si alia quæuis persona infamaretur, & religiosi infamia, cedit in dedecus religionis, num. 222

Tacita persona, explicato tamen monasterio, vel religione peccatum secretum reuelare, plus quam peccatum veniale est. num. 224

Hoc tamen nõ intelligi debet in cõmunitatibus alijs, vel collegijs, vel ecclesijs cathedralibus, num. 225

Religiosi se iactantes, etiam cum mendatio se filios comitum, vel ducum esse, tantum venialiter peccant, nisi ob aliquod aliud dedecus, vel damnum religionis efficiatur mortale, num. 225

Audiens alicuius notabilem defectum suæ culpæ, sine veneris, & procurans cognoscere, si bono aliquo fine faciat, mortaliter non peccant, num. 226

DECIMAQVINTA dubitatio sit. Vtrum detrahere de fama mortui sit mortale peccatum? Hanc quæstionem apud neminem legi, quia tamen quotidiana est, placet eam breuiter disputare. Moritur verbi gratia, clericus vel fœmina nupta, de his postea reuelas concubinatum vel adulterium admisisse, an peccet mortaliter. Videtur enim, quod non, quia nullum infers temporale damnum, cum iam bona temporalia illi nihil prosint. Honor enim ex temporalibus bonis esse videtur, vnde quidam dicit mortuos quasi non sint, &c. Sed certè peccatum videtur mortale mortuis detrahere. Et primum, si peccatum in confessione auditum pandatur sine dubio peccatum est durat enim sigillum confessionis post mortem, vt doctores docent in 4. d. 21. Quod non est tantum putandum

Decimaquinta dubitatio, & nona. 216

Peccatum mortale est post mortem

Universidad de Deusto
Biblioteca

...rum alterius quippe ... alium detege ... re, maxime si ... in confessione ... auditum.

putandum ratione reuerentię debitæ Sacramento, sed ob bonum ipsius qui decessit. Reuerentia enim sacri debita est ratione pœnitentis ne illi fiat iniuria. Si enim proximo ex reuelatione nulla fuerit iniuria, sacramento nulla fuerit, sicut patet de eo, qui licentiam præbet confessori, vt peccatum reuelet. Tum enim sacramento iniuria non fit, quia nec proximo, sicut iuramentum proximo factum nō seruare peccatum non est, si ipse proximus cōsentiat. Deinde, quia licet ille non viuat, viuit tamen in opinione hominum. Bona autem apud homines opinio, ac vitæ gloria iusta est, & honesta, atque alicuius, imo magni pretij. Quo fit, vt homines ex naturali inclinatione appetant gloriam suique nominis odorem in posteritatē relinquere, ipe quadam immortalitatis accensi. Hinc maiorem institutiones, piorum operum memorias, & rerum bene gestarum præclara monumenta faciunt, at non est dicendum hanc nostram inclinationem honestumque desideriū esse frustra, & nullius momenti. Vnde quidam Romanorum princeps se bonis fortunæ à se obtentis, & honoribus delectari dixit, quorum priora nemo (ait) à me eripiet viuo, altera ne mortuo quidem. Et Ecclesiast. 30. *Mortuus est pater eius, & quasi non mortuus, Simile enim reliquit post se, in obitu suo non est contristatus, nec confusus. Relinquit enim defensorem domus suæ.* Bona igitur opinio, quę ex virtute est apud futuros inquorum omnibus viuendum illi est, multum valet. Deinde, quia reuera ex tali detractione scandalum generatur, in audientium animis: malumque exemplum quo nec mortuum videntur velle quiescere in pace. Insuper nocet viuentibus, qui mortuo sunt quodammodo coniuncti, vt filijs, consanguineis, amicis, &c. Prętera animę ipsius defuncti immortali fit iniuria, cuius gaudium si pœnitens obijt crescit ex bona fama. Quamuis si bona intentione fieret ad Dei laudem & proximorum ædificationem narrata etiam pœnitentia, non putarem esse peccatum, vt supra de sanctorum peccatis sępe in Ecclesia cum pœnitentia relatis, dicebamus. Denique, sicut magni habēdus est honor qui ossibus sanctorum exhibetur, ita contra iniurja facta meritō fugienda est, alioquin non esset peccatum mortale

Mortuus licet non viuat in opinione tamen hominum viuit

217

Ex detractione mortui scandalum in audientium animis, & multa aliadamna generantur

de falsa testimonia de defunctis dicere in eorum dedecus apud homines. Si enim hoc est notabile damnum, erit etiā sane cum eorum peccata occulta panduntur, mendacium enim nisi cui esset perniciosum, non esset mortale peccatū.

Detrahens de mortui fama, non hæredibus restituere tenetur.

Sed an restitutio facienda sit maioris est quæstio. Videtur enim esse restituendum cum hęredes representent personam defuncti. Ioseph. Angles in flor. 4. sententiarū quæst. de rest. honoris & boni temporalis, putat non esse restituendum hæredibus, & meritō. Iniuria enim personalis non transit ad hæredes, vt supra nos diximus de restitutione facienda ab hæredibus pro defuncto. An vero ipsi defuncto teneatur, id est an teneatur se retractare, iudicio remittimus lectoris. Illud certum esse debebit, quod si infamia defuncti redundet aliquo pacto in viuentem familiam, vel consanguineos, tenebitur læsor viuēs satisfacere, vt idem Ioseph adnotauit.

Si infamia defuncti inviuētē familiam, l. eō sanguineos redundet, læsor viuēs, tenetur satisfacere.

DECIMA SEXTA dubitatio. Vtrū infamans congregationem vel aliquem ex illa scilicet ex collegio, vel religione teneatur ad restitutionē. Primo suppono quod detrahere de statu religionis in communi hisce præsertim temporibus non modo graue detractionis peccatum est, sed etiam circa fidem periculosum. Vnde tales murmuratores caueri. Vel vt melius loquar cauere debēt. Est enim grauis quædam suspicio de hęresi. Et inde colligo eos etiā esse cauendos qui aliquam specialem religionem approbatam a sede Apostolica infamāt, vel de ea malè, vel sentiunt, vel loquuntur, vel impugnant. Hi enim parū abesse videntur, vt de statu religionis malè sentiant ac loquantur. Quare in his, & similibus non prępcipitare sententiam semper sapientis est iudicatum. Secundo peccant mortaliter qui infamant & male loquuntur de religinoibus aliquibus in particulari, & sunt excommunicati, vt docet Barthol. Med. ca. illo 14. fol. 184, tales sunt detractores religionis S. Dominici, aut S. Francisci, siue per libellos infamatorios siue priuatim male loquendo, & huiusmodi excommunicatio est Papæ reseruata. Sed si recte perpendas non sunt excommunicati, qui priuatim de præfatis ordinibus male loquuntur, sed illi qui libellos famosos,

Decimasexta dubitatio.

219

Detrahere de statu religionis in cōmuni, non solū est peccatum, verū circa fidē periculosum est.

Idē est si malé sentiat, l. loquatur de aliqua religione in particulari.

Infamantes & male loquētes de religionibus aliquibus imparticulari, mortaliter peccant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& excommunicati excidere debent.

vel cantilenas, vel rithmos faciunt, desinent vel publicè infamiam dictorum prædicatorum & minorum statusque eorum. Et ita concessit Alexand. 4. in quodam 220 priuilegio, quod incipit. *Exalto*, & in alio quod incipit. *Non sine multa*, vt refert Syluester, verbo excommunicat. 48. ibidem etiam excommunicantur prædicantes, docentes, vel defendentes quod prædictorum ordinum fratres non sunt in statu perfectionis, nec licet eis, &c.

Quo in loco ad notare libet, id quod nos supra latius probauimus non esse inquam de ratione religionis, vt religiosi vere ac propriè votorum solemnitatem, quod & rationibus, & motu quodam proprio Grego. 13. Pont. maxim. confirmabamus. Nunc autem post illa scripta cognouimus hanc veritatem, ita paternis visceribus atque sapientissimis rationibus etiam atque etiã esse confirmatã vt non modò per libellos infamatorios, non tantum prædicando, docendo, & defendendo contra sentire, sed neq; id in quæstionem & disputationem vertendo posse tractari sub excommunicationis sententia sedi Apostolicæ reseruata, esse interdictum. Tertiò planè videtur peccã 221 mortale cum tota religio, vel aliqua domus, vel monasterium infamatur, vt si dicas in tali religione, vel monasterio non esse obseruationem, vel quod male viuitur vel simoniam exerceri, &c. nisi id aliàs esset notorium. Et ita docuit Sotus in dicto artic. 3. vbi docuit, quòd neque in hoc casu sufficit superioris vel rectoris, collegij vel communitatis remissio, sed faciẽda est restitutio toti communitati. Cum nõ solum superior, verum etiam alij cum illo sint infamati. Imo de statu religionis in communi detractare, suspiciosum his temporibus est hæresis, &c. Si verò peccatum dicatur alicuius priuati de collegio vel de religione, si nomines personam planè est culpa. Cum etiam tota illius collegij vel alia quæuis esset persona infamaretur: cui tamen accedit infamia redũdans in religionem ipsam. Si enim honor religioso exhiberetur sæpius non tam ob personæ qualitatem, quàm ob habitum, & status religionisque sanctitatem ei defertur: ita vice versa, crimen ipsius in dedecus resultat

Totam religionem vel aliquã domus vel monasterium infamantes, mortaliter peccant, & tenentur ad restitutionem famæ toti communitati reddendam.

Si persona priuata illius collegij vel alia quæuis persona infametur, redundat infamia in religionem.

resultat religionis honore in manus priuati cuiusque confluerent. Et ita se gerere debet in vitæ exemplo, ac si totius religionis & communitatis honos ex se solo penderet. Quamuis enim religio nõ maculetur ob alicuius hæretici religiosi vel simoniaci aut fornicarij crimen: tamẽ splẽdorem quendam, & decorem, non potest non amittere apud homines, quibus etiam scandalo est talis peccati reuelatio. Tum ob contristationem eorum, & iudicia fortasse illicita & temeraria, in quæ audientes incurrunt. Tum etiam ob occasionem peccãdi, quam accipiunt. Quod enim exemplò fit & maximè religiosorum hominum iure fieri putant cæteri. Quamobrem tacita persona, explicato tamen monasterio vel religione, peccatum secretum reuelare plus videtur esse quàm peccatum veniale. Vt si religiosum deprehendisti cum muliere, & postea dicas monachum quendam talis ordinis vel monasterij hoc fecisse, &c. Certè non auderem â peccato mortali excusare, ob rationes supràfactas, & teneretur ad restitutionem rationẽ religionis, vel communitatis infamatæ. Quamuis de aliis communitatibus vel collegiis, aut Ecclesijs etiã cathedralibus, vbi non tantam professionem 222 non esset mortale, vt si dicas talis Ecclesiæ quendam canonicum vel collegam talis collegij simoniam, vel fornicationem commisisse, &c. Id enim neque adeo nouum est, vt audientes, vel minẽtur vel contristentur, scilicet scandalum, aut peccandi occasionem accipiant. Secus etiam cum peccatum est publicum, vel facto, vel sententia, vt suprà habitum est.

Tacita persona explicato tamen monasterio, vel religione peccatum secretum reuelare, plus quam peccatũ veniale est.

Hoc tamen nõ intelligi debet in communitatibus alijs, vel collegijs, vel cathedralibus.

Sed nunquid peccaret mortaliter religiosus, qui se iactaret asserens maximè cum mendacio se esse filium ducis, aut comitis, &c. Bartholomeus Medina 2. illo quinquagesimo quinto folio 189. putat esse mortale. Quia est iniuria & dedecus religionis. Sed certè miror, quod ita facile inueniat peccatum mortale in re tam leui. Licet enim veniale peccatum sit ob quandam vanitatem sui inanem gloriam, vltra mendacium: tamen Religioni aut religioso certè nullam facit iniuriam vel dedecus, imo

223 *Religiosi se iactantes, etiam cum mendacio se filios comitũ, l. ducũ esse, tãtum venialiter peccant;*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi ob aliquod aliud dedecus, vel damnum religionis efficiatur mortale.

imo magnum est ipsius habitus decus, quod nobiles, & huiusmodi habeat. Fateor quòd si audientes ac videntes scirent ipsum falso se nobilem facere, grauius esset veniale. Esset enim nonnullum scandalum, ac contra debitam ædificationem. Cum inde seculares intelligant magis res mundanas æstimare, quàm religionis. Sed neque in eo casu putarem esse mortale. Aliàs, qui verè esset filius, aut consanguineus illustrissimæ familiæ peccaret mortaliter se offerendo & gloriando, & vt aiunt Hispani, *preciando se della*. Est enim eadem ædificationis ratio. Quocunque ergo modo fiat peccatum est veniale, licet graue ratione personæ, nisi aliunde ob aliquod aliud dedecus, vel damnum religionis efficiatur mortale.

224

Decimaoctaua dubitatio.

DECIMAOCTAVA dub. An qui audiēs alicuius notabilem defectum siue culpæ, siue generis procurat cognoscere, peccet mortaliter? Mihi videtur. Primum, quod si faciat bono aliquo fine, ob rectam prouisionem, electionem, matrimonium, &c. non peccet mortaliter modò ab ijs informationem accipiat, qui non possint obesse. Secùdò econtra, si malo fine faciat erit peccatum, secundum rationem finis, qui sit peccatum mortale, vel ratione periculi, scandali, &c. vel quia delectatur, de illo defectu & damno proximi. Ita docet Cord. in sum. quæst. 67. Tertio videtur, quod ex obiecto, non est mortale vt docet Cordu. ibid. Quod ipse nulla ratione probat. Sic tamen probandum videtur. Quia vt supra ostendimus, reuelare proximi defectum etiam culpæ vni personæ, aut alteri, qui non possunt obesse, non est mortale peccatum: talis autem est persona, quæ sine mala aliqua circunstantia scire laborat, &c. Et id maximè est verum, quando sciri potest talis defectus sine interueniente altero à quo rogare oportet

Audiens alicuius notabilē defectūsiue culpæ siuegeneris, & procurās cognoscere, si bono aliquo fine faciat, mortaliter non peccat secus si malo.

225

defectum: sed ipse per se scire potest, vt si velit legere in aliqua scriptura, vel eas quas *sanbenitos* vocant in Ecclesijs, &c. Et hęc omnia exquadam curiositate aut leuitate. Quod idem sensit Naur. c. 23. num. 26. referens D. Tho. 2. 2. q. 167. art. 2. ad 4.

QVAR-

QVARTA PARS DE RESTITUTIONE, & modo restituendi famam.

SVMMARIVM.

Bonæ famæ ablator iniustus ad restitutionem tenetur, sub peccato mortali, num. 226
Damna quæ proximo ex detractione sequuntur, numero. 226
Abundantia bonæ famæ eius, cui facienda restitutio est, non minuit sed magis auget obligationem restitutionis, num. 228
Animus nocendi famam etiam ostensus opere non obligat ad restitutionem, nisi tale opus efficaciter damnificet, num. 228
Ex natura rei nullus tenetur sibi famam restituere, num. 229
Si proprie de restitutione loquamur, in nullo casu nec circunstantia quis suam famam restituere tenetur, num. 230
Quilibet tenetur ad procurandam suam bonam famam siue cessando à peccato publico, siue si iam cessauit, satisfaciendo ac se dando scandalizatos, num. 230
Iniuste ab alijs infamatus, procurare se ab infamia liberare tenetur, sed hoc non est proprie restitutio, numero. 232
Aliquem infamans etiam si famam alia materia auxerit, restituere tenetur, secundum Nauar. & alios, numero. 232
Detegens defectum naturæ alicuius, non vero culpæ, si in alia materia etiam nāturæ auxit, restituere nō tenetur. num. 232

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si infamatus ab aliquo suis optimis factis ab infamia se liberauit, detractor ad restitutionem non tenetur, num. 234

Qui iniustè aliquem infamauit, ob quod officium, vel aliud bonum quod iam habebat est ei ablatum, in interrum damna restituere tenetur, num. 235

Si infamatus iniustè, impeditus est à consecutione alicuius boni, detractor restituere tenetur, arbitrio boni viri, num. 235

226 EX supra dictis facile erat colligere, quis teneatur famam ablatam restituere. Omnis enim qui detractionem committit, si illa vel læsit efficaciter vel causam efficacem dedit læsionis, restituere famam tenetur. Cum iniustitiam committat, & rē adeo pretiosam auferat. Quis verò taliter peccet iam satis declaratum est. Tamen adhuc placet specialiter ista declarare, vt facilius lector omnia assequi possit. Et primò certum est bonæ famę ablatorem iniustum teneri ad restitutionem sub peccato mortali. Cū longè amplius damnificet iste, quàm rerum familiariū fur atque iniustus detentor. Ex detractione enim iniusta multa mala ac nocumenta proximo irrogantur. Primò, quia bonum famæ maius est quàm pecuniarum. Vnde Eccles. 25. dicitur. *Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ &c.* Constat autem damnum pecuniarum, rerumque fortunę esse restituendum, neque solum famę detrimentum, quæ pretiosior est vnguentis optimis, infert detractor, sed multa ac grauia alia mala infert aliis coram quibus alteri detrahit. Et enim quodammodo peccatum publicum cum semper vltra damnificatum & damnificantē aliæ concurrant personę in quibus malam de proximo opinionem generat. Nam audientes verba detractoria, vel in eis delectantur, 227 vel ipsi iuuant murmurationem vel in iudicia temeraria incidunt, vel in dictis scandalizantur. Tum, quia ad bona temporalia multum conducit fama, vt ex se patet. Et probat eleganter D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. quibus priuatur

Bona famæ ablator iniustus ad restitutionē tenetur sub peccato mortali.

Diuina quæ proximo ex detractione sequuntur.

uatur infamatus, imo etiam alij innocentes ob alterius infamiam plura amittunt bona spiritualia & temporalia, quæ ob illius bonam existimationem, & nomē consequentur, vt patet de prelatis prædicatoribus, officialibus & populi rectoribus, & patribus familias, quorum bona fama multa commoda spiritualia & temporalia affert subditis & familię, quos omnes damnificat vnus detractor. Tandem, quia damnum famæ serpit, vt cancer. Nō enim est vt damnum corporis, vel rei familiaris, cuius quantitas cognoscatur a damnificatore, & non est maius quàm ille vult, at non sic est de fama. Quis enim æstimare potest in quot hominum cordibus ego, aut ij, quibus ego reuelaui, & ij quibus alij, qui a me cognouerunt, reuelarunt malam opinionem generauerint, adeo vt per vnum meum dictū per annum fortasse duret illius ignominia, & infamia, de ore in os. Vide igitur quanta mala detractio afferat quantumque damnificet, vide quàm sit necessaria restitutio. Et ex alia parte quàm difficilis factu sit vt abstineas ab hac peste. Quæ rationes cum satis conuincant famam esse sub mortali restituendam, non opus est doctores in eius confirmationem citare. Lege tamen interim D. Thomam 2. 2. quæst. 68. art. 2. quæst. 73. Scotus in 4. distinctione 15. q. & ibi Richar. Gabr. eadem distinct. quęst. 15. per totam. Anton. 2 par. tit. 2. cap. 2 Nau. cap. inter verb. num. 856. & in sum. c. 18. nu. 42. Sylues. detractio. q. 4. Sot. 4. de Iust. q. 6. art. 3. & lib. 5. q. 10. artic. 2. Caiet. in sum. verb. detractio. Secundò certum est quod ab obligatione restitutionis non excusat abundantia illius, imo magis obligat, quia non sicut in pecunia, ita est in fama. Nam vt infra dicemus quandoque abundantia creditoris iuuat dilationem solutionis: at famæ abundantia vrget potius eam. Quia quo dignior est persona maioriſq; honoris, eo maius damnum illi fit in retinenda eius fama, vt docet in specie Nauar. 18. numer. 42. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 16. col. 5. Tertio fatentur omnes, quod animus nocendi famę etiam ostensus opere non obligat ad restitutionem nisi tale opus efficaciter & reuera dānificet. vt bene docet Nauar. cap. 18 num. 42. & c. inter verb. nu. 865. & nu. 773.

228

Abundantia bonæ famæ, eius cuifaciendæ restitutio est, non minuit, sed magis auget obligationem restitutionis.

Animus nocendi famam etiā ostensus opere, non obligat ad rest. nisi tale opus efficaciter damnificet.

Adri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adrian. Quodlib. 11. Vnde siue per inuidiam, odium, vindictam, quæstum, &c. facias, si tamē illi malam opinionem non conceperunt, non teneris ad restitutionem licet mortaliter peccares.

229

Prima dubitatio. Ex natura rei, nullus tenetur sibi famam restituere.

PRIMA ergo dubitatio sit. Vtrum aliquis teneatur sibi famam restituere? Primo certum est, quod ex natura rei ad nullam tenetur restitutionem: quoniam vt supra probauimus, nec mortaliter peccat, nec vllo modo contra iustitiam, sed tātum est quædā prodigalitas venialis quidquid Caietanus dicat 2.2. quæst. 73. articul. 2. & in sum. verb. detractio, vt supra latè diximus. Loquendo ergo ex circunstantia extrinseca, cum scilicet ratione officij aut dignitatis mortaliter peccat se infamando, vt illic dicebamus, dubium est, an ad restitutionem teneatur suæ propriæ famæ. In hoc casu docet Nauarr. cap. 18. numero 43. & 46. & in capitulo inter verba, numero 268. quod teneatur ad restitutionem. Et colligitur ex Soti sententia quia vt supra referebam. par. prima, dubio 1. casu 2. putat esse contra iustitiam, quod idem sentit Diuus Thomas in dict. quæst. 73. articul. 1. ad primum, quod si peccatum est contra iustitiam consequens est, vt ad restitutionem tenea tur. Probat Nauarrus ex Greg. homilia nona in Ezech. Probat 2. ex declaratione cuiusdam dicti Beati Augustini, posito ab eo in dicto capitulo inter verba dictum verō Augustinus habet in cap. Nolo. 12. quęst. 1. & cap. Non sunt audiendi. 11. quæst. 1.

230

Si proprié de restitutione loquamur, in vllo casu, nec circūstantia quis suā famam restituere tenetur.

Veruntamen ego ab hac sententia libenter recedo. Nō enim existimo in vllo casu obligationem restituendi incurri ex amissione propriæ famæ, si propriē de restitutione loquamur. Vt enim supra non obscurè probasse videmur, nemo facit contra iustitiam seipsum infamando, etiā cum est persona indignitate constituta licet peccet mortaliter contra charitatem, at vbi non est violatio iustitiæ nulla est restituendi obligatio. Aliàs teneretur talis persona ad restituendum omnia damna temporalia, quibus multi sunt priuati ob suam malam famam ipso nihil committere iniustitiæ circa illud, quam quōd se infamauerit, quod est ab omni ratione alienum. Dissoluimus ergo hāc controuer-

controuersiam existimantes teneri talem personam ad procurādam suam bonam famam siue cessando à peccato publico siue si iam cessauit, satisfaciendo ac se dando scandalizatos. Id autem nec ex iustitia facere tenetur, nec ex charitate per se, scilicet vt sibi famæ bonum restituat. Do minus enim nō est propriæ famæ, sed propter alios quibus & scandali, & peccandi occasio esset, nisi bonam famam recuperari studeret. Et eadem prorsus ratione tenetur, si iniustē est ab aliis infamatus procurare se ab infamia liberare, vt sic etiam scandalum damnumque populi vitet. Ex quo deduces hanc non esse veram restitutionem. Si enim cum ipse famam amisit inculpabiliter aliorū malitia qui illum iniustē infamauerunt, tamen tenetur suam famā recuperare, manifestum est non teneri ad restitutionem vllam, cùm nec ipse peccauerit contra iustitiam nec vllo modo sibi ipsi damnum fecerit. Certum ergo est hāc obligationem famæ recuperandæ, nō oriri ex obligatione iustitiæ vt sit verus restituendi actus, sed ex charitate qua tenetur peccatis, damnis, & scandalo populi occurrere, ad quæ etiam teneretur eadem lege si ex alterius de populo infamia talia damna sequerentur, teneretur in quam illius famam procurare, vt emergentia mala vitaret.

Quilibet tenetur ad procurādam suam bonam famam, siue cessando à peccato publico siue si iā cessauit satisfaciendo, ac se dāndo scandalizatos.

332

SECVNDA dubitatio. Vtrum qui aliquē infamauit teneatur restituere, si illius famam in alteram materiam auxerit? Videtur enim quod satisfaciat. Sicut enim qui in pecunia damnificauit aliquem, satisfaceret, si curaret, vt tanta pecuniæ quantitas vel certē maior illi daretur alia via sua causa: quæ tamen illi aliàs non daretur: vel si ipse in re æquiualēti illum augeat: sic sanē satisfeciſſe videtur qui in aliquo famam læsit, si in aliis in duplo eius famam augeat, quæ illius causa augetur, aliàs non augenda. Reddit enim æquale, imō plus de fama, quam quod abstulit.

Secunda dubitatio.

Verum alij existimant non satisfacere. Ita Nauar. cap. 18. num. 42. & cap. inter verba nu. 861. saltem (inquit) Nauar. quando mentiendo infamauit. Pro qua sententia citat Adrian. numero 4. de restit. quæst. 34. colu. 7. quod tamen non probat Naua. ego sic probarē: quia bona fama ex virtute resultat: virtus autem consistit in indiuisibili-

Aliquē infamās etiā ipsi famā in alia materia auxerit, rest. tenetur secundū Nau. & alios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Est enim dispositio perfecti ad optimum. Vnde vel tota habetur, vel nihil. Perfectum enim & pulchrum ex integra causa, adeo, vt vna bona circunstantia deficiente, nec
233 perfectum, nec pulchrum, nec virtus sit. Quare eo ipso quis de vno crimine est infamatus, reuera virtus in eo esse non iudicatur, sed simpliciter malus. Quid ergo refert ex alia parte augere, si semper malus est reputandus. Ac per consequens nunquam eius bona fama restitui potest nisi illud ipsum in specie resarciatur, ac reparetur. Secus est de pecunia, quæ in locum ablatæ, subrogari potest, & damnum omnino reparare. Nō enim bonum pecuniæ ex totalitate resultat omnium partium: sed quæuis pars pecuniæ etiam sine alia vtilis est. Quæ verò vtilitas erit quē furem affirmas, aut Sodomiticum, & forsan falsò, si dicat eum eleemosynas facere, ieiunia seruare, &c. Si tamen defectus detecti, non essent culpæ, sed naturę, tum fortasse prima opinio locum habere posset. Quia illa fama ex tali vitio nature per aliam æqualem vel maiorem, quæ nō minus vtilis esset, compensari posset: aut si aliquem surdum esse aut coclitem falso dixisti, ob quod amisit officiū vel amicitiam valdè sibi fructuosam, si eum apud alium literatissimum, ac prudentissimum testeris, vt inde tantum bonū, aut maius obtineat, putarem sufficienter restituere ac reparare.

Defectus naturæ alicuius, non vero culpæ, si in alia materia etiam natura auxit, restituere non tenetur.

Tertia dubitatio.

TERTIA dubitatio. Vtrum quando infamatus ab aliquo suis optimis factis, & innocentiæ suæ argumentis à se datis, ab infamia se liberauit, teneatur infamator nihilominus restituere? Adrian. in 4. de rest. quæst. 4. colu. penultima Nauar. in cap. inter verba. num. 263. docent teneri ad restitutionem. Et potest probari: quia cum ipse causam efficacem damni dederit, lege iustitiæ tenetur se
234 retractare. Mihi tamen verius videtur, quod nō teneatur, quod melius considerans Nauar. in sum. cap. 18. num. 18. dixit Sot. in illa solutione 4. in prin. Mercad. cap. 9. versi. *Io tercero*. quamuis raro contingere posset, vt quis suis factis vel dictis sufficienter purgetur, nisi lęsoris recantatio, & testimonium accedat. Quod isti authores non probāt sic tamen est probandum quia cum ille iam recuperauerit ablatam

Si infamatus ab aliquo, suis optimis factis ab infamia se liberauit, detractor ad restit. non tenetur.

ablatam famam, & amplius non manserit damnificatus, non potest iustè conqueri, nec alius ei facit iniuriam non
235 restituendo. Restitutio enim ad vitandum damnum est, quod reuera iam est vitatum. Accipe simile: si ego palium quod à me Petrus abstulit mea diligentia recuperaui, certum est non teneri Petrum mihi quicquam restituere, sic &c. Adde quod retractio solum requiritur, vt alij bene de me sentiāt, in quibus malam generauit opinionem, sed id iam est effectum, mea opera, igitur, &c. Inutilis ergo est illa retractio, & illi dici posset se retractanti, iam nō propter tuam retractationem, & loquelā credimus. Ipsi enim vidimus, &c. Hinc est, quod suprà nos docuimus eum, qui virginem defloraſſet inuitam, in quo ad restitutionem tenebatur liberari onere restitutionis damna tēporalia. aut totam dotem vel partē, si illa æquè bene nupsit, ac si defforata non esset.

QVARTA dubitatio. Vtrum damna temporalia, quæ incurrit infamatus teneatur restit. detractor? Omnes fatentur teneri detractorem ad restitutionem illorū. Ita Nauar. cap. 18. num. 43. Sot. 4. de iust. quęst. 6. artic. 3. Gabr. q ipse illa 16. conc. 1. ex Gerson. Mercad. cap. 9. versic. *esto se entiende*. Armill. rest. §. 41. sed an teneatur ad integram restitutionem dubium est Sot. ad 4. qui vniuersaliter loquitur tam de damno dato & iactura, quam de bono impedito, sed melius docet meo iudicio Nauarrus quod si ex tali infamia sequitur damnum in bonis iam quæsitis, tenetur ad restitutionem in integrum, siquidem illius dāni fuit iniusta causa. Qui enim causam damni dat
236 &c. Si verò est sermo de bono quærendo, vera est Soti sententia, in quo casu præcipuè loquitur Sot. esse faciendā arbitrio boni viri. Vnde, qui aliquem iniustè infamauit ob quod officium vel aliud bonum, quod iam habebat, est ei ablatum, tenetur in integrum restituere damna. Si verò illa infamia impeditus est à consecutione tenetur arbitrio boni viri, & idem est de omni lucro cessante. Et ita sensit Mercadus ponens duo exempla. Primum est si quia dixisti fœminam esse adulteram occisa est, teneris restituere vitā & damna secuta. Si verò ob dictā infama-

Quarta dubitatio.

Qui iniustè alicui quem infamauit ob quod officium vel aliud bonum quod iā habebat est ei ablatū, in integrū dāna restit. tenetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si infamauit iuste, impeditus est à consecutione alicuius boni, detractor restituere tenetur, arbitrio boni viri.

tionem non est beneficium consecuta teneris arbitrio boni viri, id tamen intelligit Merca. quando malo animo impediuit, & sanè debet intelligi. Id enim tantum intendit quod si bono zelo rem detulit, vt mala vitaretur electio, non tenetur, & ita docet potius mereri, vt est eius planus sensus. Si enim ita esset imprudens, & incautus, vt diceret defectum sciens, vel scire debens, damnum illi parari etiã si bono animo faciat, non videtur excusari, est enim efficax causa damni cõtrà iustitiam nec bonus aut malus animus ad rem facit, quod Mercad. ipse expresse aduertit.

237

De modo quo restituere debet famam, qui falso infamauit.

SVMMARIVM.

Falso aliquem infamans si satisfacere possit asserendo se esse deceptum, se mendacem fuisse, asserere non tenetur, num. 238

Si infamans esset Rex, & infamatus subditus, Rex se retractare non tenetur num. 239

Aliquem falso infamans, iuramento dictum reuocare tenetur, num. 240

Vere aliquem infamans, se falso dixisse, & mendacio infamisse dicere tenetur, num. 242

Qui vere infamat, ad æqualẽ restitutionem tenetur, cum eo qui falso infamat, num. 246

Licet qui falso accusat, vel infamat plus peccet ratione mendacij adiuncti, tamẽ æque peccare potest, qui verum dicendo infamat quo ad iniustitiam, imo plus, si plus nocumenti faciat, num. 247

Iniuriatus infama, sine peccato mortali iniuriam remittere potest, num. 248

In

In casibus, in quibus est licitum famam amittere, quos supra explicauimus, licitum & laude dignum est, restitutionem condonare ei qui me infamauit, num. 248

Vbi veniale est famam prodigere, veniale est restitutionem condonare. num. 249

Non quandocunque est mortale famam amittere, est mortale restitutionem condonare, num. 249

In casu quod peccet mortaliter iniuriatus remittendo iniuriam, remissio valida non erit, num. 250

Infamans personam publicam, principaliter publicum bonum dãnificat, num. 251

Donatio propriæ rei iure naturali valida est, dum iure humano non est irrita, num. 253

Si infamatus ob quod alij non in fama sed in alijs damnificentur, remissionem faciat famæ, valida erit remissio, secus si alij in fama damnificentur, num. 254

Restitutio remitti non potest cum infamia redundat in familia, vel descendentes, secundum Ioseph, & Anglem, num. 256

Religiosus se infamans lege iustitiæ, sibi famam restituere tenetur, num. 257

Se infamãntes per recompensationem à restitutione non liberantur, contra Ioseph, & Angl. num. 259

Omnis compensatio vt licita sit iusta & æqualis debet esse, num. 260

Si iniuriatus ab aliquo cum eo conuersetur familiariter, licet ex eo videatur iniuriam remittere, non tamen restitutionem, & idem dico de contumelia, numero. 261

QVINTA dubitatio. Vtrum qui aliquem falsò infamauit, teneatur dicere se esse mẽtitum, & si verè infamauit, an possit dicere se esse mẽtitum? Sylvest. detract. q. 4. *Quinta dubitatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondet quod tenetur dicere se esse mentitum Gabr. in 4. d. 15. quæst. 16. concl. 2. Scot. quæst. 4. artic. 1. Sot. 4. de Iust. quæst. 6. artic. 3. in fol. ad 4. Nauar. cap. 18. nu. 44. Pedraza præcept. 8. §. 1. Armil. rest. §. 41. Cord. lib. 1. quæstionarij q. 31. artic. 2. & tract. de detract. memb. 4. quæst. 3. conclus. 9. S. Thom. 2. 2. quæst. 62. articul. 2. ad 2. & ibi Caiet. Merc. cap. 9. versic. *pero de dos maneras*, & melius cap. 10. in princ. Barthol. Med. fol. 185. Et ratio est plana, vt ait Scot. quia aliàs non seruaretur iustitia in reddendo proximo, quod suum est, cum aliter, nisi se tractando, vel dicendo se falsum dixisse, aut fuisse mentitum non possit reddere, si tamen satis esset dicere deceptus sum in eo asserendo, non opus esset meo iudicio plané confiteri se mendacem fuisse, aut falsum enarrasse.

238

Falso aliquem infamans si satisfacere possit asserendo se esse deceptum, se mendacem fuisse, dicere non tenetur.

Dices quod nullus tenetur, cum æquali damno proprio alterius damnum reparare, non ergo tenebitur seipsum infamare dicens se esse mentitum, vt alterius famam conseruet. Ad hanc obiectionem bené respondent Sco. & Gab. dub. 1. & Cord. concl. 9. quod mentiendo in perniciē proximi amisit ius famæ suæ alterum infamando, & ita cum famam suam iniustè possideat, & alteri debeatur iustè, nō mirum, si cum iactura suæ, quam iniustè retinet, teneatur alterius famam, quæ iustè illi debetur, conseruare. Secus si esset maximus excessus infamatoris & infamati, vt si esset Rex, & vassallus, prælatus, & subditus. Dices si debitor indigeret pecunia extremè aut grauiter non teneretur restituere debitori extremè aut grauiter indigenti. Quia cum æquali damno sibi magis tenetur, ergo, &c. Respond. Primum id non est ita certum, vt infra disputabimus. Secundò, non est simile. Nam qui pecuniam soluere debet, iustè possidet, & est innocens, vt si contractu lici to habeat. Item si furto, vel alia iniusta via retinet, adhuc est diuersa ratio. Nam qui pecuniam restituere debet necessario debet se tunc spoliare pecunia: diffamator verò non se spoliat fama, nec se propriè diffamat (ait Sco.) sed amouet à se falsam laudem, qua erat indignus ob peccatū mendacij pernicioſi. Facto enim ipso, quo in perniciem proximi est mentitus, sufficienter, & radicaliter se infamauit.

239

Si infamans esset Rex, & infamatus subditus, Rex se retractare nonne tenetur.

Assert exemplum Scot. & Gabr. de fornicante videntibus duobus aut tribus. Illi enim etsi illum accusent, nō diffamāt: sed ipse in facto publico radicaliter se infamauit, suamque dignitatem læsit. Hanc autem Sco. doctrinā non hic examinamus, sed id tātum docere volumus non esse simile, ac detinente pecuniam alienam, ne simile damnum incurrat. Vnde supra docuimus, quod, qui proximū conijcit iniustè in periculum vitę tenetur cum propriæ vitæ detrimento, si aliter non potest eum eripere, multò ergo magis id de fama erit verum.

240

Difficultas tamen est inter doctores, an teneatur iurare se esse mentitum, & testes ad suum mendacium probandum adducere? Putat enim Sot. teneri iure iurando & testibus probare damnificati innocentiam. Quia (inquit) homines procliuiores sunt ad credendum malum, quàm bonum: & ita tenetur maiorem fidem facere de innocentia quam fecerat de illius crimine. Verum placet mihi magis Nauar. sententia, qui cap. 18. num. 45. confet satis esse iuramento dictum reuocare. Cuius ratio est. Quia qui causam damni dedit, satisfacit profectò, si maiorem causam reparationis dederit, at qui iuramento dictum reuocat, maiorem causam dat credendi virtutem, quam dederat verbo simplici credendi vitium. Vnde si non credunt, ipsi malefaciunt, & alteri non est imputandum. Tunc enim malam opinionem mea causa non habent, sed sua sponte & temerario iudicio, sicut si à principio antequam infamarem, peccarēt ex temerario iudicio audientes: sic cū sufficiēter illius innocētiam ostendo, male adhuc de illo crederēt, temerarium est proprij quę iudicij peccatum, vnde tale genus restit. nunquam est vsitatum.

Aliquem falsò infamans iuramento dictum reuocare tenetur.

Circa secundam verò partem fatentur, omnes quotquot ego legerim, quod cum crimen detectum erit verū, non est fama restituendo dicendo se esse mentitum. Quia in eo mendacium admitteret. Ita docet Nauar. nume. 45. Gabr. quæst. illa 16. concl. 3. Sylvest. quæst. 4. verb. detractio. Scot. quæst. citat. versic. *de 2.* S. Thom. 2. 2. quęst. 62. artic. 1. ad 2. Mercad. cap. 9. versic. *esto se entiende*. Alcocer, cap. 22. versi. *quando*. Pedraza præc. 8. §. 2. Armil.

241

Universidad de Deusto
Biblioteca

§.illo 41. Cord. con. illa. Quomodo ergo fiet restitutio? Respond. prædicti, quod debet dicere, nolite mihi credere, id quod dixi: Fatué enim & malé locutus sum. Verum
242 id putat nõ sufficere Hostien. in sum. de pœnitentia, ver. quid de occasione, & Maior 4. d. 15. quæst. 1. col. 4. & ita addunt parum aut nihil ad communem sententiam, vt dicat, *Putabam me verum dicere, sed re bene considerata inueni me praué locutum.* Hic tamen restituẽdi modus nõ placet Nau. Caiet. & Cord. & meritó, quia reuera ex hoc magis infamatur apud sapientes & doctos, qui intelligunt talia circũloquia, & magis confirmantur in mala opinione concepta. Et ita putat ipse melius esse, vt fama illius restituatur illum laudando sæpius apud eosdem, & virtutes eidem tribuendo nulla mentione facta mali præteriti: idem Cord. q. 62. art. 2. circa solu. ad 2. in fin. & in sum. verb. rest. & Sot. in sol. illa ad 4. Merc. cap. 9. versic. *Esto se entiende.*

Veré aliquẽ infamans, se falsõ dixisse & mẽdacio infamasse, dicere tenetur.

Ego saluo meliori iudicio existimarem simpliciter dici posse, se falsum dixisse, & mendacio infamasse, neque in hoc interuenit mendacium. Licet enim reuera cõmissum sit delictum, tamen non est publicum sed secretum, & ita sensus est, quód non dixit verum publicè. Sicut confessor potest simpliciter asserere se nihil scire de illo peccato. Quia licet reuera sciat in foro sigilli sacramenti: tamẽ ad dicendum publicè nescit, idemque est de omni alio secreto. Et reuera intelligere non possum, quomodo possit negare delictum quod verè commisit: quia negat vt publicum: & non possit dicere falsum esse quod commiserit. Si enim sine mendacio negat: verum ergo dicit aliquomodo cum dicit non commisi: Est enim verum publ. Quia conformatur eius dictum rei vt publicè in quo est innocens. Si igitur veritatem publicam dicit se non commisisse, ergo ei qui contradicit potest in aliquo sensu dici, falsum dicere, aliàs dum contradictoria essent vera in eodem sen
243 su. Igitur in eo sensu quo ille verum dicit, cum negat, in eodem falsum dicit, cum confitetur, & reuelat, & ita potest dicere falsum dixisse, cum reuelauit secretum, quia rẽ carentem veritate publica affirmauit publicè, & ita in eo sensu verum dicit se falso imposuisse ac per hoc famam sine

sine mendacio integrẽ restituere potest per retractationem. Quod ex eo amplius confirmo, quoniam iuxta opinionem D. Thom. communemque ferè doctorum sententiam, licitum est priuata scientia cognitum innocentem condemnare, si per publica documenta probatus
244 est malefactor, vt satis copiosè est à nobis relatum supra. Id autem non liceret: nisi vera sit nostra prefata doctrina, Si quidem iudex tam facto, quàm verbo sententiæ mẽdacium admitteret, cum illum dignum pœna, criminosum què esse pronunciat. Cur igitur â mendacio liberabitur? Sane ea dumtaxat ratione quoniam veritatem publicam dicit, cum facto & verbo sententiam pronunciat. Verum est enim dicere illum esse criminosum veritate publica: licet scientia priuata se res aliter habeat. Sic igitur in proposito, &c. Vnde colligo minus veré Cordub. quæstione 57. qq. ratione prima pro sua opinione docuisse contrarium. Cum enim nostram habeat sententiam quam supra docuimus non licere inquam iudici (si officium dimittendo facere potest) innocentem sibi certo cognitum probatum tamen malefactorem condemnare ad mortem. Patat enim ita esse dicendum quia aliàs mendacium committeret iudex. Id enim ex supradictis infirmum esse constabit.

Quod si respondeas ad hanc rationem, iudicẽ facto, aut verbo non mentiri, cum non dicat talem esse criminosum, sed solum dicat esse dignum morte, vt patet ex sententia. Sic enim respondet Sot. Contra hoc est, vt bene Cordu. objicit, quôd reuera non dicitur reus mortis, sed etiã dicitur voce præconis condemnari, quia latro vel homicida, & in ipsa sentẽtia ob id cõdẽnari dicitur. Adde, quod etiãsi dicat dumtaxat quôd est dignus: vel reus mortis, mẽtitur. Re enim vera dignus non est. Nam adhuc in ea sententia quod potest condemnari falsum est, quôd sit dignus mor-
245 te, aut quod mortẽ mereatur. Aliorũ enim falsa testimonia, nõ faciunt illũ dignum morte licet iustè ea mors illi per iudicem infligatur. Vnde tandem ipse Corduba soluens in hoc suam rationem, *aliter excusarem* (inquit) *iudicem á mendacio, quia scilicet verum dicit veritate publica, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt nos diximus, & in specie etiam docuit Couar. primo lib. Var. capite primo numero sexto in solutione secundæ rationis. Adde, quod potest dici se nesciuisse quod dixit, & falsum dixisse, falsitate inquam practica. Constat enim omnem peccatorem errare, ac dictamē practicum falsum habere. Vnde cùm ille detraxit de proximo dicens verum crimen occultum, reuera habuit hoc dictamen, reuelandū est proximi secretū crimen, hoc autē iudicium constat esse falsum: & ita non solum potest dicere se male, temerè, seu stultè dixisse, sed etiam falsum iudicium habuisse, intelligens de iudicio practico, & ita reperio hanc opinionem defendi à Bartholomeo Medina libro primo sum. capite 14. §. 34. folio 185. & §. 31. versiculo, *cabeça 7.* folio 173. regula quarta.

246

Sexta dubitatio.

SEXTA dubitatio. Vtrum qui verè infamat aliquem teneatur facere tantam restitutionem quā qui falso. Sot. lib. 4. de Iust. quæst. 6. articul. 3. putat non debere tantam eum, qui verè infamauit: quia cum non tantum peccauerit, non tenetur ita sicut alius restituere. Verum meritò Nauarr. hanc sententiam excludit. Obligatio enim restituendi non attendit quantitatem peccati, vtcunque: sed peccati contra iustitiam, id est nocumenti illati. Vnde ad quantitatem restitutionis quantitas damni illati seu iniustitiæ attendenda est. Licet ergo qui falso accusat vel infamat plus peccet ratione mendacij adiuncti, tamē æquè peccare potest qui verum dicendo infamat, quoad iustitiā imo plus, si plus nocumenti afferat. Et cum restitutio sequatur quantitatem iniustitiæ seu nocumenti dati, sequitur, &c. Forsan possemus Sot. defendere. Ipse enim communem opinionem sequitur, quòd is qui verum dicendo infamat, non tenetur, nec potest dicere se esse mentitum, ad quod tamen tenetur, qui falso infamat propterea quæ dixit teneri ad maiorem restitutionē, vt patet, in quo sensu vera erit illius sententia.

Qui verè infamat ad æqualē restitutionē tenetur, cum eo qui falsò infamat.

247

Licet qui falsò accusat, l. infamat plus peccet ratione mēdacij adiūcti, tamē æquè peccare potest qui verū dicēdo infamat quo ad iustitiā imo, plus, si plus nocumēti faciat.

Septima dubit.

SEPTIMA dubitatio. Vtrum restitutio famæ condonari possit ab iniuriato? Ex sententia Caietani, & aliorū quos supra retuli part. 1. diffic. 1. asserentium hominem non esse propriæ famæ dominum, peccaretque mortaliter se

se infamando aut consentiendo in proprię famę amissionem, plané deducitur, non posse talis famæ restitutionem condonare. Cuius sententiæ fuit Maior. in 4. distinct. 15. quæst. 16. columna 4. Verùm nos aliam sentētiam sumus secuti, ex qua deducitur liberum esse cuique, vel certè non esse mortale peccatum eam remittere. Et ita in specie docuerunt Anton. 2. part. titulo 2. cap. 1. §. 3. Adrian. in 4. de rest. quæst. 33. & Quodlibet. 11. Nauar. ca. 18. num. 46. Sot. de tegendo secret. memb. 2. quæst. 3. & 4. de Iust. in solutione quarta conc. 2. S. Tho. 2. 2. quæst. 64. artic. 5. & quæst. 73. artic. 4. Corduba quæst. illa 4. conclusione 14. Angl. Flor. 4. dub. 3 diffi. 2. in quæst. de rest. famæ, Dominicus Bañes super 2. 2. quæst. 33. artic. 8. dubit. 2. ad septimum, Iam verò. Quam claritatis gratia sic explicandum censeo.

248

Iniuriatus infama, sine peccato mortali, iniuriam remittere potest.

Primum in casibus in quibus est licitum famam amittere, quos supra explicauimus, licitum est & laude dignum restitutionem condonare ei, qui me infamauit. Si enim mihi licitum est famam propriam, quam habeo iustis de causis velle perdere, multò magis licebit amissam quam non habeo, etsi mihi debitam nolle recuperare. Et secūdo consequētur, vbi veniale est famam prodigere, etiam videtur veniale restitutionem condonare. Genus enim prodigalitatis est bonum, quod tibi debetur negligere & nolle recuperare, sicut iam habitum, vt in bonis fortunæ exemplificari potest. Tertio videtur, quod non quandocunque est mortale famam amittere, est mortale restitutionē condonare. Quia vt supra dicebamus in tertio casu, peccatum est mortale se peierando infamare: & tamen ex natura rei non tenetur restitutionē acceptare. In aliis ergo casibus in quibus mortale esse dicebamus se infamare, vt cum est publica persona, vel cum ex sui infamatione propriæ vitæ iactura futura timetur, vel cum est in damnum tertij, vt si religiosus vel monialis se infamauit in proprię religionis detrimentum, vt supra latè dicebam peccatum erit mortale restitutionem condonare. Sicut enim eam primò amittendo peccauit ob mala secuta, sic cum eam recuperare negligit, cum possit, quo prædicta mala vitaret, ita sanè pec-

In casibus in quibus est licitum famam amittere) quos supra explicauimus) licitum & laude dignū est, restitutionē cōdonare ei qui me infamauit.

249

Vbi veniale est famam prodigere, veniale est restitutionē cō donare.

Nō quandocūq; est mortale famam amittere, est mortale restitut. condonare.

cet

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat ac primò, vt patet. Et ita sensit Nauarrus numero illo quadragesimo sexto.

250 Sed maior dubitatio est. An in casu quo peccet mortaliter sit valida remissio, ita vt iniuriato condonante, non teneatur detractor ad restitutionem? Respondet Nauar. esse quidem validam. Quod probat, quia damnũ infamiæ principaliter tangit infamatum, & ratione illius bonum publicum, vel alterius, vt autem cõdonatio valeat sufficit vt si eius ad quem principaliter pertinet, vt patet ex cap. Quamuis pactum iuncta glos. de Pact. lib. 6. Et glos. in l. de vno de Re iudi. Cum adductis ibi ab Hippol. Affert exemplum Nauar. si mille modij tritici mihi ab aliquo commutantur, non solum mihi, sed etiam ciuitati, & pauperibus damnum fit, quibus esset vel vẽditio, vel eleemosyna præstanda, & tamen, quia mihi principaliter damnũ fit, possum cõdonare. Ita Adrian. in d. Quodlib. 11. vt refert Cordub. memb. 4. de detract. quæst. 3. conc. 14. Hec tamen doctrina mihi non probatur. Falsum quippe esse videtur, quôd damnũ infamiæ fit principaliter, priuatæ personæ in casibus quibus diximus esse mortale. Qui enim infamat personã publicam, principaliter certé damnificat publicum bonũ, cui illius fama erat necessaria. Ob id enim diximus supra esse peccatum se infamare, non quia se infamat: sed qui bonum publicum ex sui infamatione lædit ur quo damno publico cessante non peccaret mortaliter se se infamando. Vides quo pacto fama prælati sit principaliter tenẽda nõ ob ipsum, sed ob proximos. De quibus publicis personis August. dixit. *Tibi necessaria est vita tua, aliis fama tua.* Causa enim principalis ea esse solet, quę ita afficit talem actum, vt ea cessante cõuertatur illius natura. Si ergo cessante damno & scandalo proximorũ non esset mortale prælato suam famam perdere consequens est, vt principaliter sit pręlati fama seruãda ob publicũ bonum. Et ita ex hac causa non est dicendum condonationem nõ esse inualidam. Sed ob aliã potius, vt infra dicemus, quod 252 apertius ostẽdo. Quia aliãs ex ea doctrina sequitur, vt nõ solum esset valida remissio, verum etiam licita, cuius contrarium docet Nauar. Imò & sui infamatio à principio esset

In casu quod peccet mortaliter iniuriatus remittẽdo iniuriam, remissio valida nõ erit, contra Nauar.

251

Infamans personam publicã, principaliter publicum bonũ damnificat.

esset licita in dictis casibus. Quia si principaliter damnum infamiæ & condonationis tangit infamatum, cum ipse liberè remittat, cæteri ad quos minus principaliter pertinet, non sunt rationabiliter inuitè læsi, nec possunt cõque rì de damno, vt in exemplo ipsius Nauar. constat. nã empturi illud triticum, & pauperes, quibus esset eleemosyna facienda, non possunt iustè de damno expostulare: sed potest ille validè & licitè debitum condonare, cum accessorium sequatur naturam principalis. 253

Ego igitur verum puto, quod Nauar. docet esse validã licet peccato obnoxiam condonationem in dictis casibus cuius ea est ratio. Quia licet principaliter fama seruanda esset illius ob bonum aliorum, tamen reuera ille est dominus famæ, & licet peccet mortaliter contra charitatem se infamando & condonando: tamen nulli facit iniuriam remittendo. Cum ipse & non alij ius habeant & dominium illius rei, vt supra dicebamus. Donatio autem propriæ rei iure naturali valida est, dum iure humano, non est irrita. Quod ostendo exemplo eiusdem Nauar. Nam si esset casus, vt proximi fame perituri essent, nisi eis triticum venderem vel darem: sed ego illud alteri non extremè indigenti, darem, vel combustorem absoluerem: tũc sanè principaliter est tale triticum seruandum ob proximorum vitam seruandam, ob quod est mortale illud expendere inutiliter, vel condonare combustionem, & tamen quia meũ est valet, vel donatio, vel remissio facta ei, qui combusit vel perdidit. Et hanc opinionem, & rationem plane tradit Sot. in fine illius sotu. ad 4. Cui adde aliam rationem. Quia aliãs vltra restitutionem factam publicæ personæ deberet restitutio fieri etiam Collegio, vel ciuitati, quod nullus dixerit, absoluente ergo superiore liber manet infamator. Vnum autem est, quod ad calcem huius difficultatis ipse adnotandum censeo, vt mihi persuadeam quando quę valere remissionem eius qui immediatè infamatur, quando non valeret: sed adhuc lege iustitiæ esset restitutio facienda. Si enim ita quis infamatur, vt cæteri licet dãnificentur, sed non in fama, sed in alijs, vt si infamatus sit Episcopus, & prælatus, ex quo damnificãtur subditi non iu-

Donatio propria rei iure naturali valida est, dum iure humano non est irrita.

254

Si infamatus ob quid alij nõ infama, sed in.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs damnificē tur, remissionē faciat famæ, vt ibi dicta erit, secus si alij in fama damnificentur.

in fama. Quia ipsi infamati non manent: sed solum damnificati, in quantum (vt supra dixi) fama prælati aliis necessaria est: tamen vera dicta est Nauarr. sententia, quam & nos sumus secuti, non tam ob eius rationem, quàm quia vt diximus ille solus, qui infamatus est, dominus est famę. Licet charitatis lege aliis sit eius fama seruanda, & quodammodo obligata, idque principaliter. Si autem ita quis infamatur, vt infamia illius vergat in infamiam aliorum: 255 ita vt illorum damnificatio sit infamia, quia reuera manēt infamati: fortasse plusquā ipse, vt patet de religioso cuius infamia ita tangit religionem, quod ipsa manet infamata. Tum putarem non satis esse condonationem seu remissionem, ita vt nec licitè, nec validè remittatur: sed nō obstāte remissione teneatur infamator se retractare lege iustitiæ, & in hoc sensu recipienda est Caietani, & aliorum sententia. Remissio enim infamiæ nisi ab omnibus damnificatis infamia fiat, valida non est. Precipuè cum non sit à magis damnificato & infamato. Sicut enim videmus honorem religioso exhiberi non tam ratione personæ, quam habitus & dignitatis, ita iniuria magis fit religioni, & habitui, quam ipsi, vt persona quædam est, & hinc est quod etiam si religiosus nollet remittere, solius prælati vel monasterij remissio sufficeret, cui conuenit actio, & idem est si quis infamaret aliquem de hæresi, vel alio simili crimine ex quo filij alioqui nobiles, habiles ad officia, & a tributis exempti, manerent infames, & omnino damnificati, &c. Tum enim sola partis remissio non liberaret infamatum a restitutione. Hæc verò intelligenda sunt quando fama remotè & mediatè infamato non proueniebat ex immediatè infamato remittente, sed aliunde ex rebus a se gestis vel successione maiorum suorum, &c. Si enim proueniret ab illo per quem ipse famam bonam habet remittente, 256 valida est remissio & infamator restituere non tenetur, vt latè docet & probat Cordu. memb. 4. *de sigillo.* quæst. tertia, conclusione decimaquarta, dub. 1. Et iuxta hanc distinctionem admittenda est sententia Ioseph. Angles in Flor. 4. Sententiarum vbi suprà dubio tertio, diffi. 2. absolutè docentis restitutionem non posse cùm infamia redundat

redundat in familiam vel descendentes. Radix enim istorum est. Quia quando ex mea infamia cæteri, licet damnificentur: seu non infamantur, vel si infamantur, tum fama quam haberent per me habebant, vel habituri erāt. Tum inquam ego solum dominus sum, perfectamque possessionem habeo famæ, ac proinde facta a me remissio valet. Quando verò illi infamantur perduntque famam quàm aliunde quam ex me habebant, iam ipso domini sunt iusque habent perfectum, cui mea cessio & remissio derogare non potest. Quod frequentius, vt supra dicebam fit in religionibus, vbi æstimatio, quam alij de monasterio perdunt non per me habebant: sed ex se suisque maioribus. 257 Quorum & rerū gestarum gloria fuerit, & vita integerrimè acta. Et ita non putarem in hac specie valere remissionem monachi infamati, quidquid dicat Cordu. vbi supra, & hinc est, quod religiosus se infamans tenetur lege iustitiæ sibi famam restituere, nō vt sibi: sed vt religioni famā restituat, quæ non ex ipso, sed ex se se: vt dicebam, bonū nomen assequebatur. Sed circa hęc potest esse dubitatio an condonatio generalis sufficiat, vt detractor excusetur à restitutione, vt si quis, qui alium infamauit petat veniam omnium detractionum de illo. Respondet Nauarr. num. quadragesimo sexto, quod solum excusat à restitutione earum detractionum ad quas verisimilis intentio detracti extenditur, quod arbitrio boni viri mihi relinquendum videtur.

Restitutio remitti nō potest cum infamia redundat in familiā. l. descendentes, secūdū Ioseph. & Angles.

Religiosus se infamans lege iustitiæ sibi famam restituere tenetur.

OCTAVA dubitatio. An qui se mutuò infamauerūt per compensationem liberentur à restitutione. Sotus in solutione ad 4. Adrian. in 4. de rest. famæ. Ledes. 24. q. 18. artic. 2 dubio 5. Cordub. in 4. de detract. quæst. 3. con. 14. Ioseph Angles in 4. de restitut. famæ dubi. 3. omnes 258 putant locum habere compensationem. Et probant quia fama potest, per pecuniam compensari, & ita sicut in nummis, ita etiam in fama locum habet huiusmodi cambium: sed fundamentum hoc supra ostendimus esse falsum. Tū etiam quia liceret ante factam vtrinque detractionē per viam compēsationis proximū infamare. v. g. infamauit te aliquis, liceret tibi illius crimē occultū detegere per viam

Octaua dubitatio.

recompensę

Universidad de Deusto
Biblioteca

recompensæ, quod nullus dicet, imo & Sot. negat expressè, nisi quando reuelatio criminis illius esset necessaria ad
259 eius contra me testimonium labefactandum. Tum enim licitum esset, vt ipse Sotus fatetur. Quod vero sequatur, probo, quia si pecunia æstimabilis est, & si eadem est ratio de compensatione in nummis, vt Sot. conatur astruere: ergo sicut in pecunia licet damnificato alterius pecuniam in compensationem accipere, ita liceret detracto alterius famam auferre. Aliter probat Angles ex cap. Tua fraternitas, de Adult. vbi dicitur paria crimina, pari compensatione tolli: sed idem prorsus argum. efficito aduersus hoc fundamentum Nauar. num. illo 46. Caieta. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. circa solu. ad 2. dub. 1. Maior in 4. d. 1. quæst. 16. putant non ex usari. Ratio est. Primũ ex quibusdã dictis Panor. in cap. bona fides, de Depositis, quæ autem sint ista dicta Nauar. non refert, sed pone opinionem eius expressè tenere si placet. Rationem enim quærimus. Est ergo secunda eius ratio, quia per reciprocam infamiam non tollitur damnum illatum, sicut tollitur debitum vnius per recompensationem in debito alterius. Et placet mihi hæc sententia. Nam recompensatio in pecunia est virtualis quædam solutio. Idem enim est ab eo accipere siue ille voluntariè det, siue ego accipiam, ac nõ soluere, quod ego debeo, cum à me eius ratione mihi accipiã. Cuius rationis radix est, quia tam pecunia eius, quam ego ei debeo, quã mea, quam ille mihi debet, eiusdem valoris est, æstimationis atque vtilitatis, estque præterea quid reale, quod ille ex me habet, & ego ex illo, at fama mea, & illius non sunt eiusdem rationis, & vtilitatis, nec illi mea, nec sua mihi, & ita altero renuente non est æqua & iusta compensatio, præcipuè, quia fama non est quid corporale quod ego retineam, vt ea fruar, aut vtar, aut ipse mea. Ac
260 propterea non habet locum compensatio, & idem est dicendum de contumelia. Nam si quis me dehonestauit in faciem, etiamsi à me sit iniuria læsus, tenetur restituere honorẽ, & ego illi ob dictas ratiõnes. Et maximè, quia aliud foueret contumelias, & murmurationes, dum quis putaret se posse alium infamare & conuitare, quia sit vicissim ab eo

Infamantes se per recompensationem, à restitutione non liberantur, contrà Ioseph, & alios.

ab eo lacessitus iniuria, & non solum ea spe, quòd facta iniuria nõ teneretur restituere, & veniam petere, sed etiã
260 ea spe, quòd liceret refetre vicem, sicut licet in pecunia, nõ solum recompensare se ex debito alterius, sed etiam ab eo accipere. Maximè, quia vix tandem seruari potest æqualitas quæ necessaria est omni compensatione. Si enim tu me de adulterio infamasti, quæ iustitia erit, vt ego te vel Sodomiticum, vel hæreticum appelem? Vera igitur est Nauarri sententia. Adde, quod omnis compensatio, vt licita sit debet esse iusta & æqualis, quod in fama est ferè impossibile, cum vtriusque infamatio ferè semper sit de alterius speciei vitio. Appellas illum siue in faciem siue occultè latronem, vel adulterum, ipse te ebrium, vel vt dicũt cõfessum, quo ergo pactò in tanta inæqualitate damni iusta erit compensatio, secus in nummis, in quibus vt patet æqualitas seruare potest. Dices quando in re familiari duo se mutuo damnificauerunt, vt quia vnus segetes alterius, & alter illius combusit, locum habet compensatio, & tamen nihil reale & vtile apud alterum manet, sic ergo in præsenti. Respondeo quòd solutio, quã alter alteri facturus erat, & ita illam vitare est virtualiter accipere, nõ sic in fama & honore. Nã retractatio, quam alteri facere debeo, & cum qua manere volo, nec vtilis est, nec æquipollet meæ famæ ab alio ablatæ, vndelõgè est diuersa ratio. Docet etiam benè Nauarrus in dicto numero quadragesimo sexto, si infamatus ab aliquo, conuersetur familiariter cum eo licet, ex eo videam iniuriam remittere, non tamen remittit restitutionem sicut nec alia debita ob familiaritatem debitori condonantur, atque idem putarẽ esse dicendum de contumelia. Dehonestasti verbis grauibus, & iniuriosis Petrum, cras tecum loquitur, vel sua virtute, vel quia te indiget: non quidem es à restitutione honoris ablati ex usatus, sed teneris ad restitutionem honoris vel veniam petendo, vel reuerentiam exibendo, & vt ãcrius suprà cum non dum Nauarrum pro hac sententia legissem probasse mihi videor.

Omnis compẽsatio vt licita sit iusta & æqualis debet esse.

261 *Si iniuriatus ab aliquo cum eo cõuersetur familiariter, licet ex eo videatur iniuriã remittere, nõ tamen restitutionem, & idẽ dico de contumelia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De restituentibus famam cum periculo vitæ.

SVMMARIVM.

Res inferioris ordinis cum iactura superioris, restituēda nō est, econtra vero restituenda, secundū Caietanum, num. 262

Res eiusdem ordinis cum iactura rei eiusdem ordinis, restituenda est, num. 262

Res cum iactura rei eiusdem ordinis restituenda est, quando damnificatio adhuc pendet in futurum, numero. 264

Si reparabile est damnum meo proximo datum, cum æquali damno reparare quilibet tenetur, num. 265

Pro vnius honoratissimi honoris famæ restituenda, vita obiicienda est periculo, num. 266

Tam lex naturalis, quam diuina, in omni ratione, & æquitate consistit, num. 266

Cum detrimento maioris famæ, minor non est restituenda, num. 268

Mulier quæ ex adulterio filium suscepit, ob quod amplissimo patrimonio defraudatur verus hæres, nō tenetur vt restitutio fiat, se prodere, secundum omnes Doctores, num. 268

Omnis bona fama nisi læsa sit omnes thesauros excedit, num. 271

Bonum nomen pretiosius esse videtur quam libertas, numero. 272

Pro nulla fama vita est periculo obiicienda, etiam si fama per libellos infamatorios ex personis publicis sit ablata, num. 273

Cum

Cum fama restitui non potest iusta de causa, quilibet illam pecunia compensare tenetur, secundum Sotū, & Couar. num. 274

Si fama in eodem genere restitui non potest, si alia damna non sunt secuta ex infamatione, nullus tenetur ad restitutionem pecuniæ, num. 275

Occidens animam alicuius, ad nullam restitutionem temporalem tenetur, num. 275

Falsum est dicere quod se reiiciare sincere, vere, & iurimento, non sufficit, num. 277

Precedens infamatio antiquata, á restitutione excusat, num. 279

Damna, á tempore illatæ iniuriæ, vsque ad oblitionē restituenda sunt, num. 280

Vere, vel falso infamans, si res venerit in oblitionem, non tenetur, imo peccaret famam restituendo, num. 282

NONA dubitatio. Vtrum cum periculo vitę fama sit restituenda? Et generaliter quo detrimento excusetur, quis á restitutione famæ? Pro huius quæstionis quæ præ. ipse est in hac materia, explicatione animaduertere oportet, Caiet. t. 2. quæst. 62. artic. 3. tres rerum ordines constituere, in supremo ordine collituit vitam, & bona alia corporalia. Omnitiens enim modō spiritualia bona animi. In secunda bona honoris & famæ. Postremō bona pecuniæ & rei familiaris. Docet ergo Caieta. generalem regulam pro omni restitutione facienda, nempe, res inferioris ordinis nō est restituenda, cum iactura rei superioris, vt pecunia cum detrimēto famę, nec fama cum iactura vitæ. Econtra verō secus, nam vita restituenda est, cum detrimento famæ, & fama cum periculo & iactura pecuniarum. Secundam regulam adhibet, vt res eiusdem ordinis cum iactura rei eiusdem sit necessariō restituenda. Has autem regulas veluti Metaphisicas immerito conatur euertere Sot. 4. de Iust. quæst. 6. artic. 3. ad quartum,

Nona dubitatio. 262

Res inferioris ordinis, cum iactura superioris restituenda, secundum Caiet.

Res eiusdem ordinis, cum i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura rei eiusdem ordinis restituenda est, secundum ipsum.

versic. *grauius autem*. Cuius rationes hę sunt. Primò quia nemo ambiget quandoque esse pecuniã cũ detrimẽto honoris restituendam, vt si eam furatus es, & secreto restituere non potest, teneris neglecta fama restituere. Vnde cęteris paribus ait Sotus, magis est consulendum pecuniæ innocentis, quàm famæ nocentis, *ceteris* (inquam) *paribus*
263 id est, quãdo magnum esset pecuniæ detrimentũ, & magnum etiam famę. Idem tenet Mercad. cap. 13. versiculo *lo primero*, & Couar. in regu. peccati, 1. part. num. 6. versic. *Sed & tertio*, & 1. Vari. cap. 2. num. 8. qui cum Soto fatetur etiam de periculo vitæ in fine, illius numeri sexti, & planè Barthol. Medina §. illo 35. fol. 184. Secundò probat Sot. & Couarru. quia tantum potest hæris alieni cumulari, vt æquet imo superet, valorem famæ: ponit exemplũ de argento, quod licet sit inferioris ordinis: tamen tanta potest esse quantitas, vt æquet, imo excedat auri valorem. His ergo rationibus conuincit Sot. eam regulam esse falsam quod res inferioris ordinis non est restituenda cum detrimento rei superioris. Vnde colligit eam regulam valdè esse perniciosam reipublicę, quam vt vllus credat absit, qui suę vult conscientiæ consulere.

Secundo docet Sotus, secundam regulam non esse veram. Putat enim ipse, quod secundum legum communem ordinem, & morem nullus tenetur, cum periculo vitæ alterius vitam etiã insignis viri conseruare. In quo (inquit) fallit secunda regula, quod scilicet res debeat semper restitui, cum periculo rei eiusdem ordinis. Hoc autem nõ probat Sot. Tertiò docet saluo meliori iudicio, quod potest talis casus euenire, quo quis teneatur cum periculo vitę restituere vitam alterius, imò famam & honorem, & quod plus est etiam pecuniam, vt si quis illustrem familiam de hæresi aut crimine læsę maiestatis infamasset, ita vt nisi
264 mendacium retractaret familia maneret infamiæ labe infecta teneretur cum mortis periculo restituere. Hanc Soti opinionem antea tenuit Mai. in 4. distinct. 15. quęst. 17. Adrian. in 4. de rest. quos refert Nauar. cap. 17. num. 89.

Hanc tamen Soti sententiam planè reiiciẽdam censeo. Quicquid enim ipse Caietanus insurgat, veriſsima est

est, & non metaphisica, sed moralis valdè Caiet. doctrina suprà recitata. Quam meritò receperunt viri graues, & docti, ita tenet idem doctissimus Caiet. 2. 2. quæst. 62. ar. 6. circa responsionem ad 2. & in opusculo 17. respons. respons. 14. dub. 2. tom. 2. opus. Nauar. cap. 18. num. 47. & cap. 17. num. 89. & cap. 16. num. 44. Sylvest. verb. detract. q. 4. casu 2. Cordub. lib. 1. qq. q. 31. & in sum. quæst. 102. & quæst. 68. Ioseph. Angles in flor. 4. Sen. quæst. de rest. famæ con. 1. & 2. Placet ergo more nostro sigillatim singula explicare.

Res cum iactura rei eiusdem ordinis restituenda est, quãdo dãnificatio adhuc pendet in futurum.

Primum enim verisima est illa regula, quod res sit restituenda cum iactura rei eiusdem ordinis quando damnificatio adhuc pendet in futurum. Vt si mea causa alter sit occidendus, & meę vitæ detrimentum possum eripere, & si mea causa patitur infamiam, cum honoris mei dispendio & consequenter pecuniam ablatam, vel damnum datum cum pecuniæ meæ amissione teneor reparare. Quod quidem fatetur, ipse Sotus vbi suprà, & omnium est concors sententia. Et in specie adnotauit Med. quæst. 3. de restit. causa 4. in solutione 4. Cuius certè ea assignanda ratio
265 est. Quod in pari causa, & damna quorum melior est cõditio innocentis. Igitur si mea & proximi vita periclitatur, mea proximi fama, &c. & illius inoxij, mea verò noxię, & iniquè certè illius detrimento lege charitatis & iustitiæ est tali concurrẽtiæ obuiandum, quod suprà ex Soti multorumque sententia ostendebamus. Et docet in specie Couar. reg. peccatum 1. par. num. 6. §. 3. adultera. Angl. con. illa 1. & precipuè tertia. An verò cum iam damnum non pendet in futurum, vt si iam proximus est mea causa occisus, teneor ego restitutionem vitam meam offerẽdo facere, infrà latè ostendimus, cum de homicidij restitutione agemus. Et consequenter si fama proximi reparabilis, nõ esset per meam retractationem, vel aliam famæ meę amissionem, eadẽ prorsus ratione non teneor, quia infrà ostendemus non teneri vitam pro irreparabili vita alterius ponere, in quo ipse etiã Sotus concedit. Sed vel alia est compensatio facienda, vel cessandum, vt dicemus.

Stet igitur hoc certum, quod si reparabile est damnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si reparabile est damnum meo proximo, teneor illud cum æquali meo damno reparare.

proximo datum, teneor cum æquali meo damno reparare. In quo omnes conueniunt. Vnde illa Caietani regula verissima est. Quare secundum illud Sot. dictum a me relatum non est contra Caiet. ibi, licet ipse fallere illius regulam in eo casu putet. Nunquã enim id Caieta. asseruit, quod scilicet quis teneatur, pro vita iam amissa alterius suam periculo exponere, licet id Scot. tribui soleat, vt infra videbimus, cum agemus de eo quod pro homicidio restituendum est. Id autem quod diximus de maiori damno, intelligit Couar. etiam in eodem genere bonorum & ordine. Nam ex illo 3. docet: quod si æquale sit detrimentum famæ debitoris ac fuerat creditoris, tenetur sane vt omnes docent. Si vero maius sit detrimentum debitoris etiam in ipsa fama non tenebitur. Quod intelligo, quãdo notabiliter excederet famam restituentis, vt si esset Episcopus, & creditor esset homo communis, vt infra dicemus.

266

Pro nullius honoratissimi honoris fama restituenda, vita obyciẽda est periculo.

Secundo igitur putamus circa secundam regulam pro nullius etiam honoratissimi honoris fama restituenda vitam esse obijciendam periculo, & multo minus pro pecunia illius, vitæ vel famę detrimentum pari, quantumuis Sot. & Mercad. frustra contendant. Primum quoniam lex Dei tam naturalis quam diuina suauius est, in omni ratione ac æquitate consistens, & per consequens cum rigorem, ac inæquitatem, nõ modo non præcipit, sed etiam abhorret, vt quis voluntariam mortem pro honore alterius, & volunteriam infamiam pro pecunia alteri restituẽda pati velit, vel teneatur. Quod autem sit in æqualitas vitæ ad famam, & famæ ad pecuniam, quis non videat? ineſtimabiliter cert. vita honorem excedit, honor pecuniam. Iniquum igitur esset cum tanto detrimento inferiora ista bona restituere, tantum abest, vt lex iustitiæ ad id obliget. Alioqui plus teneretur damnificans restituere, quam abstulit, quod iustitiæ ratio non exigit. Cui rationi addo, vt infra dicemus, & aperte fatetur ipse Sotus in dict. solut. quarta, qui pecuniam restituere non potest sine maximo rei familiaris nocumento, eo durante excusatur. Si enim centum aureos quos debes soluere non posses, nisi domum, quę sex millia aureorum valet, pro mille vendendo, quis te audeat ad restitutionem obligare? Considera igitur quanto plus vita præstet famæ, & fama pecuniæ magna minori. Inter

267

ter illa enim maior est distantia quã inter hæc, cum in his sit proportio, in illis nullo modo. Quis enim vitam aut famam pecunia æstimet? Si enim libertas non bene pro toto venditur auro multo minus, vita & bona fama.

Adde, quod in diuinis literis hęc comparatio ita expressa est, vt tutum non censeam dubitare. Dicitur enim Ecclesiastici 41. *Curam habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri & magni.* Et Proverb. 22. *Melius est bonum nomen quam diuitiæ multæ.* Videsigitur quam sit falsum Sot. fundamentum. Quod honor pecuniæ æstimari potest. Et ita potest pecuniæ quantitas crescere, vt æquet honori æstimationem. Quod si fundamentum veritate vacat sententia eius certe fuet facilè. Vnde Aristot. 4. Ethi. docet honorem esse maximum externorum bonorum: & probat Diu. Thom. 2.2. quæstione 129. artic. 1. & quæstione 131. art. ad 3. & quæst. 103. artic. 2. ad 1. Vnde Liuius decis. 1. li. 3. quem supra referebam: *Fama damna (inquit) maiora sunt, quam vt æstimari possit.* Sicut igitur nunquam pecunia ita crescere potest, vt æquet valorem bonæ famæ, quæ est supra omne pretium, ita nec fama ita crescere potest, vt æquet valorem vitę, aut membri. Si igitur in æqualitas tanta est, quomodo iustitiæ lex, quę ad æqualitatem seruandã inclinat, obligabit in vllo eventu vitam pro alterius fama, imo nec pro propria, aut famam pro alterius pecunia exponere? Adde, quod ex sententia Soti in dict. artic. 3. cum detrimento maioris famę, minor non est restituenda, sicut de pecunia diximus. Quomodo igitur, cum vitæ detrimento, vel cum iactura famę, pecunia restituenda erit? Hęc autẽ infra probo dub. 12.

268

Cum detrimento maioris famę, minor non est restituenda

Secundo moueor in hanc sententiam. Quoniam mulier quæ suscepit filium ex adulterio, ob quod amplissimo patrimonio defraudatur verus hęres, non tenetur, vt restitutio fiat se prodere, nec cum sui honoris dispendio restituere, vti doctores notabiles docuerunt, ita Medina C. de restitutione quæstione 3. causa quarta, Scotus in quarta distinctione, quæst. decimaquinta ad secundum argumen. Pala. dist. 27. q. 2. ar. 4. con. 3. 4. & 5. Rich. distinct. 15. quæst.

Mulier quę ex adulterio filiũ suscepit, ob quę amplissimo patrimonio defraudatur verus hęres nõ tenetur se prodere

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt restitutio fiat se prodere, secundum omnes Doctores.

quæst. 4. art. 5. ad 9. Caiet. in opusc. respons. 14. Gabr. d. 15. quæst. 2. conc. 2. Castr. 1. de lege pœn. c. 11. Naua. cap. 16. num. 43. & cap. 17. num. 85. Couar. reg. pec. 1. p. num. 3. 4. 5. & 6. Anton. in sum. defecerunt, tract. vlt. de rest. cap. 7. §. quomodo & 2. p. tit. 1. cap. 1. §. 8. & tit. 2.

269 cap. 7. §. 4. Anton. Gom. super l. Tau. 80. num. vlt. Sot. 4. de Iust. quæst. 7. art. 2. ad 2. Sylvest. verb. adulterium quæst. 1. Ang. ibid. In quo casu ipse Merc. maximè dubitat, sed in hanc sententiam magis inclinat. Si igitur communis est omniũ sententiá, quod mulier nõ tenetur, cum periculo vitę vel famæ amplam pecuniam restituere, manifesta est prędicta Caiet. doctrina quod res inferiores ordinis non sunt restituendæ cum dispendio rerum altioris ordinis. Alioqui obligari debet dicta mulier cum famæ suæ vel vitæ dispendio restitutionem procurare cõtra omnium sententiam, imó contra decret. Innoc. 3. de pœn. & remissi. offi. vbi cum Innoc. 3. esset significatum, quandã mulierem in pœnitentia fuisse confessam, quod timens ne viri possessio deuolueretur ad alios, quarundam herbarũ succum potauit, & sic venter eius intumuit, & inde grauidam se ostẽdens, sibi partum supposuit alienum: timensque maritum, nolebat sacinus ipsi detegere, qui prolẽ credit sine dubitatione esse suam, quæsitúmque esset à Pontifice: An talis mulier esset absoluenda, sic respõdet, quod sicut mulier, quę ignorante marito de adulterio prolẽ suscepit quãuis id viro suo renuat cõfiteri, nõ est ei pœnitentia denegãda, ita nec illi debet pœnitẽtia denegari, sed cõpetẽs satisfactio debet per discretũ cõfessorẽ iniũgi. Hęc Inn. 3. vnde apparet cõtrariã sentẽtiã nõesse tutam. Itaque pecuniã etiam amplissimã cum vitæ detrimento esse restituẽdã, vt Sot. concedit, & Adria. q. 1. de rest. §. Sed restat, & Quodlib. 1. artic. 2. & Couar. omnis rationis metas excedere puto, & præter omnes supra dictos doctores, quibus in hac parte cõsentit Maior in 4. d. 15. quæst.

270 17. & in 3. d. 37. quæst. 34. est prædicta decretalis, qua nihil potest esse expressius, & rationes supra factę id euidenter conuincunt.

Quibus adde, quod si quis esset in extrema necessitate teneretur

teneretur restituere rem alteri non extremè necessariam, quod nullus cordatus concedat. Sed dicunt aliqui quod doctores & Pontifices, ita docentes non tam obvitam noxiæ fœminæ quã ob scandala, & aliorum peccata in ea occidenda, & malè tractanda, decernunt esse tacendum. Sed friuola est ista ratio, nam tale illorum scandalum ipsis imputaretur, non mulieri, quæ virtutis actum faceret veritatem propalando, & restituere volendo, aliàs nec illi liceret veritatem explicare, ne aliorum peccatis cooperaretur, quod alienum est à veritate. Vnde ipse Sot. fatetur si facere vellet fore magnum virtutis opus. Planè ergo ratio Doct. & Pont. est, quia non postulat ratio, vt cũ vitæ dispendio patrimonium etiam amplissimum debeat restituere. Atque idem est dicendum de detrimento famæ, licet Adria. & Maior contra sentiant, & Hostien. in sum. libr. 5. cap. de Pœni. & remiss. quos cum moderatione quadã sequitur Couar. scilicet si fama sit non tanti momenti, & patrimonium grande, quod ipsum Sot. docuit non modò de fama, sed de vita. 271

Sed certè immerito, hi à communi cæterorum doctorum sententia recedunt. Omnis enim fama bona nisi læsa sit iam aliquibus indicijs, vel suspicionibus omnes thesauros excedit, & omne pretium teste scriptura, & in d. cap. Innocen. generaliter loquitur non distinguendo inter hæreditatem magnam, vel paruam & inter famam magnatum, & inferiorum, vt hi doctores nouitate quadam ac parum solidè distinguunt: dicit ergo esse licitum siue timore vitæ, siue famæ id faciat. Omitto quorundam Iuristarum responsionem, vt glos. in dict. cap. Et eiusdem Adrian. ad d. text. quas bene Med. refellit ostendens ibi esse sermonem de pœnitentia sacramentali, id est de confessione, & absolutione à peccatis. Ponit enim tanquam diuersa pœnitentiam & satisfactionem discretam: quasi dicat apertè pœnitentia, id est, absolutio sacramentalis non est neganda, & satisfactio pro peccato iniungenda. Tertiò, hanc cõ- 272
cluſionẽ probo ex eo, quod bonum nomen pretiosius esse videtur, quã libertas, vnde honesta fœmina plus eliget cum seruitute honestam habere famam & gloriam, quam

Omnis fama bona, nisi læsa sit omnes thesauros excedit.

Bonum nomen pretiosius esse videtur, quã libertas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam ignominiã, & dedecore libertatem: sed nullus tenetur pro soluendo, vel restituendo amplissimo patrimonio se in seruitutem redigere, aut se vendere, nec se igitur tenebitur infamare. Prædicta tamen limitat Nauar. cap. 19. num. 91. in fine, vt sint vera de iactura famæ, quę ex virtute est. Fama enim quæ ex aliis rebus orta est, vt ex ingenio, arte, solertia, scientia, diuitiis, &c. amittenda esset, iuxta Soti, & aliorum opinionem, & limitationem. De his duobus famæ generibus supra nos de nostro mẽtione fecimus, nec displicuit ita distinctè apud Nauarrum reperire, cuius se iterum mentionem facere dicit capite decimo octauo num. 20.

Specialiter autem de infamantibus publicas personas graues & in magno honore habitas per libellos infamatorios, paschines, picturas, colores, vestes, &c. quibus significatur sine verbis, quantum volunt, esse scilicet sacrilegum, Iudæum, vsuratium, Sodomiticum, latronem, &c. du-
273 bitat Mercad. cap. 10. casu 2. an cum vitæ periculo sit restituẽda fama, & sane in principio respondet affirmatiuẽ dum dicit. *Si es necessario perder la vida, o disponerse a perderla se ha de hazer.* Sed infrà dicit se nolle quæstionem determinare, sed quòd consulantur Theologi & ita hic author saltem probabile esse censuit. Sed hanc speciem determinatè tenet Ioseph. Angles in dicta conc. 2. & dub. 5. Sed falsum est iuxta suprà dicta. Pro nulla enim fama vita est periculo obijcẽda, vt est à nobis probatum. Vnde immeritò idem putat esse dicẽdum ac quando sua causa proximus est in periculo vitæ. Id enim sub dubitatione relinquedũ non erat, neque verò puto Angles in hac specie locutum. Loquitur enim quando ex infamia ducis, vel similis magnæ personæ, vel ciuitatis, vel exercitus, vel alia grauia dissidia & neces orirẽtur, vt si infamaretur de proditione, &c. quod verissimum est cum iam nõ tam agatur de fama reparanda, quam de cõmuni bono, & salute scandalisque vitandis.

Pro nulla fama vitæ est periculo obijcẽda, etiãsi fama per libellos infamatorios, expersonis publicis sit ablata.

DECIMA dubitatio. Cùm fama restitui non potest iusta de causa siue ob vitæ periculum: vel ob seditionem vel scandalum, vel quia iam non credetur quantumcunque

que se retractet, &c. siue alia causa teneatur quis pecuniã illam compensare? Et sane ex opinione Soti, & Couarr. aperte conuincitur teneri. Et expressè docet Cordub. q. 3. concl. 9. quia si fama pecuniæ æstimare potest, consequens est, vt si in eo genere non potest per æquiualens satisfaciat, vt si quis cẽtum aureos in auro accepit, si auro satisfacere non posset, teneretur argenteimaiorem copiã vsque ad æqualitatem restituere, & ita tenet expressè in dict. lib. 4. de Iust. quæst. 6. artic. 3. ad quartum, versiculo *Nihilominus*. Et de sigillo memb. 1. quæst. 2. concl. 5. & q. 3. concl. 3. Et in hanc sententiam citat D. Thom. qui 2. 2. quæst. 62. artic. 2. ad secundum docet, quod si fama restitui non potest per illius reparationem, tenetur detractor alia via compensare, vt dictum est. Hæc autem via est quã dixerat in solutione ad primum loquens de restitutione vitę scilicet in pecunia, vel in honore, &c. Pro ea sententia citatur Scotus dist. 15. & docet Mercad. ca. 11. & Armil. §. 41. & Pedraza præcep. 8. §. 1. dub. 4. & §. 2. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 3. & 8. & Cordu. concl. illa 6. Qui alia
275 ratione probat prędictam sententiam exemplo mutilatoris, & homicidæ. Ij enim (ait Corduba) tenẽtur cũ membrum, & vitam restituere non possunt, in æquiualenti alterius generis recompensare puta in pecunia, &c.

274 *Cum fama restitui non potest iusta de causa, quilibet illæ pecunia cõpensare tenetur, secundum Sot. & Couar.*

Mihi non placet hęc sententia, quin potius si in eodem genere restitui non potest, scilicet famam reddendo, non puto teneri ad restitutionem pecuniæ, nisi forsan damna aliqua sint secuta. Illa enim resarcire pecunia tenebitur, non tamen famam ipsam, quod ipsum a fortiori de vita est dicendum, & concedit idem Sotus, & Mercadus, quòd scilicet si reparari non potest, nec in pecunia est restitutio de iustitia, vt placuit Sylvest. verbo de detract. quæst. 4. casu secundo Nauarr. capite 17. numero 90. & capite 18. num. 47. Et ratio est plana ex supra dictis (quamuis ipse Nauar. oppositũ dicere videatur, num. 42.) quia fama sicut & vita non est pretio æstimabilis, sed est supra omne pretium, & ita iustitia quæ æqualitatẽ petit, non potest obligare ad impossibile. quod vero possibile est scilicet pecunia, nõ potest habere æqualitatẽ, aut proportionem

Si fama in eodem genere restitui nõ potest, si alia damna non sint secuta ex infamatione, nullus tenetur ad restitutionem pecuniæ.

igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Occidens animam alicuius, ad nullam restitutionem temporalem tenetur.

igitur de rigore iustitiæ nulla debetur compensatio. Accipe simile, occidisti animam alicuius ipsum ad peccatum metu mortis cogendo, vel in peccato illum occidendo, vel puerum sine baptismo relinquendo, non teneris vllam in re temporali facere restitutionem. Quia nulla est proportio temporalis ad spirituale. Est autem de ratione iustitiæ proportio, imo æqualitas. Si igitur quia inter temporalia, ita se habet vita ad honores, & honor ad pecuniam, quod infinitè se excedunt, & nulla sit inter ipsa æqualitas. Vita enim inæstimabiliter honores excedit, honor diuitias hinc est, &c. damna tamē quia temporalia, sunt compensanda lege iustitiæ, & sic intelligo D. Tho. vbi suprà. Aliàs sequitur, quòd si infamator nollet in propria specie restituere restituēdo famā, sed pecuniā, teneretur pecuniā recipere infamatus, & detractor nō teneretur ad amplius. Nā si vt Sotus, & Mere. docent, fama pecunia potest æstimari, igitur tantum pecunia posset crescere, vt ex rigore iustitiæ æquaret valorem famæ, quod ipsi fatentur. Sicut ergo soluens 50. aureos in argēto maiori quantitati satisfacit, nec potest esse rationabiliter inuitè læsus, ita, &c. Et ita nullus esset, qui se retractare vellet, sed pecuniā offerret alio manente miserabiliter infamato, quod certè non videtur concedendum. Imò si possibile esset vitam restituere semel amissam, non teneretur eam, sed pecuniam illius valoris æqualem restituere: quod certè cordatus nō dixerit, sed dumtaxat satisfacere restituendo vitam, si possit.

276

277

Falsum est dicere quod se retractare syncerè, verè, & iuramento nō sufficit.

Denique ex dicta sententia sequeretur, quod non satis esset se retractare syncerè, verè, & iuramento, sed teneretur si ei fides non adhiberetur, in pecunia, & aliis temporalibus bonis restituere: quod licet Cordu. in specie concedat, tamen verè concedendum non est. Alioqui in malitia audiētium situm esset hūc obligare ad pecuniariā restitutionem vel deobligare. Si enim credere nolunt tenebitur, non tenebitur si credunt. Cùm ergo cōstet eundem esse hominem loquentem, cùm infamat, & cùm se retractat tam sufficientemque rationē innocentiæ prębeat, quām prębuerat crimen reuelando, imo maiorem: maximè

maximè cùm iuramentum adiungit: cùm difficilius soleāt homines se mendaces profiteri ac dicta sua retractare, sequitur, quod cùm id tandem facit, sufficiēter naturaliter que debitam restitutionem faciat, quod si illi nō creditur, non mihi imputatur, sed ipsis qui sua malitia vel leuitate in ea credulitate perseuerāt, siue quia alia via quām ex me cognouerunt. Vnde sicut suprà dicebam de referente, ꝙ restituere nō tenetur. Quia etiam si alia credant, aut eorū leuitatis est, non mea causa, qui sufficientem credendi occasionem non dederim in nostro casu, cum sufficiēte ratione deponendę falsæ, maleque opinionis dederim per syncteram retractationem, & iuramentum eorum leuitatis, & malitię est non credere, vnde vel alia via sciebant, & ita ego non sum causa illius malę opinionis: vel si nesciunt, ipsi peccāt peccato iudicij temerarij, vt patet. Vnde constat minus considerate Cordub. affirmasse pędictam nostram sententiam esse periculosam. Nam & eius nullam rationem reddit, & rationi magis est consentanea. Cùm clari viri eam docuerint, Sylvest. Nauarrus, &c. Secundò etiam constat minus grauiter, minusque verè docuisse respondendo ad rationem Sylvest. quod qui pecuniam pecunia vel alia re temporali, restituere non potest, tenetur in fama, & honore satisfacere creditori subeundo labores vt diuulget bonam famā, & egregia facta creditori. Certè miror cordatissimum & doctissimum virum in eā doctrinam deflexisse. Quis enim cogat debitorem, eo quòd debeat, 100. ducatos, soluere autem non possit, prędonem esse laudis alienę, idque nisi faciat peccare mortaliter peccato iniustitiæ, & peccato non restitutionis. Sed ait ille, quòd ad id posset locare operas, fateor, si velle esse illius laudator & prędo. Quod si nō vult, vel quia creditor dignus non est, vel si est, ipse in eo officio versari, nec solet, nec volet, rationis certè metas egreditur, vt ad id efficiendum lege restitutionis & iustitię teneatur. Aliàs ob eandem rationem teneretur debitor subire propriam infamiam, si creditoris interesset, & in pecunia soluere non posset, vt sic ex sua fama, quę pecunia ęstimari potest soluat cum in propria specie soluere non posset, quę omnia

278

279

doctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

doctus non dicat. Illud concedamus huic sententiæ quòd cum læsus iniuria, ius habeat exigēdi in iudicio lesionem poterit, vt desistat ab actione iniuriæ pecuniam petere, & accipere.

Vndecima dubitatio.

VNDECIMA dubitatio, an excuset à restitutione famæ, quod præcedens infamatio, sit tam antiqua. Videtur, quod non, quia non debet esse melioris conditionis detractor ob dilationem infamationis, aliàs multi expectarent & differrent restitutionem vsque ad longum tempus, vt cùm obliuioni data esset infamatio, liberi essent à restitutione. Bene respondet Syluest. detract. quæst. 4. Cordub. quæst. illa 3. concl. 9. in 1. part. concl. Angles in flor. 4. Sententiarum quæst. de rest. famæ, dub. 2. con. 1. Nauar. cap. 18. num. 47. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 3. non esse opus restitutione. Esset enim multo peius. Cùm enim prior infamatio iam sit obliuioni tradita, perinde est ac si non esset facta, & ita eam renouare esset bis infamare. Et propterea non soleo eos laudare, qui de peccatis quantumuis publicis aliorum, loquuntur non solum ijs, qui ea nesciant, de quibus suprà egimus, sed etiam ijs qui sciebant habitualiter, sed reprehendere eos oportet. Est enim refricatio quædam, ac renouatio infamiæ per actualem memoriam & cogitationem inde subortam. Damna tamen à tempore illatæ iniuriæ, vsque ad obliuionem sunt restituenda, vt Nauar. docet, siue laudando, siue beneficiis siue etiam pecunia, siue temporalis rei damnum fuit, vt paulò ante dicebā. Specialiter tamen dubium esse potest de adolescente, qui apud æquales se iactauit aliquam cognouisse, idque falsò, an senex factus, cùm peccatorum recordatur, vt doleat, teneatur famam illi restituere. Caiet. 2. 2. par. 62. arti. 2 ad secundum dubitationem. Tum quia non constat auditores fuisse oblitos. Sæpe enim multorū post longum tempus recordamur, quorum statim nō meminimus. Maximè quia ea quæ primis tēporibus accepimus, firmius hærere solent, quando per tot annos illum de more consentem videmus non retractasse. Cui sententiæ & rationi Nauar. subscribit num. illo 47. Pedraza. in sum. præcep. 8. & ita tenet omnium sententiam limitandam

Præcedens infamatio antiquata à restitutione excusat.

208

Damna à tempore illata iniuria, vsque ad obliuionem restituenda sunt.

quidam esse, vt sit vera quādo talis est obliuio, vt sit tanquam si non esset dictum, & Cordub. quæst. illa 3. concl. 9. Dum enim (ait ille) nō constat eos audientes esse oblitos, semper est præsumendum eos recordari. 281

Sed vt verum fatear, ego non video quomodo hæc dicatur à Nauar. limitatio cōmunis sententiæ, & nō potius destructio. Nam vel nullus esse potest casus in quo obliuio locum habeat, vel certe prædictus. Qua enim ratione potest detractor intelligere rē esse obliuione ita delctās vt sit, ac si non esset dictum, nisi ex ratione temporis & antiquitatis sui dicti. Qua enim alia ratione rerum obliuiscamur, nisi temporum decursu, non reperio. Imo quo diuturniores erunt detractiones factæ, eo magis Caietani rationes (si conuincūt) conuincerent. Dicemus enim vt Caietanus dicit in dicto casu, nos non esse certos, an res auditoribus venerit in obliuione, cùm multorum non recordemur, quorum post tempora reminiscimur, & secūdo quòd tanto firmius creditur crimē, quanto quis detractionem, quam fecit per tot annos & tot confessiones reuocauit, atque ita vix tādem, si has admittamus ratione vllo in casu vera erit communis sententia tamen ipse Caietanus in fine commentariorum circa solutionem ad secundum, licet non omnino, sed tantum quando verū dicēdo infamauit, admittit. Si enim falso infamauit, tenebitur nō obstante obliuione: sicut in casu adolescentis dixerat, q̄ durum videtur Nauar. vbi suprà. 282

Veré, vel falsò infamans. si res venerit in obliuionem, non tenetur imo peccaret famā restituendo.

Mihi ergo videtur. Primum, quòd siue verum siue falsum dixerit, cùm infamauit, si res venerit in obliuionem non tenetur, imo peccaret famam restituendo. Esset enim commemoratio ac confirmatio infamationis alterius magis quàm restitutio atque excusatio, vt prædicti authores fatentur. Quod enim mendaciter infamauerit nihilominus obligat, vt Nauarrus sentire videtur. Quod si res iam obliuione est oblitērata, quid prodesset misero infamato illius satisfactio nisi vt vulnere, quæ consenuerant, recrudescant, quod denuo recolere damnificare esset magis quam reparare. Vnde nec mihi quidem placet, quod Nauarrus ait, vt non omnino hanc Caietani

sententiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam de falso infamante dimitteret. Dicit enim q
283 debet rogare eum vel eos coram quibus detraxit, an me
minerint se illis dixisse crimen de tali homine, quod si ne-
gatiuè responderint, roget eos, ne eum peiorè existiment
ob aliquod suum crimen, testans se falsum dixisse. Hæc
enim omnia potius recorditiua potius sunt eius, quod erat
deleum penitus: & ita tantum studendum censeo in eo,
vt verisimile sit auditurum esse, vel non esse oblitum. Si
enim nō creditur oblitus statim est restitutio faciēda, siue
verum, siue falsum fuerit crimen. Si prudenter creditur
esse oblitus, tum nihil esse omnino dicendum de crimine
præterito vero vel falso: sed eum de virtute illi vitio
contraria laudare. Vt si eum dixisti fornicatorem: cum
vehementer castū prædicare, & si quę indicia sint de alio-
284 rum memoria, vel ex temporis paucitate vel eorum ver-
bis, tū planè se retractare. Et sanè distinctio illa de men-
daciter, vel verè denigrante famam proximi siue a Caie-
tano asserta, siue a Nauarro recepta, inutilis est. In vtro-
que enim casu teneris famam restituere, quo ad hoc enim
nihil efficit oblitio: vt vnum excuset, alterum secus, vt
maturè ponderanti illucescet. Qui in responsione ad pri-
mum, cuius sententiam refert Corduba quæstione illa,
tertia conclusione nona, (in quo nos acquiescimus) do-
cet, quòd si criminis sint iam obliti, tamen infamia durat
tenetur infamator se retractare coram iis apud quos per-
seuerat infamia, nihil enim de crimine in particulari reme-
morando.

Duodecima dubitatio.

DVODECIMA dubitatio est, an hæres teneatur pro fama à defuncto ablata recompensare, saltem in pecu-
285 nia? Adria. Quodlib. 11. litera T. Pedraza præcep. 8. §. 1.
dub. Cordub. memb. 4. quæst. 3. concl. 3. & 13. Nauar. in
sum. Hispanic. cap. 18. num. 43. & in Lat. num. 46. Palu.
in 4. distinct. 15. putant teneri. Existimant enim isti cum
Soto, & aliis suprà citatis, quod cū fama in specie restitui
non potest, debet in alio recompensari, & ita sicut ad alia
debita, & restitutiones temporales tenetur hæres, ita, &c.
Probant etiam ex capite parrochiano de sepulturis. Vbi
obligatur hæres ad damna a defuncto data, etiam si ei nul

Hæres tenetur pro fama à defuncto ablata recompensare, saltem in pecunia, contra Adrian. & alios.

lius

lius vtilitatis extiterint. Sed nos putamus contra. Primū enim in propria specie non tenetur hęres famā restituere, quod & ipsi fateri videntur. Et ratio est plana, quia illa non aliter in sua specie restitui potest, quam dictum retractando, vt supra dictum est, quid autem vtilitatis est in retractatione hęredis? Nihil enim ei adhibebitur fidei. In pecunia verò restituere non tenetur, etiam si ipse læsor sit
286 viuus, vt supra ostendimus, igitur, &c. Caput verò citatū non est ad rem, cum ibi Grego. 9. de restitutione rerum temporalium loquatur non de fama, vt apertè constat ex initio capitis vltimi, vbi Pontifex numerat ea, ob quæ tenetur hæres pro defuncto, quæ omnia sunt damna in re familiari, & eodem modo respondet ad capitulum in his de rapt. & capite à nobis de sententia excommunicationis.

De accusato & denunciato, delictum ab accusatore obiectum negante.

SVMMARIVM.

ACcusatus & denunciatus de crimine vero, si accusatorem mendacem fuisse non affirmetur, etiam crimen neget, non tenetur ad restit. secundum Nauarrum, & alios, num. 286

Accusatus de crimine vero, & illud negans, etiam si accusatorem mendacem fuisse affirmetur, ad restitutionem non tenetur, contra Caiet. num. 287

Si accusator legitime probauit, accusatus negans se retractare, & honorem restituere tenetur accusatori, secundum Mercad. num. 288

Qui famam auferendo non peccauit saltem mortaliter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

a restitutione liberatur, num. 290
Idem dico de eo qui animo nocendi detrahit, si in esse ctu læsio non sit subsequuta, num. 290
Ista, in restitutione famæ deficere videntur, num. 291
Si infamatus ita infamis sit nihili ve perdat, vel infamatur sine authoritate, a restitutione excusatur, numero. 293
Cum peccatum cum authoris penitentia refertur, infamator a restitutione excusatur, secundum Nauarrum, num. 294
Si peccatum quod infamator dicit, de se non infamet, a restitutione liberatur, etiam si pœnitentiam non referat, secus si peccatum bonum nomen lædat, etiam si pœnitentiam non referat, numero. 294
Peccatum alicuius cum pœnitentia saltem cum consensu illius implicito, ad Dei magnam gloriam, licitum est referre, num. 295
De rigore iustitiæ non tenetur infamator si sit prælatus suam amittere famam, ob famam ab eo infamati infimæ sortis, sed tenetur in eadem materia illũ laudare, vel condonationem petere, pro qua consequenda si facile potest, pecuniam offerendo, num. 297
Esse infamatum in grauiori crimine, non excusat a restitutione infamantem in minori, num. 298
Si peccatum alia via factum fuit publicum, qui primus infamauit, restituere non tenetur, num. 298
Talis infamator non tenetur restituere, nec ratione medij temporis in quo antequam esset publicum peccatum, infamatus mansit in infamia, num. 299
Si infamatus, suis factis famam recuperauit, nihil restitue-

restituere tenetur eius infamator, nisi ob infamiam illius medij temporis damna aliquod passus fuerit, num. 299
Alicuius peccatum manifestans ijs, de quorum taciturnitate & constantia non dubitaret, coram illis tantum se retractare tenetur, num. 301

DECIMA TERTIA dubitatio. Vtrum accusatus & denuntiatus male negans delictum obiectum teneatur ad restitutionẽ infamiæ illatę accusatoris? Non est quæstio quando falso accusatus est aut denuntiatus. Constat enim id non imputari, innocenti accusato, sed iniquo accusatori. Sed quæstio est cum de crimine vero accusatus est, aut denuntiatus sine secreta monitione. Et sane si nõ dicat eum esse mendacem vel calumniatorem: sed solum modo se nõ fecisse, aut accusatorem decipi, aut iniquè accusare, omnes fatentur non teneri. Ita Nauarr. cap. 18. num. 12. Cordub. quæst. illa 3. concl. 9. Et ratio est quia quando delictum est occultum, & ipse non tenetur confiteri, ius habet se defendẽdi crimẽ contegendo ac si esset innocẽs. Publicè enim innocens est, accusatusqu: iniustè. Vnde sibi imputabit accusator, si deficiens in probatione calumniator habeatur. Tota ergo controuersia est. An si dicat accusatorem illum mendacem, aut calumniatorem restituere teneatur. Nam Caiet. in illa solutione secunda, putat eum teneri, quia (inquit) quamuis licitum sit accusato negare talẽ dictum, etiamsi tunc infamia imputetur actori, tamen quod eum reus appellet mendacẽ illicitum est. Vnde licet quod nõ probauerit ipsi imputetur: tamẽ quod manet mendax, & criminator falsus nõ illi sed iniquitati accusati imputatur, qui ad mentiendum nõ cogebatur, cum posset aliter subterfugere accusationem, scilicet nec affirmando, nec negando, ex quo confiteri non tenebatur.

Decimatertia dubitatio.

Accusatus & denũtiatus de crimine vero, si accusatorem mendacem fuisse nõ affirmetur, etiã si crimẽ neget, non tenetur ad restitutionẽ, secundum Nauar. & alios.

287

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed verius videtur oppositum, estq; communior sententia Scoti, Richardi, Nauarri, &c. Mouet ea ratione. Nam reuera, si nō tenetur delictū fateri, igitur nega re potest se fecisse, quod si potest, certè etiā potest dicere alterū calūniari. Si enim negat ideo excusatur, quia negat, vt proponuntur illi facere vt publici: igitur etiam potest dicere actorem falso accusare, quia veritate publica carent quæ illic vt vera publicè proponunt. Neque video quo differat negare illum verum dicere, aut affirmare dicere falsum, actum (vt aiunt) signato, illud exercito. Vtroque enim casu alter notatus manet de calumnia siue ex mea negatione veri, siue assertione falsi. Et ita nō solum quod non probet, vt vult Caietanus, illi imputatur, sed etiam quod non verum veritate publica proponat, & ita vt publicus calumniator & mendax habeatur. Sic etiam Sotus in illa solutione quarta, Syluester restit. 3. quæstione tertia, Corduba. Docet autem Mercad. capite 11. quod extra iudicium, in confabulationibus nō potest dicere quod accusator mentitur, quamuis si cum iracundia diceret sibi falsum testimonium imponi (inquit) esse aliquid restituēdum. Sed certè nisi vera sit illa sententia quam supra conabar probare contra ipsum Mercad. (quod liceret se esse mentitum, quia est sensus, quod non dixit veritatem publicè ita in hoc sensu licet dicere accusatorem falsum dixisse, aut non verum, quia non dicit verum publicum) hæc sententia Mercad. non esset vera. Ita enim excusare non posset à mendacio, nisi reuera proposito eum sensum facere posset. Vnde ipse Mercad. reddens rationem ait, quod non esset restituendum, si cum ira dicat accusatorem mentiri vel falsum testimonium dicere. Quia (inquit) habet suam veram significationem, & sensum legitimum. Hæc ille, in quo planè illam opinionem probare videtur, docet autem Mercadus, quod si accusator legitimè probauit, tenetur negans se retractare & honorē restituere quia reuera negauit, quod probare videtur, & nō erat occultū omnino. Ex quibus patet minus vere docuisse Cord. con. illa 9 sequēdo Caie. quod tenetur restituere si se-

Accusatus de crimine vero & illud negās, etiam si accusatorem mendacem fuisse affirmetur, ad restitutionem nō tenetur, contra Caiet.

288

Si accusator legitimè probauit, accusatus negās se retractare, & honorē restit. tenetur accusatori, secundum Mer.

si se defendens actorem calumniatorem esse dixerit, vt satis ostensum est.

Tertio docet Nauarrus, quod etiam in casu quo tenetur veritatem propalare, vt si essent indicia vel semiplena probatio, &c. non tenetur de infamia accusatoris, etiam si negauerit delictum, quod confiteri tenebatur, cum nō respondeat accusatorem calumniari, sed decipi, &c. hoc non probat Nauarrus: potest tamen probari ea ratione, quia communiter accusans non perdit famam apud iudices, etiam si probare non potuerit, nec creditur contra conscientiam egisse. Potuit enim decipi, aut cogitasse habere probationem, &c. Vnde ob hanc rationem Nauarrus, & Caietanus 2.2. quæst. 62. art. 2. ad primum dubium circa solutionem ad secundum, quod nō solum cum negat tale delictū, sed & cùm dicat accusatorem calumniari, si tamē sibi non credatur, eo quod iudices credant accusatorem licet non probauerit intentum, tamen contra conscientiā non accusasse, sed potius illud esse veracē, & denūciatum mendacem, licet non conuincatur: vel si culpa est in accusante, tamen creditur accusationem potuisse procedere ex leuitate vel errore. In eo enim casu non perdit famam in effectu accusator, licet accusatus, & denuntiatus quantum in se est efficacem, & iniustam causam dederit infamationis accusatoris, omnino innocentis riteque accusantis. Quod si in effectu perderet tenebitur vt docet Richard. distinct. 15. quæst. 15. art. 5. Scot. quæst. 4. art. 3. Nauarr. numero. 48. Si enim confiteri tenetur iniustè, & negat, & falsum actorem affirmat, quare tenebitur de damno sequuto. Illa verò Caiet. distinctio loco citato, quod dum quis non teneatur, confiteri veritatem mentiendo, non infamat accusatorem, vt accusator est, sed eum infamat, vt homo est, quam latius vide si placet apud eū, inani quadam subtilitate magis, quàm solida veritate dicta videtur vt docuit Sotus in dicta solutione quarta.

289

290

Decima quarta dubitatio.

DECIMAQVARTA dub. an præter supradictas sint aliæ causæ à restitutione famæ excusantes? Respon. Primū, quod si famā auferēdo nō peccauerit saltē mortaliter vt si legitimè accusauit vel denūciauit vel ijs dixit,

Qui famam auferendo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccauit, saltē mortaliter, à restitutione li beratur.

qui possunt prodesse & nihil obesse. Secundo si in effectu non sit famæ læsio subsecuta, etiam si animo nocendi quis alteri detrahat, excusatur à restitutione vt supra omnium sentētia dicebam, quia non dedit iustam causam infamiæ vel dedit, tamen vel ei non est adhibita fides, vel quia alter ea de re se iactare solet, vel quia erat notorium etiamsi audientes tum de illo non cogitant, vel quia læsio fuit parua. Ita Sotus 4. de Iust. quæst. 6. art. 3. ad quartū. Tertio econtra si in effectu læsit, sine animo tamē, & culpa vlla in nocendo, non tenetur restituere, vt supra dicebam, cùm iniustitiam non cōmiserit. Quæ regulæ in omni restitutione sunt obseruandę. Si tamē oculatius rem consideremus hæc regulæ deficere videntur in restitutione famę. Licet enim damno dato in vita proximi, & in re familiari nemo teneatur, nisi sit in culpa lata, vt supra ostēdi capite primo, tamen non ita de famæ lęsione dicēdum arbitror, imo certe etiam si omnino fortuitò, & sine vlla prorsus culpa, etiam leui aut leuissima teneris damnum datum in fama resarcire, quamuis non damna temporalia, verbi gratia intendis detegere crimē puellę, siue id facias licitè, quia res erat notoria, vel quia ad eius remedium, vel alio fine licito, vel ex iniquitate & malo animo: tamen te sic referente alius intelligit de alia eiusdem nominis, nobilissima puella, & castissima, idque omnino prēter tuam intentionem errore quodam inuincibili, intelligis de inceps alteram esse infamatam ob tuum dictum, in quam certē tu non peccasti: nō dubito quin tenearis ei restituere famam manifestans veritatem, & te omnino nolente & ignorante tale quidpiam de ea esse prolatum. Licet enim vt supra dicebam, quando tantum tenemur ratione delicti, vt in homicidio, & combustione domus, non oriatur restitutionis obligatio de damno sine vlla culpa: tamē secus in damno famę.

Item dico de eo qui animo nocēdi detrahit, si in effectu fame læsio nō sit subsecuta.

291

Ista in restitutione fame deficere videntur.

Cuius ea est ratio, quia damnum vitæ, & rei familiaris non potest facilè restitui: sed oportet te grauari, & re similiter priuari vt restituas: quod sine culpa facere deberes: at famæ vel verbo tantum tuo restitui potest dum sincerè & ex animo affirmes te errore, magis quàm malitia dictū

292

illud

illud protulisse. Itaque & facilitas est in verbo, & nulla verecundia, aut dedecus admixtum, sicut in eo, qui sua culpa infamauit. Tantum ergo malum, quantum est infamia proximi tam facili remedio, non vitare iniquum est omnino contra charitatem & iustitiam. Et ita putarem necessario talem restitutionem faciendam, quæ non tam proprié restitutio est cùm voluntariè non læseris, quàm bonitua occasione amissi quædam instauratio. Et idem est in omni alio casu, quo sine tua lata culpa proximi bonum nomen abstulisti. Maximè quia non arbitror hanc esse propriam restitutionem cùm ex precedenti iniustitia, non oriatur vlla, vt cōstat. Probaui enim suprà, restitutionem omnem proprié loquēdo esse iniusti illati damni reparationem ac reformationem, procedit ergo hęc famæ redditio ex obligatione legis charitatis, qua debemus proximorum bono consulere damnoque occurrere si facile possumus, quam ob rem si tu non lęsisti verbo, aut facto tuo, etiam inculpatè, sed alius, teneris nō minus veritatem dicere: sub mortale si facile possis bonam existimationem deperditam vindicare, quod argument. est prædictam non esse propriam restitutionem vel iustitiæ actum.

293

Tertio excusat vel quia infamatus ita infamis est vel infamator ita leuis, & sine authoritate, vt nec ille habeat quod perdat ob id nec isti credatur, quicquid dicat, vt adnotauit Nauarrus capite 18. numero 48. & Adrianus Quodlib. 11.

Si infamatus ita in fama nihil perdat, l. infamator ita sine authoritate, à restitutione excusatur.

Quarto docet Nauar. excusare à restitutione. Quando peccatum cum sui authoris pœnitentia refers, vt absque aliqua infamia eum honores.

294

Ego verò in hac doctrina dubitare soleo. Aut enim pugnantia dicit aut vera nō est. Nam vel peccatum quod dicitur de se non infamat, vt si dicatur fornicatio iuuenis & huiusmodi, & tunc etiam si absque pœnitentia referatur non peccat mortaliter nec est restitutio facienda. Si verò de peccatis loquitur, quæ bonum nomen lædunt, vt est manifestis fornicatio: certè non video quo pacto ita referri possit, vt ob pœnitentiam, in eius honorem cedat.

Si peccatū q̄ dicitur de se non infamat, vt si dicatur fornicatio iuuenis & huiusmodi, & tunc etiam si absque pœnitentia referatur non peccat mortaliter nec est restitutio facienda. Si infamet: à restitutione liberatur etiam si pœnitentia nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

referat secus si peccatum bonum nomen lædat, etiamsi pœnitentiam referat.

Licet enim pœnitentia ædificet auditores, & ipsa honore digna iudicetur: tamen bonum nomen in ea specie amittit malletque pœnitentię suæ honorē amittere apud homines quam de tali crimine diffari. Ego certè quod ad me attinet, si (quod Deus auertat) crimen aliquod commisissem quod dignitatem atque honorem læderet, nollet certè, quantumcunque pœnitentia referretur de illo notari. Cùm semper necesse esset ruborem ac infamiā perferre. Quis enim credat licitè honorabilis viri Sodomiam, hęresim, furtum, vel ebrietatem referri, etiamsi adijcias eum peccari pœnituisse? Aliàs, si quia pœnitentiam simul refers insignem, liceret etiam peccatum in confessione reuelare. Si enim laus inde pœnitenti accresceret, nō esset contra sacramenti sigillum. Quod si nec in confessione, nec extra confessionem secreto acceptum peccatum reuelare fas est, etiam si simul notabilem pœnitentiam referas, nisi de consensu pœnitentis, idem certè est dicendum de crimine secreto. Quando autem Dei magnam gloriam concerneret, de consensu illius saltem implicito liceret peccatum & pœnitētiam referre, vt modo in Ecclesia sanctorum peccata & pœnitentiam recensemus ob Dei gloriam, & aliorum ædificationem. Sic Thomæ incredulitatem, Pauli persecutionem in Ecclesia, Petri negationem, Magdalenę, & Matthæique scelera recensemus, &c.

Peccatum alterius cum pœnitentia, saltē cū cōsensu illius implicito, ad Dei magnam gloriā licitum est referre.

QVINTO potest dubitari. Vtrū magnæ famæ amissio excuset a restitutione famæ exiguæ? Vt si infamator sit prælatus vel alius illustrissimus, infamatus verò infimæ sortis Nauar. c. 18. num. 48. putat, quòd nisi alia iusta compensatio fiat, vel cōdonatio obtineatur tale dispendium est subeundum. Contrariam sententiam sequitur Sotus 4. de Iust. quæst. 6. art. 3. ad quartum, Cordub. 1. qq. quæst. 33. art. 2. Mercad. cap. 9. versic. *ello se extiende* & melius cap. 10. casu 1. Couar. regu. pec. par. 1. num. 6. versic. *Tertio adultera*, & in hoc mihi placet Sot. quamuis nec ipse, nec Nauarr. consequenter loquantur. Et sanè quòd Nauarr. non omnino sibi consentiat ex eo ostendo, quod ipse fatetur, vt suprà vidimus, famam non esse pretio

Quinta dubitatio.

296

tio æstimabilem, quomodo ergo dicit, vel compensatione aliqua vel condonatione tantum restituendam æquans compensationem condonationi, vt compensatio illa sit sufficiens restitutio, nisi forsan illam compensationem intelligit Nauarrus, non pecuniariam vel in simili materia inferiori, sed inęquali materia, quia illū laudando, vt infrà dicam. Quicquid ergo sit de hac consecutione in dictis Nauarri eius certè sententia mihi non placet. Sicut enim in pecuniis non postulat ratio, vt quis maximum detrimentum patiatur pro longè minori restituendo, vt supra dicebam. Ita certè ratio non consentit, cum insigni detrimento, infimi famam restitui, nec ille est rationabiliter inuitè lęsus, si tantæ dignitatis virum velit se retractare vel sese mendacem infamatorem, aut leuem fuisse confiteri.

297

Tum igitur mihi videtur, quod de rigore iustitiæ non tenetur suam amittere famam, vt probaui, nec etiam pecunia recompensare, quia non est boni nominis iustū pretium, & ita iustitia ad id inclinare non potest, vt suprà dicebam. Tenebitur tamen arbitrio nostro laudando illum in illa eadem materia famam restituere, vel secundo condonationem petendo, quam si ille nollit concedere, non tenebitur amplius. Est enim ac si non esset potens restituere, & tum habet locum id quod a Nauarro dicitur de recompensatione. Non vt ille dicit, sed sic intelligendo, vt teneatur pecunia oblata eam impetrare, non quod pro iniuria dare teneatur pecuniam. Sed pro condonatione consequenda. Si enim tenetur condonationem petere, efficaciter & fideliter petere debet, ita vt si eam facile posset pecunia oblata assequi, facere debeat. Dixi *facile*. Quia si minùs, ille peteret, nō tenebitur amplius facere.

De rigore iustitię nō tenetur infamator si sit prælatus suam amittere famā ob famam abeo infamati infimæ sortis, sed teneturin eadem materia illum laudare, vel cōdonationem petere, pro quacō sequenda si facile potest, pecuniā offerēdo.

Sexto non excusat esse infamatum de grauiori crimine, vt supra dicebam, vt bene Nauarrus, & Adrianus docent. In quam sententiam citat Nauarrus, Diuum Thomam, & Caietanum, licet oppositum sentire videatur ab ipso Syluestro detractionis nono, quæstione quarta, casu vltimo. Septimo tamen dubitari potest. An excuset factum esse peccatū (quod ego iniuste reuelaui)

298

Esse infamatū in grauiori crimine, nō excusat a rest. infamātē in minori

posteà publicum? Docet enim Syluester detract. nona, quæstione quarta, Sotus in dicta solutio. 4. versiculo, *quartus modus*, Armill. §. quadragesimo primo verbo restitutio, quod si per aliam viam fuit crimen publicatum, non tenetur restituere, qui primus infamauit, quod verum puto, si factum est publicum. Tunc enim retractatio nihil proficit: si tamen adhuc non est publicum non excusor, eo quòd per aliam viam agnouerit illud peccatum, ijs cui dixi: sed teneor ego quod ex me est bonam generare opinionem, quam abstulit. Poterit enim existimare auditor, quòd sicut ego me retractaui, potest etiã alius & alij idem facere. Itaque aliorum detractio meam non excusat restitutionem, nisi vt dixi, cùm ita esset diuulgatum, vt nihil mea retractatione proficere posse existimarem.

Si peccatũ alia via factum fuit publicum, qui primus infamauit, restituere non tenetur.

299

Talis infamator nõ tenetur restituere, nec ratione medij temporis, in quo ante quã esset publicum peccatum, infamatus mãsit in infamia.

Illud tamen non placet quòd Corduba docet membro quarto de detractione. quęstione tertia conclusione decima. Quod tenetur restituere talis infamator ratione medij illius temporis in quo antequam esset peccatum publicum alter manfit in infamia. Id inquam non placet. Licet consentiat Adrianus in quarto de restitutione famæ in solutione ad vltimum argumẽtum, fundatur enim in ea opinione, quam ipsi defendunt, quod fama pecunia compensari potest. Ac proinde putant, quod interesse medij illius temporis tenetur restituere infamator. Id verò nos falsum suprà docuimus. Non enim pecunia, sed in propria specie famam restituere oportet; atque ita cum iam sit impossibile, & frustra illum ad bonam famam reuocare liber erit omnino à restitutione infamator. Atque idem est dicẽdum, si ipse suis factis famam recuperauisset quidquid Corduba, & Adrianus docent, vbi suprà. Illud est tanquam verissimum concedendum quòd ob infamiã illius medij tẽporis passus est damna aliqua, vnde impeditus ab aliquo obtinendo, quod nisi esset infamatus consequeretur; tenebitur detractor ei restituere. Damna enim ex iniusta fama lęsione omnium sententia restituenda sunt.

Si infamatus suis factis famã recuperauit, nihil restituere tenetur eius infamator, nisi ob infamiã illius medij tẽporis, dãna aliquod passus fuerit.

300

Decimaquinta dubitatio.

DECIMA QVINTA dubitatio. An qui alicuius peccatum publicauit satisfaciat se retractando coram ijs quibus

quibus dixit, an requiratur, quod omnibus quibus illi dixerunt se retractet, verbi gratia coram quinque, aut sex famam alicuius verè aut falsò lęsisti, vnusquisque illorũ quinque aliis dixerunt, ita vt 100. nouerint, ab vnoquoq; deinde horũ 100. 10. aut plures nouerint, videtur quod non teneatur his omnibus dicere se falsò illum infamasse. Tum quia damnum, quod illic intulit parum fuit, respectu 5. in illo ergo dumtaxat ille satisfacere, tenetur nõ in reliquo ab aliis ipso nesciente illato, & fortasse ipso inuito, sed ipsis id imputari debet. Secundò, quia oppositum esset nimis durũ & difficile imo fere impossibile, vt vnus toti populo satisfaciat, & passim sæpiusque se retractet. Mercadus tamẽ capite nono, versiculo, *pero de dos maneras*, & Bartholomęus Medina loco citato, & Pedraza præcepto octauo, §. 1. contra sentiunt, & dicit Pedraza, quod si non vult ire de domo in domum, vt se retractet, tenetur mãdare præconi, vt oppositum dicat, vel prædicatoribus & clericis, vt in Ecclesiis eius nomine sententia retractẽt. Dicunt ergo q̃ non tantũ semel coram ijs quibus dixit, qui vel forsã mortui sunt vel absunt, vel etiãsi adsint, fere nihil est de damno reparatum, sed quod tenetur sępissimè & tandiu quandiu erit necessarium ad integram famæ recuperationem. Ego verò distinguendum putarem, nam si audientes tales erant, de quorum taciturnitate, & constantia non dubitaret, non teneretur meo iudicio cum casuale fuerit respectu illius damnũ sequutum, & ipsi soli tenebuntur. Sicque limitari oportere putamus Mercad. sententiam, & Bartholomei Medina. Contrarium enim melius docuit Alcocer in sum. capite vigesimo secundo. Talis enim infamiæ occasio non fuit causa primus infamator in sensu dicto, atque ita vtramque opinionẽ esse conciliandam putamus.

301

Alicuius peccatum manifestãs ijs, de quorum taciturnitate, & constantia non dubitaret, coram illis tantum se retractare tenetur.

Quinta

QVINTA PARS DE iudicijs temerarijs.

SVMMARIVM.

Qvid sit iudicium temerarium, num. 302

Si iudicium temerarium sit de peccato venia li proximi, tantum erit peccatum veniale illud admittere, nu. 302

Etiam si iudicium sit de peccato mortali, ita vt quis ex leuibus & insufficientibus indicijs de alicuius virtute dubitet, mortaliter non peccat, num. 302

Si pro certo malitia credatur, iudicium temerarium facere, peccatum erit mortale, num. 304

Plenam probationem, indicia facere non possunt, num. 304

Iudicium determinatum de peccato veniali sine vllo indicio facere, erit peccatum veniale, num. 305

Cum iudicium probabile est, id credere, peccatum mortale non est, num. 305

Intra grauitatem proximi iudicare, nisi violentia & vrgentia signa, vel saltem probabilia exterius appareant, peccatum erit mortale, num. 306

Aliquem animo concipere, Iudeum, vel alium defectum habere, & determinate credere, peccatum mortale non erit, contra Alcocer, num. 307

Si de defectibus generis confabulatio, vel ablocutio, fiat peccatum erit mortale detractionis, num. 308

Ex eo quod aliquis a Iudeis descendat vituperatione dignus nō erit, sed potius laudandus, si fidem sanam & charitatem amplectetur, num. 309

Iudicium de defectu graui, sine sufficientibus indi-

tijs

tijs suspendere, etiam si antea bonam haberet opinionem, peccatum mortale non erit, contra Barth. & Medin num. 310

Ad suspicandum, leuia indicia sufficientia sunt num. 312

Iudex iudicio aliquem ad mortem condemnans obtinuit peccatum quod etiam ille habet verum occultum, mortaliter non peccat, imo peccaret non iudicando num. 312

Si iudicium suspiciosum & temerarium, ad exteriorem actum procedit, directe est contra iustitiam, & obligat ad restitutionem, num. 313

Si persona detrahens talis sit vt præsumi possit, aliquam posse habere notitiam de proximi intentione, famam restituere tenetur, secus si talis non sit, num. 315

PRima dubitatio. Vtrum iudicium temerarium admittens sit detractor & restituere teneatur? Pro cuius explicatione placet, primò animaduertere, quæ sit natura & malitia iudicij temerarij, & quo differat à detractione. Iudicium ergo temerarium est, cum opus proximi, quod bene & malefieri potest leuibus, & insufficientibus indiciis in malam partem determinatè conferimus, quod certè constat esse contra charitatem & bonam existimationem quam de proximo habere debemus. Et primum, si tale iudicium sit de peccato veniali proximi, manifestum est nō esse peccatum mortale, sed tātum veniale, cum ei nō fiat grauis iniuria ob eam suspicionem, nec ob determinatum iudicium, imo etiam nulla ne leui quidem ratione existente adhuc nō esset mortale, denique etiam si falso tale peccatum imponeret. Semper enim est leuis iniuria. At vero iudicium huiusmodi de re quæ non est peccatum sit mortale infra dicemus. Secundo putamus quod si iudicium est de peccato mortali est distinguendum, quia si ex prædictis leuibus, & sufficientibus indicijs de virtute, & bonitate proximi dubitet, quia vidit quempiam, cum muliere loqui-

Prima dubitatio.

302

Qvid sit iudicium temerarium.

Si iudicium temerarium sit de peccato venali proximi, tantum erit peccatum veniale illud admittere.

Etiam si iudicium sit de peccato mortali,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita vt quis ex leuibus & insufficientibus indicijs de alicuius virtute dubitet, mortaliter non peccat.

loqui, erit veniale, vt Diuus Thomas docet 2.2. quæst. 60. articulo tertio. Pertinet enim illa dubitatio ad tentationem humanam, sine qua vita ista non ducitur, & Caietanus in dicto articulo tertio, qui etiam docet, quod etiam si non formaliter dubiter, sed credat, verbi gratia iuuenē & mulierem velle peccare, sum tamen ita dispositus, vt si ego me ipsum interrogarem, an ista æstimatio, sit apud me ita certa, vt etiam credam fortasse esse falsum. Tum sane

303 non est temerarium iudicium. Non enim est iudiciū, cum non sit diffinitiua sententia, quod ex mente Diui Thom. in dicto articulo secundo requiritur ad iudicium temerarium.

Sed est opinio quædam cum admixta hæsitatione alterius partis, quod Caietanus commendat pro multis, qui putant se in iudicium incidisse temerarium ob malā opinionem, quam conceperunt de proximo. Idem sensit Bartholomeus Medina. §. 36. non solum de dubio, sed etiam quando suspendit iudicium vel suspicatur, aut credulitatē quandam habet, &c. Etiamsi sit de peccato vel re grauissima, quod non conuenit, cum ijs, quæ ex eius sententia infrā dicam. Si autē pro certo malitia credatur erit mortale quia proximus contemnitur iniustē, & notabiliter, ita Diuus Thomas in illo articulo tertio, & Sylues. iudicium quæstione tertia, Nauarrus capite 18. numero nono, & Alexan. 2. pa. quæstione 134. membro quarto, Sotus libro tertio de Iustitia quæstione quarta, articulo tertio, &

Si pro certo malitia credatur, iudicium temerarium facere peccatum erit mortale

304 Caietanus loco citato, Alcocer in suma, cap. 22. Pedraza præcepto octauo. §. sexto. Dices non quecunque detractio de peccato mortali est mortalis, sed grauius peccatū est detractio, cùm famam exterius auferat, & sit directē contra iustitiam quàm iudicium temerarium, quod interius manet in corde, & proximum non damnificat. Respondeo quod in detractione tota malitia consistit in auferenda fama proximi, quę cum non auferatur ex detractione cuiusque peccati mortalis nō est mortalis detractio at cuicunque iniuria fit, eo quod sine sufficienti indicio iudicemus, ac præsumamus Deum mortaliter offendere, & se se in gehennā cōdēnare, vt patet, de quo potest esse rationabiliter

tionabiliter inuitè læsus.

Tertio videtur, quod si sint sufficiētia indicia, nō esset temerarium tale iudiciū, nec peccatū mortale, vt si videas suspectum cum suspecta, & in loco suspecto, & ipsos sese custodientes, & obseruantes ab alijs, &c. vel nudum cum nuda in eodem lecto. Hoc enim non temerarium, sed violentum dicitur potius iudicium. Vnde non solum credere tale peccatum licebit, cuique priuato, sed iudici licebit aliqua pœna arbitraria multare ob violentas ac graues præsumptiones, dixi aliquali, quia pœna ordinaria non putarē licitum illum punire. Nunquā enim indicia possunt plenā probationem efficere quidquid dicat Sylue. verb. iudic. quæst. 3. Sed quid si suspicetur, quis vel dubitet vel suspendat actū, cum sufficientibus indicijs? Medin. §. illo 36. reg. 2. fol. 165. putat esse veniale etiamsi sit de peccato veniali, sed falsum est omnino. Primo quia iudiciū etiam determinatum de peccato veniali, sine vllo indicio est tantum veniale, quomodo ergo suspicio vel dubitatio, & cū sufficienti indicio erit peccatū: deinde, quia si iudiciū determinatum de mortali non est peccatum vllum quando sunt indicia sufficientia, quo ergo modo erit peccatū veniale dubitatio vel suspicio? solū ergo erit veniale quādo suspicio vel dubitatio est sine vllo prorsus indicio.

Si essent sufficientia indicia, iudicium facere nō esset temerarium, nec peccatum mortale.

Plenā probatio nē indicia facere non possunt.

305 *Iudicium determinatum de peccato veniali, sine vllo indicio facere erit peccatum veniale.*

Quarto videtur, quod cum iudiciū nec est temerarium nec violentum, sed medium, quod dicitur probabile, vt quia nō nulla fama est de tali persona, nō putarem iudiciū mortale esse id dicere. Non est leue signū multorū fama ad credendum, esset tamen peccatū mortale exterius procedere ad ferendum sententiam, secundum tale iudicium iuxta omniū sententiam, præsertim D. Thol. artic. illo 3. Syl. iud. q. 3. Ex quibus patet q̄ in re graui, iudicare intentionē proximi, nisi violenta & vrgentia signa vel sane probabilia exterius appareant peccatum est temerarij iudicij, & de his intelligitur Matth. 7. *Nolite iudicare ne iudicemini.* Vt autem quis videri possit quādo iudiciū vel suspicio est certior, ac per cōsequēs magis licita quādo vero secus est not. ex D. Th. ar. 3. ex 3. ratione, q̄uenire posse. Primo ex hoc q̄ aliquis in se ipso malus est facile de alius malum

Cum iudicium probabile est, id credere peccatum mortale nō est.

306 *In re graui intētionem proximi iudicare, nisi violentia & vrgentia signa vel saltē probabilia exterius aparēt, peccatum erit mortale.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

malum opinatur. Vnde Eccleſiaſt. 10. dicitur: *in via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos eſtimat.* Vſque
307 *pienſa el ladran*, &c. Secundò ex odio alterius, ad quem male ſumus affecti. Cum enim aliquis contemnit vel odit aliquem, aut ei iraſcitur vel inuidet, ex leuibus ſignis opinatur, mala de ipſo, quia vnuſquiſque facile credit, quod appetit, & hæ duę ſuſpiciones & iudicij cauſæ, plane pertinent ad peruerſitatem affectus, quæ vtinã non eſſent tam in praxi frequentes. Tertia cauſa eſt longa experientia, & hęc eſt magis licita, in quantum habet magis de certitudine. Vnde Ariſt. 2. Rhet. docet, ſenes eſſe maximè ſuſpicioſos, quia multoties experti ſunt aliorum defectus, & propterea prelati & ſuperiores, qui multorum defectuum ſunt conſcij, magis videntur excuſati ob experientiam, & certitudinem maiorem, quam habent. Videat ergo vnuſquiſque quomodo proximum iudicet, maximè, quando non eſt ſuperior. *Quis enim es tu, qui iudicas alienum ſeruum, ſuo enim domino ſtat aut cadit*, iuxta Apoſt.

Secunda dubitatio.

SECVNDA dubitatio. An ſit iudicium temerarium de defectu naturali, vt ſi animo tuo concipias & determinatè credas, aliquem eſſe ex genere Iudæorum, vel alium defectum habere in ſuo genere & familia? Alcocer cap. illo 22. §. *iungar*, & ſi arthol. Medin. §. illo 36. putant eſſet peccatum mortale, & ita in confeſſione declarandam eſſe perſonã contra quam iudicium eſt habitum, vt peccati grauitas innoteſcat. Verum non putarem eſſe peccatum mortale. Licet enim graue illud dedecus de proximo cogitet temerè & ſine ratione examen cum ille abſque ſua culpa id incurrat, non iuſtè illi iniuriam, quamuis contra charitatem delinquere videtur cum durante ea cogitatione temeraria bonam exiſtimationem de illo habere non poſſit. Maximè verò videtur non eſſe peccatum mortale quia apud Deum, & rectam rationem atque homines prudentes nulla eſt ignominia, aut dedecus ex talibus parẽtibus
308 eſſe ortum, licet ob quandam præſumptionem, ne ſcilicet velint ſuorum patrũ veſtigia ſectari, merito ab aliquibus congregationibus ab officiis, imo etiam à ſacris ordinibus in certis quibuſdam gradibus repelluntur, quod certè in-

Aliquem animo concipere Iudeum vel aliũ defectum habere, & determinatè credere, peccatum mortale non erit, contra Alcoc.

fert eſſe dedecus apud homines, ac proinde ſi de his defectibus confabulatio fiat, aut oblocutio, erit peccatum mortale detractionis, cum apud homines dehoneſtentur & infurientur, ac dum iudicium manet interius in mente, nulla eſt ignominia vel dedecus, cum non prodeat extra ad homines penes quos duntaxat eſt ignominia ob quẽ, vt dicebam defectum nihil perdunt, maximè apud ſapientes & rectam rationem, & apud Deum penes quos verum de rebus iudicium eſt, cum ipſi nihil peccauerint. Imo contra ſi virtutem colunt ſunt maximè laudandi, quia cùm parentes haberent impios, ac incredulos, ipſi tamen fidem ſanam, charitatem & virtutes amplexi ſunt. Vnde in quibuſdam congregationibus à Sede Apoſt. approbatis, pie ac religioſè (non damno eas, quæ ſanctè oppoſitum habent) conſtitutum videmus, vt nullus ob huiuſmodi defectum aliàs probus & conſtans reijciatur, quod valde conſonare videtur dictis Apoſt. ad Gal. dum *in Chriſto Ieſu* (inquit) *non eſt Iudæus ac Græcus, nec circumciſio aut præputium, ſed noua creatura, atq; in omnibus Chriſtus.*

Si de defectibus generis confabulatio, vel oblocutio fiat, peccatũ mortale erit detractionis.

309

Hæc igitur eo duntaxat tendunt, vt intelligamus, non ob id, quod ab hoc genere deſcendant, eſſe vituperatione dignos aut ignominia, ſicut neque eo quod quis clerici filius ſit & huiuſmodi, quod omnino præter eius accidit culpam, dum modo non apud alios exterius, ſed mente tantũ apud te retineas, ac proinde nunquã putaremus eſſe mortale exiſtimationem talis defectus de aliquo etiam cum inſufficientibus ſignis. Secus eſſet ſi ipſe vel Iudæus, vel infidelis, vel de alio peccato iudicaretur. Hęc enim eſt vera ignominia, & iniuria apud Deum, & ſapiẽtes, vt patet. Vt enim ſuprà docuimas, ſicut vera laus verúſq; honos in virtute poſitus eſt, ſic contra verum dedecus, & ignominia in vitio ac culpa, vt merito Ethnicus quidam lucis fidei, & veritatis alienus dixerit, ea mente nos eſſe debere, ſi verum honorem habere velimus, vt nihil eſſe horribile, nihil pertimeſcendum, nihil omnino præſtãdum præter culpam putemus. Vnde & hi homines de quibus loquimur, qui confeſsi vulgò dicuntur, etiam ſi ſumma virtute etiã fidei ſanctitateq; ſint, ob imaginem quandam vitij, tanto

Ex eo quod ali qui á iudeis deſcendãt, vituperatione digni nõ ſunt, ſed potius laudãdi, ſi fidem ſanam, & charitatem amplectuntur.

310

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt in despectu â populo habiti, vt videmus. Et nostræ opinionis est Naua. cap. 18. num. 9. Immerito ergo Med. oppositum existimauit.

Tertia dubitatio.

TERTIA igitur dubitatio sit. An suspendere iudiciũ de defectu alicuius sit mortale peccatũ? Est opinio Bart. Medina, qui etiam in dicto §. 36. fol. 197. putat, quod suspendere iudicium de defectu prædicto, & consequenter de quouis alio in re graui, quando antea bonam habebat opinionem sine sufficientibus indicijs est mortale ꝙ certè mihi falsum videtur. Nemo enim tenetur de alio bonam habere opinionem, sed satisfacit si non habeat malam. Sed respondet ille, quod licet nemo teneatur de alio habere bonam existimationem, tamẽ si iam habebat peccat mortaliter eam subtrahendo leuibus causis. Est enim ac si haberet malam: sed certè nullam ei iniuriã facit suspendendo iudicium, & omnino negatiuè se habendo. Primo certũ est, quod potest velle de illo nunquã cogitare, quod si faciat omnino suspendere iudicium, circa illum, non ergo peccat suspendendo. Præterea, si ab initio non tenebatur bonam habere existimationem: ergo meràm illi gratiam facit bene de illo existimando, quod ergo hãc gratiam subtrahat nullam facit iniuriam, cum exterius non prodierit, nec sit ab eo acceptata, vt ius habeat quæsitum ad illam existimationem. Quandiu ergo interior est & non accepta prolibito possum reuocare, sine illius iniuria. Vnde vt à principio poteram non concipere, ita possum modò, dum tamen oppositam scilicet malam opinionem ac iudicium de illo non admittam, non ergo peccat saltem mortaliter occasione aliquorum signorum etiam leuium negatiuè se habendo, & nihil siue boni, siue mali iudicando, sed veritati se remittendo. Imo verò putat in regula quarta, quod etiam si solam suspicionem habeat peccat mortaliter tum ob rationem factam: tum quia, ait magis vellet, quis vt de ipso iudicaretur, quod sit periurus, quam suspicio habeatur de hæresi circa illum: at illud est mortale, ergo, &c. Sed falsum est, quia ad suspicandũ sufficiunt leuia indicia, vt dictum est, nullã ergo facit iniuriã. Vnde malè docet, ꝙ leuia indicia nõ sunt sufficiẽtia ad suf

Iudicium de defectu graui sine sufficiẽtibus indicijs suspẽdere, etiãsi antea bonã haberet opinionem peccatũ mortalenõ erit, contra Barth. Medina.

311

312

Ad suspicãdum, leuia indicia sufficientia sunt.

ad suspitionẽ. Secũdò, quia planè fatetur D. Th. nullã suspitionẽ esse mortalẽ etiãsine vllo modo. Id. n. pertinet ad tentationẽ humanã, & actus est omnino imperfectus.

Quarta dubitatio.

Quarta dub. de iudicio, quod vocant condemnatiuum, scilicet quando iudex aliquem ad mortem iudicio deputat, an peccet mortaliter si sit ipse in eodẽ peccato. Bart. Med. c. illo. 14. §. 16. putat regulariter iudices & lictores & huiusmodi peccare mortaliter. Quia condemnãt latronem vel concubinatum, cùm tamen ipsi in eadem damnatione sint, & probat ex illo Pauli ad Roman. 1. *In quo alterum iudicas, teipsum condemnas.* Mihi videtur primum, quod si crimen iudicis vel alterius publica potestate iudicantis, est occultum, non peccat mortaliter iudicando, imo peccaret non iudicando. Non enim tale iudicium munditiam & sanctitatem requirit, sicut actus ordinum ad quos ritè efficiendum gratia datur. Tum, etiã quia sacramenta sunt sancta, quæ ab immundis tractari non debent, at hęc iudicia condemnandi, vel capiendi malefactorem, licet iusta sint, tamen non habent specialem illam sanctitatem, & dedicationem diuini cultus, vt ea tractare sine contrictione, & gratia sit speciale peccatum. Secundò videtur quod si peccatum est publicum nisi sit speciale scandalum in eo iudicio vel captione exequenda, non est nouum peccatum mortale. Cum non sit illa noua deformitas.

Quinta dubitatio.

Quinta dub. vtrum ob iudicium temerarium exigatur restitutio. Videtur enim quod sic. Quia est contra iustitiam & proximo fit iniuria, vt docet D. Tho. 2. 2. quæst. 60. art. 3. ad 2. & 3. Bene resp. S. Tho. & Caiet. loc. cit. & Cord. memb. illo. 4. de detract. q. 7. concl. 8. ex Adrian. Quodlib. 11. ꝙ si iudicium suspicioſum ac temerariũ pro cedit ad exteriorẽ actũ, vt si iudex ex eo cõdẽnet, est dire ctè cõtra iustitiã, & ita est obligatio restitutionis. Si verò solũ maneat in interiori, licet sit essentialiter iniustitia, vt homicidium voluntate tantum conceptum, non est restitutionis obligatio. Cum efficaciter proximus non dãnificetur. Sed contra hoc est, quod D. Thom. eadem 2. 2. quæst. 77. art. 1. ad. 3. docet, esse detractionẽ, quãdo quis id quod bonũ est, dicit mala intẽtione esse factũ, & tamẽ

Si iudiciũ suspiciosum & temerariũ, ad exteriorẽ actũ procedit, directè est contra iustitiã, & obligat ad restitutionem.

314

Universidad de Deusto
Biblioteca

detractio ad restitutionem obligat. Bene resp. Cai. quod non inconuenit vnum vitium esse alteri admixtum. Vnde licet sit iudicium temerariũ in tantum ipse iudicans male opinatur, ac sentit de proximo, est etiam detractio in quantum malam generat in audiente opinionẽ. Vnde ex virtute, & vi verborum, detractionis vitiũ incurrit, & tenetur restituere. Dices quomodo tandem est ad restitutionem obligandus eo solum, quòd alterius corrumpat intentionem? Ex talibus enim verbis nulla infamia incurritur. Quoniam quilibet scit, quòd ille non plus videt intentionem proximi quàm ipse audiẽs, & quilibet alius. Secretorum enim cordis nullus est iudex. Si ergo illi vel non creditur, vel non credere deberent audientes, non tenebitur restituere. Cum non det causam natura sua famæ ablatiuam, & ita non ei, sed aliorum leuitati in credendo est imputandum, vt suprà diximus. Respon. falsum assumi, tantum scilicet scire de intentione eos qui audiunt ac detractorem ipsum. Tum, quia præsumunt audientes, quòd aliquod secretum testimonium sibi sciat de proximi mala intentione, & ita asserendo malam intentionem proximi insinuat se aliud scire. Quo fit, vt si persona detrahens talis erit de qua præsumi possit, quod habeat aliquam speciali notitiam de proximi intentione, tenetur restituere famam, cũ verè & efficaciter lædat, aliàs restituere non tenetur, cùm ex sua temeritate odio, vel inuidia intelligunt audientes illum dixisse, non quod aliquid sciat, & ita docuit Cordu. concl. illa. 8.

315

Si persona detrahẽs talis sit vt præsumi possit, aliquã posse habere notitiã de proximi intentione, sibi restituere tenetur. secus si talis non sit.

SEXTA ET VLTIMA *pars de secreto seruando.*

SVMMARIVM.

Si secretum sit de negotijs, in quibus ad laudem & dignitatem, necessaria sit illius obseruatio, illud non seruare peccatum erit mortale, num. 316

Epistolam, vel alias literas, si sigillo vel alia via intercludas, legens, si damnum aliquod inde prouenturum existimauit, mortaliter peccat, num. 316

Aperiens tales literas, si certus sit se non esse nociturum, nec eius occasione alium, etiamsi peccatum esset scriptum (seclusa credine ad confessionem) peccatum mortale in eo committit, num. 317

Secretum sacramentale quilibet tenetur seruare, etiã si illi specialiter non sit comissum, num. 318

Ob plures rationes, maxima ratio & obligatio in secreto sacramentali seruando elucet, num. 320

Tale secretum reuelare, peccatum erit sacrilegij, numero. 320

316

CIRCA secretorũ obseruationẽ nihil est noui, quod hoc loco disputemus. Nà si secretum est de vitio alio quo siue naturali, siue morali, & huiusmodi, q̃ honorem ac existimationem alicuius iure possit offendere, iam satis est à nobis & quando peccatum sit, & quando sit necessaria restitutio explicatum, si verò sit de alijs negotijs, ac rebus, in quibus ad laudem, commoditatẽ, dignitatem vel salutẽ alicuius interest, vt obseruetur. Omnes doctores planè fatentur esse peccatum non illud seruare: maximè cùm sub fide & sigillo commissum fuit. Est enim de iure naturali fidelitas seruanda, & perfidia opposita in materia graui, mortalis, tam contra ius diuinum, quàm naturale. Vnde secundum negotij qualitatem, personarum, & aliarum circũstantiarum, iudicari debet mortalis culpa, & damnorũ restitutio omnino necessaria, cùm ex transgressione legis iustitiæ eueniant. Vnde colligunt doctores, cũ qui epistolas, vel alias literas intercluſas sigillo, vel alia via legat, peccare mortaliter, si probabiliter cogitabat, vel cogitare debebat damnum aliquod prouenturum, aliàs tũ esse venialem curiositatem. Imo meo iudicio simpliciter est dicendum peccare mortaliter, vt bene docet Me-

Si secretum sit de negotijs, in quibus ad laudẽ & dignitatẽ necessaria est illius obseruatio, illud nõ seruare peccatum erit mortale.

Epistolã l alias literas sigillo vel alia via intercludas legens, si damnum aliquod inde prouenturum existimauit mortaliter peccat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

din. §. 36. etiam si res, quæ scripta erat postea, parui momẽti comprehendatur. Exponit enim se periculo sciẽdi indebitè secretum alterius, de quo ille est rationabiliter inuitè lęsus nisi vel ratione amicitiæ, vel alijs decausis credercetur, interpretatiua volũtas eius, qui scribit. Quamuis fortè dici posset, quòd si aperiens illas literas certum est se non nocituru, nec eius occasione alium, nõ erit mortale, etiamsi crimen aliquod ibi esset scriptum secluso ordine ad confessionẽ. Quia, vt supra dicebamus, sola apud vnũ, qui nocere non potest, infamatio, non est mortale. De hoc latiùs disputant, Sotus in speciali de tegendo secretum, Cordub. in annotationibus ad illum tract. Barth. Med. cap. 14. §. 36. Alcocer in suma cap. 22. Pedraza præcepto 8. D. Thom. 2. 2. quæst. 70. art. 1. Nauar. cap. 18. num. 15.

317 *Aperiens tales literas certus sit non ei nociturum nec eius occasione aliũ, etiãsi peccatũ esset scriptum, secluso ordine ad confessionẽ. peccatum mortale nõ committit.*

Illud dumtaxat placet animaduertere, audiisse me à nonnullis pro sapientibus habitis, quòd obligatio seruandi secretum solum modo existit, quando quis alicui siue in confessione, siue extra se detegit, vel vt amico, vel vt consilium petat, &c. non autem quando quis non ita scit rem illam, quod ei sit commissa sub sigillo, sed quia rem aliter cognouit, vt quia scit esse concubinarium, & huiusmodi. Quam sanè doctrinam ad vitendam non esse ex dictis in toto hoc capitulo manifestè constat. Eam enim nos, & Theologi omnes antiqui, vt verissimam supponendã censuimus. Eam verò in specie tradiderunt Sotus de secreto memb. 1. quæst. 2. concl. 4. & Cord. in eum locum, Barth. Med. lib. illo 1. cap. 14. §. 36. Nauar. vbi suprà, & alij iuniores, qui eam tanquam verissimam confitentur, & meo iudicio ex opposito sequeretur, quòd si quis peccata alicuius, vel confessa vel confitenda nouit. Siue quia intensa voce confitentẽ audiuit, siue quia incidit in papyrum, vbi scripta continebantur & huiusmodi: non teneretur sigillo secreti sacramentalis, quod omnium rectè sentientiũ iudicio omnino aduersum est. Vt igitur hoc sacramentale secretum est seruandum, etiamsi non sit spetialiter ille sub fide commissum. Quia aliàs iniuria fieret sacramento, ita certè qui secretũ & mortale peccatũ proximi cognouit, tenetur naturali secreto. Aliàs apertã iniuriã, & proximo, & iuri

318 *Secretum sacramentale quilibet tenetur seruare, etiam si illi specialiter nõ sit commissum.*

& iuri fidelitatis inferret, & id potissimũ locũ habet quãdo quis via iniusta tale secretũ cognouit, vt si epistolã reseruauit iniquè, vel illicitè inquisiuit vel metu extorsit &c. 319

Vnde sex genera secretorum confitetur Med. vbi suprà, Sot. & Cordub. Alioqui sequitur, quod Astrologi illicitè secreta aliqua noscentes, vel ex suggestione diaboli, vel alia causa, non peccarent peccato infamiæ reuelantes fures, & adulteros, &c. Dixi, *peccato infamiæ*. Quia peccato superstitionis, certum est peccare, & lædere proximum, & rempublicam in spiritualibus, vt satis longè supra declarabimus cap. 2. & ad restitutionem non solum specialium damnorum teneri, sed etiam famę, & damnorum temporalium ex tali reuelatione, secutorũ, vt de se constat. Vnde Aug. in cap. Si peccauerit 2. quæstiõ. 1. ait, *Si solus noli quia peccauit in te, & tu vis coram omnibus arguere, nõ es corrector sed proditor*. Vnde beatus Ioseph certam habens suspitionem de adulterio, quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, attende quid de illo dicat Euangelium, *Ioseph autẽ cum esset iustus nolluit eam diuulgare*, &c. Sed in hac re non oportet plura conferre, cùm maturè confiderantibus nõ existimem aliter licere opinari. Idque adeò verum censet Cord. vbi suprà, vt etiam si alij pauci viderint crimẽ commissum, vel aliũ secretũ tenear lege naturali illud seruare. 320

Hoc loco non aliena se offerebat occasio disputandi de sigillo secreti sacramentalis confessionis, in quo maxima ratio, & obligatio sigilli seruandi, relucet: tum, quia in eo concurrit vtraque ratio seruandi secretum naturale, scilicet, quia peccatum occultè, & occultissimo iudicio cognitũ est a sacerdote, vel à quocunque audiente peccata ad confessionẽ ordinata: tum quia sub fide & promissione implicita sacerdori committitur, non solum sicut secretum amico reuelatur, & commendatur sub sigillo secreti: sed etiam, quia sacerdoti, vt Deo, seu, vt Deiloco tenenti sub eadẽ fide seruandi secretum committitur. Accedit tertia ratio reuerentia, & religio sacramento seruanda. Fieret enim iniuria sacramento. Ac proinde peccatum esset sacrilegij illud reuelare. Denique homines auerterentur, ac deterrẽtur à confessione redderetur que suspecta, onerosa, & inuisa

Ob pluribus rationibus, maxima ratio & obligatio in secreto sacramẽtali seruando. elucet.

321 *Tale secretum reuelare, peccatum erit sacrilegij.*

& inuisa: quod esset magnam Christianæ reip. ruinam, ac perniciem. Sit igitur sic ob hæc, & similes causas sacrosanctum esse, & omnino inuiolabile hoc secretum: vt non sine immani scelere frangi queat. Qui verò longiorem de hac re disputationem desiderat, consulat doctores Theologos in 4. Sot. d. 18. quæst. 1. art. 3. & 6. Palud. d. 21. art. 3. Dur. eadē. d. quæst. 4. S. Thom. ibidem, quæst. 3. art. 2.
322 & 3. Scot. quæ. 2. Richar. art. 2. quæst. 3. & art. 5. quæst. 1. Gabr. quæst. 1. Maior eadem d. quæst. 3. Medi. de pœnit. cap. de confessione celā. da. Cæt. 2. tom. opus. quæst. 13. Adria. in 4. quæst. vlt. de cōfes. Sylvest. verb. confes. 3. quæst. 1. & seq. Angel. confes. 6. vlt. Ledes. 24. quæst. 10. Navarr. cap. citato. nu. 52. & seqq. Bart. Med. libr. 2. sum. cap. 4. Viguer. in sum. cap. 16. §. 4. vers. 2. Qui igitur multarum occurrentium quæstionum resolutionem requiret, legat, & perlegat prædictos doctores. Nos enim de restitutione agimus. Ac de famæ quidem restitutione, satis superque dictum esse arbitramur.

Ea de toto hac primo tomo ac volumine, vbi de damnis deperditis pro modulo disputauimus, in quo quæcunque dicta sunt, sanctæ Romanæ Ecclesiæ (penes quā veritas residet) fidei q; censorum correctioni, in dicisque integerrimo aperte & libenter subijcio. Iam igitur Deo duce, secundum aggrediamur tomum, qui erit de rebus ablatis restituendis.

TOLETI.

Ex officina Thomæ Gusmanij Typographi.

Anno Domini. M. D. LXXXXVI.

INDEX ALPHABETICVS RERVM ET SENTENTIARVM NOtabiliū primi Tomi, de Restitutione, Priore numero paginam, altero capitis numerum indicante.

A.

Aborsus.

LICITVM est matri, ante quam fœtus animetur, medicinam sumere, tametsi inde, præter intentionē tamen aborsus sequatur. 378. 131

SI de solo mortis temporalis periculo ageretur, matris vita esset filij incolumitati præponenda. 379. 133.

CVm spes est fore, vt proles animæ salutem consequatur, mortaliter peccat mater, quæ etiam, vt mortem propriam vitet, medicinam sumit mortem filio probabiliter allaturam. 379. 134

Accusator.

FALso accusare peccatum est mortale, & calumniæ nomine censetur, atque exeo nascitur obligatio restituendi famam & reliqua damna. 675. 126

Accusare verum, occultum tamen reuelando mortale quoque peccatum est, obligationem damna restituendi inducens, nec proximo solum, sed ipsi etiam nocet accusatori. 675. 126.

Ante accusationem, cum probari potest crimen in causarum foro secreta monitio necessaria non est. 676. 128.

Cum eo accusantis intentio solum modo ferturvt delictum puniatur necalia ex accusatione spectatur vtilitas, maior dubitatio est, nū accusationem precedere monitio debeat 676. 129.

Aeromantia

DE Aeromantia, hoc est de significatione cometarū. 133. & deinceps.

Agricultura.

Agricultura, pars est astrologiæ. 131. 153.

Agriculturam esse Astrologiæ certiorem, docuit immerito Palatius. 131. 153.

Ad agriculturæ munera obeunda, cęlorum dispositio obseruanda est. 19. 133.

Angelus.

ANgeli, ac Dæmones, certius quamhomines cognoscunt ægritudines, inclinationes,

complexiones naturales q, aptitudines. 124. 139.

Angelus, de inclinationis, complexionis, humoris q, quantitate, ist falibiliter iudicare non potest. 124. 141.

Animæ salus.

NOn detinetur anima defuncti in Purgatorio, per dilationem restitutionis sine culpa defuncti factam, bene tamen per dilationem satisfactionis, nempe sacrificiorum, &c. 28. 21.

Qui terra, mariquè pericula agrediuntur, non aurum, sed animarum salutem quærentes, reprehendendi non sunt, immo potius vehementer laudandi. 336. 358.

Hanc laudem Religiosi plurimi, ex Dominicana Franciscanaquè familia, nec non è Iesu societate consequuti sunt. 337. 359.

Animam alicuius occidens, ipsum vel mortis metu, peccare cogens, vel in peccato occidens, vel infantem absquè baptismo relinquens, non tenetur vllam facere in re temporali restitutionem. 772. 275.

Astrologia & Astrologus

DIstinctio Astrologiæ diuinationis in imaginariam, & physicam, qua Sixtus Sen. vtitur, bona non est. 152. 153.

Astrologia, pars est physicæ vel certe illi subalternata. 132. 154.

Astrologia, qua parte cœlorum magnitudinem, ac certas quasdam supputationes, in eis considerat, Mathematica scientia est. 132. 154.

Quamuis vera experientia, scientiarum omnium fundamentum sit, tamen Astrologia, ijs Astrologorum experientijs, quę ratione consentaneæ non sunt, innitti non debet. 95. 113.

Per Astrologiam iudiciariam, actus liberi, ad quos homo naturali quadam proximaquè fertur propensione, non certo, sed fallibiliter, & incommuni cognosci queũt â. 89. 102 vsq, 110. & deinceps.

Iudiciariam Astrologiam, Patres & Concilia, vt illicitam reprehendunt, quòd partem verè illicita sit, partim autem proxima sit superstitionum occasio 92. 109. & 110.

Astrologia iudiciaria, circa actus liberos in particulari, merito Damnata est in Regula nona cathalogi Pij. V. (immo Pij IIII.) ex Concilio Tridentino.

Astrorum diuersa positio, diuersos humores & cõplexiones gignit. 91. 106.

De supernaturali præsentis, ac futuræ vitæ fœlicitate, nihil per Astrorum aspectum cognosci potest, tametsi de ea, quæ in hac vita contingit, quibusdam alijs rebus præsupositis, aliqua esse possint indicia. 107. 121.

De fœlicitate naturali in particulari, haberi nõ potest certa notitia, ex Astrorum aspectu. 108. 122.

Iudicari nõ potest an exercitus vincet, ex Astrorum aspectu. 111. 125.

Non debent ad scribi sideribus euentus, ad quos nullum habent ordinem, & virtutem. 92. 108.

Tot possunt concurrere causæ secundæ oppositionem cum stellis habentes, vt earum temperent influxum, & aliquando forsan commutent. 127. 146.

Notius est punctum infirmitatis, quam natiuitatis. 129. 149.

Tripliciex causa fallũntur Astrologi, magis quàm medici in iudicio ferendo. 129. 149

Astrologus cognita natiuitate, potest cognoscere actus liberos, ad quos homo naturaliter & sensibiliter inclinatur, & hoc in communi, fallibiliter, & contingenter 89. 102.

Casu, aut arte diaboli potest prædicere actus, ad quos non inclinant naturales passiones. 91. 105

Circa actus liberos humanos in particulari, sæpius dicit falsa quam vera. 96. 115.

Non potest cognoscere actus liberi arbitrij, absque arte diaboli, & hoc in particulari. 110. 123.

Non debet sumere figuram interrogationis â tempore, quo quis se applicat ad interrogandũ. 115 131.

Non potest cognoscere actus cogitatiuæ, aut appetitus sensitiui, qui comparantur a voluntate, motus tamen (qui primi primi vocantur) & alios indeliberatos, & mere naturales, raro, magno studio, & obseruatione, potest cognoscere. 119. 133.

Potest iudicium ferre circa eclypsim Astrorum. 120. 134

Euentus aliquos circa hæc inferiora certa scientia, non tamen infallibili, frequenter, & vt in plurimum potest cognoscere. 120. 135.

Per Astra conceptionis, aut natiuitatis, cognoscere infalibiliter nõ potest, ægritudines, humores, &c. 123. 139.

Interrogationes de furtis, valdè superstitiosæ sunt. 109. 123.

Astrologus rẽ quę sciri poterat & certo futura erat prognosticans, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec peccat, nec restituere tenetur. 135. 161.
Si iudicium ferat de re in particulari, quæ sciri non poterat, ad restitutionem falsæ, & superstitiosæ doctrinæ tenetur, ac damnorum, quæ inde nascuntur. 138. 162.
Ea quæ Astrologus accipit prôferendis iuditijs, an sint generaliter restituenda aut quatenus retineri queant. 138. 163. & sequent.

B.

Bellum.

Bellum nunquam esse licitum error est. 140. 247.
Referuntur damna quæ ex bello iniusto sequuntur, & omnia illa restitui debent 440 241.
Vindicatiuum bellum, iustum esse docent, DD 427. 219
Bellum priuata authoritate licitum non est. 441. 244.
Redarguitur error Lutheri. 441. 245.
Referûtur bella quæ iustissimè & sanctissimè facta fuerunt. 442. 246.
Miraculû quod Deus fecit in bello dicto *Nauas de Tolos.* 442. 247.
Bellum, licitum non est ex obiecto nisi debitæ adsint circunstantiæ 443. 249.
Authoritas immouente bellum, iusta bellandi causa, rectaque intentio ad bellum iustum requiruntur. 444. 250.
Inferiores milites licite bellant, nisi iniustitia belli euidens sit, indubio autem, pro suo Principe iudicare debent. 444. 252.
Si certo constet bellum esse iniustum, nullus superiori obedire tenetur. 445. 254.
Non subditi aut subditi non coacti si ignorãtia inculpabili de belli iniustitia laborant, nullo modo peccant. 446. 255.
Si cognita iniustitia belli non militaret non peccat non subditus indubio militando. 448. 260.
Deponere debet subditus dubitationem, & audito præcepto præliare, non vero non subditus. 449. 261.
Non coactus ad bellandum, de iustitia belli eruditos consulere tenetur. 451. 266.
Plures personæ quam sunt in exercitu, non possunt à ducibus repræsentari sub peccato mortali 452 267.
Cum bellum est iustum, & spoliû à Duce cõceditur, occidere, spolia re & captiuos ducere licitum est. 452. 268.
Damna sequuta non subdito, minis, aut vi co acto, tenetur Rex resarcire, non vero rogato aut vocato. 454. 272 & 273.

Non subditis sui causa ad bellum euntibus, non tenetur Rex damna resarcire: secus dicendum de ijs, qui vt Regis negocium vtiliter gerant, suis militaturi stipendijs veniunt. 455. 274.
Contra Regis voluntatem ad bellum venientes, non solum non præmio affici, sed puniri debẽt. 456. 276.
In bello iniusto, non tenetur Rex, militibus damna resarcire. 457. 279.
Iuste bellans, si alia via se defendere potest quam bellando non potest bellum acceptare. 464. 290.
AEquali ex vtraque parte fortitudine, bellû induellum resolue re licitum est. 465. 293.
Principes aut Duces, tempore belli singulares vel partiales pugnas inire possunt. 466. 296.

Beneficium Ecclesiasticum.

INdignus beneficium acceptans, peccato conferentis cooperatur, & beneficium & fructus perceptos restituere tenetur. 151. 173.
Beneficia ab ecclesia, & eorum institutoribus, vt præmia virtutis & litterarum sunt proposita, & ideo dignioribus sunt conferenda. 152. 174.
Ecclesiastica beneficia, ex sola iuris dispositione sunt bona communia, & hoc secundario. 172. 203.
Nonnulla species ambitionis & inannis gloriæ est, beneficium ecclesiasticum, cui est annexa animarum cura procurare, quę tamen bono fine appositio posset irritari. 568. 480.
Consilium est, eiusmodi beneficia non procurare, ob obligationes, & pericula, quæ illa cõmitantur, & ob mali speciem, quam illa procuratio præsefert. 568. 480.
Ecclesiastica beneficia appetere, ex obiecto licitum est. 576. 492.
Propter temporalia, (non vt ipsa sint finis) a clerico vel laico appeti, non est peccatum mortale. 576. 493.
Clerici beneficium propter redditus temporales appettentes finis ordinem peruertunt, & venialiter peccant. 577. 494. & 495.
Nullum ecclesiasticum beneficium propter honores aut prouentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetere licitum est. 578. 496.
An benefia conferri debeant dignioribus? Vide electio.
Quomodo peccent obtinentes beneficia, & horas non recitantes? Vide Hore canonicæ
An permutari possit beneficiũ? Vide Simonia.

C.

Canonicus.

CAnonicus, etiamsi priuatim horas recitet si tamen corporali præsentia in choro non assistit, non lucrabitur distributiones, imo nec fructus de quo maior est qræstio. 188. 219.
Ad lucrandas distributiones cuiuscumquè diei, illius diei præsentia requiritur. 189. 220.
Non satisfacit canonicus tantum assistendo, sed aliqualis attentio saltim ad verba requiritur, siue in choro cantando siue domi recitando. 189. 221.
Si canonici non habeant capellanos, vel si capellani non adsunt, tenentur ipsi saltem in communi horas psallere, sub onere restitutionis. 190. 223.
Cum officium sit cantu figurato, canonici non tenetur canere. 190. 223.
Canonicus etiam si notoriè male viuat, non amittit fructus. 190. 223.
Si aliqua ad sit causa vera non cantandi in choro, cum sit præsens, non amittit fructus & distributiones. 191. 225.
Canonicus non rncitans horas siue in choro, siue extra, etiam si assistat in choro omnibus horis, non lucrabitus fructus, & distributiones, ex extrau. Pij. V. 198. 235.
Canonicus etiam si sit suspensus & notoriè excommunicatus, si resi det, ad chorum venit, & horas recitat, lucrabitur fructus & distributiones, si ab alijs tolleratur & nisi aliud sententia exprimat 206. 243.
Si non veniat ad chorum, nullo pacto lucrabitur distributiones, nisi iniqua esset excommunicatio 206. 244.

Capellanus.

NVm capellanus morbo laborans, missas per alium dicere debeat, alias capellaniæ fructus minime suos facturus. 192 226.
Cum in capellaniæ fundatione exprimitur, stipendiũ non lucrari capellanũ, qui perse, vel aliũ presscripta sacra nõ fecerit, id omnino, ac sub restitutionis onere seruandum est. 192. 226.
Cum capellanię fundator nihil exprimit, sed tantum certam pecuniæ

niæ summam simpliciter assignat ea lege, vt tot missæ à capellano hebdomatim fiant, non obligabitur capellanus infirmus, missas per aliũ dicere, si breuis fuerit infirmitas secus si longa extiterit 193. 226. & 227.
Breuis infirmitas dicetur, quæ per vnum, aut duos, vt multum menses durat. 193. 226.
Præter breuẽ hãc infirmitatẽ, nulla alia subesse potest causa, quę huiusmodi capellanum â missis dicendis excuset. 193. 227.

Charitas.

TAm ligat præceptum charitatis, vel religionis, quam iustitię 39. 16.
Charitatis ordo non tantum est in cõsilio sed in præcepto. 329 42
plus se homo quam proximum diligere tenetur. 329. 43.
Homo vitam prolibito dispendere nequit, nisi iuxta ordinem rationis & charitatis. 330. 44.
Proximi vitam cum periculo propriæ conseruare, contra charitatem est 332. 48.
cum spes euadendi est lege charitatis periculo se exponere pro liberãdo proximo licet. 332. 48
Auferre ab aliquo arma, quibus se iuste defendere potest, contra charitatem & iustitiam est. 400 173.
Lege charitatis, vita corporalis proximi, meæ rei familiari præferri debet. 517. 388.
sciens proximum esse in mortis periculo, lege charitatis si paruo labore potest eum liberare tenetur. 526. 408. Si vero sit persona quæ ex officio id habeat, tenet ex iustitia. 527 409.
Lege charitatis & iustitiæ obligamur proximorum peccata contegere, nisi ita sint notoria, quod per sententiam publicam, vel euidentiam facti, vel notitiã maioris partis Populi, fama sit læsa 699. 163.
Quando sit peccatum contra charitatem, alicuius defectum contra eius famam detegere.
Vide Detractio.
Vide Homicidium.

Chiromantia.

CHiromantia, est diuinatio per lineas in manu naturaliter descriptas. 135. 159.
Quanuis multi chiromantiam probent, damnanda tamen est, vt recte ab alijs damnatur. 135. item 136. 559. & seq.
Ridendi videntur chiromãtici, cũ dicunt, palmę manus septem quasi montes inisse. 117. 161.
Vitæ longitudinem & breuitatem significare per lineas mauus, docet Aristoteles, vt Palatius interpretatur, sed ille non de lineis, imo de articulis, aut etiam de palmæ scisuris loqui videtur. 136. 61.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus Dominus.

CHristi passio tam est recens, & accepta æterno patri, ac si modo Christus pateretur. 234.284.
Verba Christi (neque ego te condẽnabo) non sunt reuocatoria, sed ostendentia benignitatem 311.7.
Verba Christi asserentis (proximũ corripiendum esse secreto) non sunt intelligenda de vero hæretico delinquente, quia non est spes emendationis 655 94.
Christus per mortem nobis immortalitatem meruit. 333.51.
Tantum ex præcepto patris, mori Christus tenebatur 371.19.
Prohibere Christum Petro occisionem contra in vasores armatos, vel fuit consilium mansuetudinis, vel si fuit præceptum, id ideo posuit, quia aliud erat euadendi remedium. 487.332.
Christus non solum armis gentiũ, verum etiam linguis Iudæorum crucifixus est. 495.347.

Clericus.

CLericus pauper, quæ desunt ad congruam sustentationem nõ ex negotiatione, sed ex manuũ labore quærere debet 256.324. & seq
Puniendi sunt clerici, qui postposito ecclesiæ officio, negotijs vacant 256.325.
Inter dictum est clericis, ne sint interemptores hoc est (corredores 257.326
Duellum clericis illicitum est 461. 283.
Non possunt clerici interesse agitationi taurorum sub peccato mortali. 469.301.
Licet esset abrrogatum mandatum Pij. V. ob scandalum interesse non possunt clerici dictæ agitationi. 470.302.
Clerici dicti mandati transgressores, non sunt ipso facto excommunicati. 471. 303.
Se defendendo occidere possunt clerici in vasorem laicum. 491. 339.
Ante vel post acceptam iniuriam, in vasorem honoris occidere non possunt clerici sub onere restitutionis 511.379.
Gratia disputationis, de clericis dici posset, quod de laicis, scilicet eis licitum esse occultos suæ famæ detractores occulte occidere 512.380.
Possunt clerici occidere in vasorẽ rei familiaris, & seruato moderamine inculpatæ tutelæ irregulares non erunt. 524.303. & seq.
Possunt clerici denuntiare in causa sanguinis cum protestatione qua se non ad pœnam denuntiare affirment, & ita irregulares non manebunt 663.108.
An possint clerici ecclesiastica beneficia apettere, vide, Beneficiũ.

Quomodo peccent clerici si horas non recitent, vide, Horæ canonicæ.
Vtrum clericis pœna corporalis infligi possit. vide, Verberatio.

Cœlum.

HVmanæ complexionis, & inclinationis naturalis, directa causa est cœlum. 88. 100. Item. 92.107.
Sic vero nec cœlum, nec astrũ aliquod, actus liberos causat, quod est fide tenendum. 88.100.
Cœlum corporeos humores, sensibilesque inclinationes causando, eos actus liberos, ad quos immediatam homo habet propensionẽ inclinatiuè causare dicitur. 89. 101. deinceps.
Cœlum causa est perse, atque directa corporalium bonorum, quæ insunt homini, roboris scilicet, & pulchritudinis, &c. 107.120.
Possit ne cœlum eius rei, quam nõ causat signum existere 112.128.
Cum obseruatur cœlum esse alicuius effectus, quem immediate causare nequit, signum, tunc non significat illũ effectũ pure, sed causando eius immediatã causã nobis tamẽ occultã & ignotam. 113.129
Cœlum nunquam esse potest purũ signum, sed semper mediate, vel immediate rem, quam significat, causat. 114.130
Raro ex sola cœli impressione inuentur imaginatio, atque appetitus 119.133.
Cœlum non semper operatur media causa secunda, tametsi substantiales generationes animalium per sectorum, non nisi ea interposita, efficiant. 126.145.

Cometa.

REferuntur duæ opiniones, circa cometarum significationẽ. 133.
Crinitus cometa apparuit anno. 1578. quo tempore, multorum principum mortes fuerunt sequutę, acciditq, in matura Sebastiani Regis Lusitani mors. 133.156
Quo pacto verum obtinere queat opinio aiens, cometam Regum mortes præsignificare. 135.158.

Commutatio.

COmmutatio dicitur, cum id quod redditur proportionatur rei ablatæ. 25.16.

Confessio sacramentalis.

SI habita ratione pœnitentis, confessoris, & complicis, vir prudẽs iudicat esse leuẽ iacturam, confitẽdũ est peccatum, etiam complice, cũ op' est reuelato. 688.146.
Non peccat mortaliter detegens extra confessionem alicui viro timorato, absque intentione detrahendi alterius peccatum. 688. 146.
Si pœnitens faciat copiam reuelan

di licitum est complicem, propter eius vtilitatem reuelare. 691. 151.
Si crimen emendatum est, authorē ei° reuelare nullomodo licet. 692 152. si vero non est emēdatum, vi detur posse reuelari etiam in confessione peccatum proximi, vt pro eo oret sacerdos, qui non nisi persona cognita suam vult ferre orationē, tametsi melius sit illud extra confessionē explicare. 692 153.
Cum ob notabile demnum vitandum circunstantia complicis sile tur, pœnitens cōfiteri saltim obligatur efficax illius actus desideriū, mente conceptum. 693. 154.
Confessionis sigillum post mortē pœnitentis cōfessarium ligat. 735 216.

Conjectura.

Coniectura videtur esse leue argumentum suspitio dictum, taroq, verum habens. 91. 106.
Circa actus humanos liberos in particulari, suppositā inclinationis, aliarumq, circunstantiarum cognitione, aliqualis esse potest coniectura 97. 115.

Contumelia.

Contumelia specie à detractione differt. 601. 3.
Differentia inter cōtumeliam, cōuitiū, & improperiū. 585. 512.
Differentia inter contumeliam, cōuitiū, & improperiū ex vna parte, & detractionem, murmurationē & susurrationem ex alia. 586. 513
Contumeliæ verba intentione notabiliter iniuriandi prolata, vel saltem damnum huiusmodi culpabiliter afferentia peccatum plane sunt mortale. 586. 514.
An lædens proximum per contumeliam, conuitium, aut improperium, quæ tria in præsenti pro eodem vsurpantur, restituere teneatur? 586. 513.
Dehonoratio, quæ correctionis causa fit, peccatum non est. 586. 514
Si correctionis causa quis verba proferat improperij notabiliter excedendo, peccauit mortaliter. 587 515.
Quo pacto sit facienda satisfactio pro contumelia. 589. & deinceps
Cum contumelia fuit secreta satisfactio secreta sufficiet, sat si publica aut saltem publicata fuit, debet ei publicē satisfieri. 591. 551.
Publicum alicui obijciens crimen, quando licet puniendus sit, ad restitutionem tamen nō obligetur. 594. & deinceps.
Quando sint, aut non sint cōtumeliæ tolerandæ. 596. 530.
Quatenus remittendæ sint contumeliæ. 596. 531.
Obijcere alicui in faciem per modum contumeliæ naturales defectus quando sit, aut non sit mortale peccatum. 707. 174.

Correctio fraterna.

Qualiter facienda sit correctio per admonitionem, & testium inductionem, antequam fiat denuntiatio. 681. 136.
Vide. Denuntiatio.

Correptio.

Superiores grauiter in correptione excedentes satisfacere tenentur, si non perse, saltē per aliū 590. 519.

Culpa.

Culpa latissima, est dolus manifestus, culpa latior est dolus nō ita clarè exterius apparens, sed iuste præsumptus 57. 46. &. 47,
Quid sit culpa lata, quid leuis, quid leuissima. 57. 47.
Ex dolo, & ex lata culpa incurritur obligatio restituendi 58. 48.
An ex leui & leuissima culpa quis restituere teneatur in conscientia aut etiam in foro iuditiali. 58. 48. & seq.
Discrimen inter peccatum, prout theologi, & culpam, prout iuristæ loquuntur. 60. 52.
Ignorantia crasa est lata culpa. 62. 56
Explicatur quando quis sit in lata culpa, vt restituere subinde teneatur. 62. 57.
Si animal ex culpa lata domini aliquod faciat damnum, tenetur dominus restituere. 63. 58.
Ex casuali homicidio, obleuissimā culpam, irregularitas non incurritur. 64. 61.
Officiales mercedem accipiētes de leui culpa tenentur. 282. 188.

D.

Defensio.

Defensio iure naturali concessa est. 422. 216. Item 441. 243.

Denuntiatio.

Peccatum publicum sine vlla secreta monitione ad superiorem deferri potest. 636. 64.
Sed hoc limitandum videtur, ne procedat, cum certa est publice emendationis spes. 637 66.
Audiens blasphemiam publicam ius habet denunciandi. 639. 68.
Quibus casibus peccatum occultū absque præuia admonitione denuntiari queat. 639. 69. &. seq.
Quo pacto se gerere debeat circa denuntiationem is, qui peccata publica cognoscit. 639. 68.
Scienter in fide errans siue is hæresi archa sit siue hæreticus, celeriter denunciandus est 64. 76. &. 78.
Is, qui in culpata ductus ignorantia circa fidem errat, videtur excommuni Doctorum sententia nō esse absque præuia admonitione denūciandus 647. 79.
Qui scienter peccato hæresis peccat denunciari debet sine præuia monitione speciali, cum totius ecclesiæ admonitionem negligat 651. 87.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui denunciant errantes in fide lapsu quodã linguæ, grauissime peccant.652.90

Dicentes ex iniuria & inconsideratione aliqua contra fidem, inter disputandum & concionandum, prius admoneri, quam denunciari debent.653.91.

Si audiens errorem sit vir simplex qui intelligit alterum male fuisse de fide loquutum, sine monitione poterit denuntiare. 654. 92.

Quo pacto parendum sit præceptis iudicum, de reuelando proximorum crimina, tã publica, quã secreta.657.97.& seq.

Casus referuntur in quibus sciens non tenetur crimẽ reuelare, etiã ad præceptum iudicis sub excõmunicatione, cum iudex iuridice non procedit, aut contra, quando ei obediendum est.658 & deinceps.

Clerici possunt denunciare in causa sanguinis cum protestatione, & ita irregularitatem non incurrẽt, de quo tamen latius Doctores.664.108.

Peccatum sine admonitione secreta, superiori vt iudici reuelandũ non est.666.110.

Peccatum, cuius emẽdatio nec per priuatæ personæ correctionem, nec per superioris correptionẽ vllatenus speratur, prodendum non est.666.111.

Quo pacto absquè secreta admonitione reuelari queant prælato, vt patri, ea peccata quæ æquẽ pariter, aut paulo minus bene per reuelantis correctionem emendarentur, dequo, apud religiosos frequentius posset oriri disputatio.667.& deinceps.

Quanuis certis existentibus circũstantijs, aliquando liceat peccatum manifestare, non tamen ad id semper quilibet obligatur, sed ij tantum, quibus ex oficio denunciare incumbit. 673.124.

Detractio.

DEtractionis definitio. 600. 1.

Quo pacto detractio, susurratio, & murmuratio idẽ sint. 600.1.

Quomodo differant, subsanatio & illusio, & derisio.600.1.

Detractio â contumelia specie differt.601.3.

Triplex est genus detractionis, falsum crimen imponere, verum detegere, veram virtutem contegere. 728.209. *Item*. 683. 140.

Deum, aut sanctum canonizatum aut creaturam aliquam rationalem, prout creatura Dei est infamare, non tam detractio, quam blasphemia est.601.3.

Detractio dupliciter peccatũ mortale est.683.140

De peccatis proximi notorijs cum jis, quibus nota sunt colloqui, quando peccatum sit, ex fine erit iudicandum.695.155.

Qua nam ratione manifestare in

in varijs locis liceat infamiã eorum, qui illam aut per facti notorietatem, aut per iudicis sententiam, iustã aut iniustam, amiserunt, late disseritur.695.& deinceps.

Quanuis ad alios effectus verum habeat eorum sententia, qui aiunt notorium dici, quod coram decem, aut etiam sex notum existit quippe cum id coram populo, vel maiore eius parte factum dicatur, non tamen ad effectum de eiusmodi delictis con fabulandi.698.161 & seq.

Qui originem eorum, quos confessos vocant, longo tempore oblitam absquè iusta causa detegunt, contra charitatem, non contra iustitiam delinquũt.701 166.

Sed cum informationes de prosapia ad varios effectus fiunt, reuelari originis deffectus licite poterit ijs, qui prodesse, & non obesse possunt 702. 167.

Qua moderatione loquendum sit de ijs delictis, ob quæ verè commissa, aut ob quorum suspicionem quis captus in carcerem què coniectus est. 702. 168. & seq.

Detractio est non solum culpas, mortales, aut veniales detegere, sed alios etiam plures defectus: explicaturquè quãtum in hi, detractionis mortalis, aut venialis culpa sit.706.173.

Qui nouitates falsosquè rumores mentiendo seminantur nisi aliud speciale huic annexum inferant, non tenentur se retractare, vt proximos falsitate delusos, in veritatem reuocent. 79. 85.

Sed huiusce modi homines reipublicè damnum inferre videntur essentquè proinde ab illa ejicien di.79.8.

Quando ob detractionem circa venialia peccata, mortalis culpa incurratur.708.176.& seq.

Qui detractionis verba generalia proferunt, quæ scilicet in distincte culpam proferunt, & de mortali aut veniali peccato ab audientibus accipi possunt, quando venialiter, & quando mortaliter delinquere existimãdi sint 713.184.& seq.

Quando culpæ mortali detur ea detractio, qua peccatum mortale detegitur, aut imponitur. 714.186.& seq.

Detractio mortalis quando sit, aut non sit reuelatio criminis hominis illius, qui circa alia crimina famam publice amiserat. 717. 190.& seq.

Quid de culpa, ac restitutione eorum dicendum sit, qui aliena peccata a se audita esse narrant 719. 193 & seq.

Quã culpam admittãt hi, qui indebite apud vnum aut duos secretum seruaturos, de alienis peccatis detrahunt.721.197.& seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Detractorum auditores, quomodo, & quando peccent, & obligationē restituendi incurrāt. 724.201. & seq.
Excommunicatio contra detrahentes lata, ab ijs, qui eos audiūt, nō incurritur. 726.205.
Ij qui fraude mendacijs vē, bonā assecuti sunt famam, quo pacto possint aut nō possint à cognoscentibus detegi. 727.
Laudatores alienarum virtutū, aut qui eas tacent, quando indirecte sint dicendi detrahere. 228.208 & seq.
Iniuriam sibi illatam, alijs animo detrahēdi narrans, peccatum admittit mortale, secus cū animū leuandi gratia eam refert. 729. 210.
Peccatum in confessione auditum post mortem detegere, peccatū erit mortale. 733. 216.
Mortuis detrahere peccatum videtur mortale, sed cum ob bonum finem fit & pœnitentia quóque defuncti refertur, à peccato putat auctor excusari 735.216. & seq.
Quando qui defuncti detrahit, restitutioni sit, aut nō sit obnoxius. 735.218.
Grauis est de hæresi suspicio ea detractio, qua his temporibus quis de statu religionis in communi detraheret. 735.219.
Huic detractioni fortasse proxima est illa, qua quis particularem aliquam religionē a Sede Apostolica aprobatā infamaret. 735.219.
Qui de religionibus in particulari male, idq; infamando eas, loquūtur, mortaliter peccant, & excōmunicationem Papæ reseruatā incurrunt, tametsi fortasse ab ea liberentur qui priuatim solum hac in re loquentes delinquunt 735.219.
Infamare totam aliquam religionem, aut monasterium, mortale peccatum est, annexam habens restitutionem toti communitati faciendam, quam subinde monasterij prælatus remittere nequit 736.121.
Qui mortale peccatum alicuius religiosi reuelaret, personæ quidem nomine tacito, sed tamen monasterio ipso planè declarato peccare certē videtur mortaliter atq; ad restitutionē obligari 737.222.
Sed dicere innominatum quēpiam ex hoc secularium collegio, aut hac cathedrali ecclesia, vbi non tantam, quantam religioli perfectionem profitentur, peccatū mortale admisisse, non videtur detractio mortalis. 737. 222.
Qualis sit culpa eius qui audiens defectum proximi, siue culpæ, siue generis, procurat illud amplius cognoscere, non solum ex obiecto, sed ex fine quem intendit, pendet. 738.224.
Qui detractione proximi famam, aut

aut efficaciter læsit, aut efficacē læsionis causam dedit, eam restituere tenetur. 740. 226.
Integram nē restitutionem facere debeat detractor, temporalium omnium damnorum quæ infamatus, tam in quæsitis, quam etiam in quærendis bonis, ob eum passus est. 747. 236. *Item.* 748.
Vide. Honoris & famæ restitutio
DIGNVS. Vide Electio.

Duellum.

Duellum ex obiecto licitum nō est, tametsi ex circunstantia aliquando bene fieri queat. 461.283.
In quinque casibus Duellum illicitum est. 460. 283. *Item.* 463. 289. *Item.* 464. 291.
Duellum clericis illicitum. 461. 283.
Non licet propter tuendum honorem, duellum acceptare. 462. 285.
Ob vitæ & rerum deffensionem, duellum licitum est quando quis iniustè patitur, quod tamē adhibita limitatione declaratur 463. 289. & seq.
Quo casu bellum in duellum resoluere liceat. 465. 293. & seq.
Quando sit licita, aut illicita illa duellorū conditio, vt circunstātium nullus alterutri pugnantiū opem ferat. 467. 298.
Referuntur excommunicationes ac aliæ pœnæ, quas Concil. Trid. contra monomachiam, duellum ve exercentes, atque alios quosdam tulit. 465. 292.

E.

Eclypsis.

Eclypsis principum mortes causare, aut significare videtur ad eum modum, quo cometa illas præsignificat. 135. 158.

Electio.

Quamuis Papæ electio actiua ad cardinales pertineat, passiua tamen electio extra cardinalium senatum iure est, 169. 198. & seq.
Ad beneficia ecclesiastica digno prætermisso, indignum eligere peccatum est mortale. 145. Item nō solum eligens, sed ipse indignus ita electus, & peccant, & restituere tenentur. 151. 173.
Ad episcopalia, parrochialiaque beneficia digniorem dimittere, etiam si dignus eligatur, peccatū mortale est. 147. 167.
Qui confert episcopatum, vel curatum beneficium, aut cathedram digno, relicto digniori, peccat contra ius naturæ, iustitiam distributiuam, & contra ius diuinum. 151. 173.

Dimittens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dimittens magis dignum, & mortaliter peccat, & restituere tenetur. 153.176. quod intelligendum est de Episcopatibus, & Curatis. 158.182.

Hæc porro restitutio dimisso faciẽda est. 153.176. & præsertim. 156.179. & seq.

Cum Episcopatus & alia etiam curata beneficia, sine concursu & oposition conferuntur, non videntur ex iustitia danda esse dignioribus, ita vt eorum præterinissio ad restitutionem obliget. 171.202. & seq.

Electio indigni, in vtroquè foro valida non est. 162.188.

In exteriori foro valida est electio digni, digniore dimisso. 163.190

Canonicatibus Cathedræ seu lectoris & huiusmodi exceptis, reliqui canonicatus, & personatus ecclesiarum Cathedralium, & collegiatarum, præstimonia, & simplicia beneficia, non videtur re vt cumquè considerata peccatum, denegare, modo dignis cõferantur. 158.182. *Item.* 159.184.

Quis sit ad beneficia dignus, ex Innoc. III. 159.184.

Ad beneficia patrimonialia eligi possunt a patrono ij, qui ad suum munus exequendum apti sunt, nec sunt mali, nõ vero opus est eligere meliorem, aut litteratum 160.185.

Examinatores, qui â synodo & Episcopo iudices eligendorum ad beneficia sunt constituti, ex iustitia commutatiua meliorem indicare tenentur, alias incurrerent restituendi obligationem dimisso faciendam. 161.187. *Item.* 162.188.

Religiosi meliorem eligere tenentur, & eorum constitutiones ad id obligant, nisi quãdo dignior eligi non potest. 164.192.

In eligendis ad Cathedras magis debet attendi litterarum scientia, quam alia dos animi, ad religionem vero magis requiritur sanctitas quam litteræ, ad beneficia autem ecclesiasticavtrumq; requiritur 165.193.

Scholastici ad Chatedram meliorem tenentur eligere, & ratione iuramenti, & ratione iustitiæ distributiuæ sub restitutionis obligatione, & qui manifeste minus dignus electus esset dimittere eam tenetur, cum non fuerit valida collatio. 166.194.

Æquissima est ea lex, quâ ad beneficia non assumuntur, nisi ex ciuitate, vel ex natione, inter quos præstantior est eligẽdus. Quod in Cathedris, & Collegiorũ prębendis non apparet esse ita conueniens. 167.195.

Rex eligens, in Episcopos præsentandos ex qua natione eligere debeat? 168.198.

Quis dignior vt eligatur habendus sit, varijs modis solet explorari. 170.201.

Renunciantes, resignantes qué beneficia, siquidem simplicia sint, digno, si vero curata, & digniori tenentur renunciare, tametsi dici posset satis esse, si digno renuncientur. 170.200.

Episcopatus.

COeteris paribus ad Episcopatum & animarum curam aptior Theologus est, quam iuris peritus, ideoquè præferendus. 167.196.

Procurari poterit in necessitatis articulo dignitas, vt Episcopatus, & præcipuè munus gubernandi in particularibus congregationibus, maxime monialium, si modestè res & seclusso scandalo transigatur, immo putat author aliquem ad id aliquando teneri. 567.478.

Acceptare Episcopatum quis aliquando tenebitur, non solum ad superioris præceptum, sed etiam ad consilium alterius. 567.478. *Item.* 573.491.

Episcopatum appetere atquè procurare, ex obiecto illicitum non est, ob circunstantias tamen malas, peccatum esse potest, aut veniale, aut mortale, & quæ sint huiusmodi circunstantiæ, late expenditur 565. & deinceps. *Item.* 568. & deinceps.

Egiscopalis status & dignitas alijs beneficiis ecclesiasticis, & secularibus magistratibus periculosior est, ob maius vitæ & sanctitatis exemplum. 573.490.

Sanctissima est ea constitutio a Papa approbata, qua quidam obligantur præsulatum non acceptare, nisi præcepto ad peccatum mortale obligante astringantur. 573.490.

An Episcopus post mortem resurgens, Episcopalem adhuc iurisdictionem retineat. Vide, Mors.

Eucharistia.

EVchariſtia ex natura suæ institutionis gratiæ augmentum, non vero primam gratiam efficit, & ideo non est medium simpliciter necessarium ad salutem. 7.11.

Eucharistia vt est sacramentum maiorem confert fructum magis dispositio, quôd alijs quoque sacramentis commune est. 250.278.

Eucharistiæ, vt sacrificium est ille idem modus operandi aliorum sacramentorum communis magis conuenit, quippe cum eius abundantior fructus esse oporteat. 251.279.

Excommunicatio.

EXcommunicatus recitans horas, veniens ad chorum, & residẽs, non tenetur restituere fructus,

eius, nisi in sententia aliud explicetur. 206.
Pro præterito peccato excommunicatio ferri non potest. 629. 51.
Excommunicatio non semper requirit admonitionem specialem sed satis est admonitio, quæ ab ecclesia per legé latam fit. 651 87.
An & quomodo simoniaci incurrant excommunicationem. Vide. Simonia.

F.

Fama.

FAma a fando dicitur. 555. 458.
Fama est communis oppinio vo ce manifestata. 557. 462.
Fama & clamosa insinuatio iniure pro eodem videntur vsurpari, tametsi inter vtrumquè Nauarrus discrimen ponat. 623. 48
Fama multipliciter cæditur iniuste sed præsertim, aut falsum impo nendo, aut verum occultum reuelando. 600. 1.
Fama, honor, & gloria, inter bona exteriora maximè excellût. 558 463.
Homo famę suæ dominus est. 604 1.
Fama alicuius alijs necessaria esse potest, aut etiam alijs obligata. 608. 17.
Fama nullo precio æstimari po test, tametsi leuis sit. 606. 13.
Omnis fama bona, nisi indicijs, aut suspicionibus læsa sit, omnes excedit thesauros 769. 271.
Vide Detratio, Infamatio, Restitutio.

Famulus.

SI famulus per vnam aut alteram ægrotus iaceret hebdomadam, æquum non esset cum salario pro rata priuare. 193. 227. & 228.
Cum longo famulus ægrotat tem pore, puta vno, duobus vé aut etiam pluribus mensibus, salarium et præstandum nó est. 193. 228.
Expensę curationis, quæ cum ægro tante famulo præter ordinariam eius, dum sanus erat, sustentationem fiunt, ex salario deduci possunt. 194. 228.

Fornicatio.

OB mortem vitandam, in forni cationem consentire nó licet. 559. 97.
Quæ perblanditias, & præces mulier a suo fornicatore accepit, restituenda non sunt. 540. 470.
Quonam pacto peccatum interce dat, in fœminarum aspectibus colloquijs, visitationibus, tactibus, osculis, atquè amplexibus. â 710. 180. vsque ad 712. 183.

Fortuna, & fortunatus.

FOrtuna dicitur, quod præter intentionem contingit, id si bonum fuerit, bona fortuna, si vero malum, infortunium vocatur. 99 118.
Quis fortunatus, & quis contra, in fortunat' dicatur? 106. 118. Item. 107. 120.
Homo dicitur bene vel male fortunatus, Primum, ex Deo dirgen te, deinde ex Angelo custodien te, postremo ex cęlo inclinationem imponente. 99. 118.
Quo pacto aliquem fore fortunatum, ex cęlo aut cognosci, aut non cognosci queat? 106. 9.

Frater.

FRater respectu sororis eius curæ non commissæ, nec in eadé domo habitâtis, non habet superioris potestatem, tametsi, per modum correctionis ad vitanda maiora damna eam, si leuior essęt, leuiter percutere posset. 549. 447.
Frater respectu sororis pedagogi instar esse videtur, si in eadem domo habitent, vel eius curæ specialiter illa commissa fuerit. 598. 416.

G.

Gloria inanis

QVærere gloriam apud homines de se malum non est. 582 505.
Inanis gloria quid sit, & quotupliciter contingat eam quærere. 582. 506.
Appetitus inanis gloriæ, malus & illicitus est. 582. 506.
Cur gloria humana vanitatis pecca tum sit. 583. 508.
Inanis gloria tribus in casibus mortale peccatum est, alias vero veniale tantum erit. 584. 510. Item. 585. 511.

Gratia.

GRatiæ amisio scienter sit, omni noq, voluntarie. 75. 77.
Scholasticorum pleriquè aiunt lædentem in gratiæ bonis, ad restitutionem efficaci exhortatione, vel saltem ad Deum orationé faciendâ, omnino obligari. 75. 74. & 75.
Hæc opinio teneri posset in eo casu, quo quis fraude, dolo aut metu graui, alium ad peccandum seducendo inducit. 75. 79. & 80.
Grauiter peccat, qui ingratiæ, virtutumq, bonis lędit, sed nec iniuriam facit, nec ad restitutionem obligatur. 71. 78.
Qui ad peccandum alium inducit non tenetur ad gratię restitutionem ex speciali lege iustitiæ, sed tantum lege charitatis. 74. 76.
Deus gratiam, quæ ex opere opera

to est in sacramentis,dat, secundum mensuram fidei,& dispositionis.228.274.
Sacrificium missæ conferre gratiæ augmentum ex sua institutione quidam existimant,sed res plane dubia est.269.vsquè.271

H.

Hæresis.

HAEresis ab electione dicta est a patribus 646.81.
Hæresis non ab Hæreo,latino vocabulo,sed â Græco nomine electioné significante deriuatur 648.81.
Hæresis diuisionem non significat 648.81.
Hæresis definitio.647.80.
Hæresis vt cancer serpit. 645. 76.
De intrinseca hæresis ratione est pertinacia.647.80.
De ratione heresis adeo est explicata cognitio, qua qui se ecclesiæ iudicio renititur, vt crassa laborans ignorantia, hæreticus vere & formaliter non sit, tametsi qui per affectatam ignorantiam errat, vere sit hæreticus,doctissimis nihilominus reluctantibus.651.88. *Item* 652. 89.
Cur simonia hæresis est à patribus appellata?281.387.
Hæresis VValdensium, & aliorum asserebat,nullum hominé posse occidi iuste,etiampublica authoritate.309.3.
Hæresis circuncelionum aut circuitorum aiebat, licitum esse quem piam se occidere. 317. 19.
Hæresis Petiliani pro peccato commisso licere se pœnitentiæ causa occidere.360.100.*Itē*.322 30.
Helcheseitarum hæresis asserebat Christum Dominum in tormentis ore negari posse, dum modo corde fixe eius fides retineretur.360. 9.
Hæreticam vocat Castro illam doctrinam, quæ ait tyrannum occidere esse licitum.474. 308. & deinceps.
Iuxta legem charitatis, res familiaris exponenda est, pro proximi vita corporali tuenda,quãdo is eam defendere nequit.529 413. secus vero quando quasi dedita opera, ille ex malicia vitam periculo offert. 517. 388.*Item*.528.41. quòd si ex vehementi passione aut ignorantia id faceret, fortasse lege charitatis liberandus esset, notabili etiam pecunia oblata. 528.412.*Item* 529.
An licitum sit hæreticum occidere Vide Homicidium.

Hæres.

HAEresfamam â defuncto ablatam,nec in propria specie, nec in pecunia restituere tenetur. 776.285.

Homicidium.

HOmicidium vt ipsum nomen sonat, est hominis occisio. 308.2.
Homicidium esse, quotupliciter contingat. 308.2. *Item*. 315. 15.
Nullo pacto se ipsum interficere licet aut licuit, quantocumquè optimo fine ad idquisquam moueatur,nisi Deus vitæ Dominus ad id sua ordinatione impelleret 316.17.& deinceps.
An liceat authoritate iudicis iustè damnato se interficere? 320. 27.
Occisio sui indirecta, fine bono sufficienti facta licita est. 320. 27.
Iniuste damnato non licet se suspendere,authoritate etiam iudicis.321.28.
Desiderare necem à se exequendâ licitum non est,mortem tamen incommuni licetdesiderare.323 34.
Se negatiue occidens,vel permitès se occidi sine rationabili causa, non peccat cõtra iustitiam.325. 37.& seq.
Razia licet de castitate laudetur ab Aug.de homicidio vero vituperatur 322.31.
Lucretia de amore castitatis, non vero de nece laudatur. 333. 50.
Quando sit aut non sit sui homicida,non sumens cibum,aut incarcere manens.345.72.*Item*.346 74.
An sit sui homicida, venenum sumens.347.78.
Liceat ne permittere ab scorpione vel vipera morderi, vt triachæ experimentum sumat.348. 79.
Quid defunabulis, seu de ijs qui perfunes quasi volitant,& de ijs qui natãdi gratia,vel é turre,vel é ponte,influuiũ se præcipitant 348.80.
An liceat se sinere occidi ab inuasore 337.60.
Ex quacunquè sui occisione, nulla restituendi obligatio est, nec est peccatum contra iustitiam specialem virtutem.364.108.
Non censentur sui homicidæ, qui nauigationibus atquè iustis bellis,temporalia bona quærũt.336 58.*Item*.337.59
Martyres qui pro honore Dei non fugiebant immo se in manus inimicorum, & in locum suplicij offerebant,non erant sui homicidæ.340.60.
An qui ne ab inimicis occidatur, per viam fugit angustam, gradum sistere teneatur,ne dormié

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem cõculcet,atq,occidat. 347. 376. & præsertim. 376. 12. & deinceps.

Quo pacto liceat, aut non liceat, conferre facultatem occidendi publicos latrones, post latam contra eos sententiam damnationis iustam, ac subinde quando liceat, aut non liceat, tali vti facultate. 417. 203. & 204.

Vir adulteros occidens, semper mortaliter peccat, tametsi eum seculares leges impunitum relinquant, cum eos inflagranti repertos necat. 417. 205. *Item.* 418. 206.

Patri non licet etiam per leges seculares filiam in adulterio deprehensam occidere, abrogatæ enim sunt antiquiores leges hoc factum permitentes. 419. 209.

Inuasorem occidere pro vita propria tuenda, si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est quando non est aliud remediũ euadendi licitum est. 485. & deinceps.

Inculpatæ tutelæ moderamen dupliciter excedituꝛ. 491. 331.

An cum agressor est Rex, tolerandа sit mors, potius quam vita illum occidendo defendenda. 491. 322.

Num liceat, post acceptam iniuriam, seu contumeliam, agressorem repercutere. 506. 568. *Item.* 507. 370. *Item.* 508. 372.

Ob quem honorem defendendum occidere liceat inuasorem. 504. 365. & seq.

Quomodo pro castitatis defensione, aut ne quis sodomiam patiatur, liceat inuasorem occidere, atque ad hanc occisionem adiuuare. 513. 385.

Integrum est rem familiarem magni momenti ab inuasore defendere, etiam illum occidendo, si aliter defensio fieri nequit. 516. 386.

Quo pacto licita sit occisio ob defensionem, & præcipuè ân debeat esse in voluntaria & præter intentionem occidentis, explicatur. 4[illegible]. & deinceps.

An liceat euntem ad falsum testimonium dicendũ contra aliquẽ ne id faciat, occidere. 494. 344. & seq.

Ei qui data opera se vellet occidere, aut a peccato aliquo desistere nollet, nisi sibi ab alio pecunia donata, pecuniam dare nemo tenetur. 528. 411.

Illi vero qui non ex malicia, sed ex passione aut ignorantia se vellet suspendere, vel malum aliud in se perpetrare, fortasse lege charitatis teneretur notabili oblata pecunia qui posset, liberare. 528. 412.

Quando volenti alium occidere, aut corporale quódpiam malum inferre, nisi sibi pecunia concedatur, obligatio eam offerendi subsit. 529. 413. & sequent.

An clericis licitum sit occidere, & quomodo? Vide Clericus.

Vtrum sit licitum innocentem occidere? Vide Innocens, Num licitum sit Tyrannum occidere? Vide Tyrannus.

Honor

DVPLEX honor in homine, vel ex bono temporali, vel ex bono spirituali resultans. 504. 363.

Honor aliquid ad famã addit. 558. 462.

Honor non tam gladio, sicut vita corporalis, quam lingua, & comminationibus aufertur. 506. 367

Honor est excellentiæ quæ præcipuè secundum virtutem in homine est testimonium, & ideo est in honorante. 558. 463.

Ex honore gloria oriri videtur, quippe cum sit honoris fruitio. 558. 463.

Honor inter bona exteriora maximum computatur. 558. 463.

Honor præmium virtutis, & eius comes indiuiduus est. 559. 465.

Sicut verus honor ex sola virtute est, ex alijs vero temporalibus bonis, non nisi quædam honoris imago, idquè iuxta vulgi æstimationem, ita verum dedecus ex vitio nascitur, ex alijs autem malis non nisi quædam imago dedecoris. 563. 472 & seq. *Item* 504. 365

Honor qui apud Deum non est honor dici non debet. 563 472.

Honor alit artes. 152. 174.

Horæ Canonicæ.

IN horis canonicis, & alijs orationibus ab ecclesia compositis, præter valorem triplicẽ qui illis inest ex opere offerentis ministri, est alius triplex valor ex opere operãtis ecclesiæ. 21[illegible]. 25.

Beneficiatus ob omissionẽ horarũ non tenetur ad spiritualem restitutionem, nequè ad repetandas horas omissas. 176. 205.

An horas canonicas omittens, stipendiũ restituere teneatur. 176. 205.

Ex Pij. V. constitutione colligitur, beneficiatos nullum aliud munus exercentes præter horarum recitationem, obligari ob omissionem horarum ad restitutionem pro rata fructuum faciẽdã. 177. 207. immo hoc idem ex iure naturali deducitur. 183. 216.

Explicatur Concilij Lateranensis aiens, quód horas dimittens post sex menses à beneficio obtento teneatur pro rata restituere. Item quód qui vltra id tempus intra 15. dies non reci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tauerit bis, priuetur beneficio a 177.208 vsq, ad.180. 212.
Qui beneficia obtinent ad alia munera præter horarum recitationem obligati, putâ curatú, aut capellaniam, ex Pij.V. constitutione videntur obligati ad restitutionem pro rata omnium fructuum faciendam, si horas omisserint, tametsi ad tantam iure naturali non tenerentur restitutionem. & Bart. Medinæ interprætationem vix audet auctor admittere 178.207. *Item.* 183.216. sed præsertim. 185. 217 *item.* 184.217.
Beneficiatus vt fructus lucretur, debet ecclesiæ præceptum de recitandis horis implere, quod non exteriorem solum attétionem, sed interiorem, etiam saltem ad verba exigit. 201. vsq, ad. 204.
Beneficiatus non quod sint in peccato mortali etiam notorio, cum horas recitat restituere tenetur, immo potius ecclesiæ pręcepto satisfacit, & nouum peccatum vitat 201238.
Cui facienda sit restitutio fructuú, ob omisionem horarum 181. 212. & 213.
Clericus non beneficiatus licet peccet moraliter, quamcumq, ex 7. horis dimittendo, non tamen tenetur ad aliquam restitutionem, siue spititualem, siue temporalem. 175. *Item*, 176. 205
Qui vt clerici pensionem obtinent, ob B.M. offici omisionem ad restitutionem pro rata fructum faciendam tenentur, quin & penæ pensionem amittendi subijciuntur. 185. 218.
Habentes præstimonia, aut præsti moniales portiones, ob omisionem horarum ad similem restitutionem tenentur. 185. 208.

I.

Ignominia.

PEccatum est mortale, vitam periculo exponere, pro ignominia vitanda, quæ non ex proprio, sed ex alieno peccato prouenit 560. 467. sed præsertim 561. 468. *Item.* 563. 471. & seq.
Concedi fortasse posset, non esse illicitum perferre reparabile aliquod damnum corporale, puta leue vulnus, ad vitandam ignominiam. 563. 472.
Pro vera ignominia vitanda, hoc est pro vitando aliquo peccato mortem subire licet. 561. 468. *Item.* 563. 473.

Ignorantia.

QVid sit ignorantia concomitans. 66. 64.

Ignorantia concomitans, an à restitutione excuset? 66. 65.
Ignorantia probabili laborans, nó peccat. 450. 263. & 264.
Dubitatio, quæ ex opinione, probabilibus vé rationibus nascitur, iustam, probabilemq, facit ignorantiam. 450. 264.

Indicia.

AN sufficiant indicia sine infamia ad inquirendum de facto publico 631. 54.
An qui cum sufficientibus indicijs suspicatur, dubitat, vel suspendit iudicium, aliquomodo peccet. 791. 305.
Sufficientia indicia a peccato mortale iudicij temerarij excusant. 791. 304.
Indicia nunquam possunt plenam efficere probationem, contra Syluestrum. 791 304.
Ad suspicandum leuia sufficiunt indicia 794. 312.

Infamatio.

QVid sit notabile damnum famæ. 689. 149.
Quo tupliciter contingat aliquem infamari. 600. 1. *Item.* 601. 2
Iusta & rationabili causa seipsum infamare, meritorium esse potest. 602. 4
Seipsum infamare non est pecatũ etiam veniale, contra iustitiam licet posit esse contra aliam virtutem 606. 13.
Si sui infamatio sine rationabili causa fiat, ex suo genere erit tantum peccatum veniale. 607. 14.
Se ipsum infamare, peccatum esse potest mortale ob adiunctam circunstantiam. & examinantur 6. casus in quibus controuersia, est an subsit peccatum mortale à 607. 15. vsq, 610. 22.
An teneatur quis tormenta perferre, ne alios infamet. 611. 22. & seq.
Bonæ famæ ablator iniustus, ad restitutionem sub mortali peccato tenetur 740. 226.
Vide. Honoris, & famæ restitutio.
Damnum infamiæ quando mortale peccatum est, non videtur principaliter ad priuatam personam pertinere. 754. 250.
Publicam personam infamans, bonum publicum cui erat illa fama necessaria, principaliter damnificat. 754. 251.
De religionis, & religiosorum infamatione Vide Detractio, Religiosus. Famę restitutio.

Innocens.

VTrum detur casus in quo per publicam authoritatem is, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

non solum re, sed etiam in iudicio probatur innocens, ad mortem deputari queat. 366. 110. & seq.

Ob bonum priuaræ personæ, nulli licet innocentem interficere. 366. 110.

An occisio directa innocentis ob publicum bonum licita sit. 367 111, & seq.

An innocentem præsertim paruulum qui vsum rationis nondum adeptus est, tradere morti liceat, ob aliquam necessitatem 372. 122. *Item.* 373 123.

Num liceat innocentem morti tradere, ob alicuius regni, aut alicuius hominis conuersionem 373. 124. & seq.

Quando liceat, aut non liceat innocentem pugnantem, aut nec pugnantem, nec iuuantem, iure defensionis occidere. 382. 139 & 140.

Quando possit iudex innocentem, nocentem probatum condemnare in ciuilibus. 388. 150.

Quando teneatur iudex officium dimittere, ne in criminalibus, præsertim cum de capite agitur, innocentem qui nocens probatus est condemnet. 388. 151. & sequenti.

Non licet innocentem re, & opinione, ob quamcumque populi seditionem, vel scandalum sedandum, interimere. 392. 161.

An qui secundum allegata & probata innocens inuenitur, cum re vera nocens sit talisque â iudice per scientiam priuatam cognoscatur, morte mulctari queat. 397. & deinceps,

Optare quempiam innocentem, nocentem ve, mortuum esse, aut in hoc delectari, peccatum mortale est contra charitatem 412. 193.

Quo pacto liceat alicuius etiam nocentis mortem optare, aut quodpiam aliud temporale malum, ob ipsius, aut alterius spirituale bonum, nempe, vel vt conuertatur, vel ne tot facinora perpetret. 412. 193.

An fas sit alicuius etiam innocentis mortem desiderare, ob aliquam suam inde proventuram commoditatem. 413. 194.

Irregularitas.

IRregularitas cum vt pœna infligitur, sine peccato mortali non videtur incurri. 64 61.

Ex casuali homicidio obleuissimam culpam, non incurritur irregularitas. 64. 61. *Item.* 65. 63.

Ex homicidio casuali obleuem culpam secuto, irregularitas non incurritur, tametsi fortasse censendus sit irregularis, qui ad periculosam aliquam exercendam actionem, quod prudentior prouideret non prouidit 64. 61. & 62. pro quo facit. 500 358.

Quando hominem occidens, cum vsu rationis caret, irregularitatē incurrat. 67 67

An irregularitas incurratur ob occisionem factam, ad propriæ personæ defensionem. 499. 336. & deinceps.

Iudex.

POtestas publica qualis est iudicis, non ex nisi notitia publica potest in actum prodire. 401. 174.

Iudex in publicis iuditijs, aduersus crimina ferendis, triplici via debet procedere, scilicet inquisitionis, denunciationis, aut accusationis. 621. 37.

Ex D. Thom. sententia iudici licitum nō est se per sententiam ad mortem, ob quodcumque peccatum condemnare, vel ab alio condemnatum sibi mortē inferre. 353. 89.

Quinque de iuditiorum substantia sunt, vt placet Sylueſtro. 431. 229. *Item.* 432. 230.

Quæ remedia adhibere debeant iudices tam inferiores, quam superiores, vt re ipsa innocentem aseq; talem priuatim cognitum liberent, cum iuxta allegata & probata innocens probatus est â 385. vsq, ad 396.

An iudex saltem supremus occidere possit absque ſi repitu iudicij eum qui re ipsa nocens est talisq, ex scientia priuata cognoscitur, cum tamen innnocens per publicam scientiam habeatur. 697. & deinceps.

An certus numerus testium ita sit ad iudicandum necessarius, vt nec supremus princeps, saltem in causa sanguinis, sine eo possit reum condemnare. 406. 185.

An ex iure naturali duo requirantur testes ad iudicandum, in causa præsertim mortis. 406. 186.

Vtrum supremus iudex sine citatione, aut processu etiam occulte facto ex sola priuata scientia, possit reum condemnare. 397. 168. & deinceps.

Duo præcipue sunt de iudicij solemnitate, scilicet partem citare vt se defendat, & audire, & testibus causam probare. 397. 168. Quod ius humanum non est, sed naturale & diuinū. 405. 184. *Item.* 406.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inhisce solemnitatibus iurehumano introductis, inferior iudex dispensare non potest, supremus tamen potest. 398. 170.

An hoc naturale ius ita sit strictum vt epicheiam, seu interpretationem non patiatur. 401. 175. *Itē.* 402. 176. & seq.

Omnis solemnitas in iudicio requisita præter prædictas duas, scilicet accusatio, terminus ad respondendum, scriptura, & publica instrumenta, &c. iure humano est introducta. 399. 170.

Vnde peccant, & ad restitutionem tenētur inferiores iudices, morticondemnantes reum in auditum, tametsi occulte informationem & attestationes contra illum acceperint. 399. 170.

Nullus iudex etiam supremus reū maxime non citatum & defensum, cum crimen omnino improbabile est, morte punire potest. 399 170. & seq.

Nonnulli sunt iudices qui ad popularem gloriam venandam, insolenter, aut leuiter, minis, tormentis falsis ve promissionibus, in magnum reorum malum crimina extorquent. 426. 227

an liceat iudici reum animo vindictę occidere. 426. 227. & deinceps.

Nec iudici, nec vllæ priuitæ personæ licet ex odio malum cuiquę inferre, aut desiderare, si de odio propie & formaliter sit sermo, secusi per odium pœnā alicui intelligamus. 428. 223.

Cum iudicis ceu Inquisitores, odio vel amore contra aliquem procedere prohibentur, sermo est de odio quo quis aliquid illicitum contra proximum machinatur. 429. 224.

Num iudex præter iuris ordinem inquirens, ac crimen morte dignum extorquens, contra iustitiam peccet, & restituere vitam & alia damna teneatur. 429 225 & deinceps.

Quam moderationem tenere debeat iudex ne peccet aut restitutionis obligationem incurrat reum torquendo. 534. 456.

Peccat iudex immoderata, crudelia què tormenta adhibens, homini præsertim Christiano, quòd præcipuè in iudice ecclesiastico verum habet. 554. 457.

Iudicibus præcipue secularibus cauendum est à conuitijs & improperijs, insubditos insolenter illatis, etiam sub correctionis prætextu, vitia præsertim, quorum correctio non intenditur, obijciendo. 587. 516. *Item.* 588.

Iudex sciens per scientiam priuatā, rem vere deberi, percipere per sententiam potest illam solui, etiam si per attestationes debitum non probetur. 411. 198.

De crimine personaque omnino occultis, inquirere non potest iudex, nisi fama præcedente, qua ad inquirendum moueatur. 612 37.

Quæ quantaq, huiusmodi infamia esse oporteat, vt ex illa ritè ad inquisitionem procedatur. 623. 39.

An ad iuridicam inquisitionem, non peccati modo, sed & peccatoris infamia requiratur. à 625. 44. vsq, ad 630. 53.

Consuetudo iudicum qua facinonore existente manifesto, malefactores inquirunt, non est contra iura, aut leges, sed potius secundum ius naturæ. 629. 50.

Iudices si intelligant testes ob ignorantiam personam secretam esse in iuste prodituros, tenentur eos, si commodè absq, nota possunt instruere, aut locum peritum consulendi præbere. 630. 52.

Quando infamatus de vno crimine, ritè a iudice interrogari possit de alio eiusdem speciei. 632. 57.

Num reum de vno crimine conuictum possit iudex de socijs occultis interrogare. 632. 57. & deinceps.

Non placet sententia Greg. Lopez dicentis solam publicitatem quę sufficit ad torturam, ad interrogationem sufficere. 621. 35.

Actus iudicandi non requirit in iudice eam sanctitatem, quam sacramenta, & actus ordinum in suo ministro exigunt 759. 312. & 313.

Iudex præbere debet Reo tempus vt cōfessionis atq, eucharistiæ sacramenta suscipiat, explicatur etiam quibus in casibus secus fieri possit. à 419. 210. vsq, ad 422, 215.

Vide verberatio.

Iudicium temerarium

IVdicium temerarium est, proximi opus, quod benè, maleque fieri potest, in malam partem determinate leuibus insufficientibusque indicijs accipere. 789. 302.

Veniale solum peccatum est, proximo peccatum veniale imponere, aut illud absque vlla, ne leui quidem ratione suspicari, aut etiā determinate iudicare. 789. 302.

Dubitare an quisquiam mortaliter peccet, veniale peccatum est, immo iuxta Cai. id credere, ita tamen vt etiam adsit saltem interpretatiuè credulitas de oppositio, ad iudicium non perueniet temerarium. 787, 302. *Item.* 790 303.

Certo credere quempiā mortaliter peccare, ex leuibus, atq, insuficiētibus indicijs, iudicium temerarium est, ac subinde peccatum mortale

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortale est. 790. 304.
Cum sufficientibus indicijs aliquē proximi actum iudicare, violentum potius iudicium, quam temerarium dicitur, & ideo mortale peccatum non est. 791. 304.
An sit peccatum suspicari, dubitare, vel actum suspendere, cum suficientibus indicijs. 791. 305.
Iudicium quod nec temerarium, nec violentum est, sed medium (quod probabile merito appelles) non videtur esse peccatum mortale, 791. 305.
Iudicare proximi intentionem in re graui, nisi violenta atque vrgentia, vel saltem probabilia signa exterius appareāt, peccatum iudicij temerarij est. 791. 306.
Existimatio, qua quis absque sufficientibus signis cogitat aliquem ex genere descendere iudæorum, vel alium similem habere defectum, non videtur esse peccatum mortale, dummodo ea cogitatio mente retineatur, nec cum alijs de huiusmodi defectibus confabulatio miscatur. 792. 307. *Item.* 793 309.
In prædicto tamen casu illa temeraria cogitatio mente retenta contra charitatem esse videtur sed non mortaliter, confabulatio autem peccatum erit mortale detractionis. 792. 307. *Item.* 793, 308.
Falsa videtur Bar. Medinæ opinio dicens mortale peccatum esse sine sufficientibus inditijs eum qui antea bona de aliquo opinionem habebat, iudicium suspendere, circa defectum aliquē in re graui. 794. 310. & sequenti.
Temerarium iudicium mente retentum, licet essentialiter sit iniustitia, ad restitutionem tamen non obligat. 79. 313.
Contra iustitiā directe peccat & tenetur restituere iudex, qui ob suum temerarium, suspiciosumque iudicium, ad actum procedit exteriorem, aliquem scilicet condemnando. 795. 313.
An qui ex iudicio temerario detrahit, contra iustitiam faciat, & restituendi obligationem incurrat. 795. 314. *Item.* 796. 315.

Iustitia.

IVstitia est dare vnicuique, quod suum est 156. 17.
Lege iustitiæ is qui falsam docuit doctrinam, tenetur proximum ab errore reuocare. 77. 82.
Qui habens docendi officium ob negligentiam vera non docet, iniuriam facit proximo, & lege iustitiæ damna inde sequuta resarcire debet, & in super doctrinam veram & inutilem docere, siue ea doctrina ad scientias naturales, aut super naturales pertineat, siue ad instructiones liberales, aut mechanicas. 77. 82.
Sed si falsa docuit, non satisfacit, nisi iterum verum doceat. 77. 82.
Ex officio docere obligantur doctor, confessarius, prædicator, aduocatus, cathedraticus. 77. 82.
Qui falsa docet, quanuis ex officio docere non teneatur, proximo iniuriam infert, & errorem reuocare lege iustitiæ tenetur, vel veritatem docendo, vel falsa fuisse quæ docuerat significando. 77. 82.
Qui ex officio docendi munus non obtinet, ob solam verum docendi omissionem, iustitiam non violat, sed si doctrina quam docere omittit ad supernaturalem finem esset necessariam, peccare posset contra charitatem, si autem ad scientias, aut artes naturales, ea doctrina pertineret, neque contra charitatem, neque contra iustitiam delinquit illam occultando, nisi cognitio hæc omnino Reipublicæ esset necessaria. 77. 83. *Item.* 78. 84.
Iustitiæ distributiuæ læsio, inducit obligationem restituendi. 24. 15. & deinceps. *Item.* 156 179.
Vtrum læsio per iniustitiam distributiuam illata, per actum iustitiæ commutatiuæ, an vero per ipsam distributiuam iustitiam resarciatur. 24. 14. & sequenti.
Quando contra iustitiam commutatiuam faciat iudex, at subinde restituere teneatur, qui minis, ac tormentis præter iuris ordinem reum se prodere cogit, & consequenter pœna mulctat. 429. 225. & deinceps.
Quando qui ex officio succurrere tenetur, iustitiam violet, ac restituere teneatur, si proximum a morte alijs ve damnis non liberet. & 527. 409.
Se ipsum infamare, peccatum contra iustitiam non est, sed contra aliam tantum virtutem esse potest. 606 13. *Item.* 607. 14.
Quando lex iustitiæ, & charitatis obliget, proximorum peccata contegere. 699. 163.
An sit contra iustitiam iudicium temerarium. Vide, iudicium temerarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

L.

Laicus.

LAici in diebus festis tauros agitantes,atq, id aspicientes, peccant,& super excommunicationem latæ sententiæ,si id quoque mandantes fuerint incurrunt 471.304.

Probabilius,ac verius est,non licere laicis religiosis assistere agitationi taurorũ.471 305. *Item.* 472.306 & seq

Laico licet iure naturali se contra clericum defendere. 491. 339.

Libri.

QVi libros scribunt fictionum & falsitatum plenos quos vocant de cauallerias,à Reip. essent eijciendi. 79.85.

Libri bonos mores corrumpentes qualis est Celestina, Diana, &c. inutilibus libris fictitiaq, habentibus,peiores sunt 79.86.

Dictorum librorum authores, vt pote cum sint malorum multorum semina,à peccato non excusantur,essentq,cum suis libris à Rep.eliminandi.79.86.

Ludus.

ANqui precibus,vehemẽtibusq, persuasionibus alium ad ludũ contraxit,restituere teneatur. 540.431.

M.

Maritus.

QVam potestatem habeat maritus in vxorem, quod attinet ad eius castigationem, & qualiter peccat, aut restituere obligetur,eam sine causa, aut grauiter verberando.549.448. *Item.* 550.449

Quid dicendum sit de marito,occidente vxorem adulteram. 417 205.*Item.*418.206.& seq.

Martyrium.

MArtyrium a testificando dicitur.363.101.

De ratione martyrij est,voluntas sustinendi pro Christo mortem, opere secuto, 634. 107.

Martyrium licitum esse desidere nendum est, quod ita colit ecclesia vt martyres in sanctorum numerum referat.361. 101.

Qando martyrio se offerre mortali peccato detur, & contra quando id laudabile sit.361.102.*Item* 362.103.

An sit verum martyrium,mortem pro quauis virtute oppettere. 362.104.*Item.*363.105.& 364 107.

Matrimonium.

INclinatio ad generationem via matrimonij licita est

An coniux a mortuis Resurgens adhuc sit coniugi obligatus. Vide Mors.

Medicus.

AD ægrotos curandos, medici tempus in quo conuenienter est cœlorum dispositio,& influentia obseruant.119.139.

Cur medicorum iudicia sepissimè falsa esse videamus?129.149.

Ex triplici capite prouenit Astrologos magis quam medicos falli, tametsi ex natura rei, & cæteris paribus,certiora sint astronomica,quam medicorum iudicia.129.149.

Medicus secundas solum causas obseruans,&astrorum influentias planetarum saltem, ignorans,consumatus non est.129. 148.

Medicinæ penitus ignarus, acceptum stipendium retinere non posse videtur, cum infirmus graui morbo laborans casu aliquo sanatur quem ipse impertinentes herbas applicando,curare fuerat professus.139. 164.

Meritum.

CVilibet operi in charitate facto tres insunt valores,seu merita,scilicet meritum ex condigno, impetratio quę merito de congruo dici potest,& satisfactio pœne debitæ propeccatis 210.24.*Item.*211.

Meritum ex condigno soli actum facienti prodest, sed meritum congrui seu impetratio atque satisfactio, alijs etiam potest applicari.211.

Dato peccatum saltem veniale esse ob inanem gloriam operari, quæritur an opus alias bonum & in gratia factum, meritorium esse possit, cui respondetur negatiue.579.498.& seq

Eo ipso actu quo aliquis venialiter peccat, mereri non potest.580.501.*Item.*581.502.& seq.

Is qui venialiter pecat,eodem tempore mereri potest,sed per diuersos actus.580.501.*Item.*581 502.& seq.

Miles.

GRAuiter peccant milites, qui in spolio ciuitatis captę mulieres, puerosque obuios sibi nõ resistentes, interimunt. 382. 140.

Milites vel Duces qui sine consensu generalis,capiunt aliquid pec

Universidad de Deusto
Biblioteca

cant mortaliter,& tenentur restituere.451.267.

Duces plures personas quam contineat exercitus repræsentantes multipliciter, & ad restitutionem damnorum obligantur,immo iuxta Med.stipẽdium quod milites indigni acceperunt, restituere tenentur.452.268.

Solent milites, à populis apud quos castrametantur, pecuniam extorquere quæ est vexatio aperte iniusta.452.268.

Missa.

Missæ quatenus opus est quòd vocant operantis tria in sunt bona,scilicet meritum quod soli competit sacerdoti, & impetratio adq,satisfactio, quæ alijs prodesse possunt:hæc tria bona tres missę valores ex opere operantis dici possunt. 211.

In missa tres alij reperiuntur valores ex opere operato qui ex christi bonis operibus manent scilicet Christi meritum, impetratio,atque satisfactio eiusdem 211.

Triplex præterea valor in missa reperitur,qui ex fide atquè deuotione ecclesiæ illud offerentis descendit:hunc ex opere operato quidam esse vollunt sed melius dicetur esse ex opere operantis ecclesiæ.213 251.

An valor missæ prout est ab ecclesia semper sit maior,quam prout est a ministro? 213.253.& 254.

An ex deuotione ministri minuatur,aut etiamaugeatur valor ille, qui execclesiæ opere in missa consurgit.214.255.*Item*.215.

An possit sacerdos cum missæ valorem qui ex ecclesia venit, qui volet applicare, & an satisfaciat offerendo quòd est ex opere operato Christi.214.255.*Item*.255 256.

cerdos obligatus offere pro aliquo missam,tenetur ei applicare valorem operis operati, non vero valorem operis operantis hunc enim prohibito poterit cui volet applicatare.212.250.

tenti missam aliquam specialem aut eam orationem in missa dicendam, non tenetur sacerdos acquiescere, nisi eleemosynam augeat propter specialem illum laborem non debitum: vnde importunas has conditiones sacerdos non tenetur admittere. 212.254.

Si Sacerdos specialiter promittat se dicturum missam specialem, aut orationem aliquam in missa, tenetur ex vi promissionis, & veracitatis id implere, aliâs venialiter peccabit, immo si ob conditionem eleemosynam notabiliter augeretur mortale peccatum esset id non implere 212.

251.*Item*.213.

Missæ sacrificium, & quodlibet opus bonum, tribus modis potest alicui applicari, nimirum generalissimè, specialissime, & speciali alia quadam ratione. 215.257.*Item*.256. 258.

Missæ fructus, ex opere operantis ministri, atquè etiam ecclesiæ, vel offerentium, ex participantium consortio minuitur, non solum quoad satisfactionem de cõdigno, sed etiam quoad meritumde cõgruo.220 *Item*.221.259.

Cum pro multis oramus, non minuimus, immo augemus impetrationem, eiusquè laudem & vim impetratiuam, tantum abest, vt ea ex multorum consortio minuatur. 220. & deinceps.

Cum missæ sacrificium promultis offertur, eius fructus, ex opere operato, tam meritorius quam satisfactorius, tantum valet ex condigno singulis, ac si vni tantũ applicaretur.225.267 & seq.

Discrimen inter sacrificium quòd nos quotidie offerimus incruentum, & quòd Christus ipse semel in cruce obtulit, prout oblatio fuit. 226.271.& sequẽt.

Ex Cai. ministri intentio sacrificium applicat,sed deuotio fructum illius quantificat. 228. 273.

Cuius debeat esse illa deuotio ex qua virtus sacrificij missæ quantificatur.235.287.

In ecclesiæ sacrificio, non est pura recordatio & figura christi, sed verus ipse Christus,verè realiter,& substantialiter offertur, eiusquè sacrificij cruenti, licet absquè sanguine, memoria recolitur.233.283.*Item*.234.

Quo pacto verificetur quod quidã docent, scilicet virtutem sacrificij missæ ex opere operato minui,vel augeri,ex ministri aut ecclesiæ deuotione. 236. 289.

Nihil detrahi vni pro quo offertur missæ sacrificio ex alterius consortio, duntaxat est verum, quando vterquè cum aliqua deuotione adhoc sacrificium causaliter aliquomodo concurrit. 236.290.

Cum sacerdos ab vno solo missam offerre rogatur,vnica tantum in ea est portio ex operato, sicut vnica tantum est deuotio, vnde si cũc missam promultis offerat non satisfacit siquidem ea valoris portio in multis diuisa, minor erit in singulis. 236.290. *Item*.237.291.

Nauarr. opinio aiens, inquacunque missa quinque reperiri valo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris portiones tres quidem stabiles, & duas quæ crescere, & descrecere possunt, confussa videtur.238.293.& deinceps.

Saluo meliori iudicio, explicat author, missæ fructus, & quo pacto, omnes quotquot in ecclesia existunt, eos participent.240 & deinceps.

Quisquis missam audit, quatuor modis eius fructum participat, vnde vtile admodum est missam singulis diebus audire, sacr isqué misterijs, quam sepe fieri possit, assistere.241.297.

Apprimè notandum est, quemlibet fidelem in gratia existétem, tam etsi absens, & de ea non cogitans sit, triplicem fructum ex opere operato, & de iustitia, ex quacunque missa participare qui vero in gratia non est, hunc fructum de congruo participat. 241.299 *Item*.242.

Qui in die natiuitatis Domini tria facit sacra, tria quoquè stipendia accipere poterit, etiam si ea, congruam excedant sustentationem.251.314.

Sacerdos qui missam ab vno requisitus offert, si eam pro alijs quoque simul offerat, non æquè prodest omnibus, sed minor in singulis sacrificijs effectus, perinde acceptam eleemosynam restituere tenetur.253.318.

Quando vna, eademquè persona, pro se plures missas fieri iubet vt passim fit in testamentis, tenetur sub mortali & restitutionis onere, omnes dicere sacerdos, nec potest eum vna missa satisfacere.253.318.

Vna missa Purgatorium spoliari nequit.253.318.

An qui duos, plures vè eleemosynas, seu pythantias accepit satisfaciat vnam dicendo Missam. 253.319.& deinceps.

Eleemosyna oblata sacerdoti missam facturo, non quòd sacrificij factum applicet, ei datur, (hoc enim esset symonia) sed datur in stipendium temporale, quo vitam sustentet. 254. 319.

Qui nulla eleemosyna accepta, missam dicere animo se obligandi promittit, sub mortali eam dicere tenetur, secus si non ex animo, sed vt aiunt, *por cumplimiento* se eam dicturum dicat 258.329.

An malè faciant, qui cum libere, aut etiam stipédio accepto, duas verbi gratia missas promisserint vna satisfaciunt, vnum scilicet eius fructum vni, alterum alteri, applicando.259,329.

Risu dignum est, quod communiter dici solet, de secunda, vel, tertia intentione missæ, seu de missa Caietana, tametsi sm aliorũ opinionẽ (qui tamen impugnãtur ille modus loquendi, saluari possit.259.330.

Quo pacto missæ sacrificium ad pœnæ ac culpæ remissionẽ, nec non ad gratiæ augmentum, atquè ad bona temporalia valeat. 263.336 & deinceps.

An missæ sacrificium mortalia peccata deleat, primamquè conferat gratiam. 265.340 & deinceps.

Num ex ratione suæ institutionis sacrificium missæ conferat gratiæ augmentum. 269. & deinceps.

Sacrificium ex ratione suæ institutionis offertur, ad placandum, ac reconciliandum nobis Deum, pro peccatis iratum.270 347.

An satisfaciat Sacerdos qui missas dicit anticipatas eo animo, vt postquam ab aliquo eleemosynas acceperit, eas applicat, cum tamen præcedenti tempore dixerit.271.350.& deinceps.

Quo pacto peccent sacerdotes, atquè etiam testamentorum executores, missas notabiliter postponendo. 271.350.*Item*. 272.351.

An obligatus tot missas singulis hebdomadis dicere, eas possit anticipare.273. 354.

Qualiter delinquat, restituere què teneatur sacerdos, in vna aut altera missa quam dicere tenebatur, proximum defraudans.277.363.*Item*.278.

Mors.

MORTE matrimonium vinculum & religionis professio disoluuntur, & Papatus officium, atquè etiam Episcopalis iurisdictio expirant, similiter extinguitur ius in bona temporalia, tametsi ea si post mortem Dominus resurgat recuperare possit, qua tamem de re variæ sunt opiniones. 19. 5.

Quo pacto liceat aliquando, alicuius mortem optare.412.393. & deinceps.

Mutilatio.

AN mortaliter peccet, sibi mẽbrum iubente iudice amputans, cum ad membri mutilationem iuridice damnatus est 354 89.*Item*.358.95.

Membrũaliquod sibi amputare, ex impacientia iræ, verecúdia, aut in ordinata alia passione, peccatum est mortale.355.90.

Quo pacto a peccato excusentur, aut non excusentur ij, qui bono fine, aut ignorantia, aut etiam zelo, se ipsos mutilarunt.355.90.

Ad corporis salutẽ tuendã, permittere se membro truncari, immo & id exequi licet.356.92.

Universidad de Deusto
Biblioteca

An liceat sibi membrum auferre advitam saluandam, cum aliquis fortuitus casus, siue intrinsicè siuè extrinsicè irrogatus vrget. 356.92, & seq.

Se possitiuè mutilare intrinsecam non habet maliciam quam tamen habet se ipsum occidere. 357.93.

Cogi potest aliquis â Principe membri mutilationem sustinere, ob a se patratum delictũ. 358 95.

A Principe & Prælato obligari po test quis membri mutilationem pati, propter reip. salutem. 358. 95.

Possit ne quispiam præcepto obligari à reipubli. aut eius Principe, â patre aut etiam â Prælato, membri mutilationem sustinere, ad vitam conseruandam, tametsi ingens dolor sub eundus sit. 358.96.

Dux præsertim populo necessarius cogi posset membri mutilationem ferre, ad vitam saluandam, ob boni communis vtilitatem. 373.125.

N.

Nouitius. Vide, Religio sus.

O.

OFficium honorificum in republica licitũ est ex obiecto appetere, nisi praua aliqua circunstantia misceatur. 568. 480.

P.

PAPa Vide Electio. Mors.

Peccatum.

REmissio peccatorum mortaliũ actus est iurisdictionis. 266. 342.

Nullo fine licet peccatum committere, illud tamen permitere licitum est, si finis ad sit iustificans. 347.77.

Nihil de bono nomine curare, peccatum prodigalitatis est. 613 26

Pensiones.

IVXTA gotum non tuto dantur pensiones nisi dignis. 170. 199.

Pensionarij qui studij gratia, vel alia via ad clericatum tendunt, officium Beatæ Mariæ Virginis dicere tenentur. 170. 200.

Pensiones Regi concessæ, ac rursus ab eo famulis secularibus, atq̃ eorum filijs collatæ, satis iustificantur. 170. 200.

Præceptum.

PRecepta quædam iuris naturalis, quædã positiui diuini sunt 9.14.

Accutus ille modus dicendi, quo dicitur omnes actus qui legis naturalis præcepto faciendi proponuntur, non solum necessitate præcepti, sed necessitate medij ad salutem requiri, actus vero positiua lege, etiam diuina præceptos, non esse necessarios necessitate medij, sed necessitate præcepti, non omnino verus esse videtur. 9. & deinceps.

Esse aliquid ad gratiam consequendam necessarium, vt præceptũ, differt ab eo, quod est ad illam necessarium, vt medium. 10. 5.

Quando præceptum sit negatiuũ, aut affirmatiuum. 12. 19. & seq.

Conscientiam magis ligat charitatis, & religionis præceptum, quã iustitię. 39. 16.

Professus. Vide regiosus.

R.

Regula.

REgula illa Angeli, tenetur quis in conscientia, quotiescunq, tenetur de iure ciuili, vel canonico, admittenda non est. 54. 60.

Regula societatis Iesu à Sede Apostolica approbata, circa corporis castigationẽ, desũpta videtur ad verbũ, ex B. Hier. 508 4.

Regula societatis Iesu circa manifestationem conscientiæ, superioribus faciendam, afferetur. 311. 87.

Abstinentiæ, vigiliarumq, labores, qui per regulam, â sũmis Pontificibus probantur, quiq, sanctorũ, Doctorũq, virorũ in congregationibus viuentiũ, vsu confirmantur, liciti sunt, & laudandi. 351. 86.

Discretionis, ac rationis regula seruãda est, in illis laboribus sumẽdis, qui pœnitentiæ causa apriuatis personis adhiberi solent, in quo certa regula assignari nó potest, sed consulantur, suppetiores aut confessarij. 351. 86.

Religiosus.

Religio dicit quasi religatio 35. 17

Religio, monasteriũ, ac Prælati sũt propter religiosos, non vero contra. 6. 98.

Religiosi nõ possident â Prælatis, aut monasterijs ob tẽporale aliq cõmodũ quin immo, ob spiritua lẽ ipsorum religiosorum commoditatem, & protectũ. 81. 98.

Religiosorum status, est seruitus libertate plena. 369.

Religionis ratio, votorum solemnitatem non exigit sed triũ substantialium votorum etiam simplicium, & præsertim obedientiæ emissionẽ prout nuperrimè declaratũ est â Gre. XIII. 84. 95

Universidad de Deusto
Biblioteca

Religiosus ab amico, aut consanguineo seculari, in scio superiore, ac conta eius voluntatem pecuniam accipiens, restituere tenetur, atq, eam a se propter paupertatis votum abdicare. 36. 10.
Professio in religione approbata, perpetua esse debet, & ideo perpetuitas, a solemni religionis voto separi nequit. 19. 4.
An religiosus monasterio vtilis, à religione per apostatiam discedés, teneatur temporale aliquod bonum monasterio restituere. 85. 93. *Item.* 86. 99.
Quid sentiendum sit de a uertente alium, ab ingressu religionis, vel a professione facienda. 88. & deinceps.
De extrahente nouitium nondum professum, a religione. 81. 90. & seq.
Quo pacto peccent parentes, si filios ab ingessu religionis auertant. 82. 92.
Ad quid obligetur, persuasionibus aut etiam vi, vel fraude, religiosum professum a religione extrahens. 83. 93. & seq.
Quid dicendum de persuadente religiosum, ne munus obeat, vnde temporalis prouentus religioni proueniát. 85. 98. *Item* 86. 99.
Religio societatis Iesu post acceptationem trium simplicium votorum quæ biennio expleto, in illa Deo a religiosis nuncupantur, ius in eos quale ex professione, habet. 84. 95.
Quód adeo verum est, vt de ea fugientes, etiam ante professionē, post emissionem tamen huiusce modi votorum, ita sint a Greg. XIII. apostatæ declarati, & ipso facto excommunicati, ac si vere professi essent. 84. 96.
Religiones. S Francisci, & societatis Iesu, ius hæreditatis non adquirunt 83. 93.
Religionis Prælatus solum ex lege charitatis, & constitutionum præceptis, non vero ex iustitia præsè dicta, subditis religiosius debet bona monasterij pro indigentia distribuere. 157. 181.
Concedi potest ex iustitia nō quidem absoluta, sed tantum subsidiaria, religiosis monasterij bona quibus egent, deberi. 158. 181.
Num mortaliter peccet religiosus, filium Ducis aut Comitis esse iactans 757. 253.
Religiosi infamia, ita ad religionem atinet, vt ipsa potius quam religiosus, eo infamato, infametur. 758. 255.
Solius prælati aut monasterij remissio sufficiet ad condonandam infamiam religioso factam tametsi ipse remittere nollet. 758. 255.
Remissio infamiæ facta ab ipso monaco infamato, nihil valet. 759 257.

eligiosus se infamans, iustitiæ lege, tenetur sibi famam restituere, & hoc non vt sibi, sed vt religioni satisfaciat. 759. 257.
An Religiosus professus, si post mortem resurgat Religioni obligetur? Vide Mors.
Quo pacto religiosi eligi, aut eligere debeant. Vide Electio.

Restitutio.

REstituere, est aliquid in pristinum statum statuere, item restitutio est actus iustitiæ, quo damnum proximo datum reficitur. 17. 1.
Restitutio duplex est vna in integrum, & hæc magis ad exterius ius, quam ad conscientiam pertinet, altera est qua non in totum, sed ex parte, status primus reuocatur. 17. 2. *Item.* 18. 3.
Grecorum error, quod restitutio, nec vt medium, nec vt præceptum necessaria sit, ad salutem reijcitur. 3. & seq.
Refertur sententia quorumdam asserentium, restitutionem ita esse necessariam ad salutem, vt sit medium ad illam consequendam, non minus quam fidei gratia, Baptismus, aut pœnitentia. 56. & deinceps.
Restitutio non est pars satisfactionis, sacramentalis, vnde satisfactio sacecerdotis arbitrio sub est, restitutio vero minime. 24 21.
Restituendi præceptum est principaliter negatiuum, secundario autem immo nō necessario positiuum. 11. 18.
Restitutio iussa est, in septimo Decalogi præcepto. 14. 32.
Diferentia inter satisfactionem, & restitutionem. 27. 19. & seq.
Erga Deum restitutionem exercere non possumus, satisfactionem vero possumus. 27. 20.
Charitatis, religionis, aut alterus virtutis lex, ad restitutionem, aut potius ad rei vtilis redditionē, obligare potest. 40. 17. & seq.
Ille ad restitutionem tenetur, qui ius specialis iustitiæ, proximi lædit, siue qui contra specialem iustitiam delinquit, & hoc pro regula, ac fundamento huius materiæ habendum est. 32. 2. & seq.
Duæ regulæ circa restitutionem in genere, notādæ sunt ex Cai nempe aliquando ratione acceptionis aliquando vero ratione rei acceptæ, quempiam ad restituendū obligari. 40. 18. *Item* 41. 19.
Restitutionis, id est debiti redditionis aut solutionis obligatio, non solum ex peccato mortali, sed etiam ex speciali,

Universidad de Deusto
Biblioteca

immo absquê vllo peccato incurritur, sed obligatio restitutionis propiè dictæ, quæ est illati damni reparatio, peccatum mortale requirit. 52.41.

Restitutio obligans ad veniale, incurri potest ex solo peccato veniali 54.43.

Restituendi obligatio incurritur ex dolo, immo etiam ex lata culpa. 58.41.

Quo pacto ex leui & leuissima culpa, contrahatur restituendi obligatio. 58.48.& deinceps.

Denocumento dato, tripliciter quis teneri potest, scilicet ex delicto, contractu, ex officio. 56 35.

Qui modica furto ab aliquo accepit, sciens alios tantumdem ab eodem fuisse furatos, & mortaliter peccat, illud modicum accipiendo, & id sub mortali restituere tenetur: si vero illud nesciebat, tantum venialiter peccat & sub veniali restituere obligatur. 51.44.&.54. 45.

A diuersis modica accipiés, ex quibus magnam quantitatem conflauit, quauis neminem notabiliter in particulari damnificet restituere tamen tenetur. 254. 320.

Qui rem Domino ea indigente furatur, tenetur cum rei propiæ téporalis damno restituere. 434 235.

Quando damnificatio in futurum pendet, restituendum est, etiam cum iactura rei eiusdem ordinis 765.264.

Nihil restituere tenetur is, cuius animal, proximi animal, a quo fuit in vassum occidit. 49.1. 333.

Damnum quod absquè vllo prorsus Domini culpa, animal infert, reparandum est, iuxta naturalem legem, etiam ante iudicis sententiam, secundum quosdam. 42.22. *Item*. 45.28. *Item*. 46 29. sed videtur expectandam potius esse iudicis sententiam. à 47. 31. vsquèad. 50.37.

An Dominus possit animal quod cui damnum intulit, occultare, an verò illud debeat læso tradere, eo etiam si fugerit quæsito, vt ita damnum illatum reparetur. 47.31.& seq.

Mulier filium ex adulterio suscipiens, non tenetur se prodere, vt restitutio fiat, tametsi amplissimo patrimonio verus hæres defraudetur, illi tamen competens satisfactio debet per discretum confessarium iniungi. 767.268. *Itē*. 768.269.

Spiritualium rerum Restitutio.

Vide Anima Gratia Religiosus. Si mo

mōnia

Honoris & famæ Restitutio.

HOnor contumelia ablatus, restitui potest per venię petitionem, aut humiliationem. 506 367. sed vtrum necessario debeat homo restitui late disputatur. 590.& deinceps.

Ablatus honor per quos sit actus restituendus, & specialim, quo pacto superiores honorem inferiorum auferentes, restitu ere debeant. à 590. 518.& deinceps

Non quòd quis fama abundet, eius detractor â restitutione de obligatur, quinimo obligatur magis. 741.228.

Solus animus famam auferendi, tametsi exterius opere aliquo ostendatur, ad restitutionem non obligat, nisi eo opere re ve ra fama lædatur. 741.228.

Quando qui se ipsum infamat, teneatur suæ propiæ famæ restitutionem facere. 742.229.& seq.

An qui famam alicuius in vna materia abstulit, eam in alia materia augendo satisfaciat. 745.232 *Item* 745 233.

An cum infamatus se se ab infamia liberauit infamator quidpiam restituere debeat. 746.234. *Itē*. 747.235.

Qui alium falso infamauit, vt famam restituat, tenetur dicere se fuisse mentitum, falsum ve dixisse, & fortasse aliquando sufficeret dicere se fuisse deceptum, nisi excessus maximus inter infamantem, atquè infamatum intercedat. 748.238.

An qui falsum dicendo proximū infamauit iurare teneatur se fuisse mentitum, testesquè ad suum probandum mendacium adhibere. 749.240.

Qui verum asserendo proximum infamauit, iuxta Doctorum communem sententiam tametsi restituere debeat, dicere non potest se fuisse mentitum, sed nihilominus videtur huiusmodi dicere posse, non solum malè temerè, ac stulte fuisse loquutum, sed etiam falsum iudicium habuisse, falsumquè dixisse, immo & mendatio eum infamasse. à 749.241. vsq; ad 752.246.

Tantam ne debeat restitutionem facere, qui verum dicendo infamat, quantam qui falsum testimonium dicit. 752. 247.

In casibus in quibus est licitum famam amittere, licitum & laudedignum est restitutionē condenare ei qui infamauit. 753. 248.

Quando veniale est famam prodigere, veniale est restitutionē cō

Universidad de Deusto
Biblioteca

donare. 753. 249.
Non quandocumq, est famam amittere, est mortale restitutionem condonare. 753. 249.
Num mutuo se infamantes per cõpensationé, a restitutione liberétur. â 759. 258. & deinceps.
Sit ne periculo obijcienda aliquando vita, ad famam alicuius saltẽ honoratissimi restituendã. 763. 262. & deinceps. præsertim. 766 266. & 770. 273.
Cũ fama reparari nõ potest opus non est, eam pecunia reddita cõpensare, sed damna ex infamatione sequta per pecuniam resarcienda sunt. 771. 275. & sequenti.
Quo pacto oblibio, à famæ, siue per mendaciũ, siue per veri reuelationem ablatæ, & damnorum inde sequutorum restitutione excusare valeat. 274. 208. & seq.
Qualiter famam restituere debeat is, qui proximê peccatum coram quinique, aut sex hominibus, siue verum, siue falsum dicendo publicauit a quibus rursus in aliorum multorum notitiam delatum est. 787.
Quo pacto ad restitutionem obligetur is, qui bonum proximi opus affirmat, mala fuisse factum intentione. 796. 314. & 315.
Qui totam aliquam religionem, aut aliquam eius domum, siue monasterium infamauit, toti cõmunitati restituere debet, nec sufficiet superioris remissio. 736. 221.
Cũ aliquis religiosus nominatim infamatur, ea infamia in eius religionem redundat. 736. 221. hanc autem famæ restitutionẽ prælatus solus, vel monasteriũ, posset remittere, atque condonare ipso etiam religioso nollẽte, 758. 255. ac subinde ipsius monachi infamati remissio non valet. 759 257.
Qui alicuius religiosi, tacito eius nomine, explicato tamen monasterio, aut religione, secretũ peccatum reuelat, ad restitutionem tenetur, ratione religionis infamatę, 737. 222.
Religiosus se infamans, lege iustitiæ tenetur, sibi famam restituere, vt hac via religioni satisfaciat 759. 257.
Num detractor qui sæpe alium infamauit, omnium detractionũ veniam petens, a restitutione excusetur per generalem condonationem. 759. 257.
Vide. Detractio. Infamia. Religiosus Strupum.

Reus.

QVando Reus absque citatione defensione, atq, processu puniri possit, qua in re aliquot examinãtur casus a 402. 176. vsq, ad 405. 183
Rationis vsum perfectum habere, satis est, vt aliquis homicidij reus, iure naturali habeat, potuit tamẽ humanum ius decernere, ne quispiam morte mulctetur, ante 18. aut. 20. annorum ætate 408. 189.
Qualiter concedenda, neganda vè sit reis sacra sacramenta a 419. 210. vsq, ad 422. 216.
Rei confessio cruciatibus ex torta nullius prorsus est momenti. 611. 23.
Quid dicendum de reo confitente proprium, alienum vê delictum, ob iudicis tormenta intentantis comminationem. à 610. 21. vsq, ad 613. 26.
Crimine existente omnino occulto, non tenetur reus seipsum prodere, tametsi accepto iuramento iudex præcipiat. 616. 28. *Item.* 617.
Reus contra quem est semiplena probatio sub iuramento interrogatus a iudice veritatem celare non potest, causa tamen sanguinis excepta, videtur enim probabile cum de capite agitur, posse reum in conscientia veritatem, verbis æquiuocis contegere. a 613. 29. vsq, ad 620. 35.
Crimine existente publico iudice que iuridice interrogante, si nihilominus reus prorsus occultus sit, non tenetur requisitu veritatem propalare. 630. 53.
An reus de vno crimine conuictus atq, de socijs interrogatus, respondere teneatur, sociumq, occultum manifestare. 632. 57. & deinceps.
Quo pacto peccet, restituereq, teneatur, aut contra & a peccato, & a restitutione liberetur reus, vel plane, vel tantum semiplene conuictus vel etiam illicitè denuntiatus, si verum factum simpliciter neget, aut etiam accusatario, calumniæ notam inurat à 729. 210. vsq, ad 732. 215. *Item.* 779 287. & deinceps.
Vide. Iudex. Homicidium. Testis

S.

Sacerdos.

VT sacerdotibus congrua ac iusta sustentatio præbeatur, non est attendẽdus sudor corporalis, sicut attenditur in artificibus mechanicis, attendenda vero est occupatio qua spiritualia præbet, ac ministrat. 250. 313.
Nomine congruæ sustentationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sacerdotibus, intelliguntur ea quæ ad suæ soluis personæ sustentationem necessaria sunt, nó vero quæ ad alios etiam parentes pauperes sustentandos pertinent. 251.315. *Item.*252.
Vide. Missa.

Sacramentum.

SAcramentum sine subiecto dari non potest eucharistiæ semper excepta quę subiectum non requirit. 276.360,
Ad sacramenti veritatem, non solum idoneum subiectum requiritur, sed etiam materia, forma, & ministri intentio. 276. 360.
Ridiculum immo & absurdum est primum absolutionis formū prę ferre actum confessionem audire, eaq, absoluta, dicere se illi applicare absolutionem dudum prolatam. 276.360.
Vide. Eucharistia. Confessio sacramentalis. Matrimonium. 26.

Secretum.

FAS ne sit alicuius peccatum detegere, addendo eum pœnitentiam egisse? 783.294 *Item.*784.795,
Quando culpæ detur, alieni vitij, naturalis, moralis ve reuelatio, ac quando ea restitutionis obligationem inducat. 797. 316.
Iure naturali secreti fidelitas obseruanda est, etiam cum non de vitijs agitur, sed de negotijs, ijsq; rebus, quæ ad laudem, dignitatem, salutem commoditatemq, proximi faciunt. 797.316.
Peccatum est, iuxta doctorum omnium placitum, secretum non seruare, maxime cum id sub fide ac sigillo commissum est. 797. 316.
Sit ne mortalis culpa secreti violatio, & an ad restitutionem obliget, ex negotij, ac personarum qualitate, atq, ex alijs circunstantijs pendet. 797.316.
An simpliciter affirmandum sit, mortaliter peccare eum qui epistolas, alias vē literas ita clausas, vt indicio aliquo secretum præseferant, quoquo modo aperit. 797.316. *Item.* 798. 317.
Manifeste falsa est eorum opinatio qui aiunt secretum solummodo esse obseruandum, cum sub fide data committitur, nó vero cū res alia via cognoscitur. 798. 317 & seq
Confessionis secretum ab eo seruandum est, qui pœnitentis peccatum, alta id voce confessario aperientis audiuit & qui in charta, vbi illud scriptum erat, incidit, tametsi sibi sub sacramenti sigillo non detegatur. 798. 318
Sacrilegium est peccatum in sacramento confessionis auditum, reuelare. 799. 321.

In sigillo secreti sacramenti confessionis, maxima sigilli seruandi ratio, atq, obligatio elucet, si quidem peccatum occulte cognoscitur, & fidei vice Dei audiētis saltem tacite committitur, & ipsa sacramenti religio illud occultat. 799. 320. & seq.
Vide. Detractio. Infamatio. Iudex Reus. Testis.

Seruus.

QVo pacto reparare debeat dominus damnum, quod seruus intulit. 42. 22. *Item.* à 45. 28. vsq. ad 50. 37.

Simonia.

SImonia est studiosa voluntas emendi aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexū 281. 366.
Simonia ad iustitiæ vitium essentialiter pertinet, tametsi etiam ad itreligionem spectet. 281. 366. immo simonia essentialiter est irreligiositas. 291. 386.
Simonia quæ aperte iniustitia est ad restitutionem obligat. 281. 366 immo nulla simonia ex iure naturali aut diuino iniustitia est, & ita ad restitutionem non obligat, sed iure humano restituendi obligatio ob simoniam est introducta. 291. 386 & seq.
Cur simonia hæresis est a patribus appellata? 281. 367.
Qui spiritualia vendunt Giezitæ vocari possunt, qui vero emunt simoniaci, tametsi vtrique communiter simoniaci, idq, merito appellantur 282. 368.
Duplex est simonia, vna naturali iure, altera tantum iure humano prohibita. 282. 368.
Simonia vna mentalis, altera conuentionalis, tertia realis. 283. 37
An mentalis simonia ad restitutionem obliget? a 283. 370. vsq. ad 292. 389. & respondetur ad restitutionem non obligare. 281. 371. & præsertim. 287. 378. *Item.* 292, 389.
Expenditur littera textus capit. Mādat. de simonia. 283. 371. & præsertim 255. 374 & de inceps.
Simonia conuentionalis, duplex esse potest, vna verbo tenus facta, altera mente, & exteriore pactione transacta 291. 389,
Simonia quæ verbo solum fit, a Nauarro vera simonia esse creditur, eaque talis cui annexa est, si ad traditionem ventum sit debeat esse restitutio. 293. 390.
Huiusmodi tamen verbalis simonia iuxta veriorem sententiā licet ex multiplice capite mortale

Universidad de Deusto
Biblioteca

tale peccatum sit, non tamen est vera simonia, sed quasi picta & ideo iuris pœnas non adducit. 292. 389. *Item.* 293. 390. & seq.

Simonia exterior prout conuentionalem realemquè comprehendit, obligationem restituendi inducit. 294. 392. & deinceps.

De rigore iuris persolam conuentionalem simoniam ecclesiasticæ pœnæ iucurri videntur, obstat tamen communis praxis, & curiæ stylus. à 299. 399. vsq, ad 301. 402.

Ex iure positiuo restituendum est quod accipitur per simoniá realem, admissam in administrandis sacramentis. 290. 384.

Cum per simoniam beneficium adquiritur, non solum ipsum relinquendum est, sed fructus ex eo percepti omnino restitui debent, immo & qui a diligenti possessore percipi potuissent. 295. 394.

Declaraturqui nã sint isti fructus restituendi, qui percipi potuissent. 296. 395.

Cum res temporalis pro beneficio simoniacé accepta fructifera est, fructus ex ea percepti restituendi sunt. 295. 394.

Duo præcipuè sunt pœnæ contra simoniacos latæ, quoad præsens attinet institutum, scilicet beneficij priuatio, fructuumquè restitutio, & excommunicatio ipso iure incurrenda. 298. 397.

Extrauagans, Pauli. 2. contra simoniacos â Pio. V. in alia extrauag. seruari præcipitur. 298. 397.

Et olim similis constitutio âMartino. V. in concilio Constancien se ædita erat. 299. 398.

Realis simonia ex utraquè parte completa, ex dictarum constitutionum iure, prædictas pœnas contra simoniacos latas inducit 299. 398.

Per realem simoniam quæ tantum ex præcipua parte completa est traditione scilicet rei spiritualis facta, pecunia tamen non recepta, ecclesiasticæ pœnæ de iuris rigore incurruntur. 301. 402. *Item.* 302. 403

Nihilominus tamen iuxta consuetudinem quæ dicitur esse recepta, realis simonia ab ecclesia pœnis excommunicationis, ac priuationis ipso facto punita non est, nisi lex vtraquè parte fuerit completa, 301. 403. *Item* 302.

Cum beneficium per simoniam est alicui quantunuis ignoranti collatum, id relinquendum est & fructus percepti sunt restituendi, cum primum ille prouauerit simoniacam fuisse collationem, siquidem incapax eius omnino est. 302. 404 *Item* 303 406.

Qui pro data pecunia beneficium acceperit, quanuis ab excommunicatione liberetur, si eam inuincibiliter ignorabat, beneficij tamen collatio nulla est, etiam in foro exteriori. 302. 405. *Item.* 303.

Simoniacus etiam occultissime electus, ab ecclesia pœnis excõmunicationis, & incapacitatis punitur. 303 406.

Si Papa ob pecuniam beneficium simoniacé ex certa scientia conferat, tacite videtur pœnas remittere, tametsi id alij negent 304. 408.

Iure naturali prohibita non est beneficiorum permutatio. 791. 387. bene tamen iure positiuo 291. 393.

Iuxta communem sententiam, absque superioris facultate, permutantes beneficia, ipso facto excommunicationis, priuationisq, pœnas incurrunt, 304. 409, *Item* 305. 410.

Sed neque beneficia permutantes neque sibi pensiones absque Papæ auctoritate reseruantes, ipso iure excõmunicati, aut beneficijs priuati, ab auctore credũtur. 305 401. *Item.* 306 411.

Stuprum.

STuprum modo pro luxuria, modo pro adulterio, modo demũ pro virginis violatione, apud doctores accipitur. 534 419.

An stuprum cum pro violatione virginis sumitur, diuersam a fornicatione speciem constituat. 533. 417. *Item.* 534. 419.

Virgini libere in suam violationé consentienti, nulla debetur restitutio contra Medinam. 535. 421. & seq.

An patri sub cuius cura virgo existit violata, restitutio aliqua ob violationem debeatur, siue illa leuiter consenserit, siué absoluta vi oppressa fuerit, siue promissionibus, at quæ persuasioni bus victa, stuprum commisserit à 536. 423. vsq, ad 540 431.

Sit ne aliqua restitutio facienda ob stuprum corruptæ puellæ, quæ vulgo virgo habebatur? 540. 432. *Item.* 541.

Cum casu accidit defloratam virginem nullum ob suã defloratione incommodum pati, quamuis probabile sit stupratorem a restitutione non liberari, tamen in contrariam videtur posse partem licite inclinari, à 541. 433. vsq, ad. 544. 441.

T.

Taurorum agitatio.

DE Taurorũ agitatione agitur a 469.299.vsq,ad 472. 307. Innibi expenduntur cõstitut. Pij.V. & Greg XIII.

Vide.Clericus.Laicus.

Testis.

AN duo testes ita ad iudicium ferendum naturali iure requirantur,vt absque eis supremus princeps nullũ morte mulctare valeat.406.185.

Quando testes verum, aut falsum testimonium ferendo & peccét & restituere teneantur,aut contra,& a peccato , & a restitutione excusentur,43 .231.& deinceps.

Num is ob cuius falsum testimonium ad mortem quispiam condemnatus est, teneatur etiam cum vitæ periculo testimonium retractare , vt innocens incolumis euadat 433.233 *Item*.434. 234.& seq.

Vtrum cum ad mortem quis ob falsum testimonium condemnatus est,testibus se etiam post admonitionem retractare nolentibus debeant qui veritatem cognoscunt,eos cum vitæ,famæ,aut rei familiaris periculo prodere, siue falso testimonio causam dederint, siue secus?434.235. *Itẽ* 435.236

Teneatur ne cum vitæ periculo se se retractare ille testis, qui per ignorantiam , aut obliuionem falsum inculpatè testimonium aduersus eum dixit,qui iam est morte mulctatus. 435.237.

Num videns innocentem ad suplicium duci, quem suo potest testimonio liberare, illius innocẽtiam manifestare debeat. 435. 236. *Item*.436.

An obligetur quis se in testem offerre cum de cuiuspiam condemnatione agitur 436.239.

De falsum contra se dicente , an debeat dictum in extremis retractare? 613.26.

Consanguineus iuxta quandam digestorum legem,ad testificandum contra consanguineũ cogi non potest.619.33.

Cum ob factum publicum , iudex iuridice procedendo, testem interrogat, si reus omnino est occultus , testis non tenetur eum manifestare.630.53.

Theologus

THeologus si cetera paria sint, ad episcopatum , & animarum curam iuris perito aptior est, ac proinde præferendus. 167. 196.

Tortura

TOrtura si omnia requisita seruentur illicita non est. 553. 456. *Item*. 554.

Quo nam moderamine , tortura adhibenda sit.554.456.&.457

tyran

Tyrannus.

TYrannus dicitur , vel qui iure in regnum caret,vel qui tyranicè gubernat,tametsi Rex verus sit.478, 308.

Hæreticam vocat Castro illam doctrinam quæ ait tyrannum occidere esse licitum.474.308. & deinceps.

Fides docet licitum non esse occidere, tyrannum , idest verum regem qui tyrannicè gubernat & inhunc sensum Castro accipiendus est. 476. 313. *Item*. 479.319.*Item*. 480.320.

Tyrannum qui verus regni Dominus non est quilibet de populo tum publica,tum etiam priuata auctoritate, si aliud adhiberi ne quiret remedium, occidere posset,nisi verum ius iurandum obstiterit. a 477.vsq, ad 480.320 præsertim. nu 315. & seq.

Prædictæ facultati tyrannum , qui Dominus non est occidendi, non obstat simplex promissio, qua fidei fuit illi tãquam regi præstita, cum ea fuerit ex torta 480.320.

Iuramentum quaque voce tenus factum in prædicto casu minime obstabit,cum scilicet,& si lingua iuret,mens tamen omnino est iniurata. 480. 321.

Porro verum iuramentum,intentione videlicet iurandi factum prorsus obstabit prædictæ tyrannum occidendi facultati, quo casu vera est Castri sententia.480.321.

Qui huiusmodi ligaretur iuramento,ab eo per relaxationé posset liberari , & aliquando fortasse illud ob circunstantias in efficax reddetur.481.322.

Tyranni occisor, ita cautè procedere debet,vt res peiores exitus non habeat.477.314.

Quomodo quis iure defensionis possit tyrannum,se agredientem occidere? 481.322.

V

Verberatio.

PVblicæ potestati, licet verberationis pœnã infligere, priuatæ vero personæ nullomodo.546 442.

Verberare potest pater filium , dominus seruum magister ac Pedagogus curæ suæ commissos, tres tamen sunt eis huius potestatis limitationes adhibendæ. 546. 443.*Item*.547.

Hæc patris potestas in filium,non ad emendationem solum , sed etiam ad punitionem & vindictam ordinatur , estq, quodam modo iudicialis,cum pater iudex ac superior filij sit,547.444.*Itẽ* 548.445.

Auo conuenit eadẽ potestas ,quæ & patri.548.446.

An

Universidad de Deusto
Biblioteca

An Patruus, ac frater, simili gaudeant potestate. 547. 444. præsertim 547. 446. & 447.
Verberare num possit vxorem maritus. 549. 448. *Item.* 550.
An clericum etiam sacerdotē prælatus verberare possit? 550. 449. vsq, ad 552. 454.
Clericum iniuste, & absq, iurisdidictione verberantes, excommunicationem incurrūt. 552. 454. *Item.* 553.
Verberare possunt iudex, & secularis executor clericum degradatū aut incorregibilem, magister clericum discipulum causa disciplinæ, ac pater filium clericum causa correptionis, dummodo nimis in eos non æuiant. 553. 454. & 455.
Maior est potestas quoad castigationem magistri in clericum discipulum, quam patris in clericū filium. 553. 455.

Vindicta.

VIndicta est publica virtus, atque etiā priuata, publica, quo ad perfectum actum quo malum exterius infligitur, priuata vero quantum ad actum imperfectum, quo priuatus homo desiderat, ac gaudet de vindicta a iudicibus inflicta. 427. 220.
Falluntur qui dicunt, vindictam vitium directē importare, cum potius propriè ac directe vindicta, vindicare, ac vlcisci, licitum puniendi, & castigandi, immo quandoque defendendi actum significent. 428. 221. & 222.
Vindicta & deffensio differunt, quod hæc non sit pœnæ impositio, sed futuri damni vitatio, illa vero sit præteriti peccati punitio quædam 426. 218.
Animo vindictæ licitum est iudici mortem reo infligere, priuatæ vero personæ id nullomodo licet 426. 218. & deinceps. *Item.* 478. 310.
Homini priuato non licet seipsum vindicare, non solum in lege euangelica, sed etiam iure naturali 478. 316. *Item.* 427. 219. & seq.
Vindicatiuum bellum, iustū esse docent doctores. 427. 219.

Virtus.

NVm virtutes principalius versentur circa actus interiores, an vero circa exteriores? 37. 12.
Quo pacto lex charitatis religionis, aut alterius similis virtutis ad restitutionem, seu ad rei vtilis redditionem obligare possit â 359. vsq, ad 40 18.
Vide charitas. Iustitia.

Vita.

vitam

Vitam pro deo ac] Christo eius, eiusq, fide ponere excellentissimum religionis opus est, idq, catholica fide est tenendum 360. 99. & deinceps. *Item.* 328. 41.
Sit nè verum martyrium, vitam pro quauis virtute ponere? 362. 104. & deinceps.
Licitum ac laudabile est pro turpidine quæ ex vitio nascitur vitanda, vitam exponere. 561. 468. *Item.* 563. 470. & seq.
Verius videtur non licere temporale vitam voluntarie ponere, pro temporali vita proximi tuē da contra Sotum, â 328. 40. vsq, ad. 338. 60.
Vitæ aut membrorum, homo Dominus non est. 329. 42. *Item.* 355. 90.
Vitam temporalem pro spirituali proximi salute seruanda, atque etiam pro salute reip. ponere licet. 330 46. *Item.* 331. 46. *Item* 334. 53. *Item* 335. 56.
Cum spes subest] euadendi, licitū est pro liberando proximo, immo, & pro temporalibus bonis ad vitam sustentandam quærendis, vitam periculo exponere, non tamen certæ morti. 332. 49. *Item.* 337. 59. *Item.* 527. 410 & 411.
Probabile est pro Rege qui reip. caput est, posse vitam poni. 335 55.
Pro patre posse vitam poni probabile reputatur. 335. 55. imo Vic. credit licere pro patre vitam ponere, sed tantum eam cum euadendi spe, periculo obijcere. 335. 56.
Nullatenus licet vitam exponere, seu certæ se morti tradere, pro ijs temporalibus bonis, quæ statui aut naturæ superfluæ sunt. 336. 57.
Vitam proximi tenetur quis defendere, ijs oblatis quæ naturæ superfluunt, cæteris vero grauibus eius necessitatibus ex his quæ statui superfluunt subueniendum est. 530 415.
Proximi vitam tenemur si possumus pecunia etiam ad statum necessaria redimere. 336, 57. *Item.* 528 411.
Pro rerum temporalium quæ ad vitam tuendam simpliciter necessariæ sunt acquisitione, ac defensione, licebit se morti exponere: 36. 57, & 58.
Nemo tenetur tamesi possit cibis vti delicatioribns ad vitam prolongandam, satis erit communibus atq, naturaliter productis cibis vti. 350. 85.
Vitam notabiliter ieiunijs, vigilijs abstinentijs, atq, decantatione psalmorum diminuens, si id ad uertat, nec desistat, mortaliter peccat, nisi pietatis causa, aut in uinciuilis subsit ignorātia. 351 86.

Ius naturale dictat propriam vitam debere alienæ præferri, atque innocentis vitam vitæ nocentis esse anteponendam 486 329.

Quo iure, vitam ac membra tueri licet, eodem, res ad vitam conseruandam necessarias defendere licebit. 517. 387.

Iuxta legem charitatis, res familiaris exponēda est, p proximi vita corporali tuenda, quando is eam defendere nequit. 529. 413 secus vero quando quasi dedita opera, ille ex malitia vitam periculi offert, 517. 388. *Item.* 523 411 quod si ex vehementi passione, aut ignorantia id faceret, fortasse lege charitatis liberandus esset, notabili etiam pecunia oblata. 528. 412. *Item.* 529.

Non videtur licitum vitam exponere periculo, prō ea vitanda ignominia, quæ ex vitio non nascitur, 561. 468 & deinceps.

Vide. Homicidium.

Votum.

VOtum sub inhonesta emissum conditione, nullum, immo blasphemia est. 416. 200

Nullum est votum, cuius malum aliquod, vt fornicatio, obiectum fuerit. 416. 201.

Si promissio in bonum, quod ex malo sequitur, immediate feratur, validum planè votum erit. 416. 201.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca